apparentium dicitur, quia per prophetias iam completas. debemus habere argumentum. i. probationem non apparentem de futuris complendis .s. de die iudicij,& de fine mundi. Sed uidetur, quod definitio ista nō sit bona: quia uera definitio, conuertibilis debet esse cū suo definito: sed hæc nō est cōuertibilis, qa spes similiter est substantia sperandarum rerū. unde uidetur inferēdum, quod fides est spes quod ē falsum. Item hæc definitio uidetur loqui tantū de futuris: cum fides sit tam de presentibus quam de præteritis & futuris, eo quod habet se ad omnia, ad præterita: quia credendum est Christū fuisse natum & passum, ad præsentia: quia credendum est, quod ipse sit qui in altari quotidie conficitur: Ad futura: quia credere debemus ipsum uenturum & iudicaturum uiuos & mortuos. & ita uidetur esse insufficiens ista definitio:& licet diuersa tempora comprehendat, una tamē fides esse uidetur. Vnde satis potest dici, quòd non est uera definitio. sed quædam notificatio fidei ab Apostolo dicta. Potest autem [1] magistraliter definiri. Fides est uoluntaria certitudo absentium, infra scientiam,& supra opinionem constituta. Scientia enim habet cognitionem: fides uero non. Vnde dicit Aug. Fides est, credere quod non uides, de pœ. distin. iiij. in domo. Species aūt fidei, sunt duæ. Vna est formata, quam habent boni & sancti. Et est alia informis, quam habent mali,& etiam dæmones & infideles,& existentes in mortali peccato: & fides eorum caret forma. Prima est uirtus, à qua dicuntur fideles quicunque baptizantur. de cons. dist. iiij. si qui apud.& talis fides dicitur informata charitate. Vnde sic potest definiri: fides est qualitas, qua quis credit quod diligit. charitas dignior est, penes quam consistit omne meritum,& est fons uiuus, cui non communicat alienus. s. à fide. infra, de regu. licet. in fi. & de pœ. di. j. omnis qui nō diligit. unde dicitur: Fides nostra, est uirtus quam charitas comitatur. Vnde dicit Aug. Fides quæ per dilectionem operatur, est fundamentū omniū uirtutum. j. q. j. cum Paulus.& alias ita definit. Hæc est fides, quæ per dilectionem operatur. de pœnit. d. ij. c. charitas. §. item dominus. Amen. uersic. hæc est fides.& non ea quæ dæmonum est, qua credunt & contremiscunt. De fide in formata charitate dicit Abacuch propheta: Iustus autem in sua fide uiuet. Fides nostra est eadem in substantia, cum fide antiquorum, ut dictum est, quod probat euangelium. Turbæ autem quæ præcedebant,& quæ sequebantur, clamabant dicentes osanna [2] filio Dauid. Distant tamen in qualitate: quia qđ ipsi credebant de futuro, nos credimus de præteritis. s. Christum natum & passum. Principales autem articuli fidei nostræ, sunt septem secundum quod septem sunt dona spiritussancti, quos quilibet christianus scire tenetur: clerici explicite, laici implicite, & credere sicut tenet ecclesia, & sunt hi, Incarnatio siue natiuitas, baptismus, passio Christi siue mors eius, descensus ad inferos, resurrectio, ascensus in cœlum, aduentus eius in iudicium. De quibus habes in prima constitutione, firmiter. pro quibus Ioan. in apocaly. legitur fleuisse. ubi dicitur: Vidi librum signatum vij. sigillis formam imprimentibus in cælo & in terra, & apud inferos: & nemo fuit dignus aperire librum, nisi leo de tribu. Iuda. Et isti septem articuli patent in his uersibus: Nascitur, abluitur, patitur, descendit ad ima, Surrexit, scandit, ueniet discernere cuncta. Secundum quosdam theologos sunt xij. articuli fidei propter xij. apostolos qui eadem hora instinctu spiritus sancti, simbolum composuerunt. unde dicitur simbolum à syn, quod est simul, & [3] bolus, quod est morsellus, quia unusquisq; apostolorum suum morsellum, id est, partem suam apposuit. Et est aliud symbolū maius, quod cantatur in missa, in Nicena synodo factumpropter græcos, qui nō credebant quod spiritussanctus procederet ab utroq;. de consec. di. v. c. ultim. & pen. Est & tertium simbolum Athanasij. Quicunque uult. quod cantatur in prima. Istud potest appellari quartum simbolum, & ita sunt modo quatuor. sicut quatuor euangelistæ. sed uerius est, quod articuli ueri tantum sunt vij. de quibus dictum est. præmium uero credentium est vita æterna. Pœna vero non credentium est gehenna perpetua, iuxta illud: Hæc est fides catholica, quam nisi quisq; fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. & qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. infra, de baptis.& eius effectu. maiores [4] Ber. De hac materia habes de consec. dist. iij. cap. ult. de consec. distin. v. c. penult.& ulti. xxij. dist in. per totum xxij. dist. qui episcopus.


Irmiter [a] credimus [b], & simpliciter [c] confitemur, quod unus [d] solus est uerus [e] Deus, æternus [f], immensus [g], & incommutabilis [h], incomprehensibi-


Irmiter. Non solet summari, sed pro summario diuiditur in duas partes principales. Secunda ibi, una uero. Prima tractat de summa trinitate,& eius operibus: de fide catholica, & articulis fidei. Secunda pars principalis tractat de sacramentis.

[a] Firmiter. Hoc ideo dicit, quia ordo fidei nostræ probari non potest, & quia ubi ratio deficit, fides supplet. de conse. di. iiij. cap. nihil est aliud.& di. ult. c. ult. ar. ut quod sermo sonat, affectus sentiat. id est fides. de conse. di. ij. ca. reuera. in fi. quia fides est de re non uisa. de pœ. di. iiij. in domo. in fi.

[b] Credimus. Hoc ideo dicit, quia dubius in fide, in fidelis est. infra, de hæreti. capitulo primo. & argument. xxij. quæstione prima, omne quod. in fin. Et est simile de accusato, contra quem nihil est probatum. & sic remanet dubius, quando se non purgat. Et quia fides est exordium nostræ reparationis: ideo prius de ea præmittit: quia prius homo debet instrui in fide de consec. distinct. iiij. ante baptismum. & capitul. ante xx.

[c] Simpliciter. Fides enim simplicibus uerbis est proponenda. xxiij. dist. qui episcopus.& xxiij. distin. quando. Sic & testimonium debet esse purum. iij. q. ix. pura. Et simplex esse debet constitutio, similiter & lex. iiij. distin. erit autem. Sic & quælibet scriptura si obscure loquatur, pro non scriptura habetur. ff. de ijs quæ pro non script. ha. leg. j. sic & testimonium obscurum non ualet infra, de prob. in præsentia.& in fra, de testi. cum clamor.& ff. de interro. ac. de ætate. §. nihil interest. Et generaliter nunquam per extranea uerba, res est proponenda, sed per usitata. argu. xxxvij. di. relatum Io. An.

[d] Vnus. Hoc dictum fuit ad differentiam plurium planetarum, quos quidam colebant tanquam deos.

[e] Verus. Dictus est ad differentiam fictorum.

[f] Aeternus. Hoc ideo dicit, quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. de pœni. distinctione prima, multiplex. & xxvj. quæst. vj. is qui.

[g] Immensus. Id est sine mensura. unde dicitur intra omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, supra omnia non elatus.

[h] Incommutabilis. xxij. quæstione quarta, incommutabilis, & tamen dat cuncta moueri. Vnde Boethius tertio capitulo, de consolatio. Stabilique manens dat cuncta moueri. sæpe tamen mutat sententiam suam, ut ibi dicitur, & capitulo, unusquisque. in fine.

[2] Secūdū Augus. est uox obsecrātis, magis affectū significās, q̄ rem aliquā exprimēs: sicut heu, ē uox dolentis, uah, exultantis: papę admirātis Dn̄t q̄dam sic interpretari dn̄e saluū me fac obsecro. Quasi .n. idē quod saluifica, anna interiectio obsecrantis dīet ergo dici osianna: sed elisa uocali corrupte dicitur osanna. Io ann. And.

[3] Bolus. Imo a conferēdo dictum. uide in Catechesi. symboli ubi q̄ post tpa Apostolorum collectum est.

[4] Cōcor. tex. in l. inter claras. circa medium. C. e. titu.

Fides supplet ubi ratio deficit.

Obscuritas est fugienda. Boethius.

Incons-

lis [a] omnipotens [b], & ineffabilis [c]: pater, & filius, & spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed una essentia [†], substantia seu natura simplex [d] omnino: pater à nullo: filius a patre solo, ac spiritus sanctus pariter ab utroq;: absq; initio, semper, ac sine fine: pater generãs: filius nascens, & spiritus sanctus procedens: consubstantiales, & coæquales, & coomnipotentes [e], & coæterni [f], unum uniuersorum principiũ creator omniũ uisibiliũ & inuisibiliũ: spiritualium & corporaliũ: qui sua omnipotenti uirtute simul [g] ab initio tẽporis, utranque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicã uidelicet & mundanam: ac deinde humanam [h], quasi communem [i] ex spiritu & corpore constitutã. Diabolus [k] enim & alij dæmones [l] à Deo quidem natura creati [m] sunt boni, sed ipsi per se [n] facti sunt mali. Homo uerò diaboli [o] suggestione peccauit. Hęc sancta Trinitas secũdum communem essentiã indiuidua, & secundũ personales ꝓprietates discreta: primo per Moysem & sanctos prophetas, aliosq; famulos suos, iuxta ordinatissimã [p] dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. Et tan-

a Incomprehensibilis. Vnde in veteri lege dicitur: Bestia quæ montem tetigerit, lapidabitur. & illud: Accedet homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus ab eo. & illud: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt opera eius & inuestigabiles uiæ eius.

b Omnipotens. quia omnia potest quæ decẽt eius potentiam, & quæ posse est aliquid posse. vnde peccare non potest, quia peccare nõ est aliquid posse: ut ait Augu. imo est aliquid non posse: ut de pœ. dist. ij. c. vlti. §. charitas.

† Similis textus est in effectu † l. nullus hæreticus C. eo. tit.

Peccare nõ est aliquid posse.

c Ineffabilis. Vnde illud: Sapientiã eius quis enarrabit? quasi diceret, nullus.

Glossa seq. tractat de triplici cõpositione, & dat simile in anima.

Compositio ẽ multiplex.

d Simplex omnino. Nota quod multiplex est compositio. Est enim proprie compositio partis ad partes, ut in rebus corporalibus. Item ẽ cõpositio proprietatis ad subiectum, ut rationabilitas in anima. Item formæ ad substantiam, & substantiæ ad formam. & nulla istarum compositionum cadit in Deum, & ideo dicitur simplex omnino. i. in quolibet sensu compositionis [1]. Et pone quasi simile in anima, cuius substãtia simplex est, & tamen tria reperiuntur in anima. Intellectus qui præconcipit, ratio quæ discernit, & memoria quæ conseruat. Intellectus præcõcipiens, patri primo operanti comparatur. Ratio discernens comparatur filio, qui est sapientia patris, disponens omnia in cælo & in terra. Memoria conseruans, comparatur spiritui sancto [2], qui omnia bona corroborat & confirmat. Sicut ista tria idem sunt in substantia cum anima. sic & tres personæ pater & filius & spiritussanctus idem sunt in substantia.

Animæ tria insũt

1 Nam si esset quid cõpositũ: esset dare aliqd prius Deo, s. partẽ eius quod non est intelligibile.

2 Alij dicũt ꝙ memoria patri, intelligẽtia filio voluntas spiritui sãcto. Alij, ꝙ intellectus patri, voluntas filio, memoria spiritui sancto. & de hoc per Hostiẽ. in sum. eo. titu. §. j. Io. And.

e Coomnipotens. ut in symbolo Athanasij. sed tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

f Coæterni. Sed contra uidetur in dicto symbolo, ubi dicit: & tamen non tres æterni, sed unus æternus. Solu. hic ponuntur adiectiue istæ dictiones, ibi autem substantiue. hæc est differentia, hic designat personas, ibi essentiam, licet totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

g Simul. Vnde Salomon: qui manet in æternum, creauit omnia simul. Vnde in Genesi. In principio creauit Deus cælum & terram, quod simul factum fuit, sed simul dici non potuit.

Creata sunt omnia simul.

h Humanam. Quia prima die angelos creauit, & sexta die creauit homines.

i Quasi communem. i. mediam inter angelicam & mundanam, uel communem. i. vtriq; conformem. quia in pluribus conformat se cum angelis. s. in ratione & discretione. & in multis cum inferioribus creaturis, quia sentimus cum illis, & in pluribus alijs.

k Diabolus. Dicitur criminator, & est græcũ vocabulum. deriuatur autem a dia, ꝙ est duo: & Bolus, ꝙ est morsellus: quia duos bolos tantum de corpore & anima quærit facere.

Diabolus dicitur calũniator. nã Διαβολη calumniã significat.

l Dæmones. Dæmon interpratatur sciens. [3] Et est argu. ex hac litera ꝙ de bono procedat malum: quod est falsum: ut hic exponitur: quia angelus non habuit remediũ sicut homo: qa homo peccauit ꝑ suggestionem [4], angelus per se sine alterius suggestione, vt dicit litera sequens.

3 Vel deorsum fiuens, uel ruens: ut quod habet in volũtate: ferat in nomine. nomine quoque decipit: sursum ascẽdere monet, sed deorsum ruere suadet, Matthe. Si filius Dei es: mitte te deorsũ. Ioã. And. in nouel.

Glossa seq. quærit, arguit negatiue, soluit contrarium, et argumento respondet.

m Creati sunt boni. Nunquid est idem de homine? Videtur ꝙ nõ, per hoc ꝙ dicit Apostolus: Eramus enim natura filij iræ sicut & cæteri; a qua nullus liberatur, nisi per fidem, de conse. dist. c ij. ꝙ incipit, firmissimæ. Dicas ꝙ homo ab initio bonus creatus fuit, sicut & angeli & in charitate: ut de pœ. dist. ij. c. tolle charitatem. vers. Adã vero. & c. seq. & c. princeps. videtur ꝙ homo creatus fuit immortalis. de conse. dist. iiij. placuit igitur. versus fi. di. Et authoritas prædicta sic debet intelligi, eramus enim natura filij iræ. i. eramus digni pœna æterna, siue debitores iræ. i. pœnæ æternæ. natura, id est, inseparabili vitio, scilicet originali peccato. Originale enim peccatum ita inhæret humano generi, sicut si esset ei naturale, quia sicut natura nos non deserit dum sumus, ita nec originale peccatum: sed tamen post baptismum nocet. de consecra. distinct. iiij. c. ij.

4 Facit gl. in ver. videri. cũ ibi not. in l. qui fundum. ff. de verb. sig.

n Per se. id est, ex proprio defectu.

o Diaboli suggestione. Et ideo magis puniendus est diabolus, quam ipse faciens. lxxxvj. di. tãta. circa fin. ibi, eos vero. nec illud excusat diabolum, si homo illud alias facturus [5] esset. ff. de ser. cor. l. j. §. qui igitur, licet videtur, ꝙ pro sola tantum hortatione non debet teneri. non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur. ff. de ijs qui not. infa. l. ob hæc verba, in fi. Nec id excusat hominẽ, qđ cõsilio alterius fecit, quia debuit & potuit explorare apud semetipsum an expediret ei tale consilium. ff. man. l. ij. in fi. & si dubitabat, potuit consulere peritiores. Quare imputatur alicui ff. de iu. & fa. ign. l. regula. §. sed iuris. & ff de bo. poss. in bonorum. in fi. & xxxvij. distin. §. vlt. Ioan. And.

5 Facturus consulens delictũ alias non facturo punit eadẽ pœna: Si alias facturus, mitius. c. sicut dignũ. §. qui vero. ĩ. de homi. Albert. iiij. sta. q. xxx iij. Bar. ĩ l. sæpe. de verb. sig. Bal. l. data opera. C. qui accu. nõ poss. c. querelã. in ti. ĩ. de elect. Phi. dec. ĩ l. cõsilij. de regulis iur.

Glo. seq. declarat triplicẽ legẽ, sub triplici tẽpore.

p Ordinatissimam dispositionem temporum. Hæc fuit dispositio, quia tria fuerũt tempora tempus ante legem, & tempus sub lege, & tempus gratiæ. In tẽpore ante legem habebant homines ius naturale, quo regebantur, ꝙ consistebat in his duobus præceptis contentis his versibus. Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod

non tibi, noli. Sic potes in terris uiuere iure poli. di. j. in princip. In tempore sub lege regebantur decalogo Moysi dato à Deo, et tunc contingebant omnia in figura, quæ completa fuerunt tempore gratiæ, quando Dei filius nos docuit præcepta euangelica: quibus hodie regimur: ī quo scripturæ fuerunt completæ. et hic est ordo, de quo hic dicit.

Trinitatis opera sūt inseparabilia.

[a] A tota. Trinitate. hoc ideo dicit, quia inseparabilia sūt opera trinitatis. de consec. distin. iij. c. ult. in fi. et xxviij. q. j. sic enim neque. circa princ. per mediam colū. Nec pōt filius a se facere quicq̄, nisi qd̄ uiderit patrem facientem. de cōse. di. v. c. ult. ī fi.

† Similē & ferme in termi. text. habes. C. eo. tit. in l. inter claras §. oēs uero. uersic. & quoniā unigenitus filius &c.

[b] Incarnatus. Hic explicatur primus articulus fidei.

[c] Vna. Hoc fuit figuratum in arca Noe. Gen. vij. ubi fuit redemptio sanctorū per duas naturas, i, quo ad opinionē et ueritatē.

Scili. ligni & aq, habuit ēt inclusio ī arca (per quam tūc fuit salua tū genus humanū) figurare inclusionem diuinitatis in humanitate, p quā erat salua. dum. Ioā. And.

[d] Impassibilis. xxij. q. iiij. incommutabilis. et habetur figura his uersibus. Nihil Isaac patitur, aries sit victima Christo. Nec deitas patitur, cum moriatur homo. xxij. q. ij. c. si quælibet. §. Abraham. et cap. seq.

[e] Mortuus. Hic explicatur tertius articulus fidei.

[f] Descendit ad inferos. Quartus articulus.

[g] Resurrexit a mortuis. Quintus articulus.

[h] Ascendit in cælum. Hic est sextus articulus.

[i] Venturus. Septimus articulus.

[k] Nunc gestant. Vnde Apostolus: hoc mortale induet immortalitatem.

dem unigenitus Dei filius Iesus Christus à tota[a] Trinitate communiter incarnatus[b], ex Maria semper uirgine spiritus sancti cooperatione conceptus, uerus homo factus: ex anima rationabili & humana carne compositus†, una[c] in duabus naturis persona, uiam vitæ manifestus demonstrauit. Qui cum secundum diuinitatem sit immortalis & impassibilis[d], idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis & passibilis. Qui etiam p salute humani generis, in ligno crucis passus & mortuus[e], descēdit[f] ad inferos, resurrexit[g] à mortuis, & ascendit[h] in cælum: sed descendit in anima & resurrexit in carne: ascenditq; pariter in utroque: uenturus[i] in fine seculi, iudicaturus uiuos & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis quam electis: qui omnes cum suis proprijs resurgēt corporibus, quæ nunc gestant[k], ut recipiant secundum opera sua, siue bona fuerint, siue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam.

Tractatur hic de sacramentis ecclesiasticis. Abbas Siculus.

[l] Vna &c. Hæc est secunda pars principalis, in qua tractatur de sacramentis. Et primo de sacramento eucharistiæ, interferens de sacramento ordinis. Secundo de sacramento baptismi: ibi, sacramentum. Tertio de sacramento pœnitentiæ: ibi, & si post. Quarto de sacramento coniugij: ibi, non solum. Abbas Siculus.

Christus, ſeip̄m cōmunicauit.

[m] Extra quam. xxiiij. q. j. quoniam vetus.

[n] Est sacrificium. De conse. distin. ij. cap. nec Moyses. unde dicit: Rex sedet in cœna turba cinctus duodena. Se tenet in manibus, se cibat ipse cibis. Dicit Augu. De carne beatæ Mariæ carnem accepit, et eandem carnem ad manducandum dedit ad salutem. de conse. distinct. ij. accesserunt Iudæi. et hoc fuit significatum in persona Dauid: de quo dicitur: ferebatur Dauid manibus suis, ut ibi dicitur. Ber.

Vna[l] uero est fidelium uniuersalis ecclesia, extra[m] quam nullus omnino saluatur. In qua idem ipse sacerdos est sacrificium[n] Iesus Christus: cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus[o] panis & vini, ueraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & uino in sanguinem, potestate diuina: ut ad perficiendum mysterium unitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum, nemo potest conficere nisi sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secūdum claues[p] ecclesiæ, quas ipse cōcessit apostolis eorumq; successoribus Iesus Christus, Sacramentum[q] uerò baptismi (quod ad Dei inuocationem & indiuiduæ Trinitatis, uidelicet patris & filij & spiritus sancti, cōsecratur in aqua) tam paruulis, quam adultis in forma ecclesiæ à quocunq;[r] ritè collatum proficit ad salutem. Et si post susceptionem baptismi, quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per ueram potest semper pœnitentiam reparari†. Non solum autem uirgines & continentes, uerum etiam coniugati[s], per rectam fidem & operationem bo-

[o] Sub speciebus panis & uini. Hoc ex causa statutum fuit, ut in alia forma sumeretur pro pter horrorem. un de dicit. Nisi quis māducauerit corpus meum, & biberit sanguinē meū, &c. audito hoc uerbo scādalizati sunt discipuli, & dixerunt: durus est hic sermo. de consecr. distin. ij. prima. de hoc sacramēto tra ditur. J. de celebr. miss. cum Marthæ.

[p] Secundum claues ecclesiæ. Nota hic quod non potest conficere corpus Christi, nisi fuerit ordinatus in forma ecclesiæ.

[q] Sacramentum uero baptismi. Hic est secundus articulus qui ultimo ponitur: & hic exprimitur forma baptismi, quam seruat ecclesia. de con sec. di. iiij. firmissime. & infra de bap. & eius effectu. cap. maiores.

[r] A quocunque. A quocunq; ergo baptismus conferatur in forma ecclesiæ, sic ratū est: ut j. q. j. ꝙ quidam. & de conse. di. iiij. a quodam. & capi. Romanus. xxiiij. q. j. c. subdiaconus. §. sed illud.

Glossa seq. prosequitur triplicem hominum statum.

[s] Coniugati. Nota quod tres sunt ordines in ecclesia Dei: scilicet virgines, continentes, & coniugati. Christus enim plus amat uirgines quam alios: quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum. continentes etiā plus Deo placent, quam coniugati, quia non expedit homini ad regna cælestia tendenti, accipere uxorem. ut xxxij. quæstio. v. tunc saluabitur. & ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cum liceret non impendere, tamen causa dilectionis impendimus, uigesima octaua, quæstione prima, iam tunc.

Damna

[1] Ratum, sed cū sufficiat cōtritio, nō ne melius est abstinere q̄ ab hæretico recipere? Sol. ut no. xxxij. di. c. præter hoc. gl. se quē. Ioā. And.

[2] Adde se cūdū doc. can. quod sunt nōnē quos Ioā. An. in ps. vj. in glo. in verbo epicopus & xxj. di. c. cleros. enumerat.

[3] Propter onera matrimonij. expedit tñ ppter uitandam fornicatione. & sic soluit contrariū de canone xxviij. q. j. sic enim facit xxxij. q̄. v. si Paulus in fi. His re spectibus Socra. ab adolescente consultus, an uxorē duceret, uel nō? respōdit eū pœnitentiā acturū qd cunq; eorū fecerit: rōnes reddēs q̄s ponit Valerius lib. vij. cap. ij. Ioā. And.

[4] Cōcor. ca. qa tua. c. ponderet. & ca. contumaces. l. dicti. faciūt no. p Bar. i l. qui ex mente. ff. de furtis.

nam placentes Deo , ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

Idem in eodem.

Pater & filius & spiritussanctus, uera unione, non collectiua seu similitudinaria sunt una essentia , substantia , seu natura, quæ substantia nō est generans, nec genita, nec procedens: quia illi actus non attribuuntur substātiæ, sed personis : nec per hoc in trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes , ut hæretici sunt censendi, nisi ab errore resipiscant , & correctioni apostolicæ sedis se supponant. Abbas Siculus.

CAP. II.

Damnamus ergo & reprobamus libellum seu tractatum, quem abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum lombardum , de unitate, seu essentia trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanū : pro eo quod in suis dixit sententijs †, quoniam quædam summa res est pater & filius & spiritussanctus , & illa non est generans a , neque genita, neque procedens : unde asserit b quòd ille c nō tam trinitatem, quam quaternitatem astruebat in Deo , uidelicet tres personas : & illam communem essentiam quasi quartam : manifestè protestās , quòd nulla res est , quæ sit pater & filius & spiritussanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura: quamuis cōcedat quòd pater & filius & spiritussanctus sunt una essentia , una substantia , unaque natura: Verum unitatem huiusmodi , non ueram & propriam , sed quasi collectiuam & similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines , unus populus , & multi fideles, una ecclesia , iuxta illud , Multitudinis credentium erat cor unum , & anima una , & qui adhæret Deo, unus spiritus est cum illo . Item ille qui plantat d , et qui rigat e , unum sunt : & omnes unum corpus f sumus in Christo. Rursus in libro Regum : Populus meus, & populus tuus, unum sunt. Ad hanc autem suam sententiam astruendam, illud potissimum uerbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in euangelio : Volo pater ut sint unum g in nobis , sicut & nos unum h sumus , ut sint consummati in unum . Non enim i (ut ait) k fideles Christi sunt unum , id est , quædam una res , quæ communis sit omnibus , sed hoc modo sunt unum , id est, una ecclesia: propter catholicæ fidei unitatem . & tandem unum regnum propter unionem indissolubilis charitatis , quemadmodum in canonica Ioannis apostoli epistola legitur: Quia tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater l & filius & spiritussanctus : & hi tres unum m sunt. Statimque subiungitur. Et tres sunt , qui testimonium dant in terra n spiritus, aqua o , & sanguis : & hi tres unum q sunt : sicut in quibusdā codicibus inuenitur. Nos autem sacro approbante concilio , credimus & confitemur cum Petro : quòd una quædam summa res est , incomprehensibilis quidem , & ineffabilis, quæ ueraciter est pater , & filius , & spiritussanctus : tres simul personæ , ac sigillatim quælibet earundem & ideo in Deo solummodo trinitas est , non

Damnamus. Hæc decretalis diuiditur ī duas partes principales. In prima reprobat doctrinam abbatis Ioachim ibi, Reprobamus. In secunda damnat illam Almarici. Prima pars facit quinque: quia primo reprobat doctrinam abbatis , Ioachim cōtra magistrum sententiarum , quam prosequitur exprimēdo motiua & rationes ipsius . Secūdo ibi, nos autem. approbat sententiam magistri , qua damnat Ioachim . Tertio ibi, cū ergo. respōdet authoritati , qua principaliter mouebat Ioachim. Quarto ibi, si quis. damnat tenentes opinionē Ioachim. Quinto ibi, in nullo. protestatur pro monasterio , cui pfuit Ioachim .

a Non est generans . adiectiue tenetur , id est, nō generat, licet sit persona generans .

b Asserit. Scilicet Ioachim .

† Lib. j. distīctio . xxiij.

c Ille. Scilicet Petrus .

d Qui plātat. Scilicet prædicando .

e Et qui rigat. Baptizando. In epistola ad Corinthios .

f Vnum corpus. Vnione charitatis & spiritus de consecrat. distinctione iiij quæris à me .

g Vt sint unum. Id est, eiusdem uoluntatis .

h Nos unum. Scilicet unione naturæ .

† Respondet . imo respōdet . j. uersi. cū ergo Ioā. And. Pan.

i Non enim . Hic respondet l concilium authoritatibus Ioachim .

Act. 4.

k Ait . Scilicet Ioachim .

Gloss. sequēs ponit triplex testimonium personarum trinitatis.

Ioan. 17

Pater & filius & spiritus sanctus. Pater dedit testimonium deitatis, quādo dixit : Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite. Filius dedit testimonium deitatis quando in monte trāsfiguratus potentiam deitatis, & speciē æternæ beatitudinis ostendit. Spiritussanctus dedit testimonium , quando super baptizatum in specie columbę requieuit uel quando ab inuocatione nominis Christi , corda credentium impleuit.

Christi Deitas, triplici testimonio cō probata est.

1 Cor. 3

1 Cor. 12

3 reg. 22

m Et hi tres unū. Id est, indifferentes quo ad dandum gratiam. Vel unum , id est , unius substantiæ uel essentiæ .

n In terra . Scilicet quod Christus fuit homo. infra, de celebra. mis. in quadam .

o Spiritus. Id est, humana anima, quā emisit in passione.

p Aqua & sanguis. Quæ fluxerūt de latere Christi, ut in decre. pre. ī quadam . & fuit uera aqua , & non aquaticus humor, ut quidam hæretici mentiuntur .

q Et hi tres unū sunt . Non natura eiusdem substantiæ sed cooperatione eiusdem mysterij: quia spiritus per adoptionem nos filios Dei fecit , aqua fecit nos filios Dei per ablutionē baptismi , sanguis per redemptionem gratiæ .

Ioan. 15

Non est

quaternitas : quia quælibet trium personarum est illa res, uidelicet substantia, essentia, seu natura diuina : quæ sola est uniuersorum principium, præter quod aliud inueniri nō potest : & illa res non est generans [a], neque genita [b], nec procedens, sed est pater qui generat : & filius qui gignitur: & spiritussanctus qui procedit: ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura [c]. Licet igitur alius sit pater [d], alius filius, alius spiritussanctus : non tamen aliud, sed id quod est pater, est filius & spiritus sanctus idē omnino : ut secundum orthodoxam [e] & catholicā fidem, consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno filium generando : suam substantiam ei [f] dedit : iuxta quod ipse testatur : Pater quod dedit mihi, maius omnibus est. Ac dici non potest, quòd partem substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit : cum substantia patris, indiuisibilis sit : utpote simplex [g] omnino. Sed nec dici potest, quòd pater in filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam filio, quòd non retinuerit ipsam sibi : alioqui desijsset esse substantia. Patet ergo, quòd sine ulla diminutione filius nascendo substantiam patris accepit: & ita pater & filius habent eandem substantiam : & sic eadem res est pater & filius necnon & spiritus sanctus ab utroq; procedēs [h]. Cùm ergo ueritas [i] pro fidelibus suis orat [k] ad patrem : Volo (inquiens) ut ipsi sint unum [l] † in nobis, sicut & nos unum [m] sumus : hoc nomen, unum, pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligitur unio charitatis in gratia [n] : pro personis uerò diuinis ut attendatur identitatis unitas in natura, quemadmodum alibi ueritas ait: Estote perfecti, sicut & pater uester cælestis pfectus est, ac si diceret manifestius : Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut pater uester cælestis perfectus est, perfectione naturæ : utraque uidelicet suo modo : quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam uel doctrinam præfati Ioachim † in hac parte defendere uel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus euitetur. In nullo tamen propter hoc Florentino [o] monasterio (cuius ipse Ioachim extitit institutor) volumus deroga-

Trinitatis nomina, sunt triplicia.

a Non est generans. Id est non generat, sed est persona generans.

Glossa sequens distinguit, triplicem speciem nominum in diuinis.

b Neque genita. Not. ad intelligentiam personarū in trinitate, quod nominū quædā sunt essentialia, quædā personalia quædā notionalia [1]. Essentialia sunt, quæ in singulari numero dicūtur cōgrue de tribus personis sigillatim, ut Deus bonus, Deus iustus æternus, omnipotens, & similia. in plurali vero numero incōgrue dicuntur : iuxta illud Athanasij: & nō tres Dij, sed unus est Deus. Personalia sunt, quæ supponunt personā & in singulari numero tantū, ut pater & filius & spiritussanctus. Notionalia [2] sunt, quæ notant distinctionē in personis : ut generans generata, & procedens. Ista notionalia, cum ueniūt adiectiue, dicūtur tātum de personis, & nō de essentia. sed quādo tenētur substantiue, tūc dicuntur tā de essentia quam de personis. vnde hæc propositio simpliciter est vera, pater est generās, siue hæc dictio generās teneatur adiectiue siue substantiue Si aūt dicatur, substantia diuina est generās si hæc dictio generās, teneatur adiectiue, falsa est, quia vellet notare distinctionem in diuina essentia : si teneatur substantiue uera est: quia tunc est sensus, substantia diuina est generans, id est, persona quæ generat. Vnde nomina ista, generans, genita & procedens, adiuncta nominibus personarum, distinctionem notant personarum : iuncta uero cum nominibus istis substanti. natura, seu essentia diuina, tenentur substantiue, & notant essentiam tantum.

[1] Vide de hac diuisione glo. & ibi late per Bart. ī l. si unus §. fin. ff. de pact.

[2] Quæ sic appellant quia personas notificāt. aliquādo distinctiua : quia illas distiguūt. quandoq; relatiua : quia personas ad inuicem referunt. quādoque proprietates : quia propriæ psonis insunt. Ioā. And.

c Natura. Hæc est illa summa res, quam dixit magister Petrus.

Gloss. seq. ponit quomodo in diuinis, disiunctiua nomina tripliciter iunguntur.

d Alius sit pater. Alius filius. Disiūctiua siue partitiua nomina unus, aliquis, alius, duo, uel similia, aliquādo significāt essentiam, aliquādo nō. Nomina partitiua iuncta cū nominibus personalibus & nō essentialibus in masculino & fœminino genere, notāt distinctionē in personis, pater est vnus, filius ē alius pater & filius sunt duo. Iūcta vero nominibus essentialibus, ita quod eis innitantur, essentiā notāt : ut pater est vnus Deus, pater & filius sunt una essentia. In neutro uero genere, tantū essentiam notauit: pater & filius sunt vnū, id est, una res. & ideo optime dicit, alius pater, alius filius, id est, alia est psona pr̄is, & alia psona filij ; nō tamē aliud, imo idē sunt in substantia : ut iam patet.

e Orthodoxā. Id est rectā. ab orthos quod est rectum: & doxa, quod est gloria, quasi rectę gloriosa. Host.

f Ei dedit. Vnde Augu. Nihil habet filius, quod non nascendo a patre acceperit.

g Simplex omnino. De hoc dicas. vt supra, cap. proximo.

h Procedens. Scilicet per inspirationem. de consec. dist. vlt. cap. pen. in fine.

i Cum ergo veritas. Dicit respondēdo authoritati pdictæ, uolo pater, &c. & eā exponit quā inducebat pro se Ioachim, & exponit qualiter intelligatur hoc uerbum unū, & p hoc ēt alijs authoritatibus respōdetur.

k Orat. In euangelio Ioannis.

l Vnū in nobis. Idest uniti nobis vnione spiritus.

m Vnū sumus. Hic in alia sigñatione accipitur hoc nomē, vnū. i. unione substātiæ seu naturæ, ut j. sequit.

n In gratia, Id est per gratiam.

o Florētino monasterio. Not. q̄ si author reprobat,

† Poteris plenius hunc tex. intelligere si Bartolum & scribē. uideris in l. si plures. in ver. difficile. ff. de pactis. qa huius dictionis unus æquiuocationē & significatum docent.

† De quo Alexā. ab Alexā. in li. Genia. dier.

a Facit cõtra ca. sancta Roma. eccl. §. iã nũc subijciendum. vers. item Rufinus. et uers. q̃ uero. xv. dist. et j. q. j. c. nomine. no. Bar. in l. j. ff. si cert. pe. inst. de autho. tu. §. tutor autem.

eius scripta sunt reprobãda .infra de hære. fraternitatis. imo & si bona essent reprobarētur ratione authoris: quia non licet ei hoc facere. xcvj. di. bene quidem. hic vero licet author non reprobetur: quia confitetur se seruare fidem catholicã, tamen scripta sua (quia malam habebãt sentẽtiã) reprobantur.

a Corrigenda. Et ideo quia paratus fuit corrigi, & se correxit, ut sequitur: non debet dici hæreticus, licet q̃n que errasset ĩ fide. xxiiij. quæst. j. hæc est fides. & q. iij di. xit Apostolus.

ri: quoniam ibi & regularis est institutio, & obseruãtia salutaris: maximè cũ ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mãdauerit, apostolicę sedis iudicio approbanda, seu etiã corrigẽda a, dictans epistolã, quã propria manu subscripsit, in qua firmiter cõfitetur, se illã fidem tenere quã Romana tenet ecclesia: quę (disponente domino) cunctorum fidelium mater est & magistra. Reprobamus etiam & condemnamus, peruersissimum dogma † impij Almarici, cuius mentem sic pater mendacij excæcauit, ut eius doctrina, non tam hæretica, quàm insana sit censenda.

DE CONSTITUTIONIBUS.

Hic titulus potest ad præcedẽtia & sequentia sic cõtinuari. Tractaturus author de iure, præmisit de sũma Trinitate, & fide catholica pro sui operis fundamẽto: quia ubi fundamẽtũ deficit, nihil superædificari põt. i. q. i. cum Paulus. Et quia omne ius cõstat ex scripto et non scripto, inst. de iure na. gen. & ciui. §. constat. & i. dist. cap. cõsuetudo. §. cum itaque. ius autem scriptũ est certius & nobilius: ideo author præmisit de iure scripto, scilicet de constitutionibus: & postea de iure non scripto, scilicet de consuetudine. Abb. Sic. *De prima parte huius tituli tractatur in i. distinct. usque ad vij. inclusiue: & in ix. dist. usque ad x. inclusiue. & in xij. & xix. & xx. & xxix. & xxx. et xxxviij. dist. per totum: & prima quæst. vij. c. requiritis. §. nisi rigor. usque ad cap. & si illa. §. breuiter. & lxxvi. dist. ieiunium. ij. in fi. De secunda parte, uidelicet de concilijs tractatur. xv. distin. usque ad xix. distin. exclusiue. De utraque parte habetur xvi. distin.*

† Alias, docma habent codices uetustissimi. Vide Ioã. Gers. parte. iiij. fo. lvj. col. iij.

TITVLVS II.


Canonum statuta. Constitutiones canonum ab omnibus sunt seruandæ. Ioan. And. Primo statuit. Secundo confirmãdo declarat: ibi, & nemo. Abb. Sic.

b Canonum. Generalium scilicet, quia quidam canones sunt personales, quidam locales a .lxiij. distin. cum longe. infra de elect. nihil. quidam causales, quidam temporales: ut xxix. dist. sciendum.

c Statuta. Non abrogata uel per contrariũ canonem, uel per consuetudinẽ. illa enim seruãda nõ sunt. xxvj. di. c. j. & xxxvj. q. ij. c. ult. Et dic statuta cõtinẽtia præcepta uel prohibitiones. alias si de consilio loquerentur, non obligarent. xiiij. quæst. j. c. ult. §. quod præcipitur. iiij. dist. cap. denique. §. hæc & si legibus.

d Custodiantur. j. quæst. vij. si quis omne. xix. distin. Romanorum. & infra eo. cap. ult.

a Quid appellet canon, no. docto. in l. priuilegia. C. de sac. san. eccl. gl. in c. j. dist. iij.

DE CONSTITUTIONIBUS.

Ex concilio Meldensi.

Iuris canonici statuta, omnes ligant: et eorũ ritu tam in pronuntiando quàm in decidendo, iudicia sunt regulanda.

CAP. I.


Canonum b statuta c custodiantur d ab omnibus e. Et nemo in actionibus f uel iudicijs g ecclesiasticis, suo sensu h, sed eorũ authoritate ducatur.

Gregorius in registro.

Constitutio respicit futura, & non præterita.

CAP. II.

COgnoscentes: & infrà. Rem, quæ culpa caret i in damnum uoca-

e Ab omnibus. Sic & leges ab oĩbus sunt seruandæ: ut C. de legi. & const. l. leges. j. & C. de iur. & fac. igno. constitutiones. Et dic ab omnibus, s. subditis. Nam papa & Imperator legibus non cõstringuntur. ff. de leg. princeps. & ix. q. iij. cuncta. tamẽ legibus se uelle uiuere profitētur. C. de legi. digna uox. & C. de testa. ex imperfecto. & ff. de lega. iij. ex imperfecto. & inst. quibus mo. test. infir. §. ulti. & ij. quæst. vij. nos si incompetenter.

f In actionibus. Scilicet ciuilibus.

g Vel iudicijs. Scilicet criminalib. quia iudiciũ aliud criminale, aliud ciuile. j. qui filij sint leg. p̄ uenerabilẽ. circa finem. §. tria. Nec est necesse p̄ponere actionẽ. j. de iud. dilecti. si tamẽ quis proponit ineptã succũbit. a sed aptã potest postea proponere: ut j. de iud. c. examinata. ubi de hoc.

h Suo sensu. Scilicet malo, & ē si. iij. q. ix. plura. & j. eo. ne innitaris. quandoq; enim suo sensu uti debet iudex in iudicãdo, p̄prie accepto uocabulo. ff. de arbi. qualem. & in auth. de iureiur. quod præ. ab ijs, qui administra. reci. circa prin. colla. ij. & infra, de renun. in præsentia. dum tamen secundum leges & iura pronuntiet. in auth. de iud. §. quia uero. uersic. omnis iudex alias est. §. col. vj. & in auth. de defen. ciui. §. iusiurandum. col. iij. & iij. q. vij. iudicet. & xx. distin. de libellis. & xxxvij. di. relatum. & instit. de offi. iudi. in prin. & C. de sen. & interlo. om. iud. l. nemo.

a Succumbit. nisi sit apta conclusio: quia tunc procedit libellus ẽt in foro seculari tex tus. §. om niũ. insti. de actio. et fortius in ecclesiastico. c. dilecti. infra de iudici.

COgnoscentes. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur regula, ex qua sumitur ratio. In secunda statutum: ibi, Quoties. In tertia declarando applicat ad facti rationem, quæ sumitur ex regula: ibi, Ne detrimentum. Abb. Sic.

i Culpa caret. Quia quod legitime factum est, pœnã non meretur. C. de adulter. Gracchus. & peccata suos debent tenere authores. C. de pœ. l. sancimus. et infra, de ijs, quę fi. a maio. par. cap. quæsiuit. et infra, de senten. excommu. Romana. in fin. lib. vj. Et ita est hic ar. expressum. quod nemo priuatur iure suo sine culpa. lvj. dist. satis peruersum. xvj. q. ult. inuentum. de rest. spo. conquerente. Arg. contra. xxij. di. renouantes. et xxxiiij. di. si cuius uxorem. et c. seq. et xxvij. q. ij. multorũ. infra, de cler. coniu. sane. Sol. primus titulus regulariter uerus est, contraria casualia sint. Vel dicas, quod licet quandoque quis priuetur iure suo sine culpa, non tamen fit istud sine causa. infra, ut lit. non contest. quoniam frequēter. §. si uero. et causam facile est uidere in contrarijs signatis. In sex casibus priuatur aliquis iure suo sine culpa sua. Vnde versus: Paupertas, odium, vitium, fauor, et scelus, ordo: Personas spoliant et loca iure suo. Ista notantur in dicto cap. renouantes. et infra, de priuileg. antiquæ ubi de hoc.

Futuris

a Futuris. Sic ergo cōstitutio respicit tantum futura,q̃ nō præterita:ut infra.e.c.vlt.ubi dicem⁹ de hoc.
b Dispēdijs.i.dānis,siue retractationibus. uel.i.detrimētis uel grauaminibus. j. de rescr.dispēdiosa. lib.vj.
c Non cōmendet.Id est,non puniat. uel.i. subijciat.
d Ante prohibitionem. Arg.neminem ligari constitutione, anteq̃ ad ipsum pueniat: vt xxxij. q iiij. dixit Sara.& lxxxij.dist. proposuisti. Argu. contra.xvj. distin. quod dicitis. Sed nō est cōtra: quia ex quo publicè ꝓmulgata est, & publicata,oēs tenentur ad ipsius obseruantiam,& omnes ligat post duos mēses à publicationis tempore elapsos. in authē. ut fa.no. consti.circa princ. col.v.infra.de sen. excom. nouerit. j. ne cle. uel mona. nō magnopere. & cap.super specula. Nec est necesse ut singulorum auribus inculcetur:ut in d.c.quod dicitis. & infra de postul.prœla.ad hæc. Ne si probaret se extra prouinciam tunc fuisse,uel alias impeditum. argu. est expressum.infra qui ma.accu.pos.cum in tua.

† Cōcor. tex.I.cum gl. ĩ vers. ignorāti. in l. cū de indebito. ff. de proba.& in l. lege.§.cū quidā. & ibi Bar.& Bald.ff.ad legē Cor. de fica. Constitutio ligat post duos menses, à publicatione.

ri non conuenit. Quoties vero nouū quid statuitur, ita solet futuris a formam imponere, ut dispendijs b præterita non cōmendet c. Ne detrimentum ante prohibitionē d possint ignorantes incurrere †: quod eos dignum est, postmodū uetitos sustinere.

Augustinus super illud epistolæ ad Hebræos.

Potestas legem condendi & mutādi, est penes vicarium Christi. Et quod de uno connexorum statuitur, ad aliud connexum extenditur. Abb. Sic.

CAP. III.

TRanslato e sacerdotio f necesse est ut legis translatio fiat. Quia enim g simul h & ab eodem, & sub eadem sponsione i utraque data sunt, quod de uno k dicitur, necesse est, ut de altero intelligatur.

TRanslato. Quod de uno cōnexorum statuitur, ad aliud cōnexorum extenditur.h.d.Ioan. And. primo ponit verba Apostoli. Secundo Augustini illa exponentis:ibi,Quia enim. Casus secundū Panor. sic poni debet,ut conueniat titulo. Fuit quæsitū à Gregorio authore huius compilationis, an constitutio, seu lex deberet intelligi in proprijs terminis tātū, an debeat extendi ad alios casus? & papa respondet quod debet extendi ad cōnexa,& similia. ad quod probandum inducit authoritatē Apostoli, qui ex translatione sacerdotij,intulit per consequentiam translationem legis. Abb. Sic. Vel sic. Quidam Hebræi licet facti Christiani, seruare volebant legem ad literam, quæ dicebāt præceptū de sabbato seruandū esse, & circuncisionem esse seruandam: quæ hodie ad literam seruari non debent. Hos reprehendit Apostolus dicens, quod postquam sacerdotium trāslatū est ad Christianos, necesse est ut legis trāslatio fiat. Augustinus super illo loco probat,quod hoc facere non debet: quia lex & sacerdotium simul data fuerunt,& ab eodem, & sub eadem sponsione, & ideo simul seruāda sunt: quia quod de uno connexorum dicitur de alio debet intelligi.

e Translato. In Petrum. scilicet per illa uerba, pasce oues meas. infra,de electio. significasti. Vel secundum alios per illa uerba, ite docete, &c.de consecrat. dist. iiij. proprie. §. euntes docete. Translata est ergo lex, & ita legis obseruatio non est apud Iudæos, sed apud Petrum & suos successores. Et quod translatum fuit sacerdotium à Christo in Petrum probatur vigesima prima distin.cap.in nouo.

Melchisedech præcessit legem.

f Sacerdotio. Supple leuitico: ut cesset obiectio quæ potest fieri de Melchisedech, qui præcessit legem per quingentos annos, quod innuitur ex litera sequenti, quia sacerdotium simul fuit datum cum lege. uerum est, supple leuiticum.

g Quia enim. Sunt verba Augustini exponentis prædicta verba Apostoli.

h Simul. Quia in monte Synai eodem tempore contulit dominus Moysi legem & sacerdotium. postquam ergo iam translatum est sacerdotium ad Christianos, ergo & lex transferri debet.

i Sub eadem sponsione. Quia postquam dominus dedit legem filijs Israel, dicit eis: Audi Israel mandata mea & ea cōserua ĩ corde tuo: & si feceris, dabo tibi terrā fluentem lac & mel & tūc ipsi ꝓmiserūt seruare legē & sacerdotium, & ideo dicit sub eadē sponsione. Hic attende quia dñs in ueteri testamento tēporalia semp promittebat, in nouo uero promittit æterna, ut cētuplum accipietis,& vitā æternam possidebitis, &c. j. de celebratio. missa. cum Marthæ.

Aeterna promittū tur in lege noua.

Idem super epistola ad Romanos.

Omne prohibitum à lege, peccatum est, et omne illud quod sequitur ex eo. h.d.

CAP. IIII.

NAm concupiscentiam l nesciebam m,&c. Hoc enim n elegit Apostolus generale o unde p

Gloss. sequens arguit, & allegat cōcordantias.

k Quod de uno. Arg. quod ibi est eadem ratio, ubi debet esse idem ius, & quod de similibus idem iudiciū est habendum.v.di.ad eius uero.ver.si enim ea. & iiij. distin.denique. versic. uinum quoque.& xvj.quæs.ultim.& hoc diximus.& j.q.iiij.si quis obiecerit.& j.de translati.inter corporalia.uersi.sicut ergo.& j.tit.pro xi.inter cæteras. in fin. Et quoties ex una radice uitiū nascitur,cōsequens est ut una lege tollatur. C.de nup. si libertām.& j.q.j. sicut Christus. & vigesimasecūda, q.ij.si quis per uerus. Et quod dicit quod de uno dicitur,id est,quod de uno constitutum est: & sic facit ad titulum: alias non uideretur facere.

Ius idem ibi statuatur ubi ē eadem ratio.

NAm concupiscentiam. Constitutio certum quid prohibens, omnia prohibet quæ sequuntur ex illa. Ioan. And. Primo ponitur dictum Apostoli. Secundo declaratio: ibi, hoc enim. Abb. Sic.

l Nam concupiscentiam. Legitur in epistola Pauli ad Romanos: peccatum non cognoui, nisi per legem. nam concupiscentiam nesciebam (supple) nisi lex diceret, non concupisces. Augu. exponit hic uerba illa Apostoli (nam concupiscentiam nesciebam) dicens, quia hoc elegit Apostolus.

m Nesciebam. Esse peccatum concupiscere: uel tam graue, secūdum aliam expositionem. Apostolus antequam uidisset legem, non credebat esse peccatum concupiscere rem alterius: sed postquam inuenit in lege, non concupisces, credidit esse peccatum.

m Nesciebā. Et sic nec reprobādam censebā. Io. And.

n Hoc enim. Verba sunt Aug. vsq; in fin. Et dic hoc, s. nescire concupiscentiam, uel remouendam a se. Vel hoc, id est peccatum, ita exponit Augustinus. Si intelligas de cōcupiscentia carnis tantū, falsum esset, cum Apostolus haberet cōcupiscentiā,& stimulū carnis. vnde dixit. Video aliā legē repugnantē legi mētis meæ, captiuantē me in legē peccati. xxxij.q.v. si Paulus.

o Generale. Scilicet vitium concupiscentiæ, quod est generale ad omnia uitia.

p Vnde omnia mala. Arg. quod uno prohibito, omnia prohibentur quæ sequuntur ex illo. xiiij.q. v. pœnale.& iiij. distinct. denique.& infra de si.instrum. inter dilectos. ad fi. C. de re. alie. non alienandis. l. ultim. & C. de legib. non dubium.

Oriuntur

omnia mala oriuntur[a] . Bona est. ergo lex[b] quæ dum hoc[c] prohibet, omnia mala prohibet.

Hieronymus in parabolis.

Constitutiones decretorum, singularibus sunt opinionibus præferendæ.

CAP. V.

NE innitaris[d] prudentiæ[e] tuæ. Prudentiæ[f] suæ innititur, qui ea quæ sibi agẽda uel dicenda uidentur, patrum decretis[g] præponit[h] .

Innocentius iij. Senoñ. archiepiscopo & episcopo Treceñ.

Non ualet constitutio collegij, in damnum aliquorum, & commodum aliorum, cessante rationabili causa, uel sic: Absque rationabili causa, non potest maior pars capituli tollere consuetudinem, utilitatem priuatam nutriendo.

CAP. VI.

CVm omnes: & infrà. Ad audientiam apostolatus nostri peruenit, quod Treceñ. canonici nouum fecerunt in Treceñ. ecclesia constitutum[i] , ut eis tam in præsentia quàm in absentia reditus suos in integro percepturis, qui in eadem ecclesia post illam constitutionem fuerunt uel de cætero fuerint instituti,[l] reditus in absentia non percipiant, sed tunc solum cum fuerint residentes: cùm secundum Treceñ. ecclesiæ consuetudinem omnes in hoc consueuerunt esse pares. Statuerunt etiam, ut (cum singulis præbendis annexæ sint vineæ) ipsis suas dum vixerint possidentibus, vineæ decedentium ad successores non transeant. sed prouentibus earum, intér singulos diuidantur.

a Oriuntur. Id est, oriri possunt. & comprehendit genera singulorum.& nõ singula generum, id est, non est aliquod genus mali, quod quandoque non possit oriri ex concupiscentia . Et sic intelligitur xlvij.di. bonorum. ubi dicitur, quod cupiditas est radix omnium malorum, ubi similiter comprehendit genera singulorum, & nõ singula generũ. & de pœni. di.ij.quia radix. Et eodem, modo intelligitur illud ꝙ dicit Imperator quod auaritia est mater omnium malorum. in authẽ.ut iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. versus fi.coll.ij.Et ex hoc generali uitio concupiscẽtiæ omnia mala.i. septẽ principalia uitia possunt oriri, scilicet Superbia, Ira, Inuidia, Accidia, Auaritia, Gula, Luxuria: & ideo dicit Augu. cum Apostolo, ꝙ bona sit lex, quæ dum hoc &c. non tamẽ propter hoc singula uitia cuiuslibet generis, ut puta interficere hominem periurũ, & similia oriuntur ex concupiscentia. Vel expone, quòd dicit oriuntur, id est, orta sunt, præsens pro præterito.ita exponitur.ff.de uerb. signif. verbum erit. propter concupiscentiam enim primi parentis omnia mala orta sunt. si enim non concupiuisset, non peccauissemus. v. dist.ad eius uero concubitum . in fin. Vnde Grego. Caro nos læta traxit ad culpam, afflicta reduxit ad ueniam. & sic non esset necesse comprehendere genera singulorum &c.

b Lex.id est,constitutio.ut in princ.decr.lex est cõstitutio[2] di.j.& dist.ij.c.j.& sic facit ad titulum.

c Dum hoc. Scilicet generare uitium concupiscentiæ, quod est generale ad omnia uitia.

NE innitaris.Diuiditur,quia primo ponuntur uerba Salomonis.Secũdo uerba Hieronymi & Augustini exponentium illa ibi,prudentiæ. Abb.Sic.

d Ne innitaris. In parabolis Salomonis ponuntur verba ista: Fili mi habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, ne innitaris prudentiæ tuæ: ne sis sapiens apud temetipsum. Hieronymus exponit hic particulam illam. Ne innitaris prudentiæ tuæ &c.

e Prudentiæ tuæ. Verba sunt Hieronymi vsq; in fin.

f Prudentiæ suæ. In malo. & est si.octaua, quæstione prima, sciendum & quinquagesimatertia. quæstio. ix. pura. & supra eodem titu. canonum.

g Decretis. Id est, constitutionibus, & ita pertinet ad titulum.

h Præponit. Non ergo sunt postponenda decreta, quæ Hieron.ita commendat: quod etiam fieri non debet.xxxvj. dist.relatum.

CVm omnes.Communiter sic summatur: Constitutio canonica, quæ non est omnibus communis, & per quã tollitur ecclesiæ consuetudo antiqua, non ualet.Et duo facit.Nam in prima parte ponit duo statuta successiue facta.In secunda parte duplici ratione præallegata: ambo statuta cessari mãdat. Secunda ibi. Cũ igitur. Abbas Sic.

Glossa sequens obijcit et soluit, cõtra sol.unam. l. allegat secundo quærit allegat.pro, & soluit distinguendo inter cõmunionem[3] collegiatorũ singularium, et inter necessaria voluptaria.

i Constitutum. sed nunne canonici isti Trecen.poterãt hæc & alia statuere alijs irrequisitis ẽt in præiudiciũ successorũ, cũ istud uideret esse ius cõmune, ꝙ absentes nihil percipiãt[5].j. de cle. non resi. inter quatuor & c.ult.j.de ap.ꝑuenit? Imo uidet ꝙ sic.ar.x.q. ij.ca. ea.n.§.hoc ius porrectũ.& ff. de pact. rescriptum. & vij. q.j. factus est. Sed hoc ideo nõ ualuit quia in præiudiciũ aliorũ, & malo zelo , & cõtra consuetudinem ecclesiæ hoc fecerunt.j.e.tit.ex parte. Et transgressor cõsuetudinis,ut transgressor legis puniẽdus est.xj.di.in his. Et statutum siue constitutio debet esse iusta[4] & honesta,& cõmunis omnibus.iiij. dist. erit autẽ.& q̃a cõstitutio ista nõ erat gñalis, nec communis omnibus ideo nõ ualuit &c. Et cũ ipsi canonici intelligant quasi unũ corpus & idẽ collegiũ, non debẽt duplici iure cẽseri.xij.q.ij.cognouimus.& j.de de[6]ci.cũ in tua.Et incõueniẽs aliud sequeret, ꝙ successores minus haberẽt quã ꝑdecessores, & sic nõ esset vera successio in ius alterius.ff.de acq.re.do. hæreditas. & ff.de acq.pos.cũ hr̃des.ĩ prin. Ista cõstitutio nõ ualuit.q̃a sine cõsensu episcopi facta fuit. j.de cõsue. cũ cõsuetudinis.circa fi.Arg. cõtra. ff.de col.l.ult.ubi fit collatio bonorũ natis, sed nõ illis q sunt nascituri[5] . Sed nũq̃d est uerũ gñaliter, ꝙ maior pars capituli facit,totũ capitulũ facere intelligit:ꝙ uidet. j.de ijs quę fi.à ma.par.ca.cũ in cunctis[6] .Dicas,ꝙ si aliquid commune pluribus nõ ut collegiatis, sed ut singulis: ꝙ fit à maiori parte illorum, nihil ualet nisi omnes consentiant.ff.de ser.rust.præ.ꝑ fundũ. nisi rẽ concedãt in naturalem usum, ꝙ potest facere unus etiã inuitis socijs & cõtradicẽtibus.insti.de re.di. §. religiosum.vers. in cõmune uero sepulchrũ.& nisi in casu.j.de iure patr. postulasti.& c.quoniã in quibusdam. Si uero sint plu[7]res ut collegiũ distingue, si aliqua faciẽda sunt ex necessitate,ut alienatiões,electiones,& similia,sufficit ꝙ maior pars facit.j.de ijs quæ fi.à ma.par.c.cũ in cũctis dum tamẽ alij absentes[7] uocẽtur.j.de ele.ꝙ sicut.& cavent-

1 Nõ ob. ꝙ dicitur ebrietatẽ, esse fomitẽ omniũ uitiorũ:ut xxxv. di. añ omnia. alibi dicit de ignorãtia, ꝙ est mr̃ errorum.xxxviij. disti. ignorãtia. alibi amor pecuniæ ẽ quasi materia omniũ criminũ. xxiij. di.his igit̃ secundum Host.Ioã. And.

2 Cõcor. tex.in authent. de nup. §.disponat. coll. iiij.

3 Et causa auaritiæ ad suas bursas replẽdas.Io. And.

4 Ista vero constitutio erat iniqua: cũ plus teneãtur antiq canonici, qui plus ꝑceperunt. Io.And.

5 Quia incertum ẽ vtrum, & q, & quot sint nascituri. ff. de so.l.si pat. ff. ꝺ iud.l. sed & si restituatur. nisi obstet naturalis usus. Alij casus ad idem no.j. de reg. iu. in re cõi. lib. vj. & hic ꝑ Ho. & Comp. Ioã. And.

6 Adde text. in l. nulli.ff. ꝙ cuiusq; uni. & in l. nominationũ. C. de dec. li. x. & ꝑ do. in l. iubemus. C.de sa.san. ec. bo. glo.in ver.nõ obest.ĩ l.Cassius. ff. de pig. actio.

7 Absentes.hoc uerũ in grauibus An. ton.Fel.

Cùm igitur quod quiſque [a] iuris in alterum ſtatuit, ipſe debeat uti eo : & ſapiẽtis dicat authoritas, patere legem [b] quã tu ipſe tuleris [†]. mãdamus quatenus antiquos canonicos iunioribus, & iuniores in perceptione fructuũ, tam pręben darum, quàm uinearum coæquetis [c] antiquis, ſecundum priorũ conſuetudinem [d] vſq; ad tẽpus prædictæ conſtitutionis ſeruatã, vel ſecundũ rationabilẽ inſtitutionem in poſterum obſeruandam.

Idem Tridentino epiſcopo.

Cõſtitutio laicorum, eccleſiã ſeu eius bona non adſtringit.

CAP. VII.

QVæ in eccleſiarum & infrà. Sanè peruenit ad audientiam noſtram, ꝙ ciues Teruiſini conſtituerunt [e] vt ſi quis ſe ad inopiam [f] vergere probabiliter allegauerit, alienandi feudum [g] quod ab eccleſia vel alijs tenet, liberã habeat facultatem: & ĩ. Volentes igitur, eccleſiarũ indemnitati conſulere, cõſtitutionem huiuſmodi, & uenditiones feudorum eccleſiaſticorum factas, ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu [h], vires decernimus nõ habere.

Idem.

Dignitas ſublata de eccleſia, per ſtatutum capituli confirmatum per papã, ulterius non cenſetur vacare, niſi per contrarium actum ſtatutũ fuerit reuocatum.

CAP. VIII.

CVm acceſsiſſent ad apo. ſedem Archidia. Tullen. & G. Tulleñ. capituli procurator : Archid. propoſuit memoratus, ꝙ cum olim quidam Tulleñ. canonici noſtris auribus intimaſſent, quòd primiceriatus in Tulleñ. eccleſia tanto tempore uacauiſſet [i], ꝙ ad manus noſtras, illius perſonatus, eſſet donatio deuoluta : & infrà. Fuit inſuper ex parte capituli allegatum ꝙ de communi aſſenſu canonicorũ Tullenſium fuerit conſtitutum [k], ne primiceriatus dignitas eſſet ulterius ĩ eccleſia memorata : inter canonicos ipſos : primiceriatus prouentibus & poſſeſsionibus

c.venerabilem. In alijs quæ ex neceſsitate non fiunt, qualia erant iſta quæ iſti faciebant, nihil poteſt fieri : niſi omnes conſentiant, ut hic, & in prædicta l. per fundum. & debent conſentire vt collegium. non tanquam ſinguli. arg. ĩ. e. cum M. Ferrarien. & ĩ. de elect. in Geneſi.

[a] Quod quiſque. ff. ꝙ quiſque iur. l. j. & diſt. j. in princ. decretorum.

[b] Patere legem. Dicit Auguſtinus : Talis ſum in ſcriptis aliorum : quales volo eſſe intellectores meorũ. ix. diſt. neq; quorumliber. Nec debent alijs legem imponere : quam ipſi negligunt obſeruare. infra. de præb. pro illorum.

[c] Coæquetis. Sic ergo oẽs pares [2] debent eſſe in beneficijs. ĩ. e. cũ M. de hac materia nota. ĩ. de maio. & obediẽ. ſtatuimus.

[d] Conſuetudinẽ. not. hic arg. optimum ꝙ in abſentia [3] põt quis percipere beneficium ſine peccato, ſi cõſuetudo ſit, ſecus eſt de iure communi : ut ĩ. de cle. nõ reſiden. quia nonnulli. & c. relatum.

QVæ in eccleſiarum. In prima parte ponitur conſtitutio. In ſecunda eius caſſatio. ſecũda ibi, volentes igitur. Abbas Sicu.

[e] Conſtituerunt. Quod eis licuit tã iure fori quã iure poli. Et vocatur ius ciuile, ꝙ quiſq; populus [4] ſibi conſtituit. inſti. de iure na. §. j. & diſtin. j. ius ciuile. Sed ex hoc ſtatuto nullũ præiudicium eccleſiæ generatur : ut hic, & xcvj. di. bene quidẽ. etiã ſi in vtilitatẽ eccleſiæ redundaret : ſi authoritas papæ nõ interueniret : ut in c. bene quidem. & ĩ. eo. eccleſia ſanctæ Mariæ. & x. di. c. j. & infra de ſenten. & re iudi. cum cauſa.

[f] Ad inopiã. Si culpa ſua eget, indignũ eſt ei ſubueniri ff. depo. bona fides. arg. op. ad hoc 86. diſt. nõ ſatis. Vel ſi ſuo vitio incidit ĩ egeſtatẽ. & ẽ ſi. ĩ. de cõſue. ex parte.

Gloſſa ſequens tractat de alienatione feudi, in feudatione, & datione in dotem. dat ſimile de uſuario & emphyteuta. In fine reci. per quæſtionem an uaſallus inuito domino feudo renuntiet ? tenet quod non. allegat unam. l. in contrarium.

[g] Alienandi feudum. Qui feudum alienat, cadit a iure feudi, & dominus illud alij concedere poteſt. ĩ. de feud. c. ij. & in lib. feudorum in ti. de alio. feu. conſti. ſi clientulus. ſed alij in feudum [5] dare poteſt : vt in d. cõſti. ſi cliẽtulus. & in cõſti. Lotharij, imperialis. nec feudum dari poteſt in dotẽ ĩ. de donat. inter vir. & vxor. nuper. Nec vſurarius poteſt uſum vendere irrequiſito domino : vt inſti. de vſu & hab. in prin. Nec emphyteuta poteſt vendere meliorationes ſuas domino irreqſito. qđ ſi fecerit, dominus illud poteſt reuocare. C. de iure emphy. l. vlt. ĩ. de loc. potuit. ſed facta denuntiatione domino ſi dixerit ſe nolle emere, vel ſi, à denuntiatione duorũ menſiũ ſpatium ſit elapſum, poteſt vendere cui vult, dummodo nõ vendat perſonis prohibitis. ĩ. de locat. & condu. potuit. quæ decre. Gregor. eſt, in prædicta. l. Renũtiare autem feudo vaſallus nõ poteſt inuito domino : cũ eius fauore introductum ſit, vt vaſallum habeat. arg. C. de act. & obli. ſicut in initio. Ar. cõtra ff. de ope. liber. interdum.

Gloſſa ſeq. reci. per quæſtionem an cõſenſus ſufficiat.

[h] Perſonarũ aſſenſu. Non tamen ſufficeret omnium cõſenſus in hoc caſu, quia alienatio facta de conſenſu omniũ citra formã debitã, nulla eſt. xij. q. ij. ſine exceptione. & x. q. ij. hoc ius porrectũ. & C. de ſac. ſan. ec. auth. iubemus. in fi. & ĩ. de re. eccl. nõ alie. dudum. lib vj. ſed ſi cõmunis forma ſeruata eſſet, teneret uenditio. ĩ. de ijs quæ fi. a præla. ſine cõſenſu. cap. cũ nos, ſed ſi læſa eſſet eccleſia, reſtituitur in integrum. de in integ. reſt. requiſiuit. & infra, de empt. & vend. cum dilecti.

CVm acceſsiſſent. Diuiditur in tres partes. In prima parte ponitur allegatio pro primicerio. In ſecunda pro capitulo : ibi, Fuit. In tertia definitiua commiſsio. ibi, Quocirca. Abb. Sicu.

[i] Vacauiſſet. Nulla iuſta cauſa impediẽte : alias non curreret tempus. ĩ. de conceſ. præben. & eccle. non va. quia diuerſitatem. Arg. ad hoc xxviij. diſtinct. de Syracuſanæ. & ij. quæſt. vj. anteriorum. §. adhoc. Et ſi papa interdicat aliquibus ne eligant ſine ſuo mandato ſpeciali, tempus. ſ. trium menſium ſtatutum a canone eis currit, niſi intra id tempus poſtulauerint licentiam eligendi. ĩ. de electione, cap. vltim. Grego.

[k] Conſtitutum. Ac ipſum ſtatutũ per fidem apoſtolicam

[1] Omnes imò etiã citra neceſsitatẽ, ſi ſit vtile vel indifferẽs, ſpualet maior pars in cõmunib. ut in uniuerſis, & ſolũ ĩpedit minor, qñ habet iuſtã cauſã cõtradicẽdi c. j. de his q ſi. a maiori parte cap. ſequitur Panor. Phi. Dec. hic.

[1] Cõcor. tex. in l. liberorũ. ff. de his qui no. in l. iubemus. §. œconõus. C. de ſacr. ſanc. eccl.

[2] Pares. i. cõmo fieri đ bet diſtributio pro qualitate pſonę. Pa. hic. Flor. ĩ l. ſed & ſi qd. §. mãcipiorum. de vſufru. Bal. l. fin. C. de fruc. & lit. impen.

[3] Abſentia. lap. allega. xxxvj. Pan. c. extirpandæ. §. qui vero. in rep. colũ. xv. ĩ. de præbend.

[4] An populus Roman[9] poſſit hodie cõdere legem : not. Io. & Barbri. ij. di. c. j. & Acc. C. de legi. & conſt. l. vlt. Ioan. And.

[5] In feudum. vide quæ habẽtur in conſu. Pariſiẽſc. §. xxxv quæſt. v.

ficam confirmatum fuerat.

Gloss. sequens quærit [...] gans negatiue. ponit opin. Io. & uacillando soluit. in fine gloss. ponit triplicem effectum confirmationis ex certa scientia.

distributis: & infrà. Propter quòd euidenter apparet, quòd primiceriatus ipse tanto tempore non uacauerit, sicut nobis fuerat falsa insinuatione suggestum: & infrà. Quocirca mandamus, quatenus si uobis constiterit Tullen. canonicos, ne ulterius in Tullensi ecclesia primiceriatus esset officium: communiter statuisse, ac statutum ipsum authoritate sedis apostolicæ fuisse postmodum (sicut dicitur) confirmatum [a], uos illud

[a] Confirmatum. Sed nunquid canonici per se possunt minuere præbendas, uel dignitates tollere sine licētia domini papę [1]? Videtur quod nō. quia nec augere possunt infra, de cō sue. cum olim. & de uita, & hone. cle. quoniam ut ait. xxij. distinct. ca.j. quia honor ecclesiæ potius debet augeri, quā minui. infra, eod. ex parte. ubi est expressum quod nō. & de con se. di.j. uasa. uers. in hoc enim. & infra, de uerbo. signifi. c. ult. & quia temporibus nostris potius addi reuerentiam cupimus, quā minui, xxv. q.j. quæ ad perpetuam. & q.ij. quæcunque. Vnde nec episcopus potest omittere quin statuat archipresbyterum: quasi ipse solus sufficiat. j. de offi. archipresb. c. vlt. & melius est qualencunque eligere, quam ordinem plenum non esse. ff. de decur. generaliter. §. pe. Ad hoc dixit Ioan. quod ex causa possunt minuere: ut infra. de inst. c.j. & c. authoritate. & infra. e. c. proxi. & de authoritate episcopi. xxj. dist. in nouo testamento. Et quod possunt unam dignitatem tollere uel diminuere, uel mutare præbēdas, probatur. xvj. q.j. præcipimus. & infra, de exces. prælа. sicut uenire. & .ff. communia prædio si quis duas. §. primo. & .ff. de negotijs gestis. cum alicui. infra, de præbend. uacante. & lxiij. distinctione. cap. quia sancta. §. uerum. & lxviij. di. quorum uices. & cap. cor episcopi. & in prædicta decretali, honorij. infrà e. ex parte. ubi dicit: licet nō sint eius reditus diminuti. & ita uidetur quod potuisset, si fuissent diminuti. Io. Sed uerius credo, quod nō possint sine authoritate papę, ne quandoque in fraudem hoc facerent, & causam subijcerent, cum non esset. & hic idem dicitur de consensu episcopi. ar. optimum infra, de uerb. fig. c. ulti. Quod ergo inutile fuit hic confirmauit authoritas domini papæ ex certa sciētia. ar. xvj. q.j. c. ult. sicut & datur actio ex nudo pacto si iuuetur authoritate legis uel principis. ff. de pactis. l. legitima. Vel tene, ut dixit Ioann. quod possunt iusta ex causa, alias non ar. infra. c. proxi. uersi. nisi intantum. à contrario. Dignitatem tamen non credo quod possint creare uel supprimere sine authoritate papæ, ut hic dicit: nec diminuere numerum iuramento firmatum, cui confirmatio sedis apostolicæ accesserit, huiusmodi clausula adiecta, scilicet quod si secus fieret: non ualeret. j. de præben. dilecto à contrario. Not. quod confirmatio siue constitutio domini papæ ualet ut confirmet infirmum. ij. q.j. in primis. & iij. q. vj. hoc quippe. Confirmat etiam & supplet defectum solennitatis omissæ. j. de transact. c. j. Item ualet ut de beneficio illo quod ex certa scientia cōfirmatur. postea directe, an licite sit acquisitum, an non: sine nouo mādato nō cognoscatur, j. de confir. vti. uel inuti. c. ij. Si uero sub hac forma cōfirmat. s. confirmamus sicut iuste possides: talis cōfirmatio modicū operat uel nihil infra de cōfir. uti. uel inuti. c.j. de qua confirmatione habes. infra de conse. præben. & ecc. non ua. c. quia diuersitatem.

[1] Papæ. dic quod possunt authoritate epi. Pan.

Præbēdę per canonicos minui non possunt.

Gloss. sequens, arguit quod unico actis, &c. allegans sex iura: ad contrariū allegans iiij. demum ponit quatuor opin. Vin. Ioan. Tan. & aliorū, quarum quælibet distinguit.

faciatis in suo robore permanere: nisi postea dicti canonici contrauenerint [b], aliquem uidelicet in primicerium eligendo [c].

Idem Eleugień. episcopo.

Non obstante certo canonicorum numero etiam per papam confirmato, prouidendum est receptis, ultra numerum, de super excrescentibus fructibus, maximè si uoluntariè per canonicos fuerint recepti.

CAP. IX.

Cvm M. Ferrariensis: & infrà. Dictus M.

[b] Contrauenerint. Videtur quod priuilegium unico actu perdatur: ut hic, & infra, cap. proxi. & infra, de præben. capit. pro illorum. & xj. q. iij. priuilegium. C. de iur. do. impe. l. ij. C. de ijs qui per me. iudi. nō ap. ijs qui. & suprà de pact. inter empt. & uendi. commissoriæ. Argumentum contra, quia delectus personæ, &c. xvj. quæstione vj. si episcopum infra de arbi. cū tempore infra de priuil. accedentibus. & c. si de terra. Vincentius distinguit, Aut datur priuilegiū ad faciendū, aut ad nō faciendū. Si datur ad faciendū, & is qui impetrauit, spatio decē annorū non utitur eo, perdit illud. ff. de nundi. lege prima. Si uero datur ad nō faciendū, si papa reseruauit sibi aliquid iuris in eo, non pōt tali priuilegio renunciari expresse. infrà de arb. cum tēpore. sed si nihil sibi reseruauit, puta quia dedit priuilegium de non dandis decimis, tunc non perdit nisi legitimo [2] tempore scilicet si quadraginta annorum spatio fecerit contra priuilegium decimas soluendo. infra de priuil. accedētibus. & ca. si de terra. & vij. q.j. quam periculosum. Sed ibi sufficit: quod semel renūciet. s. circa beneficia. Si datur ad excipiēdum, perpetuum est, quia quæ tēporalia sunt ad agendū, perpetua sunt ad excipiendū. ff. de do. excep. pure. §. ulti. quod est uerum si nemo agat, sed si agat & nō excipitur cōtra agentē, perdit priuilegium. ff. de procur. Pōponius. §. ratihabitionis. & ff. de condi. inde. l. si quis [3] Ioan. dixit, quod si ille qui impetrauit priuilegiū, directe obuiat priuilegio, perdit illud unico actu tantū, ut hic. & infrà c. proxi & infra de præben. pro illorū. secus si non seruat illud: uel si non tuetur se illo, tunc .n. perdit legitimo tēpore. infrà de priuile. accedentibus. & c. si de terra. Magis .n. delinquit qui directe uenit cōtra priuilegiū: quā ille qui nō utit illo. ar. ad hoc lxxxiiij. dist. quisquis. & infrà de senten. excommuni. contingit. ij. Alij distinguūt, an priuilegiū sit onerosum, & tunc unico actu tollitur. an sit fauorabile, & tunc nō perdit unico actu. T. melius uidet dicere, si priuilegiū datum est fauore personæ seu personarū, quale fuit hic, & in similibus cōc. perditur unico actu. Si datum est fauore ecclesiæ, siue intuitu religionis, ut sunt priuilegia de nō soluēdis decimis & similibus, nō tollitur nisi legitimo tempore, ut dictum est. Et hæc opinio Tan. habetur his uersibus. Priuatā legem tollit contrarius actus. Si personalis sit, si patet esse realis: Tunc nō perdit, nisi prescripsisse probetur. Melius uidetur dicendū, quod sicut sunt diuersa priuilegia in diuersis casibus concessa, quodlibet priuilegium locum habeat in suo casu: sicut uides in præscriptionibus, quæ diuersa tempora requirunt. Dic ut j. de deci. suggestū.

[c] Eligendo. Videtur quod talis electio non deberet ualere

Priuilegium, an unico actu perdatur.

[2] Tempore. hoc uerum in ecclesia uel alio qui nō potest renunciare. sed quo casu ualet uolūtaria renunciatio sufficit una directa contrauētio ut hic Pan.

[3] Alci. & quādo priuilegium, solo actu uel pluribus amittatur, uide gloss. j. in l. uoluntariæ. & Cynū post Petrū de Bel. perti. C. de exc. tut. & per eosdē in l. falso. C. de di. te.

valere: quia noua dignitas sine licẽtia papæ constitui non potest. ℥.de consue.cum olim.xxij.dist.c.j.sed hæc electio videtur de nouo esse creata, & sine licentia papæ non dicitur noua dignitas. Sed ex consequentia antiquæ dignitatis possunt eam resumere.arg.ad hoc infra de feu.c.ij.& ℥.de iudi. consuluit. & ff.de no.ope. nũtia.l.j.§.si quis ædificium. Ber.

Habet mareriã prolixã & subtilẽ. & h.d.Si capitulũ contra suã cõstitutionem de certo canonicorum numero, aliquos recipit in canonicos desuper excrescẽtibus fructibus eis prouidere tenetur.Io. An. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur allegatio pro M.& socijs. In secunda pro capitulo: ibi, Verum. In tertia definitio: ibi, Mandamus. Abb. Siculus.

CVm M. Ferrariensis pro se ac quatuor socijs [a] suis proposuit, quod Ferrarien. canonici ut eo [b] amplius suos reditus augmentarent, quo [c] prouentus ecclesiæ (qui diuidi consueuerunt inter plures) in usus cederent paucorum. xiiij. præbendas tantum, præter id, quod mensæ cõmuniter deputarunt in eadem ecclesia cõtra antiquã consuetudinem [d] statuerunt. Postmodum uerò contra constitutionem ipsam, uoluntariè uenientes, dictos v. in canonicos receperunt, nullis præbendis assignatis eisdem. Et licet eorũ reditus, non modicũ fuerint augmentati, nondũ tamen eis uoluerunt ex superexcrescentibus reditibus prouidere [e]. Verùm ex aduerso fuit propositum quòd xiiij. præbendarum numero in Ferrarien. ecclesia instituto, & apostolicæ protectionis præsidio roborato: cùm una in eadem ecclesia præbenda uacauisset, ad quorundam instantiam, duos ad eam [f], & postmodum ad preces episcopi dictum M.& quendã alium [g] sine præiudicio [h] dictę constitutionis in canonicos receperunt: [i] ita ꝙ ipsi canonici de canonia nihil [k] perciperent donec primi duo essent præbendas integrè assecuti. Cumque per canonicorum indu—

[a] Socijs. Et licet M. haberet mandatum: tamẽ sine mãdato pro socijs absentibus agere posset, cum essent consortes eiusdem litis: quia agebat ut eis fieret communicatio de fructibus superexcrescentibus: tamen cauere debet de rato [1]: ut C. de cõsortib. eius.lit.lege secunda, & est speciale: alias non admittitur ad agendum sine mandato. cap. nonnulli.§. sunt & alij.infrà titulo proximo, nisi esset coniuncta persona. ff.de procurato.sed & hæ personæ. in principio. Et in alio est hoc speciale: quia post litem contestatam datur cautio: quod est contra id quod legitur.ff. de procurato. Pomponius. §. ratihabitionis. Sed illa lex Pompon. loquitur quando per procuratorem lis est contestata. Vin. Sed non credo quod ista sit talis causa, quia quilibet agere poterat pro se, & sine alijs, & iste M. habebat mandatum ab alijs: alias non fuisset admissus procur. [2] Ber.

[1] De his cautionibus tractauit hic Bonaguida id qđ colligitur ex no.℥.de ꝓcura.c.j.& cap. accedens. & c. mandato. & plenius de his in Spe.de satisdat. Io. And.

[2] Eis.erãt consortes ratiõe statuti quod communiter impugnabant Panor.

[b] Eo. Id est, intantum.

[c] Quo. Id est, inquantum.

[d] Consuetudinem. Hoc non multum noceret dummodo ex causa hoc facerent: vt dictum est. ﬅ.c.proxi. argu.ff.de decre.ab or.fa. quod semel. & in authen. vt deter.sit nu.cle.col.j.ver.non enim,&c.& infra, de insti. c.j.& c. authoritate.

[e] Prouidere. Subaudi quod ille M.cum socijs suis petebat ex illis fructibus superexcrescentibus sibi præbendas assignari.

Glossa, sequens reci. per obiect. quæ tripliciter soluitur.

[f] Duos ad eã.Si hoc esset uerũ,talis receptio nõ ualebat.de præben. maioribus. & c.tuæ. Sed probata non fuit hæc forma,sed obijcere nõ poterãt:quia fatebanẽ: se fecisse cõtra cõstitutionẽ Turon. cõcilij.℥. de præb. maioribus:quare non essent audiẽdi.de cõces. præben. & eccl.nõ vac.cũ super quæstione. & sic repellũtur suã turpitudinem allegãtes.℥.de do.inter dilectos. Vel dic ad eã,id est, ea vacãte elegerũt duos simpliciter in canonicos. [3]

[3] Canonicos.nõ autem ad ꝓbendã,alias cassãda esset electio: d. ca. tuę.nec ẽt præbenda inter eos diuidi debet, alias etiã cassaretur cap. directo.℥. de præbẽ. Inno.Ioã. And. Panor. Protestatio an prosit.

[g] Alium. De quinto non fit hic mentio: quia forte capitulum non confitebatur illum elegisse.

Gloss.sequẽs notat protestationem non prodesse, allegat tria iura, in contrarium allegat quinque, & dupliciter soluit.

[h] Sine præiudicio. Hic ergo non ꝓdest protestatio quod est verũ, qñ est contra substantiã facti vel rei super qua fit, vt si ꝓtestatus fuisset cũ reciperet aliquẽ ĩ canonicũ, ut non haberet præbẽdã: quæ substantia est negotij:quia q receptus est in canonicum, non debet carere præbẽda:ut ℥.de præben. relatum. Si uero protestetur sic: qđ ea quæ dicit,nõ dicit animo contestãdi litem: talis bñ ualet.Io.infrà, de appel. solicitudinẽ. & ℥. de censi.olim causam. & ff.de cõdi.indebi. qđ quis sciens. Arg.cõtra. ℥. quod met.causa. periatũ.& xxxj. q.ij.lotharius.ff.quib.mo. pig.uel hypo. solui. si debitor.§.j.℥.de in integ.resti.cum venissent.& ℥.de elect. cumana.circa finem. Sol. ibi protestatio non valet,ibi protestans per contrarium [4] factum directe obuiat suæ ꝓtestationi; ut in dictis.dec.solicitudinẽ.& c.olim causam. nisi hoc faceret iusta de cã: ut in di. c.perlatũ. Et quandoq; protestatio plus prodest, quã appellatio. C.de fil.fam.lib.x. Ideo potest dici, quod protestatio profuit cum ipsi præbendas consuetas integre percipiunt etiam si isti quinque de reditibus excrescẽtibus non percipiunt tantum quantum antiqui: sed tamen præiudicium fit eis quantum ad communem mensam.

[4] Quod est ꝓpriẽ tũc quãdo ꝓtestatio & factũ se simul non cõpatiuntur.ubi ergo dupliciter intelligi potest aliquid secus: vt in responsione rei facta narratione actoris, quæ põt fieri animo cõtestandi litem,& animo tantũ instruendi iudicem. argu.ff.de pact.iurisgentium. §. q se.& idem in simili,secũdum Inn. & Cõpos. Ioã. And. Panor.

Glossa seq.distinguit canoniam à præbenda.

[i] Receperunt. Vnde eis prouidere debebant. ℥. de præben.relatum.& c.dilectus. j. & ℥.de cõces. præben. cum super quæstione. Et no. quod aliud est canonia, & aliud præbenda. Canonia est ius, quod prouenit ex electione & receptione in fratrem: ut hic. Præbenda est quæ procedit ex institutione & officio: quia ex quo quis facit officium, debet percipere beneficium. Vnde & laicus,dicit Vin. potest habere præbendam, & potest esse præbendarius, sed non posset esse canonicus.infrà de inst.in ecclesia. Nota quod omnis canonicus debet habere præbendam. sed non conuertitur,sola enim perceptio salarij non facit decurionem. ff. de decurio.sola salarij. nec quicunque habet canoniam, habet vocem in capitulo. ut puer. infrà, de æta. & quali. ex ratione.ff.de decur.l.spurij.

[k] Nihil perciperent.Videtur quod hoc fuerit simoniacũ.℥.de præben.dilectus filius.T. Dic quod si intellexissent,& actum esset inter partes,quod nihil omnino perciperent: simoniacum fuisset: sed intelligebãt quod tantum de præbendis diuisis nihil perciperent, & hoc patet ex eo quod dicit infrà, antiquis canonicis

suas

ſuas præbendas &c. & canonici nullum pactum cum aliquo fecerunt : ſed ſimpliciter elegerunt illos : ita ꝗ de præbendis diuiſis nihil perciperent.

Gloſſa ſequens obijcit & ſoluit.

a Induſtriam. Hæc uidebatur bona allegatio ; quia ſi per ipſorum induſtriam reditus ſunt augmẽtati, non debent compelli illos communicare alijs. C. de alluui. l. iij. & infrà de in integr. reſtit. requiſiuit. in fi. alias. c. j. & ff. de rei ven. cæterum. & nemo compellitur ad cõmunionem. ff. de condit. indebi. ſi non fortẽ. §. ſi centum. ff. pro ſocio. l. qui admittitur. Papa tamen non admiſit illam allegationẽ : quia præiudicauerunt ſibi eos recipiendo. & tot ponendi ſunt in eccleſijs, quot ex earum fructibus poſſunt commodè ſuſtentari : vt ĵ. de inſtitu. c. j. quia bene poterant eis prouidere de communibus reditibus. nec diſtinguit hic qualiter reditus augmententur : nec refert ex quo augmẽtati ſunt, undecũq; proceſſerint : vt infra, de ver. ſig. c. fi.

Eccleſia tot habeat miniſtros quot commode poſſunt ſuſtentari.

ADDITIO.

Quia ſi per induſtriam canonici ſua præbenda augmentetur : ſibi cedit, nec diuidere compellitur : ſecus ſi communitatis prædia, unius ſolicitudine augmententur. ut hic, ſecundum Hoſt. Ioannes Andreas in nouel.

ſtriam a fuerit procuratum, ut ex poſſeſsionibus quas eccleſia tempore longo poſſedit, plures eis reditus ſoluerentur : ſuperexcreſcentes communi menſæ quæ minus ſufficiens fuerat, deputauerunt : quos dicti quinque ſibi poſtmodum petierunt contra capituli conſtitutionem, in beneficium aſsignari : & infrà. Mandamus quatenus, cùm in conſtitutione prædicta & confirmatione ſe. apoſto. vel fuerit, uel eſſe debuerit ſicut conſueuit expreſſum, niſi in tantum excreſcerent eccleſiæ facultates, quòd pluribus poſſent ſufficere b competenter : & ijdem canonici in derogationem ſuæ conſtitutionis, ad vacaturas c præbendas quatuor receperunt ultra d numerum conſtitutum : antiquis canonicis præbendas cum integritate e percipientibus conſuetas, ſuperexcreſcentes reditus prædictis canonicis facias aſsignari : ita quod ſi ex eis pares, potuerint cum alijs ſortiri præbendas : quod ſuperfuerit, in communes canonicorum uſus (ſicut prius ſtatuerant) ſiue aliter prout melius uidebitur, cõuertatur, reuocatis in irritum, quæcunque ab alterutra partium in præiudicium alterius poſt motam f quæſtionem coram epiſcopo Ferrarien. circa præbendas g vel poſſeſsiones, fuerint innouata.

b Poſſent ſufficere. Arg. conditionem ſubintelligendam : vt xxij. q. ij. beatus. ff. qui ſatiſd. co. l. ult. ĵ. de iureiuran. quemadmodum. vbi de hoc, & ĵ. de reſcri. c. ij.

Gloſſa ſequens ponit opinionem, quam reprobat.

c Ad vacaturas præbendas. Per hoc ꝗ dicit ad vacaturas, dicunt quidam, vt papa Innoc. iiij. ꝗ hæc decre. continet diſpenſationẽ, & nõ ius commune. Sed non eſt uerum, imo continet ius commune, cum ex confeſſione vtriuſq; partis cõſtet illos fuiſſe receptos in fratres, & ad ius canoniæ. Sed hoc non eſt contra ius ꝗ aliquis recipiatur in canonicum, & expectet præbendam : ſed nullum percipere beneficium, ſi percipi poſſit, eſt cõtra ius. ĵ. de præb. dilectus. j. & c. relatũ. quia aliud eſt canonia, aliud præbenda. vt dictũ eſt ſ. eo. c. & ideo papa mandat eis dari ſupereſcreſcentes reditus.

d Vltra numerum. Hic poteſt quæri vtrum iſti qui quotidie recipiuntur ultra numerum, habeant vocem in electione epiſcoporum vel aliorum prælatorum ? Dico ſtandum eſſe conſuetudini : & ſi nulla ſit conſuetudo, adhuc non credo quòd debeant uocari ad huiuſmodi tractatus vel electiones, cum nondũ 1 habeant plenum ius nec etiam poſſeſsionem.

1 Nondũ. hoc verũ quãdo nõ ſunt ſimpliciter recepti, ſed hoc addito ꝗ ſint ſuper numerarii & ſic cõſtat ꝗ noluerunt frangere numerum. Pan.

Gloſſa ſequens quærit, & dupliciter ſoluit.

e Cum integritate. Sed cum canonici iſti uoluntarie receperũt quatuor vltra numerũ conſtitutum authoritate propria contra ſuam conſtitutionem, quare non cõpelluntur communicare ſuos reditus illis, ut ſint omnes æquales : cũ renuntiare uideãtur ſuo priuilegio. ſ. capi. proximo ? Poteſt reſponderi : ꝗ ipſi hoc nõ petiuerunt. vt in litera patet. & cõdemnatio nõ debet fieri, niſi quatenus petitum eſt : vt ĵ. de ord. cog. cũ dilectus. Vel dicas quod ſi etiam petitum fuiſſet, nõ debeant condemnari : quia nõ fuerũt recepti ultra numerum præbẽdarum, licet ultra canonicorum numerum : vt ſatis apparet in litera ipſa : ut dicitur ſuprà eo. in notula per hoc.

f Poſt motã quæſtionem 2. Not. ꝗ quicquid in præiudiciũ alterius partis lite pendẽte fit : debet in irritum reuocari. infrà ut lite pend. eccleſia ſanctæ Mariæ. & infra, de deſpon. impu. ad diſſoluendum. in fi. & C. de rei uend. ſi fundũ. 3 & l. certum. xj. q. i. quia res. Argu. contra. ĵ. de reſtit. in integ. cum veniſſent. in fi.

2 Hãc gl. dicunt eẽ ſingu. Hic Innocẽ. & Panor. ad hoc. ſ. qđ reuocant attẽtata lite pẽdẽte. quãdo attẽtatus de pfidia notatur.

g Circa præbendas. Vt ſi aliqua præbenda de antiquis vacauit lite pendẽte : & illa forte ſit aliis aſsignata : uel ſi aliquis poſſeſsiones illas quas petebant, ſibi in beneficiis occupauit : totũ debet in irritũ reuocari.

3 Vide de cle. excõmu. illud. ſuper glo. ſ. quia. Io. And. in nouel.

Idem abbati, & conuentui ſancti Silueſtri.

Statutum generale laicorum ad eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas, vel etiam bona in earum præiudicium non extenditur : nec ſpeciale, etiam ſi earum commodum & fauorem concernat. h. d. quo ad intellectum, Abbas Sicul.

CAP. X.

ECcleſia h ſanctæ Mariæ : & infrà. Nos attendentes, quòd laicis

ECcleſia ſanctæ Mariæ. Famoſa eſt hæc decret. & communiter ſic ſummatur. Cauſæ eccleſiarũ per conſtitutiones laicorum definiri non debent. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur duplex definitionis motiuum. In ſecunda definitio : ibi, quod à ſenatore. Abb. Sicu.

h Eccleſia ſanctæ Mariæ. Pone caſum ut melius intelligas. Cauſa erat inter Ioã. de archea, & eccleſiam ſanctæ Mariæ in via lata, ſuper quibuſdam poſſeſsionibus coram iudice delegato à Romano ſenatore : lata fuit ſententia contra Io. de archea, qui appellauit ad ſenatorem Romanum, qui erat iudex appellationis : & dictas poſſeſsiones tranſtulit in monaſterium ſancti Silueſtri : unde occaſione cuiuſdam ſtatuti quod erat Romæ, ut ſi quis lite pendẽte transferret id, de quo lis eſt in alium : adiudicaretur petenti : ſenator dictis poſſeſſionibus monaſterium ſpoliauit : & in eccleſiam ſanctæ Mariæ tranſtulit, & poſſeſsionem tradidit corporalem

lem. causa delata est ad papam ! papa dicit ut habes in litera huius decre. Abb. Sicul.

(etiam religiosis a) super ecclesijs & personis ecclesiasticis b nulla sit attributa facultas: quos obsequendi manet necessitas non authoritas † impetrandi: à quibus si quid motu proprio statutum fuerit, quod ecclesiarum etiã respiciat commodum & fauorem, nullius firmitatis existit, nisi ab ecclesia c fuerit approbatum. † Vnde statutum d Basilij de non alienandis prædijs rusticis e uel urbanis, ministerijs f, & ornamentis g ecclesiarum: illa reprobatum fuit potissimum ratione, quòd authoritate non fuit Rom. pon. roboratum, quod à senatore factum fuerat in præiudiciũ monasterij non conuenti h nec confessi i uel conuicti, in irritum reuocantes, easdem possessiones restituendas sibi sententialiter definimus.

Laici. de rebus ecclesiæ nihil possũt disponere

a Laicis & iam religiosis. Sic ergo laici de rebus ecclesiæ nihil disponere possunt: siue in temporalibus, siue in spiritualibus: ut hic, & xcvj. dist. bene quidem. unde hæc decretalis sumpta fuit, & j. de reb. eccle. nõ alie. cũ laicis. quia ius spirituale puta ius eligendi in ecclesia collegiata: etiam si sit patronus non cadit in laicum. infra de elect. sacrosancta. &c. Massana. non obstante aliqua cõsuetudine: ut ibi dicit Gregorius.

† Alias, non autẽ.

1 Quod dic ut no. de iu. pat. nobis. Io. An. in no.

† Scilicet Romæ ubi solus papa iurisdictionẽ tẽporalẽ habet. vide casum. j. ut lit. pen den. c. iij.

2 Clericorum id falsum ẽ Panor.

1 Nec de re spirituali compromitti potest in laicum. infra de arbi. contingit. nec iudicare de rebus ecclesiæ possunt infra de iudic. decernimus.

Glossa sequens arguit et remittit.

b Personis ecclesiasticis. Arg. q eo dẽ iure cẽseri debẽt bona clericorũ 2 & ecclesiarum: ut j. de vi. & hone. cleri. c. ult. ubi de hoc.

c Ab ecclesia fuerit approbatum. Sic ergo quod alias est infirmum, confirmatio pape facit firmũ. infra de trãsact. cap. j. De hoc dictum fuit s. eodẽ tit. cum accesserint.

d Statutum. xcvj. dist. c. bene quidem.

e Prædijs rusticis uel urbanis. Rusticum prædium appellatur, quod est sine aliquo ædificio. Vrbanum prædium, ubi factum est ædificium ut domus: ut. ff. commu. præ. urb. & ru. l. j. & ff. de ser. rusti. prædi. l. j. & per totum. & . ff. de ser. urb. præd. per totum.

* Ministeria etiã dicũtur serui.

f Ministerijs. Id est, uasis uel instrumentis *

g Ornamentis. Vt pallijs & consimilibus quibus ornatur ecclesia.

Glossa sequens exponit, obijcit, & soluit.

h Non cõuenti. Bene dicit nõ cõuenti: quia cõuentio siue citatio est principiũ siue fundamentũ ordinis iudiciarij. Primo. n. est quis citãdus: ut j. de maior. & obe. inter quatuor. & j. de prob. qm cõtra falsam. ubi consimilia per ordinẽ ponunt, citationes & dilationes &c. per conuentionẽ perpetuatur iurisdictio delegati. j de offi. dele. gratũ. Sed uidetur q potuit procedere altera parte absente, cũ esset iudex appellationis infrà de ap. sæpe. & c. interposita. & ij. q. vj. ei qui appellat. in prin. ibi, appellatore cessante. & dicit lex. q quasi priuilegium est illius qui cognoscit de appellatione, procedere altera parte absente. C. de tem. app. l. ult. §. illud. Sed nõ est ita. semper enim quis debet citari 3, quæcunq; sit causa, etiam, in causa appellationis. j. de appellat. per tuas. imo non ualet sententia, ubi peremptorium edictum non uenit ad absentis notitiam, uel ad eius domicilium. ff. quæ sent. sine app. re. l. j. §. iterum cum ex edicto. Et Ioan. de Archea coram iudice appellationis erat, nec defendebat monasterium, quia dicebat quod non possidebat.

3 Nisi fuisset terminus assignatusq; haberetur cem perẽptorij. j. de app. sæpe. Ioan. An. in nouell. Sed hic monasteriũ nec erat appellãs nec appellatum. Abb.

i Nec confessi uel conuicti. Et hoc uerum est, quia nemo iudicandus est, nisi cõuictus uel spõte confessus. q si fiat, sententia nulla est: ut ij. q. j. nos in quẽ quã. Per decr. quã habes. j. ut lit. pen. ecclesia. intelligas finem istius capit.

Item uniuersis doctoribus Parisijs commorantibus.

Pœna simpliciter apposita propter contumaciam, in dubio intelligitur tẽporalis: & non perpetua.

CAP. XI.

EX literis uestræ deuotionis accepimus & infrà. Licet à uobis fide k præstita, fuerit constitutũ ut si quis magistrorum ordinationi uniuersitatis ipsorum duceret resistendum: & primo, secundò, tertioue l commonitus, intra triduum m uniuersitati parere contemneret magistrorũ, ex tunc beneficio societatis eorum in magistralibus priuaretur: & ob hoc magister G. fuit eorũ communione priuatus: Quia tamen constitutum non fuit, ut in perpetuum n huiusmodi priuatio perduraret: cum tam iuris

EX literis. Pœna priuationis à communiõe quæ propter contumaciam ex constitutione infertur, temporalis & non perpetua. Ioan. And. Prima pars ponit statutum & factum ex quo surgit dubitatio. Secunda dubitationem soluit, duas rationes inducẽs. Secunda: ibi, qa tamen. Abb. Siculus. Ista decre. erat in tit. de iureiur. in tertia compilatione.

k Fide. Id est, iuramento.

l Tertio. Hæc est enim legitima & canonica citatio siue admõitio trina. s. xxiiij. q. iij. de illicita. §. de conuentione. xvj. qõ. vij. omnes decimæ. & xvij. quæstio. iiij. de præsbyterorum. quia uindictam semper debet præcedere monitio. xij. quæstio. ij. indigne. in princip. infrà de uit. & & ho. cle. capit. ulti. & infrà, de senten. excommuni. contingit. ij. & cap. sacro.

m Intra triduum. Nimis breuis fuit terminus, quia nõ poterat deliberare ad plenũ, & ideo potuit in promptũ incidisse periculum. simile. ij. q. vj anteriorum. j. responso. ubi olim triduum dabatur ad appellandũ. unde dati fuerunt postea decem dies, uel saltem terminũ decem dierum statuissent: quia illud tẽpus modicũ appellatur. ff. de consti. pecu. promissor. §. j. & propter breuem terminum potest appellari infra, de dilat. cap. j.

Glossa sequens ponit opi. Inn. pro qua alleg. quinque iura. Alleg. in contrarium, & soluit.

Excludere simpliciter, & excludere ĩ perpetuũ, an differant.

n In perpetuum. Dicit hic Inno. tertius, quòd aliud est aliquam simpliciter excludere, & aliud in perpetuũ excludere. simile trigesimatertia, quæstione quarta. non oportet. ij. in gloss. fi. & simile. j. q. j. sunt non nulli. uersi. beatus. ibi, non dicit. & j. de donat. pastoralis, sic. ff. pro sol. coiri societatem. & l. iij. §. j. & in gloss. Arg. contra. l. dist. c. j. in fi. ibi, non statuta sed temporaliter dilata credatur. & C. de pe. seruus in fi. ibi. eum qui aliquando ex quo enim nõ est tempus definitum, de quo libet tempore intelligitur. j. quæst. j. cos. & . ff. de euict. si rem. §. ult. & j. de priuile. quia circa. ubi uerbum simpliciter

pliciter positum, ad futura tempora trahitur, & generaliter intelligitur. Item inuenio, quod idem est perpetuo remouere, quod simpliciter remouere: ut ℑ. quæst. j. reperiunt. in fi. & lxxix. dist. si quis ex episcopis. x. q. j. quia sacerdotes. xxvij. q. j. de uiduis. Ioan. & ℑ. de cohab. cle. & muli. clericus. Sed circa talia consideranda est natura siue causa cuiuscunque negotij. hic enim punitur pro cõtumacia & non pro crimine, & contumacia sæpe purgatur: ut facile est uidere in multis.

a Cum tam iuris canonici. ℑ. de sen. excom. per tuas. & ℑ. de uerb. sign. cũ olim. & ca. ex parte. ibi est exemplum de contumacia & crimine.

b Admittatis. Nõ obstante illo mãdato, si quid medio tempore deliquisset, posset repelli. ℑ. de testib. cog. p̃terea. argum. ff. de transac. cum Aquiliana.

E X parte. Non ualet statutũ per quod diuinus cultus sine causa diminuitur, etiam si super hoc itercesserit in forma communi papæ confirmatio. Ioan. Andr. Primo narrat factũ corrigẽdum. In secunda corrigit. secunda ibi, nolentes. Abb. Sic.

† Alias, nominis.

canonici, a quàm nostri moris existat: ut is, qui propter contumaciã cõmunione priuatur, cùm satisfactionẽ congruam exhibuerit, restitutionẽ obtineat: Mandamus quatenus supradictũ magistrum, statutis uestris nũc humiliter parere curantem ad cõmunionis uestræ consortium in magistratibus admittatis b.

Honorius iij. episcopo & cantori Cabil.

Non possũt canonici sine causa restringere numerum canonicorũ seu præbendarũ. Abb. Sic.

CAP. XII.

E X parte episcopi Eduẽsis, fuit propositum, quod canonici Eduen. proprijs cõmodis inhiãtes c, præbendarum numerum ab antiquo in ecclesia Eduensi statutum (licet nõ sint eius diminuti d reditus) restrinxerunt: & infrà. Nolentes igitur diuini numinis.

c Proprijs commodis inhiãtes. Id est cupiditati intendentes uitium denotat. si. supra, eod. cum omnes. & supra. eo. cum M. Fer.

d Diminuti. Secus si essent diminuti: quia tũc uidetur, quod authoritate episcopi possunt diminuere numerũ argumen. infra, de uita & hone. clericor. quoniam ut ait, sicut augmentatis facultatibus, plures possunt institui etiam ultra numerum statutum. supra eodem, cum M. argu. infra, de cen. quanto. & uigesimaprima distin. in nouo. & C. de epis. & cleric. in ecclesijs † de hoc dictum est supra, eodem, cum accessissent. dic ut ibi. Argu. contra. infra, de uerborum significatio. cap. ultimo.

† Certus numerus p̃ magnitudine loci iudicio episcopi, ĩ ecclesijs ordinetur Ioã. And.

Gloss. sequens reci. per quæstionem: de qua confirmatione loquitur litera.

e Confirmatione. Sub forma cõi impetrata: quia talis confirmatio nihil noui tribuit. infra, de confir. util. uel inutil. cum dilecta. §. nos igitur. uersi cu. nolentes. & infra, de concel. præben. quia diuersitatem. in fi. & infra, de priuileg. ex parte. quia qui confirmat, non donat, infra, de fi. instrumen. inter dilectos. §. cæterum 2 per tales confirmationes non intelligit papa, iuri alicuius derogare. infra. de offi. ordi. licet. §. primo. quia inde non debet nasci iniuria, unde iura oriuntur. infra, de accusat. qualiter & quando. primo, & C. unde ui

2 Cõcor. tex. in l. & quia. cum gl. in uer. nec ipsa lex. ff. de iuris. om. iudi.

ℑ. meminerint. Quãdo ualet cõfirmatio papæ, & quando non: dictum est supra, eodem, cũ accessissent. & infra, de confirmatio. uti. uel inut. c. primo, & secundo 3. Et obtenta fuit ista cõfirmatio tacita ueritate de antiquo statuto: & quod facultates ecclesiæ non essent diminutæ.

3 Adde meliorem gl. de iure in ca. frater. ĩ uer. authoritate. xviij. q. ij.

diminui cultum, sed potius augmentari: Mãdamus quatenus antiquum numerum faciẽtes authoritate nostra seruari: præbendas quas à tẽpore ultimi statuti inueneritis uacasse in ecclesia memorata (nõ obstante aliqua constitutione sup hoc à canonicis ipsis facta, uel confirmatione e † a nobis ab eisdem obtenta) personis idoneis f cum consilio g episcopi conferatis.

Gregorius ix. archipresbytero sanctæ Mariæ maioris de urbe.

Constitutio, futura respicit, et non præterita: nisi in ea de præteritis caueatur.

CAP. XIII.

Q Voniam constitutio apostoli. se. oẽs adstringit h, & nihil debet obscurum uel ambiguũ i continere: Declaramus k constitutionem l quã nuper super præferendis m in perceptione por-

f Personis idoneis. Hoc semper subintelligitur. infrà, de elec. causam quæ. talibus enim beneficia sunt conferenda: alias puniuntur dantes & recipientes. infrà, de elec. nihil est. & ℑ. de prabẽ. graue.

g Cum consilio. De hoc traditur ℑ. de elect. ne pro defectu. & ca. cum in ueteri.

† Hunc tex. dixit Cõr. flo. esse singu. ad hoc q̃d appel. cõfirmatiõis intelligit de confirmatione, in forma communi uide nor. in cõsue. Parisi. §. v. nu. 69.

Q Voniam cõstitutio. Diuiditur: quia primo ponit cãm constitutionis declarãdæ. Secundo, declaratione: ibi, declaramus. Tertio declarationis rationem: ibi cum leges. Abbas Sicu.

h Omnes adstringit. Cum sit iudex ordinarius omniũ christianorũ, & mater omnium ecclesiarum: ut ix. q. iij. cuncta per mundũ. & si etiam aliquid graue præcipiat, faciẽdum est xix. di. in memoriam. & c. di. contra morem, in prin. Et dic omnes scilicet de sua iurisdictione: quoniam potestates distinctæ sunt. x. di. quoniam. & ℑ. de ap. si duobus. nisi forte ratione peccati. ℑ. de iudi. nouit. arg. & omnes dignitates cuiuscunque ordinis ecclesia Romana constituit. xxij. di. omnes. idem est in sententia papæ, quia sicut ipse iudicat, alij iudicare debent. infra. de re iudi. cap. in causis.

i Ambiguum. Lex enim siue constitutio debet esse honesta & iusta, & nullam obscuritatem cõtinere debet: & talis ut traditur. iiij. di. erit autem. ne per obscuram constitutionem in laqueum incidamus. nemini. n. debemus laqueum inijcere. xxvij. q. j. de uiduis. ij. nec debet nos inducere per legem obscuram uel dubiam ad id a quo nos cohibere debet. argu. ℑ. de na. ex liber. uentre. ca. uno. & qui me defendere debet: non debet impugnare. ff. si ser. uen. altius.

k Declaramus. Benedicit declaramus: quia nullus alius posset eam declarare siue interpretari: 4 quia ad eum pertinet interpretatio ad quem pertinet cõstituere. ℑ. de sen. excom. inter alia. §. ut igitur. & xj. q. j. ca. clericum. §. ex his omnibus. & C. de leg. l. j. & ulti. & ff. de præto. stipu. in prætorijs. Et si super priuilegia apostolicæ sedis quæstio oriatur, non uult papa de ipsis per alios iudicari. infra. de iudi. cum uenissent.

4 Interpretari. s. interpretatione necessaria. Pã. Ad eũ ĩterpretatio spectat ad quẽ cõstituere p̃tinet.

l Constitutionem. Quam habes infra. de maio. & obed. c. statuimus.

m Præferendis. An plus debeant maiores minoribus

percipere, dicemus super illa constitutione, statuimus.

a Consuetis seruitijs. Quid debeant minores maioribus, tractatur tam in textu quam in Glos. xciij. dist. c. à subdiacono. & de hoc etiam dicemus in illa constitutione, statuimus.

tionis maiorib. & cõsuetis seruitijs[a] à minorib. exhibendis edidimus: nõ ad præterita, sed ad futura[b] tantum extendi: Cùm leges & constitutiones futuris certũ sit dare formã negotijs, non ad præterita facta trahi † : nisi nominatim in eis de præteritis caueatur.

b Futura. Nota ergo constitutionẽ respicere futura [1] tantũ & nõ præterita. sic s. eod. cognoscentes. argu. xxxj. distinct. ante triennium. alias cap. j. & lxxx. distinct. proposuisti. nisi sit constitutio iuris naturalis, quæ etiam respicit præterita. infra de usuris. cũ tu. Vel nisi dicatur in ipsa cõstitutione, quod ad præterita trahatur. x. qõ. j. sic quidã. & infra de elect. cũ in cũctis. §. hæc sane & C. de legi. leges ij. & hic in fi. ubi dicitur nisi de præteritis &c. & j. de rescrip. ad audiẽtiam nostram.

1 Futura. Fallit. j. li. vj. de iniu. c. unico & in gl. fina. Gem. Phi. Franc.

† Adde gl. sing. in cle. ut hi q in verbo, i posterũ. de æta. & qualita. Adde meliorẽ gl. d iure in ca. frater. i v. authoritate. xvij. q. ij.

2 Hoc idẽ dixit Ala. hoc addito q ubi ius ĩhibet pp delictũ appellare nõ posset: ut a correctione. j. de ap. puenit. & ẽ rõ, qa papa hoc spãliter non concederet. ff. de ritu nup. l. quanq. ff. de pig. obliga. de iureiurã. ueniens. ad hoc de regu. iur. in generali. lib. vj. Io. And.

3 Concor. text. in §. audiẽt. in auth. de iu di. col. vj. & l. nõ solum. iũcta gl. in verbo restituere. ff. de min. & l. intra minores. cum gl. in uer. appellare. eo. ti.

TITVLVS. III.

DE RESCRIPTIS.

Alexander iij. Senoñ. archiepiscopo.

Priuilegio generali secũdum ius cõmune obtento, obstat rescriptum speciale etiã de eo mentionem non faciens. h. d. secundum. intellectum magis communem.

CAP. I.

DE RESCRIPTIS.

Viso de constitutionibus: quia parum est iura condere, nisi sint ministri qui ea exequantur: ut in cap. commissa. de elect. libro sexto. & in c. ubi periculũ §. præterea. eo. tit. & lib. ideo post titulum prædictũ author intendit tractare de ministris iuris. Et quia ut plurimũ dãtur p rescripta: ideo pmittit hũc titulũ. Abb. Si. De hac materia tractatur. xxv. q. i. & q. ij. per totum.

Sicut Romana. Primo ponitur decisum exordium. Secundo consultatio: ibi, Quæsitum. Tertio responsio: ibi, inquisitioni. Quarto responsionis ratio: ibi, Quia. Abb. Sic.

Glossa sequens obijcit, quòd indulgentia est superflua. ponit opinionem quam reprobat per finem ca. & obiectioni dupliciter respondet.

c Vt libere sibi liceat appellare. Ista indulgentia superflua uidetur, q iure communi liberum est appellare qñcunq; aliquis grauatur: alias nõ licet ante sententiam. infra de appel. ut debitus honor. olim indifferenter & libere licebat appellare, nisi appellatio manifeste fuisset frustratoria. ij. q. vj. ad Romanam. & j. de appel. puenit. sed quod de iure cõi cõpetit, superfluũ est precib. impetrare C. de thesau. l. j. lib. x. & ff. ad municip. l. j. §. celsus. non probat. ergo fuit superflua. Quidã dicunt, ad hoc ut indulgentia ista ualeat, q licitum est huic appellare ubiq;, ubi ius inhibet appellare [2] puta propter contumaciam, qa contumax non audit appellãs. xxiiij. q. iij. de illicita [3]. §. de cõuẽtione. ibi, quinimo, & aliquos tales casus inuenies ij. q. vj. c. ei qui appellat. §. sunt etiã quorũ. Sed ista solutio stare non potest: quia dicitur hic in fine, speciale derogat generali: quia ibi ista indulgentia concessa fuit contra ius commune: quia priuilegium dicitur quasi lex priuata. iij. dist. priuilegia. sed priuilegium non tollit per ius cõe, nisi de ipso priuilegio mentio fiat ar. infra eo. ti. cũ ordinẽ. & priuilegiũ nõ tollit per aliud priuilegium: nisi fiat mentio in secundo de primo j. de præscri. ueniens. sed ille qui impetrauit causam cõmitti secundũ ius cõmune, ĩpetrauit appellatione remota: nec fecit mẽtionẽ de priuilegio partis aduersæ: & tamẽ ualẽt secundæ literę: quia speciale derogat generali. & ita siue dicas q literæ secundę fuissent priuilegium, siue rescriptum secundum ius cõe, nõ põt stare hæc solutio: ergo necesse est dicere, qđ iste qui impetrauit ut generaliter posset appellare, impetrauit secundum ius cõe: ut uerum sit quòd speciale derogat generali. Potest ergo dici qđ persona ista impetrãs talis erat quæ pp delictum & culpam suã non poterat appellare: qa fuerat ei interdictũ appellare: unde ius commune ex indulgentia redditur ei. & est simile. C. de inoff. testa. si quando. & sic debet intelligi ut potius res ualeat, quam pereat: ut infra de priuile. in his: & j. de uerb. sig. abbate. ff. de re. dub. quoties. ij. Si ergo talis indulgentia emanauerit, ut libere posit appellare: nihil aliud uidetur principẽ cõcedere nisi ut habeat consuetã & legitimã appellandi potestatẽ: ut dicit lex prædicta. si quãdo. & sic nullum contrarium. Vel potest dici quod solum ius cõe indulget huic ad cautelã: quia solet plus timeri &c. xxiij. dist. quamquam. & infrà de iureiuran. & si Christus. & infra de pcurato. quia in causis. & infra. de hære. si aduersus. Et si hodie talis indulgentia concederetur: dicerem quòd liceret ei appellare, etiam [4] si non grauaretur: nisi exprimeretur causa indulgentiæ: ibi.

[d] Non de Remeñ. Sed uidetur, quod hoc sibi obesse nō debuit: quia & si hoc dixisset nihilominus literas habuisset. supra c. super literis. quia ex quo de corpore constat, extrinseca non nocent: licet omnia non exprimantur. ȷ̃. de consang. & affi. tua nos & ff. de rei uend. si in rem. in fi. Et certū dicitur, siue proprio nomine siue demonstratione, quæ uicem ꝓprij nominis obtinet, designetur. aut etiam digito ostendatur. ff. si certū petat. certū ē & ff. de rei uendi. si in rem. in fin. Sed iste personaliter ostenditur, ergo uidetur quod sit per literas tales audiendus [2]. Præterea nō debet ei talis error obesse, cum constet de errore. C. de iu. & fa. ign. error fac. præterea falsa causa non perimit legatū siue falsa demonstratio. C. de fal. cau. adie. l. ij. ff. de cōdi. & demōst. falsa demōstratio. & infrà, de conuer. coniug. ex parte. ij. nec mēdacium obligantis īpedit obligationem. infra, de conuer. coniug. ueniens. Sed ista non prosunt: quia ratio illius decret. super literis. nō habet locum ubique. Nunquid si Titius appellet se Seium in literis, ualebunt literæ? quia si hoc dixisset papæ, nihilominus literas habuisset, non prodest ei talis ignorantia siue error, imo nocet: quia literæ non ualebunt, ut hic dicit, & quia non cadit in iurisdictionem istius delegati: quia papa non intendit dare iurisdictionem, nisi in homine Remen. diœces. & præterea inconueniens uideretur si tales literæ hic deberent ualere huic: quia sic uiderentur incertæ, quia V. alius diœces. Remen. per illas literas posset conueniri, & ita una clausula quæ certa & determinata uideretur: posset trahi ad plures personas: quod esse non debet: quia generalitas in huiusmodi literis reprobatur. supra, eodem. ad hæc. & quia rescripta stricti iuris sunt. infra, de officio delegat. p. & g. & restringendæ sunt literæ potius quam laxandæ. supra, eodem. nonnulli. & ratio illius decre. super literis. tunc habet locum quando ex eo quod dictum est uel tacitum, papa citius mouetur ad dandum uel denegandum rescriptum infra, eodem. ex insinuatione. & c. si proponente. & supra, eodem. cum adeo. Sed hic non est ita.

Glossa sequens notat, & instruit, mediū recitetur per q. quid si dicatur episcopus Sagien. et quidā alij arg. solos ciuitatenses includi. soluit contrarium, & idem si diceretur quidam alij subditi ipsius &c.

Sagien.

[a] Curia. hæc est additio dudum post Berna. facta. & idē tradit Cassador. decisi. iiij. de procu. Sed uetus scrupulositas tanto iustior erat (ut dixi) quanto ægrius ordinarij turbabantur quos paulatim papa cœperunt uelle re.

[a] Adde similē tex. in l. j. §. j. ff. đ exce. re iud. & in l. generaliter. §. sub conditione. ff. q. & a qui.

Procurator, an possit dare ꝓcuratorē.

Certum quid dicitur.

[2] Maxime quia ī principio causę fauēdum est actori. ff. de iudi. l. si qs intētione. Ioā. And.

[f] Et hoc in dispositiōe hominis stricta secus in dispositione legis Alc. c. j. nu. 3. đ offic. ord. ubi nu. 7. tenet opinionē Hostiensi contra Pano. hic qđ ī statutis ueniāt homīes ciuitatis & bene. Tamen istud cap. habet rationē in casu suo, uidelicet, ut minus turbet iurisdictio ordinaria, quamuis Goffr. dicat hoc capitulū carere ratione. Clarū est etiam quod Gre. 9. non studebat conseruare iurisdictionem ordinariorum illæsam, igitur nimia scrupulositate motus est, & sic male ꝑ doct. trahitur in argumentū.

quosdam alios Sagieñ.[a] diœcesis, super reditibus & rebus alijs impetratas à nobis coram iudicibus super eadē ecclesia, per generalem clausulam (quidā alij) conuenisset, idem rector proposuit excipiēdo. quòd cùm esset de ciuitate Sagiensi, & sub eadē clausula nullus de ciuitate ipsa intelligitur inclusus, cōueniri non poterat per eandem. Et quia dicti iudices exceptionem huiusmodi recusarunt admittere, nostram audientiam appellauit. Ideoq; mandamus, quatenus (si est ita) reuocetis in irritum &c.

Idem abbati sancti Iacobi.

Si conueniendus per clausulam moriatur re integra, successor conueniri non potest.

[a] Sagiē. diœcesis Per hoc patet expresse, quod aliud est dicere, & alios comprehēdit clericus diœcesanus. & alios clericus ciuitatensis. j. de uerb. sig. cū clerici Placentini. & ita dicendo: quidā Bon. diœcesis, nullus ciuis poterit conueniri: & ideo in clausula illa, & quidem alij, debet poni & dici sic, & quidam alij ciuitatis & diœcesis Bonoñ. & sic tam de ciuitate, q̃ de diœcesi per illam clausulā poterunt conueniri: quia ciuitas & diœcesis diuersa sunt [1], licet sub una iurisdictione siue uno episcopo. j. de cēsi. uenerabili. & ē si. quia licet episcopus sit in ecclesia, & ecclesia in episcopo: ut vij. q. j. scire tamen quandoque nomine episcopi, non designatur ecclesia, licet ipse sit caput ecclesiæ. j. de test. requisisti. Si dixisset Sagien. episcopus, & quidam alij, tunc per illam clausulā, quidam alij, uidetur q̄ tantū illi de ciuitate conueniri debeant: quia determinatio præcedens. s. Sagien. intelligitur repetita. & est sensus: quidam alij Sagieñ. ut xxxij. quæ. vij. apostolus. & ff. de uerbo. obl. titia. §. j. imo & de diœcesi possunt conueniri. j. capi. significauit. quia clausula illa uaga est & generalis, sed non extra diœcesim: ut s. e. pastoralis. §. j. Si dicas, & quidam alij Sagien. diœce. modo clausula illa, quidā alij, restringitur per determinationem sequentē ad illos de diœcesi tantum: alioquin non esset differentia inter ista nomina Bono. & diœcesanus sed constat, q̄ diuersa sunt, & diuersa significant, non. n. sunt synonyma, unde bona fuit appellatio rectoris q̄ erat de ciuitate. Si sic diceretur, episcopus Sagien. & quidam alij iurisdictionis ipsius, uel quidam alij subditi ipsius: tunc per clausulam illam quidam alij possent conueniri tam de ciuitate quam de diœcesi: quia talis clausula generalis ad omnes interius & exterius extēditur. Item ex alia causa non poterant conueniri per literas illas: quia minora negotia ibi exprimebantur, unde per generalem clausulam super maioribus non poterat conueniri. supra eod. senes. sed exceptionem non opposuit. B. Sed pone quod non opposuisset illam exceptionem, nec illā de maiori negotio, & sic iudex processisset ad sententiam condemnationis: nunquid ualuisset sententia? Videtur quod sic: quia huiusmodi exceptiones dilatoriæ uidentur. Sed contra credo: qa per hanc clausulam quod quosdā alios Sagien. diœce. datur iurisdictio tantum in diœcesanos & non de ciuitate, & per hanc clausulam in rebus alijs non datur iurisdictio super maioribus negotijs. supra e. sedes unde talis sententia non tenet deficiente iurisdictione. Nec etiam credo posse prorogari iurisdictionem in primo casu [2] ut j. de offic. delega. P. & G. nec in alio: quia consensus priuatorum cum iudicem non facit, qui nulli præest iurisdic. C. de iuris. om. iu. l. priuatorum.

[2] Lxiij. dist. ego Ludou. & j. de sen. excō. si ciuitas lib. vj. Præterea forte non diœcesanos exp̄ssit qa procurator ciuiū paratus erat contradicere. uel forte impetrabat i terra rectoris qui fortis erat in ciuitate: non sic in comitatu. vñ nō sic de facili habuisset literas cō tra ciues, sicut contra comitatiuos ff. qđ met. cau. non est secundum Gof. dicit tñ q̄ modicæ sunt istæ rationes: & qđ modicum rōnis habet hæc decreta. Qui. n. est de diœcesi: de ciuitate intelligit. ff. ad munici. q. ex uico. ff. de cēsi. l. forma §. si uero. Ioan. And. in nouel.

[2] Casu scilicet de p̄sona ad p̄sonā, sed bene de re ad rē. Pano.

[3] Nō potest. qa de

Significauit nobis. Diuiditur ut proxima præcedens. secunda ibi, Ideoque. Abbas Siculus.

Glossa seq. no. rescripta re integra & ca. dat duo similia, & rōnem subdit. allega. tria iura in contrariū: & soluit. Secundo arg. quòd data etc. signat cōtrarium: et remittit. Tertio obycit de decret. dilecti. & dupliciter soluit.

CAP. XXXVI.

Significauit nobis comitissa Namuteñ. q̄ cùm mortuo comite fratre suo, ipsa in eius successerit comitatu, G. & B. p̄ quasdā literas apostolicas cōtra Tulleñ. episcopum, & quosdam alios clericos & laicos impetratas, eam coram iudicibus (ad quos obtentæ fuerant) super quadam summa pecuniæ quam eidem fratri suo se mutuasse dicebant, per illam generalem clausulam, quidam alij: (quia in prædicto comitatu successerat) conuenerunt. excipiēte itaq; procuratore suo, cum adhuc frater eiusdem mulieris uiueret [b], quando eædem literæ impetratæ fuerunt, quòd nec per ipsas dum uiueret [c]

[b] Viueret. Iste comes dum uiuebat poterat per literas illas conueniri, sed eo mortuo successor eius non potest [3]. Et sic patet expresse per decretalem istam, qđ rescripta saltē re integra non extenduntur ad successores illorū, contra quos fuerant impetrata, uel qui per ea poterant conueniri. & ita morte illius cōtra quem impetratur, finitur mandatum sicut & morte mādantis. j. de off. delega. relatū. & c. gratum. & c. licet. & j. de of. deleg. c. ult. & sic eodē mō finitur morte impetrantis, ita q̄ nō transit ad successores saltē re integra. & hoc iō cōtingit, quia rescripta p̄sonalia sunt, nec ad p̄sonas uel ad res alias, quā quæ cōtinent ibi extendunt. j. de of. dele. cum olim. & c. p. & g. & hoc probat hic manifeste. ar. cōtra. j. de iudi. qa V. & j. de aliena. mutā. in c. j. & ij. & j. de conces. præbē. p̄posuit. Sed uerū est, q̄ re integra finiūtur hmōi rescripta. ut hic dr̄. Et est hic arg. q̄ data literarū consyderāda. supra e. eam te. & c. cōstitutus. cōtra. j. de præb. dilectus. ij. ubi de hoc. & in c. eā te. Item signat contra. j. de fo. cōpe. dilecti si lij. ibi conuenitur successor per literas impetratas cōtra prædecessorē. Sed hic conueniebat successor & antecessor per clausulā generalem, & ideo re integra [4] finitur hic tale mandatū sed ibi. s. in contrario literæ impetratæ specialiter fuerunt cōtra prædecessorē, & finguntur una persona antecessor & successor: quia cōtra dignitatē impetratæ intelliguntur, quæ non moritur. j. de of. dele. quoniā abbas. Sed si dictū fuisset cōtra episcopū Tullē. & comitē Namutē. tunc comitissa poterit cōueniri. qa cōtra comitatū literæ impetrant et sic poterat cōueniri qcunq; succederet i comitatu illo: sicut i c. dilecti. Vel dic q̄ i c. dilecti. p̄decessor fuit citatus, & sic planū est, & nullū contrariū. sed non colligitur ex. cap. dilecti. quod antecessor fuerit citatus.

Glossa seq. arguit à contrario, & illud approbat.

[c] Dum uiueret. Et sic vr̄, q̄ si citatus fuisset frater illius Comitissæ, perpetuatum fuisset rescriptum contra successores illius cōtra quem impetratur, & eadē ratione & impetrātis: sicut perpetuatur per citationem

bitum fuerat cōtra ctū personaliter, secus si nomie dignitatis uidelicet comitatus. Pano.

[4] Integra quia in citādis sub clausula, delegatus nō habet iurisdictioné nisi p̄sonæ expresione facta c. pastoralis. §. fi. s. c. Iō si talis tēpore datę rescripti uiuens moriat ante expresionem, corruet rescriptum quantum ad eū. Secus i eo q expressus ē i rescripto qa statim rescriptū uires habuit in eius p̄sonā, iō ad & contra successorē uniuersalē transit. Pa. hic Io. An. in mercur. is q in iusd. reg. iu. in vj. Itē per clausulam generalē poterit nomine ecclesiæ cōueniri is q factus est platus post datū rescri. q1 nō dr̄ proprie cōueniri persona plati. sed ecclesia. Inn. Cōpostel, hic Ioan. And. Inn.

nem quantum ad mortem delegantis: ut post decessũ ualeat delegantis: ut in prædictis decre. de offi. deleg. gratum. & licet ar. ĩ. de ap. ut debitus. s. e. ca. capitulũ sanctæ crucis. nam uideo ꝙ alia quæ non transeunt ad successores, post conuentionem transeunt, ar. ĩ. de dona. c. [illegible] à cõtrario sensu. ar. C. de reuo. don. l. j. & ulti. in fi. & in querela inofficiosi testamenti. C. de inoffic. testam. si pater. & l. si quis filium. & melius. ff. de inoff. tes. posthumus. §. ulti. & C. de noua. si delegatio. & iudicio cœpto, negotium trãsit ad hrdes. C. de iureiu. Cal. auth. principales. Satis credo, ꝙ si ille fuisset ad iudiciũ euocatus, perpetuatæ essent literæ, ut suc cessores impetrantis possent agere postea per illas & contra reum & suc cessores ipsius, ut hic innuit satis expresse cũ dicit, nec p literas ipsas fuit ad iudicium euoca tus & postea dicit, si ita est. unde illa clausula respicit omnia supradicta, scilicet quod eo ui uente fuerũt impe tratæ, nec fuit ad iudicium euocatus & est simile supra eodem, olim. ubi clausula ista si ita est, respicit omnia superiora.

Ex insinuatiõe. Diuiditur in duas partes. nã pri mo ponitur partis decisa querela secundo prouisio ibi, quocirca. Abb.

fuerat ad iudicium euocatus, earũ authoritate non poterat conueniri. Et quia iudices exceptionem non admittebant ipsius, nostrã audientiam appellauit, & infrà. Ideoq; mandamus, quatenus si est ita reuocato in irritum &c.

Idem abbati sancti Victoris.

Non ualent literæ executoriæ in quibus impetrans falso dixit monitorias præcessisse.

CAP. XXXVII.

Ex insinuatione episcopi Ambiañ. accepimus ꝙ I. clericus super eius prouisione ad ipsũ præceptorias & postmodũ ad uos executorias cõtra eũ literas impetrauit, & infrà. Quocirca mandamus, quatenus si nullæ monitoriæ super hoc præcesserint, executorijs supsedeatis eisdem, dummodo eædẽ executoriæ de monitorijs ᵃfecerint mentionem: alioquin in executionis negotio, iuxta directum ad uos

† Hæc decret. uidet falsa: quia scribit uni tm: & tamen loquit ĩ plurali infra, de cri. fal. quã graui. Solu. possũt dici ꝙ fuit uitiũ scriptoris. uel quod primo loquitur abbati in titulo: secũdo episcopo. unde dicit ꝙ ex insinuatione episcopi: quia locutio pluralis contenta est numero duorum. iiij. q. iij. §. ubi numerus. facit regula iuris pluralis locutio. de reg. iu. li. vj. Ber.

Glossa sequens reddit causam textus. ponit stylum curiæ, & arguit.

a De monitorijs. Sic patet, ꝙ executoriæ nõ ualent facientes mentionem de monitorijs, ubi monitoriæ non præcesserint: quia ueritate tacita sunt obtentæ & falsitate expressa, ut facilius literas executorias obtineret tanquam si tacuisset ueritatem exprimẽdo, executorias nõ habuisset: ut s. e. super literis. Itẽ si tacuisset alium de mandato Papæ fuisse receptum, non ualuisset rescriptum. ĩ. eo. mandatum. & ca. abbatẽ. quæ enim sint exprimenda in beneficijs impetrandis, dicetur ĩ. eo. ca. si proponente. Quandoq; tamen executoriæ prima uice conceduntur. s. eo. c. capitulum sanctæ crucis. sed illud de speciali gratia. Sed ordo & consuetudo curiæ est ꝙ primo monitoriæ, secundo præcepto riæ, ultimo executoriæ conceduntur. s. e. constitutus. Et est hic arg. ꝙ si quis in aliquo instrumento faciat mentionem alterius instrumenti, non creditur ei nisi exhibeat primum. C. de eden. auth. si quis. & infra. de fide instrumen. c. j. & ĩ. de offi. deleg. cum in iure.

pro ipso mandatum ratione præuia procedatis.

Idem Nouieñ. episcopo.

Cessantib. clausulis, ĩ dubio Papa non intendit grauare eundem collatorem super prouisione duorum: ideo secundus impetrans repellitur, siue primus expectet, siue sit iam gratiam consecutus. hoc dicit secũdum intellectum glo.

CAP. XXXVIII.

Mandatum ᵇapostolicũ ad te directum, ut magistrũ S. faceres in canonicũ recipi & in fratrem Nouieñ. ecclesiæ, si pro alio ibidem nõ scripsimus qui hmõi gratiam prosequatur, alio iam beneficiũ per nostras literas obtinẽte, prosequi non teneris: Cũm super receptione duorum ᶜgrauandi ecclesiam antedictam non fuit intentio ᵈmandatoris.

Idem.

Ecclesia in qua Papa primus dedit monitorias, et secũdus executorias, per primũ non per secundũ intelligitur grauata. †

CAP. XXXIX.

Mandatum apostolicũ. Non intendit Papa eundẽ collatorem grauare de duobus, ubi pro secũdo scribit cũ clausula, si pro alio non est scriptũ qui huiusmodi gratiam prosequatur, etiam primo tempore datæ uel præsentationis secundi gratiam assecuto. In prima ponit dictũ, in secunda eius rationem ibi, cum su per. Abb. Sic.

b Mandatum. Videt fatua hæc quæstio, cum diceretur ĩ literis si pro alio non scripsimus qui huiusmodi gratiã prosequatur. Dubium potuit esse ex eo quod dicit, qui huiuscemodi gratiam prosequatur, quia iam receperat alium de mandato Papæ. & sic nõ prosequebatur, imo iã prosecutus erat illam gratiã ex quo credebat ex uerbo illo prosequatur, ꝙ non competeret ei exceptio cum iã esset receptus. multo fortius compete bat (ut hic patet) & cõpetit hæc exceptio recepto mã dato, si postea pro alio mandetur, licet primus adhuc non sit receptus. ĩ. eo. abbatẽ. & s. eo. capitulum sanctæ crucis. secus si esset repulsus.

Glossa seq. ponit duas opin. & primam approbat.

c Super receptione duorum. Et ita habes hic. & ĩ. cap. proxi. & c. abbatẽ. ꝙ Papa non intẽdit aliquos grauare super receptione duorũ: quare si scribit pro aliquo recipiendo in aliqua ecclesia: licet clausula illa, si pro alio nõ scripsimus, nõ sit ibi, tamen subintelligitur † sicut illa, si persona idonea est ĩ. de elec. causam quæ. & sicut illa, si preces ueritate nitantur. s. e. ij. quia nõ est intentio papæ grauare aliquos in receptione pluriũ: ut dicit hic. Alij dicũt contrarium ꝙ in fauorẽ ecclesiæ ponitur illa clausula, si pro alio nõ scripsimus: quia si non apponatur, nihilominus tenent eũ recipere, pro quo secundo mãdatur. Sed ista litera (ut mihi uidetur) contra dicit, & papa cõsueuit illã exceptionẽ remouere dicendo, nõ obstãte si pro alio uel alijs scripsimus, sicut dicit non obstante certo canonicorum numero iuramẽto firmato, uel quacunq; alia firmitate uallato. & secundum illos frustra apponitur, non obstante si pro alio &c.

d Non fuit intẽtio. Arg. ꝙ papa per suas literas non uult alicui graue præiudicium inferre. sic. ĩ. de off. dele. sup eo. & ĩ. de off. or. licet. & ĩ. de aut. & usu pal ex tuarũ. & ix. q. iij. nunc uero. & ff. ne quid in lo. pu. l ij. §. si quis à principe. & §. merito. & ĩ. de cõsue. cum olim. in fi. Item intẽtio mandantis considerãda est. ĩ. de præben-

† Phi. decius cons. cclj.

† Subintelligit. in distincte si ue prima gratia iã sit executa siue pẽdeat quãuis Hosti. aliud dicat quãdo prima pẽdet, & eũ defendat. Aret. hic p duas colũ. de ueritate iuris, tãdẽ dicit quod opi. Gof. tenẽt Rota Ancha. hic. Io. An. in c. pe. eo in vj. Et qđ est cõmunis, & qđ plus habet de intẽtione iuris & rescribentis & ideo tenenda, put ẽt ita tenet Mat. Pac. in trac. de Mãd. apo. par. j. in princi. & practicat etiam in Gallia ga ordinariꝰ ad id non plus grauatus.

d

præben.cum causam.& c.ult.& infra de procur.petitio. & eadem ratio quæ mouet delegantem, mouere debet delegatum.suprà.eo. super literis.

Literis apostolicis.Diuiditur: quia primo ponitur mandatũ,quod exequi iubet.Secundo tollit exceptionem: ibi, non obstante. Tertio exprimit causam: ibi, cum factum. Abb.Sic.

a Monitorias.Argu. ꝙ per monitorias ius acquiritur: ꝙ non est uerum: nec etiam per præceptorias uel etiã executorias: sed officium iudicis imploret ut recipiatur.de hoc not.ĩ.de renun.ueniens. in no. quę incipit ar. quòd per literas.

Glossa sequ. primo arguit, secunda pars recitetur per quæstionem quid si ad mandatum legati &c.

b Cum factũ prædecessoris. No. ar. quod successor tenetur adimplere factum prædecessoris sui.xij.quæ.v. quia Ioannes. & xvj.q.vj.illud.Sic & mandatũ seu præceptũ factum prædecessoris, successor tenetur adimplere. xviij.q.ij.dudum. Sic etiam patet ex hac decret. quod si aliquis sit rescriptus ad mandatum legati uel prædecessoris,per hoc non fit præiudicium successori, nec intelligitur ecclesia grauata in eo casu. & sicut clausula illa,si ad mandatum papæ [1] aliũ nõ recepistis, habet tantum locum in eo qui mandat, nec habet exceptionem si ad mandatum prædecessoris uel legati alium recepit, sed etiam in legato ipsius mãdantis uidet contrarium quia auto itate papæ qui delegauit factum est,& qui per alium facit per seipsum facere uidet.ff.de adm.tu.ita tamẽ.§.gessisse.& ĩ.de sen.excõ. mulieres. Si hoc sit factum de speciali mãdato locum haberet exceptio,sed de generali non uidetur.

Literis apostolicis ad uos directis, ut G.clericũ reciperetis in canonicum & in fratrẽ,nisi pro alio fuisset per nos ecclesia uestra grauata, mandatum nostrum uos exequi uolumus & mãdamus: Quatenus non obstante quod T. subdiaconum per nostras literas executorias recepistis, quia bonæ memoriæ H.præ. nostro monitorias [a] impetrauit. Cum [b] factum præ. nostri potius quàm nostrum fuerimus prosecuti.

Idem.

Diœcesanus cui scribitur ut in diœcesi sua ubi pro alio scriptũ nõ est,prouideat uel faciat prouideri,non potest id exequi circa beneficium spectans ad collationem alterius iam pro alio grauati.

CAP. XL.

Abbatem qui mandatũ apostolicum iam recepit [c], ut S. clerico in aliqua ecclesiarum sui monasterij prouideret,& per [d] literas generales,ad diœcesanũ episcopum obtentas, ut in diœcesi sua (ubi pro alio scriptum non esset) faceret prouideri [e], cogi iuris ratio nõ permittit,nec super conferendis ecclesijs aut beneficijs aggrauari, ẽt si facultatẽ habeat diœcesanus per easdẽ literas prouidendi [f].

c Abbatem.Iã recepit.Vide quod dicit,qui mandatum apostolicũ recepit,nõ dicit, qui iã prouiderit.& sic patet, ꝙ qui primo suum mandatum repræsentat,ille debet beneficium obtinere:ut ś.eo. capitulum sanctæ crucis.& ĩ.de appe.ut debitus. & sic tenebatur abbas iste prouidere.S.clerico, duntamẽ alij de mandato eiusdem nõ prouiderit,nec episcopus per literas illas generales potest cogere abbatẽ ut dicit sup ecclesijs uel beneficijs conferendis. Ista tria capitula superius ꝓxima idẽ uidentur dicere: tamen differunt.

d Per literas generales.Hic habes ꝙ generale mandatum secundo impetratum non derogat speciali primo impetrato.de hac materia dictũ est supra.eo.c.j.

e Facere prouideri.Per hanc formam non potest facere ꝓuideri in aliqua prælatura.ĩ.de præb.c.ult.nisi hoc specialiter exprimatur in literis: ut hic dicitur in fi.huius ca.Per istam formam facias prouideri, executor cui hoc ius mandatur, potest solummodo excommunicare contradicentes sibi:sed non potest eum instituere,uel in possessionem mittere. Contrariũ tamẽ uidet infra de præben.pro illorũ. sed non contradicit.& intellige prout ibi notat. Sed per formam istam, mandamus tibi, ꝙ prouideas tali in aliqua ecclesiarũ tuarum, potest illum ponere in possessionem inuestire,ac excõicare contradictores, nisi rationabile aliquid ostendatur, secũdum quòd dicitur hic in fi. potestatẽ habeat prouidendi. & ita utraque formarum istarum exprimitur in cap.isto,abbatẽ, & de hoc no. ĩ.de cõcess.præbẽ. cum nostris.& infra de pręben.ca.ult.Ber.

f Prouidendi. Cũ dicitur in literis, authoritate nostra ꝓuideas in aliqua ecclesia tuæ diœcesis, etiam si curam habeat animarum.

[1] Hoc nõ credo:puto enim aliud si dicat ad mãdatum papæ: quã si dicatur ad mãdatum nostrũ ad hoc.ĩ.e.l. si gratiosæ.lib. vj. Ioã. And.

2 Adde tex. & ibi Bar.in l.j. §.j. ff. de noui. op. nũt. & ĩ l. iij.§. trãsfugas. & ibi Ang. ff. de sica.

Idem.

Per rescriptũ directum excõicatori, ut absoluat excommunicatum, si contra concilium eum excommunicauit, datis executoribus, qui eo non parente exequantur,non excommunicatori sed executorib. cognitio demandatur.

CAP. XLI.

Ab excommunicato, qui contra statuta concilij [g] generalis asserit se ligatum,literis ad excõicatorẽ [h] obtẽtis,ut(si

Ab excommunicato. Diuiditur, quia primo ponitur factum ex quo resultat quæstio. secundo ibi, non excommunicatori. ponitur solutio.tertio in solutione interseritur ratio:ibi, qui de facto.Abb.Sicu.

g Cõcilij gñalis.ĩ.de sententia excõicationis sacro.

Glo.seq.obycit et respondet, quærit et sol.arguit & remittit, & iudicem instruit.

h Ad excommunicatorẽ. Sed quare remittitur ad ipsum,cum iam iniq; processerit cõtra ipsum, & ideo suspectus est ei? Ad hoc dicas ꝙ hæc est forma & consuetudo ecclesiæ ꝙ si aliquis conqueritur se excommunicatum iniuste fuisse siue cõtra debitam formam concilij generalis, si periculum nõ est in mora, remittitur absoluendus ad suũ excommunicatorem ĩ.de sen.excom.sacro.& in hoc defertur ipsi excommunicatori, ut factũ suum ipse corrigat, qui ueritatẽ ignorare in proprio facto non debet:ut hic dicit, & ĩ. de off. ord. ad reprimendã. & forte ad uerecundiam suam ut sui proprium factum corrigat & emendet, quod quidem potest.ĩ.de accu.qualiter & quãdo.& ĩ. de ele. nosti. & xxxv.q.ix.quod qs.Sed potius parcitur ei,ex eo qđ ipsemet absoluet. maius esset ei opprobrium si alius factum suum corrigeret: nec debet etiam expectare ut ab alijs corrigatur, in authen. de nup. in prin. col. iiij.& ideo dicit,licet in hoc deferat eidẽ. Et quia per simplicem querimoniam retulit hoc ad superiorem, & non per appellationem: remittitur ad excommunicatorem. si enim appellasset, non remitteretur ad

excom-

excõmunicatorẽ.ꝭ.de sen.excõ.ꝑ tuas. nisi uellet superior ei facere gratiã :vt in d.c. per tuas. & hoc in ordinario, secus in delegato qñ appellatur : tunc non remittitur ad delegatũ. Sed quid de causa principali, nũquid idem ipse potest cognoscere de hoc? Ita quidã ex quo nõ appellauit, debuit enim appellare, & sic esset exẽptus in totũ.ar. ꝭ.de app. ad hæc.j. & c.proposuit. Et ita suspẽsus uel excõmunicatus minori excõmunicatione potest absoluere excõmunicatũ. ꝭ.de sent. excõ.sacro.& suspensus suspensum.ꝭ.de sent. excõm.ex duobus. ubi de hoc. Si uero iudex iste certus ẽ, quod iuste pro. esset, non absoluet illum : quia delegatus cũ de hoc constiterit remitteret illũ ad suum excõmunicatorẽ, ut eius mandato pareat. Quid de principali quæstione? dic ut in ultima notula dicitur.

est ita) sine difficultate [a] absoluat eundem, & alijs deputatis iudicibus, qui (eo non parente) mandatum apostolicum exequantur [b]: Non excommunicatori (qui de facto suo [c] in hoc certus esse debet, licet in hoc deferatur eidem) sed illis cognitio [d] demandatur.

Idem

Si impetrans rescriptum ad

[a] Sine difficultate. iuramenti uel alicuius mandati, aut cautionis.

[b] Exequãtur. isti non possunt absoluere illũ, nisi post terminũ elapsum assignatũ ipsi excõmunicatori. alias non teneret absolutio. sic infra de appel. ut debitus.

Glossa sequẽs distinguit inter ignorantiam facti proprij & alieni: & probabilem & non probabilem: remittit & arguit.

[c] De facto suo in hoc certus esse debet. Et sic uidetur, quod nõ licet alicui factum propriũ ignorare. & hoc uerũ est, nisi habuerit probabilẽ cãm ignorãtiæ. xxxiiij.q.ij.in lectũ. ar.j.q.j.si qui a simoniacis. alias ignorantia proprij facti nõ excusat:quia nõ est uerisimile, ꝙ quis ignoret uires patrimonij sui.C.de rescin. ven.quisquis.& hic.Sed in facto alieno tolerabilis est error uel ignorantia.ff.pro suo.l.ult.& hoc uerũ est, si probabilis est.sed crassa & supina ignorantia in facto alieno nõ excusat.xvj.dist.quod dictis.& xij. q.ij. qui & humanis.& ꝭ.de postu præl.c.j.in talibus nõ requirit ꝙ sit nimis diligẽs & curiosus, nec nimis negligẽs. ff.de iur.& fac.igno.nec supina. De hac materia no.j. q.iiij.c.turbatur.§.notandũ.arg.est hic.ꝙ in notorijs nullæ sunt partes iudicis, nisi [a] quantũ ad sententiã.

Glossa sequens reci. per q. scilicet, quod sit officium delegatorum quibus scribitur.

[d] Cognitio. Tamẽ antequã cognoscant utrum iuste uel iniuste sit excõmunicatus, debet absolui, si hoc petierit [f], præstita cautione & iuramẽto, ꝙ parebit mãdatis ecclesiæ.ꝭ.de offi.dele.cũ cõtingat.& postea isti delegati cognoscẽt utrũ fuerit excõicatus cõtra statuta cõcilij generalis : & si inuenerint ꝙ iuste fuerit excõmunicatus, aut seruata fuerit forma cõcilij, remittẽt illũ ad suũ excõicatorẽ, ut eius mãdato pareat super causa pro qua fuerit excõicatus.ꝭ.de offi.dele.prudẽtiã uersus finẽ. Et hoc quod diximus debet statim absolui anteꝗ cognoscat, uerũ est, nisi aduersarius obijciat ꝙ nõ debet statim absolui:quia fuerit excõicatus pro manifesta offensa [e], uel qa nõ paret rei iudicatæ. ff.de rei vẽ.qui restituere.& ꝭ.de off.deleg. quærenti. quo probato nõ absoluetur, nisi satisfaciat.ꝭ.de uerb. sign.ex parte.j.& c.seq.& ꝭ. de sen.excõ.solet ĩ decr. noua.lib.vj.Si uero inuenerint, qđ iniuste fuerit excommunicatus:tũc delegati isti cognoscẽt de causa [f]

[a] Quod potest, cũ nõ remittat eũ ad iudicem a quo appellauit ut eũ iudicet sed ut eũ restituat. ut not. ij. q.j. notũ. Ioã. And. in nouel.

Ignorantia, an sit tolerabilis.

[a] Nisi. ꝑcedit tñ citatio uel requisitio ut hic uides. Ioan. And.

[f] Hoc intellige secundũ decreta. per tuas.đ sẽtẽt. excõ. Io. And.

[e] Vel manifesta cõtumacia. ꝭ.de sent. excõ. uenerabilibus. §.secus. li. vj. Ioã. And.

[f] De cau-

illa pro qua fuerit excõmunicatus.

[a] SI proponente. Hodie dicẽdum est, ut clarius habetur in c.si motu proprio.de præbẽ.lib.vj. ubi indistinctè decidetur, quod qualecũq; beneficium habeat impetrãs, nisi de illo faciat mentionẽ, non ualet impetratio secũdi. Et diuiditur ista decr. in duas partes. in prima ponit quæstio. in secunda solutio. ibi, illud. Abb.

beneficium, dixit se non beneficiatum : cum tamen haberet beneficium, licet exiguum, non valet rescriptum.

CAP. XLII.

SI proponente aliquo nondum se beneficiũ ecclesiasticum assecutum super ipsius prouisione (licet minus competẽs [c] obtinentis) rescriptum apostolicum de hoc mentionem [f] non faciens im

Glo. seq. obijcit probans sex modis non curandum de modico, & respondet per quatuor rationes. demũ quærit. soluit, alle. duo iura in contrariũ.

[e] Minus competens. Sed uidetur ꝙ hoc obesse non debeat:quia huiusmodi modica nõ nocẽt : modica enim res nõ inducit simoniã.ꝭ. de simo. & si quæstiones. & j.q.j. iudices. & modicum damnũ de facili toleratur. xij.q.ij.bonæ rei [e] & modica potest episcopus aliena re. xij. q.ij. terrulas nec pro modico restitutio datur. ff. de in inte. restit. scio. & pro modico, nec plus nec minus. de cõstit.dist.ij.reuera. nec pro modico datur actio de dolo.ff.de dolo.si oleum. in fine. Sed contrarium uidetur : quia fraudulenter tacuisse uidetur, ut citius literas impetret, & quæ in fraudẽ fiunt, imputãtur supra eo.super literis. Præterea iste recipiẽdo modicũ beneficiũ sibi præiudicauit: unde quærat sibi victum ex artificio suo.xcj.distin. clericus victum. quia ex quo semel placuit, amplius displicere non potest. xxxij. q.v. horrendus. & unusquisq; in ea uocatione maneat in qua vocatus est.lxx.dist.sanctorũ. & exemplo Apostoli faciat dicẽtis : Ad omnia quæ mihi opus erant, ministrauerunt manus istæ.xxj.q.j.c.j.imo non est aliquis instituendus, nisi tantũ sibi assignetur, qđ sibi prouidere, & episcopalia iura persoluere possit. infra, de præben.de monachis. Planum est enim, quod tenetur inde facere mentionem, alias non ualerent literæ : & sic soluitur hic quæstio illa quæ ponebatur. infra de præben.cum teneamur. Sed aduerte quod dicit in principio, si aliquo ponẽte se nullum beneficiũ ecclesiasticũ assecutũ, si ita quis modicum habens beneficiũ significet papæ sine dubio mẽtitur : & ideo commodũ non debet habere de literis.ꝭ.eo. super literis.quia in fraudem tacet modicũ beneficiũ. Sed si aliquis diceret ita domino papæ, supplicat sanctitati vestræ talis pauper clericus, ut in tali ecclesia beneficiũ ei conferre dignemini, nunquid ualent tales literæ? quia tacuit de modico beneficio, & tamẽ uerũ dixit:quia pauper est in ueritate. Ista forma nõ uidetur cõtradicere huic decre.quia nõ dicit se habere, uel nõ habere beneficiũ. Dici potest adhuc ꝙ nõ ualent:quia semper uidetur tacere in fraudem beneficium licet modicũ, ut citius literas obtineat simpliciter se pauperem clericum appellando : quia per hoc intelligit papa, quod nullum habeat beneficiũ. Quidam dicunt, quod bene ualent : quia non dicit se nullum, sed pauper beneficium habere. infra, de præbend. dilectus filius G. & bene dicunt quod non est necesse quod de modico teneatur facere mentionẽ.ꝭ.eo.postulasti.

Glossa sequens ponit nouem conditiones subintellectas in literis beneficialibus. & ponit versus.

[f] De hoc mentionem. Nota ergo, quod qui habet modicum

sa. hoc nerũ, si fuit ab excommunicato appellatũ, alias non cognoscẽt de principali, nisi sit connexũ. Pau.

[e] Et.ꝭ. de do. apostolica.đ hoc ꝭ.in proœmio in ul ti.gl. Multa alia exẽpla qbus non curamus đ modico, collegit Archi. de præbẽ. l.non põt in princi. li.vj. quia nõ nocet simo di cũ omittat. ff. de ven. inspi. l. j. in fine, omne modicũ siue augeat, siue diminuat : pro non adiecto debet haberi. ff. loca. l. si quis cõduxerit. & l. habitatores. Plenius hic per Ioan. An.in no.

Beneficij īpetrator multa exprimere debet.

modicum beneficium nihilominus tenetur inde facere mentionē: & multæ cōditiones aliæ subintelliguntur sine quibus literæ nō ualēt, si ē clericus. j. de trāsactio. ex literis. Item si nō habeat aliud beneficiū. s. eo. cū adeo. Item si uult residere in ecclesia. j. de cler. nō residen. relatū. Itē si est dignus. s. eo. cū adeo. & j. de electio. causam q. Itē si ecclesia tot potest sufficere. j. de insti. c. j. & c. autoritate. & de uita & hone. cle. qm. & s. de constitu. cum M. Ferrariē. Item si de terra illa ē oriūdus[1] lxxj. dist. hortamur. & C. de epi. & cle. ī ecclesijs. & j. d cle. pere. te. nobis. Si habet perpetuā uicariam, quæ sufficiat sibi. s. eo. postulasti. Itē si ad mandatū papæ alius sit receptus. s. e. tribus ꝓximis capi. Vel si quā aliam iustā habeat excusationē. s. eo. si quando. vnde potes notare uersus. Clericus indigena, dignus, pauper, residensq; Redditus ut pateant, scriptis sunt ista notāda.

1 Oriundus. glos. sing. idem Pano. hic Anto. corset. ī sing. vers. subreptio. Phil. Dec. cons. 541. num. 15. vbi not.

Quia nonnulli diuersis. Septē species fraudis ponuntur in hac decre. quarum tres cōmittuntur in impetrando, & quatuor in abutendo. pœna uero cōmunis est omnibus, uidelicet priuatur cōmodo literarum, & condēnatur in expensis, & hoc sufficit pro summario & diuisione, secundum Io. And.

a Sub nomine suo. Sex uitia in hoc capitulo reprehenduntur. Primo reprehenduntur illi qui literas suo nomine impetratas alijs eiusdē nominis tradūt, & qui eas tali modo recipiūt. Item & illi qui trahunt ad iudicium illos cōtra quos nil habēt quæstionis. Et qui literas ad futura expendūt negotia, quæ nondū erant tēpore impetrati rescripti exorta. Itē qui super uno negotio trahunt reū ad diuersos iudices, uel etiā trahunt reum super pluribus personalibus actionibus coram diuersis delegatis, quæ sub uno iudice commodius tractarentur. Item & reus qui eodem tempore trahit actorem ad diuersa loca uel indeterminate ad villam, quæ habet commune nomen cum pluribus villis. omnes istæ personæ quæ malitiam istam exercent, carere debent commodo literarū, & in expensis sunt puniendæ. & hoc dicit decre.

Rescripta ad futuras lites non trahūtur.

b Eiusdem nominis. Tali malitiæ obuiandum est, & potest de facili obuiari: ut propriū nomen cū cognomine in literis apponatur, et huiusmodi generalitas nominis remoueatur, ita ꝙ de persona contenta in literis cōstet ar. ff. si cer. pe. certum. Et tam isti qui literas tradūt, quā q modo tali recipiunt. eodē reatu criminis inuoluūtur. si. j. de resti. spo. sæpe cōtingit. & j. de alie. iud. mu. cau. fact. c. j. & ij. & j. de iud. quia. V.

c Quæstionis. & isti quidem recte puniuntur, qui calumniose trahunt alios ad iudicium: quia debent expelli. & in expensis condemnari. infra, de pœ. calumnian. & ff. de iudi. eum quem temere. infra, de dolo & contu. c. actor. in decre. noua. Inno. lib. vj.

Glossa sequēs obycit, secundo coadiunat textum per sex rationes.

petretur. Illud ueluti fraudulenter obtentum, dicimus non ualere.

Idem epo Parisiensi.

Abutentes rescripto apostolico in casibus hic enumeratis, priuantur commodo rescripti, & condemnantur in sumptibus & damnis aduersario.

CAP. XLIII.

Quia nonnulli diuersis modis literis apostolicis abutuntur, statuimus ut quicunque obtentas sub nomine[a] suo literas, alijs eiusdem nominis [b] tradunt, qui quos uolūt fatigant indebitè per easdem, & qui eas tali modo recipiunt: quiq; illos contra quos nihil habēt quæstionis[c], faciunt in iudicium euocari, aut literas ipsas ad futuras[d] trahunt controuersias, quæ nondū fuerant tempore impetrationis exortæ, seu quemquam super uno[e] negotio, uel etiam malitiosè super pluribus personalibus[f] actionibus quæ sub uno iudice possent tractari commodius per uarias literas[g] coram diuersis iudicibus trahunt, ut laboribus fatigatus & sumptibus, uel compellatur componere, uel cedere iuri suo, aut reus actorem eodem tempore ad diuersa loca[h] vel indetermina-

d Ad futuras trahunt controuersias. Sed uidetur, ꝙ hoc quidē fieri possit: quia rei quæ nondū est, potest cōstitui seruitus. ff. de ser. urb. præd. si seruitus. § futurō ædificio. & ff. si ser. vē. l. ul. ff. d ser. rust præd. Labeo. Sed contra res quę nondum est, accusari non potest. j. de despon. imp. ad dissoluendam. & id de quo agendū est, primo in rerū natura debet esse. ff. de iure. cod. quidā referunt. § j.[2] & collegio quod nondum est, nō datur priuilegiū. j. d eccl. ædi. ad audientiā. ij. & prædio quod nondum est &c. ff. com mu. præd. l. j. nec pōt dici uerū, qd' nūquā fuit. de pœ. di. ij. in fi. præterea decretum ipso iure nullum est, qd' est datū de ea re, quæ adhuc in cōtrouersia non est. ff. quod cuiusque uniuers. no. item eorum. § si decuriones. Ergo recte dicit, ꝙ rescripta ad futura negotia non trahuntur[3]. quod uerum est per iura prædicta in contrarium signata. & argu. bonum. ff. de auro & argen. lega. l. si ita.[4]

2 Nō pri[9] iuris ratio quam persona quærenda est: vnde non ualet legatum factū illi qui tēpore codicillorum nō extat. Io. And.

3 Tex. est in leg. ij. & ibi B. & in l. falso. in glo. j & ibi C. de diuersis rescriptis idē in l. ij. C. qñ li. princ. da.

e Super uno negotio. Hoc planū est: quia debet cōmodo carere utriusq; rescripti. j. eo. ex tenore. & in expensis puniri: ut hic in fine dicit: imo uidetur quod debeat causam perdere sicut ille qui petit seruum in diuersis iudicijs perdit causam. C. de asse. tol. l. j. § ult.[5] quia ubi cœpit iudicium, ibi debet finiri. infra, de fo. compe. c. proposuisti. & ff. de iudi. l. ubi.

f Personalibus actionibus. Et in hoc obuiandū est eorū malitijs: quia malitijs hominum nō est indulgēdum. s. eo. sedes. ff. de rei vē. in fundo. Et malitia satis apparet, si illum quē pro talibus actionibus commodius potest trahere corā uno, trahit illum ad diuersos iudices: quia quasi unum negotiū est, & perinde habetur ac si super eodē negotio traheret illū ad diuersos iudices: imo uidetur, ꝙ omnes illas personales actiones possit proponere in eodē libello. C. de ann. exce. l. ulti. sed etiam processus per tales literas habitus nō ualet: ut in decre. Inno. iiij. c. dispendia. eo. tit. lib. vj. secus in realibus[6]: ut no. in d. c. dispendia.

4 Lege, si ita, ubi hac demōstratione vestē meā seruos meos, præsēs non futurum tempus ostenditur Ioā. And.

5 § ul. ubi casus specialis. Pa.

6 Realibus. nisi sit eadem ratio. Pa.

g Per uarias literas. Secus si coram ordinario: quia si pro una personali actione cōueniatur corā delegato, pro alia personali poterit cōueniri coram ordinario: ut uidetur. Alij contrariū dicunt. Sed si corā pluribus ordinarijs quis trahatur, idem credo quod in delegatis. Et idem uidetur si coram delegato & ordinario trahatur: quia eadem causa uidetur.

h Ad diuersa loca. Per hoc quod dicitur ad diuersa loca, uidetur ꝙ possit reus trahere actorē ad unū locum certum & determinatū, quod uidetur hic innui: & ꝙ possit, habes. s. eo. pastoralis ij. rñ. & j. de off. de leg. prudentiā. § ult. Sed contra. C. de sent. & interlo. om. iu. auth. & cōsequenter. ubi dicitur, ꝙ reus actorem ad iudicem aliū trahere nō debet, sed corā eodē: nisi tūc demū lite finita? Rñ. ꝙ reus bene potest trahere actorem

re actorem ad iudicem alium pendente priori iudicio: ut dicunt iura prædicta. & hoc idẽ innuit dũ dicit ad loca diuersa † ,quasi ad unũ non prohiberetur, sed actor habet exceptionem, ne reconueniatur à reo coram alio iudice nisi lite finita, & nisi admittatur talis exceptio, teneret appellatio si interponatur per auth. prædictã, & ita per exceptionẽ suspenduntur literæ rei usq; ad litem finitã & si nõ excipiatur bene potest procedere contra illum actorem. Dic super hoc ut dicit illa decre. Inno. iiij. j. eo. tit. dispendia. li. vj. & j. de mu pe. c. ij. a Vel indeterminate. Quod esse nõ debet: quia certus locus prouidendus est, alias ĩtelligeretur de illo loco ubi iudicare cõsueuit. ff. de iudi. si locus. ff. de arbi. si cum dices. §. si arbiter. arg. C. quomodo & qñ iu. sen. pro. de. l. si ut proponis. generalitas eñ parit obscuritatẽ. ff. de iu. fis. ita fidei. quia deliberare nõ potest. j. de app. significãtibus. & nimia generalitas reprobatur j. de do. & contu. ex literis. & perinde est ac si nullũ locũ statuisset. ar. ff. de inter. ac. de ætate. §. nihil. & uagari nõ licet cõ alterius damno. ff. de iniur. prætor edixit. & in tali casu teneret appellatio, sicut ibi, & j. de appel. significãtibus. & j. de li. ob. ca ult. & ubi in aliquo loco nominis eiusdem haberet habitationem. & non in alijs, tũc debet intelligi de illo loco ubi quandoq; habitat.

b Expensis ac damnis. Et merito debet istorum malitia puniri in expensis & dãnis alteri parti. si. s. e. c. cæterum. & j. de do. & contu. ex literis. j. de appe. ut debitus. Sed quis puniet eos, cum isti nõ habeant iurisdictionem & non possunt illos punire? Ordinarius non potest illos punire: quia in hoc nullam habet iurisdictionem. Quidam dicunt, quod ordinarius illos punire debet. Mihi uidetur quod isti iidem iudices pœnã istã debent imponere super expensis & damnis. & in hoc saltem habent iurisdictionem, ut de precum ueritate cognoscant, & pœnam imponant: ut hic uidetur. & eodem modo intelligitur supra eodem cæterum. ubi est argum. quod secundi iudices debent hanc pœnam imponere. ad hoc est op. arg. supra eo. super literis. in fi. & j. de appel. ut debitus a . & si hoc nõ fecerint iudices, dummodo petitum fuerit ab eis, de sua substantia illud detrimentum restituere compelluntur C. de iudi. sancimus. & poterunt isti iudices conueniri coram ordinario uel delegato condictione ex illa. l. sancimus. Sed quod isti iudices quibus huiusmodi literæ diriguntur non possunt, uidetur per decre. prædictam, ex literis. j. de do. & cõtu. ubi primi iudices condemnant, & nõ secundi. Sed illud ideo fuit, quia corã primis iudicibus obijciebatur de secundis literis ab altera parte impetratis non faciẽtibus expressam de prioribus mentionẽ. unde primi iudices consuluerunt Papam, quid iuris esset, & respõdet prout patet in litera. s. ꝙ ipsi primi iudices cõdemnẽt partẽ alterã in expẽsis propter dolum suũ alias secundi deberent imponere pœnam illam, si coram ipsis fuisset exceptum de primis, & remittere partes ad primos, ut sic illi iudices pœnam istam imponant coram quibus excipitur, uel quia in literis secundis continetur, quod primi hoc faciãt, alias secundi debent cõdemnare: quia si diceret quod isti iudices quibus literæ huiusmodi diriguntur, hoc facere non possent, per hoc lites ex litibus orientur: quia pro eisdẽ expensis oporteret eos iterum litigare. unde tutius est & melius, qđ hoc faciant, ut per hoc malitijs istorũ per pœnam huiusmodi obuietur.

ſ Vel intelligit litera in eo qui procurat actorẽ ad petitionem amicorum, nõ ad suã citari ad loca diuersa: & ille amic⁹ carebit cõmodo rescripti: & sic conueniet pena quę sequitur. Ioan. An. in no.

† Alias, ubi.

a Et patet hoc in cõcil. Viẽ. eo. ti. Abbates. & ꝙ hic uocat damna. ibi uocat interesse. Io. And. Pan.

† Ias. l. j. col. pe. C. cõia de legat. l. late, Andr. Tiraq. ĩ trac. de consti. poste.

tè a ad uillã quæ commune cum plurib. eiusdẽ prouinciæ uillis hẽt uocabulũ, citari pcurat, ut † dum non comparuerit, excõicet quasi contumax, & sic eũ à sua intentione repellat: earũdem literarũ commodo careant, & aduersarijs in moderatis expensis ac damnis b quæ propter hoc eos pertulisse constiterit, condemnentur.

TITVLVS IIII.

DE CONSVETVDINE.

Gregorius in registro.

Consuetudo inferens grauamen ecclesijs, debet iudicis officio tolli. h. d. secundum intellectum magis singularem.

CAP. I.



Consuetudines c quæ ecclesiis grauamen inducere dinoscuntur nostra nos decet consideratione remittere.

Inno. iij. archiepis. & ca. Ludun.

Ex cõsuetudine potest introduci actus sine solennitas, per quam sine apprehensione reali transfertur possessio † rei absentis. h. d. & est casus singularis secundum Ab. Sic.

CAP. II.

Ex literis: & infrà. Si uero aliquis possessiones aliquas claustris uel alijs religiosis d locis in bona ualetudine uel ultima uoluntate pro suorũ uult remedio peccatorũ conferre: hanc conferendi formã esse proponis, quòd in huiusmodi donationibus modicum terræ consueuit in manu accipere, uel in extremitate pallij quod manu prælati ecclesiæ sustinetur, aut super altare ponendum sub testimonio uidentium & audientium sub dicta forma, quæ scotatio uulgariter appellatur: & infrà e . Discre. v. mandamus quatenus do-

DE CONsuetudine.

Continuatur.

Quia uisũ est suprà de iure scripto, quod cõsistit in cõstitutionib. et in rescriptis: merito subijcitur de iure non scripto, quod consistit in consuetudinib. Ab. Sic.



Consuetudines. Consuetudo inferens grauamen ecclesiis uel eis onerosa non tenet. h. d. secundum communem intellectum. Et non diuiditur. Abbas Si.

c Consuetudines. Hoc capitulũ intelligitur de onerosa cõsuetudine, & quæ multum lædit: qm̃ talis est radicitus extirpãda. viij. dist. mala. & xij. q. ij. bonæ rei. & xij. dist. oĩa. Nam consuetudo debet esse rationabilis, & non contra utilitatem ecclesiæ. j. de ijs quæ fi. a maio. par. ca. cũ in cunctis. & j. de re iudi. cum causa. & j. eo. ad audientiã. & j. eo. cum uenerabilis. Quando autem consuetudo præualeat iuri & quando non, dicetur infra eo. ca. ulti.

Ex literis. Valet cõsuetudo per quã ecclesia acquirit dominium et possessionẽ rei sine solẽnitate legali. Io. An. Diuidit ĩ duas ptes. nã in prima ponit cõsultatio in secũda ibi, discretioni, rñsio siue mandatũ.

d Religiosis. In ijs eñ quæ religiosis locis relinquunt nõ reqrit solẽnitas testamẽtorũ. j. de tes. cũ esses. & c. seq. secundũ canonicã æquitatem, & fauorẽ religiõis.

e Et infra. Sub isto. j. continetur. ꝙ quidam cauillosi

 dicebant

dicebant. ꝙ huiusmodi donatiò nō ualebat: quia solennitas testamenti nō obseruabatur, eo ꝙ secundum leges testamentū debet fieri septē aut quinq; testibus adhibitis, alias nō ualet: ut ȷ̃. de test. cū esses. & ca. relatū. super hoc Papa respondet, dilectioni uestræ. &c.

nationes eorum, quæ sub obtentu consuetudinis a claustris, ecclesijs uel quibuslibet locis religiosis piè conferuntur, uel etiam sunt collata, faciatis irreuocabiliter obseruari, cum huiusmodi signū b, quòd scotatio dicitur non tam factæ donationis, quàm traditæ possessionis sit euidens argumentum.

Idē episcopo Pictauē.

Non ualet consuetudo, ut in causis ecclesiasticis dictum populi pro sententia teneatur.

CAP. III.

AD audientiam nostrā noueris peruenisse, ꝙ in tua diœces. etiā in causis ecclesiasticis consuetudo minus rationabilis habeatur, quòd cum aliqua causa tractatur ibidem, allegationibus & querelis utriusque partis auditis, a præsentibus literatis & illiteratis, sapientibus, & insipientibus c quid iuris sit quæritur d, & quod illi dictauerint uel aliquis eorum (præsentium consilio requisito) pro sententia teneatur. Nos igitur attendentes, quòd consuetudo quæ canonicis e obuiat institutis, nullius debet esse momēti, cùm sñia à non suo iudice f lata, nullā obtineat firmitatem: ut in causis ecclesiasticis subiectorū tuorū postquā tibi de meritis eorū constiterit, sententiam proferre ualeas, sicut ordo postulat rationis, autoritate tibi præsentium (præmissa consuetudine non obstante) concedimus facultatem.

Idem L. uicario nostro apud Constantinopolin constituto.

Consuetudo nō potest operari, ut clericus non episcopus possit exercere ea quæ sunt reseruata ordini episcopali. & est casus no. Ab.

CAP. IIII.

QVantò de benignitate: & infrà. Peruenit ad audientiam nostram, † quod quidam simplices sacerdotes apud Constantino. ea sacramenta præsumunt fidelibus exhibere, quæ ab apostolorum tempore fuerunt solis pontificibus reseruata g, ut est sacramentum confir-

a Consuetudinis. Scilicet ꝓdictæ, quæ laudabilis est, unde est seruanda. ȷ̃. de simo. ad apostolicam. ex quo æque puniri debet transgressor laudabilis cōsuetudinis, sicut trāsgressor legis. xj. dist. in his. huiusmodi donatio ualeret etiam si consuetudo super hoc non esset. Gl. seq. ponit quatuor similia, secundo ponit v. modos quibus possessio rei sine ipsius apprehensione trāsfertur, & ponit de his ṽsus.

b Signum. Sicuti annulus signū est īuestituræ. ȷ̃. de ijs quæ fi. a maio. par. ca. ex ore. Et inuestitura est signum traditæ possessionis. ȷ̃. de don. ꝑ tuas. Item annulus est signum matrimonij infra de præsum. illud. & xxx. q. v. fœminæ. Sic etiam restitutio instrumentorum, est signum renūtiationis. ȷ̃. đ renū. sane. & infra de pac. cū pridem. & C. quæ res, pig. obl. poss. l. ij. & melius. ff. de pact. l. Labeo. secus est si restituat pignus. ff. eo. titu. l. postquā. Sic etiam res non apprehenditur, & tamē possessio transfertur: ut per claues. ff. de cōtrahen. empt. clauibus. Itē per instrumentū sicut donatio. C. de dona. l. j. Visu etiā trāsfertur possessio. ff. de acquir. poss. quod meo. §. si uenditorē. Itē si rē meā penes te depositam tibi uendidi. insti. de re. di. §. interdum. Item cū quis etiā rem suam uult possidere nomine alterius. ff. de rei uend. quædam. Nec etiam semper in acquirēda possessione necessarius est actus corporalis: unde sufficit affectus aliquo actu interueniente. ff. de acq. poss. l. j. §. antep. & hic, licet lex dicat quod possessio acquiritur corpore & animo, nō altero tantū. C. eo. ti. licet. ita ꝙ rei apprehēsio per se uel ꝑ alterū sit necessaria. ff. de acqui poss. quēadmodum. & l. qui uniuersas. Hoc tamē scias, ꝙ licet ecclesia nō apprehendat possessionē rei sibi collatę, dominiū tamen nihilominus adipiscitur: ꝙ non est in priuato. C. de rei uend. seruū. C. de sacrosan. eccle. ut inter diuinū. Vnde uersus. Visu siue rei mutuatæ uenditione, Clauib. & Chartis: mea si cōduco sciēter: Quamuis nō aliter detur possessio, trāsit.

ᵹ Prædictę. s. quæ erat in dacia. Berna. Cōsuetudinem uiolās, ut transgressor legis puniri debet.

ᵹ Dicit hic Inno. & B. ȷ̃. de instit. authoritate. in fi. j. gl. cū remis. ꝙ per inuestiturā nō acquirit possessio. per l. ff. de acq. pos. l. si ex stipulatione licet secūdū Az. hoc ius acquirat ex inuestitura, ꝙ inuestitus authoritate sua potest possessionem īgredi. Ad idē l. fundi. §. unico. et l. qđ meo. §. si furioso. & l. j. §. pen. & ad id ꝙ dicam de electio. trāsmisā. Io.

AD audientiam nostrā. Non ualet consuetudo ut sñia a non suo iudice lata teneat. Io. An. Communis diuisio. secunda ibi, nos igitur. Ab. Sic.

c Insipientib. Id est minus sapiētibus. Nec istud est incōueniēs, q̃a q̃nq; reuelaẽ minori, qđ maior nescit. C. de offi. rect. prouin. l. potioris. & xcv. dist. est subiectus. in fi. & xxiiij. q. iij. si habes. B.

d Queritur. Non prohibeẽ hic quin a plurib. requiraẽ quia facilius inuenitur quod a pluribus & sapientibus quæritur xx. dist. de quibus. C. de fideicom. l. ult. ad fi. qm̃ illiterati q̃nq; hñt cārum peritiā. C. de iudi. certi iuris. & ī auth. de iud. §. q̃a uero. colu. vj. sed hoc solū reprobaẽ hic, ꝙ eorū rñsum pro sñia teneatur: cū alias sententia a non suo iudice lata sit nulla. C. si a non compe. iudi. l. ult. & ȷ̃. de iudi. c. at. si clerici.

e Canonicis. Et sic non ualet consuetudo contra canonicā consti. ȷ̃. de offi. archi. cū satis. ȷ̃. de re iudi. cū causa. & quæ grauamē inducit. s. e. c. j. Argu. cōtra. ȷ̃. de cau. poss. cū ecclesia sutrina. & ff. de admi. tu. sine hærede §. penul. Ista cōtrarietas expeditur ȷ̃. ca. penulti. & ulti.

Gloss. seq. alle. v. concor. ponit duos casus exceptos: & secūdū moderatur.

† Tēpore Balduini Comit. flādrēsis Impera. Constātinop. ut ȷ̃. đ maior. & obe. ca. inter quatuor. hic quæst. est ī ecclesia Græca minus noterit mores apostolorū quàm latina.

f Iudice. Sic. ij. q. j. in primis. ȷ̃. de iu. at si clerici. ȷ̃. de paro. nullus. & C. si a non compe. iudi. l. ij. & iij. Et hoc uerum est, nisi in causa reconuentionis: ut iij. q. viij. c. accusatores. §. cuius in agendo. Vel nisi ex certa scientia aliquis cōsentiat in iudicem non suum. ff. de iurisdict. omnium iudic. si per errorem. & ff. de iudi. l. ij. uel nisi uocatus uenire cōtemnat. ȷ̃. de appel. si duobus. Sed hoc non habet locum in clericis, qui nō possunt in alium iudicem consentire sine licentia sui prę lati uel iudicis. ȷ̃. de foro compe. si diligenti. & ca. significasti. ubi de hoc dicetur.

QVanto. Non ualet consuetudo permittens presbyteris ut chrisment. Et sunt duæ partes. In prima ponitur præsumptuosa consuetudo. In secunda ipsius reprobatio: ibi, discretioni Ab. Si.

g Reseruata. De consecra. dist. v. manus. & c. de his. lxviij. dist. quamuis cor episcopi. ar. contra. xcv. dist. peruenit. ubi presbyteri chrismabāt in frōte. sed illud ad tempus Grego. concessit propter scandalum de

speciali

speciali indulgentia, & isti sacerdotes nihil conferebant, ut dicit in fi. quia hoc ex delegatione Papæ non faciebant: & ideo pro non dato habetur, quod ab illo donatur, qui de iure donare nõ potest. ĩ.de iure patr. quod autem consilis. in fin. & j.q. vij. Daibertum. & C. de legi. non dubiũ. arg. cõtra. ĩ.de sacra. nõ ite. pastoralis. Sed ibi collatũ fuit sacramentũ ab eo qui potuit, sed mãdatur solum modo suppleri, qđ fuerat prætermissum. Sed nunquid papa posset hoc delegare sacerdotibus? Videtur quod sic, per illud capitulum, peruenit. alias Gregor. decepisset eos. Dicunt quidã, quod papa potest hoc delegare, etiã laico: quia ipse habet plenitudinẽ potestatis. ĩ. đ cõcess. præbend. ꝓposuit. Dico quod Papa potest hoc delegare simplici sacerdoti, & nõ laico, sicut credo: & sic ex tali delegatione, & in adminiculo habiti sacramenti, potest conferre quicquid habet: imo qlibet clericus hoc facere potest, qui uero nõ habet, non põt conferre. ar. prędictorũ capitulorum, quod autem. & c. Daibertũ. Sed si Papa prohiberet sacerdotẽ chrismare, post ꝓhibitionẽ suã nihil conferret, si postea chrismaret. Episcopi uero, licet ipsi possint chrismare, non possunt alijs inferioribus demãdare, qui hoc ex officio facere non possunt: sed alij episcopi uel archiepiscopi possunt hoc facere in diœce. alterius epi de ipsius licentia. Episcopi enim ea quæ sunt iurisdictionis, utputa iudicare, excommunicare, & similia, committere possunt alijs etiam non habentibus iurisdictionem. ea uero quæ sunt ordinis episcopalis & authoritatis, non possunt demandare, aut etiam delegare alijs, qui sunt inferioris gradus. ĩ.de consecr. ecclesi. uel alta. aqua. argum. huius decre. uidetur quod Papa non posit hoc delegare simplici sacerdoti, sed Papa non subijcitur legibus. ff. de legib. princeps. ix. q. iij. cuncta. unde potest committere simplici sacerdoti, ut in dicto capitulo peruenit.

a Ad excusandas. xvj. quæst. j. c. prædicator. & de usur. cum tu.

b Consuetudinem. Et male. unde dicit M. Zamorieñ. Composito lacte fœtẽti quæso ciba te, Qui putas exclusum crimẽ, per temporis usum: & hoc uerũ est ubi consuetudo nõ est præscriptibilis. ĩ.de simo. nõ satis. & ĩ.de eo qui dux. in ma. quã pol. per adul. cum habe-

rẽt. xxxij. q. vij. flagitia. & non debet esse melior conditio furis propter furti continuationem. ff. de fur. inficiando. §. infamis.

c Ex necessitate. In hoc fuit necessitas: quia cum ciuitas Constantinopolitana capta esset à Venetis & alijs Latinis, pauci epi & præsbyteri Latini erãt ibi qui hoc facerẽt: & ideo isti sacerdotes hoc faciebant & Græci nõ chrismabant in fronte, & in multis alijs discordabãt a Romana ecclesia, a cuius obediẽtia se subtraxerant. ĩ.de maio. & obe. inter quatuor. & ĩ.de baptis. & eius effectu. licet Græcos.

mationis, quod chrismando renatos soli debẽt episcopi per manus impositionem conferre: ad excusandas [a] excusationes in peccatis, solam consuetudinem [b] prætendentes: & infrâ. Disc. t. mandamus, quatenus omnibus præsbyteris districtè ꝓhibeas, ne talia de cætero sua temeritate præsumant: quæ licet non sint a fidelibus contemnenda: tutius tamẽ est ea sine periculo ex necessitate [c] (quæ legem nõ habet †) omittere [d], quã ut ab ijs quibus ea cõferre non licet, ex temeritate (quæ lege damnatur) nõ sine graui periculo inaniter conferantur: cũ vmbra † quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu.

Idem decano & capit. Cenoman.

Non ualet consuetudo, per quã ĩterdicti sentẽtia violatur.

CAP. V.

CVm inter uos ex una parte, & canonicos sancti Petri de curia ex altera super eo quod dicti canonici generale interdictum [e] ab episcopo vestro, uel a uobis in ciuitate Cenoman. positum non seruabant, quæstio uerteretur: & infrà. Procurator uero ipsorum proposuit, quòd ipsa ecclesia sancti Petri a prima fundatione libera extitit & exempta, & de cõsuetudine [f]: in generali etiam interdicto, licitum erat eis pulsatis campanis alta uoce (interdictis & excõmunicatis exclusis) diuina officia celebrare. Nos igitur, cognito quòd ex tali cõsuetudine si qua foret, disrumperetur neruus ecclesiastica disciplinæ, ipsam de cõsensu fratrum nostrorũ duximus irritandam †.

Idem episcopo Heliẽ.

In attribuendis officijs nouæ dignitati, seruatur consuetudo vicinarum ciuitatum, quæ si diuersa fuerit, seruabitur magis rationabilis, & alij non præiudicans.

CAP. VI.

d Omittere. Sic n. de corpore Christi fieri debet. xxiiij. q. j. cœpit †. sed in baptismo, quod est ianua omniũ sacramentorũ, secus est. melius ẽ enim ab hæretico illud recipere, quã sine illo decedere, dum tñ in forma ecclesiæ cõferat. xxiiij. q. j. si quẽ forte. & s. de summa trini. & fid. cath. c. j. in fi.

CVm inter. Diuiditur in tres partes. In prima ponit querela. In secunda exceptio: ibi, procurator. In tertia sentẽtia, ibi, nos igitur.

e Interdictũ. Qđ dicat generale interdictũ, habet de ver. si. cũ in partib.

Gl. seq. dat duas cõcor. inducit duo similia. item exquisite duo alia subiungit. allega. quinque iura in contrarium, & soluit.

f De consuetudine. Nota ꝙ nec præscriptio nec consuetudo prodest in hoc casu: ut hic dicit. & est si. ĩ.de elect. cũ causam. & infra eo. cũ uenerabilis. nec cõtra obedientiã. ut xviij. q. ij. abbatibus. & ĩ. de præs. cum nõ liceat. nec cõtra procurationẽ quæ rõne visitationis debet. ĩ.de præs. cũ ex officij. sicut nec ualet transactio in hoc casu & in hmõi spiritualibus. ĩ. de trãsac. præterea. nec ꝑmutatio rei spiritualis põt fieri cũ tẽporali ĩ.de re. ꝑmu. exhibita. Arg. cõtra. ĩ.de priuile. cũ olim. ij. & ĩ.de capel. mon. dilectus. ĩ.de cẽ. sopitæ. & ĩ.de præs. de quarta. & c. auditis nõ sũt cõtraria: ibi nõ præscribit cõtra obedientiã, nisi tanto tẽpore fuissent sub dñio Papæ uel alterius ecclesiæ: & tunc non dicunt præscribere, sed potius præscribi: & præterea illa, de quarta. & illa, auditis. nihil dicũt de obediẽtia, sed in alijs articulis & casibus loquunt. Et sic patet, ꝙ ubicunq; fit aliquid cõtra ecclesiasticã disciplinam siue neruum ecclesiæ, non habet locum præscriptio.

† Cõcor. tex. in l. vnica. ff. de cõsul & in l. nõ solũ. §. fin. ff. de excu. tut.

† Merum præstigiũ est ubi de est verbũ dei.

Episcopi quædã cõmittere nõ possunt ꝑsonis gradus inferioris.

† Dicit Inocẽ. hoc c. loqui đ excõmunicatis & hæreticis. alias etiã a laico ĩ necessitate sumet eucharistia. Nã ut qdã dicũt: potest quis ipse idem sibi eam assumere. xxxij. di. j. uerũ. sed illud loqt de fornicarijs uel simoniacis: non de laicis. Ioan. And.

† Cõcor. tex. in l. omnes iudices. cũ gl. j. C. de decu. lib. x. & in §. j. in gl. magna in authenti. ut nulli iudi. col. j.

Cum olim. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur cōsultatio. In secunda ibi, quocirca rñsio.
a Statuere. Et sic onerosam dignitatem potest episcopus remouere de ecclesia sua, cum suis canonicis, dum tamen confirmatio Papæ accedat supra de cōsti. cum accessissent.

Glossa sequens in princ. & in fine tractat, an noua dignitas creari possit sine Papæ licentia &c. in medio signat contraria, & soluit.

Cum olim Londonen. episcopus, nostris auribus intimasset, quòd in sua ecclesia proposuerat statuere a præcentorem, nos eius præcibus inclinati. ei licentiā concessimus b præcentorem huiusmodi ordinādi, dummodo in conferendis sibi reditibus nulli inferretur præiudiciū c, statuentes, ut præcentor taliter institutus, in sessionibus d processionibus & alijs, illā haberet in London. ecclesia dignitatem, quā habent alij præcentores in alijs ecclesijs Anglicanis: & infrà. Quocirca mādamus, quatenus si secundum diuersas consuetudines locorum, diuersas habere noueris præcentores in Anglicanis ecclesijs e dignitates, iam dictum præcentorem illā f habere facias in Lōdoñ. ecclesia dignitatem, eaq; manere contentum, quam (rationabilib. & approbatis consuetudinibus ecclesiæ saluis,) sine p̄iudicio alieno g poterit obtinere.

Dignitas noua, an possit in ecclesia creari sine papa.

b Concessimus. Per hoc videtur ꝙ noua dignitas ī ecclesia constitui nō potest, sine licētia papæ xxij. dist. c. j. & C. de off. præfe. præt. Aphri. l. quas gratias. §. optamus ergo ut oēs iudices secundū uoluntatē & timorem Dei & nostrā electionem & ordinationē &c. & hoc ideo: quia si una dignitas cōstituitur, oportet, qd' alia minuatur arg. xcix. dist. nullus. & c. seq. sed hoc non est uerum. argu. j. de eccle. ædi. ad audientiam. ij. & xij. q. ij. bonæ rei. & ff. de ope. publ. opus. Item datur priuilegiū dignitati, sed non est contra illud. j. de eccl. ædi. ad audientiā. ij. & supra de rescrip. c. ult. sicut nec seruitus datur prędio ꝙ nondum est. ff. commu. præd. l. j. Argu. contra. ff. de ser. rustic. præd. Labeo. & ff. de serui. vrb. præd. si seruitus. §. futuro. Sed non procedunt ista: quia non datur priuilegium dignitati, quæ nondum est, sed dat Papa authoritatem constituendi dignitatem ecclesiæ Londonen. Innoc. iiij. dixit in apparatu suo, quod episcopus cum capitulo suo potest nouam dignitatem constituere. contrarium credo.

c Præiudicium. Intelligas enorme: quia pro modico non dimitteret. argu. xij. q. ij. bonæ rei. & j. de dona. c. apostolicæ. sed melius ut sonat litera: quia illæ concordātiæ intelliguntur de rebus episcopalibus, & hic ipse episcopus modicū damnū potest pati, ut aliquid cōferat dignitati: alij non cōpelluntur dare de suo, nisi iusta causa interuenires cōstituēdi illā dignitatē.

d In sessionibus. Hoc ideo dicit: quia secundū dignitatē suā honorandus est aliquis in sede. j. de maio. & obed. statuimus. xvij dist. c. ult. & in subscriptionibus. ff. de al. scri. j. & ulti. ut in sententijs ferendis. ff. de decurio. spurij. & in alijs suffragijs. arg. xxv. di. plectis.

e In Anglicanis ecclesijs. Hoc est, cum eadem cōsuetudo in alijs erat ecclesijs Anglicanis, illa seruaretur. arg. j. de elec. cū ecclesia 1. Si uero diuersæ essent cōsuetudines, consuetudo metropolitanæ ecclesiæ seruanda est. xij. dist. de his. Vel quod verius est, quæ melius seruari posset sine præiudicio aliorum: ut dicit in fin. argum. xij. dist. nouit.

Idem conuentui Corbien. monasterii.

Non potest induci ex cōsuetudine, ut quis possit dimittere dignitatem sine superioris licentia, uel ut possit electus administrare non habita confirmatione à superiore.

CAP. VII.

Cum venerabilis frater noster episcopus Hostien. & L. sanctæ crucis præsbyter Cardinalis in partibus Alemaniæ legationis officio fungerentur, inuenerunt abbatem de monasterio Hermion. quod ab Ro. eccl. noscitur pertinere nullo mediante, ad monasteriū Corbien. quòd est etiam Rom. eccl. speciale, temeritate propria migrasse h, licentia illud deserendi uel confirmatione à nobis uel ab episcopis, qui uices nostras in illis partibus tunc gerebant, nec habita nec petita: & infrà. Postmodum autem nuncij eius, ad defensionem ipsius generalem illius terræ consuetudinem i, allegarunt.

f Illam. Sed uidetur quod minorem ex quo ita indistincte dicit. ar. ff. de lega. iij. nummis. j. de censi. ex parte. imo uidetur de mediocri. ff. de edil. edict. sciendum. §. illud. & l. præcedenti. in fine.

Glossa sequens elicit tria argumēta. ad primum inducit tria iura. ad secundum v. ad tertium tria.

g Sine præiudicio alieno. Argu. ꝙ licet priuilegij v̄ba generaliter loquantur: nō tamen sunt interpretāda. in p̄iudiciū aliorum. j. de trāslat. licet. in fin. & infra de offi. ord. licet. j. de auth. & usu. pal. ex tuarum. argu. quod in dubio recurrit ad consuetudinē uicinarū ecclesiarū 2. j. de cog. spi. super eo. j. de cēsi. super eo. vbi de hoc dicitur expresse. ff. de fun. instr. l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. in fi. ff. de reg. iur. semper in stipulationibus. & xij. dist. nouit. Item ar. quod in obscuris semper interpretatio ita debet fieri, ut nulli sit captiosa. ff. de reg. iur. quoties. & infra eo. cum dilectus. arg. iiij. dist. erit autem lex.

Cum venerabilis. Non ualet consuetudo per quā prælatus sine superioris licentia potest dimittere prælaturam, etiam si uellet transire ad aliam dignitatem. hoc dicit Ioann. And. Diuiditur: quia in prima ponitur temeraria translatio. In secunda translati excusatio: ibi, postmodum. In tertia excusationis reprobatio: ibi, cum igitur.

h Migrasse. Sicut abbas subiectus episcopo, non debet sine licētia episcopi renunciare. xviij. q. ij. abbas. nec etiam alij clerici: ut j. de renū. admonet. sic abbas subiectus tantum Papæ renunciare non potest sine ipsius licentia etiam si sit insufficiens. j. de renun. c. ult. Greg. Sed videtur quod esset utraque priuandus. vij. q. j. si quis episcopus. & j. de transla. quanto. Vtrum toleratus fuerit uel repulsus ab utraque, hic non dicit, sed forte propter illam consuetudinem 3 fuit toleratus. si j. de elect. quod sicut. §. super eo.

i Consuetudinem. Quæ forte fuit, quod statim cum sint electi, sine aliqua confirmatione administrant & renunciant,

1 Adde tex. cū gl. i l. cūctos populos. C. de sum. trini. & fide cathol. & in c. j. in gl. uiuēdo. ne se. de uacāte

2 Dixit ergo Vin. j. c. ul. qd primo recurrit ad ius cōmune. Secundo, ad cōsuetudinē generalē uel specialē illius loci. Tertio ad consuetudinē uicinorū locorū si est vniformis j. de cēsi. eccl. alias sequamur cōsuetudinem illius loci q̄ minus nocet ut hic, & j. de cēsi. ex parte. oībus deficiētib' locū habet. xx. dist. de q̄bus Ioā. And.

3 Hāc gl. dicit sing. Brix. ī suo dictionario ī uers. consuetudo ad hoc qd cōsuetudo reprobata excusat quē a peccato q̄ tamē. limita ut p gl. in c. denique. ī v̄s. cōsuetudine. iiij. di. Rom. sin. ix. Alexā. cons. viij. colū. fina. lib. vj. ubi not. & ad Deciū cō. ix. col. fi. gl. pe. c. ij. j. de tēp. ord.

renunciant,& transeunt ad alias dignitates sine licentia papæ,quod esse nō debet.ĩ.de elect.qualiter. & ĩ. de renun.c.ult.ex generali tamen dispensatione prælati,qui subsunt tantum domino Papæ nullo medio, statim postq̃ sunt in cōcordia electi,administrant qui sunt ualde remoti. ĩ.de elec nihil est.

Ratio quare hoc fiat reddit.s.ne ecclesia īterim patiat̃ tam in temporalibus,quam in spiritualibus.læsionē.

a Consuetudo. Alias tamē cōsuetudo attenditur in electionib. arg. xij. dist.nos consuetudinem.ĩ.de cle. cōiug.cum olim.& ĩ. de cau.poss & proprie. cū ecclesia. & 24.q.j.pudēda & ff. de decur.nō tantū.

Cvm dilectus. Diuiditur in duas partes principales.Prima narrat duplicem quæstionem electionis, cū partium allegationibus. Secūda ibi, quia nobis:unā definit, & alterā definiendam committit Abb.Sic.

† Alias, & electo.

b Eiusdē. Scilicet habens mandatū a monasterio, ut posset agere pro electione.

c De iure.xviij. q. ij.abbatē. & ĩ.eod. abbatem. & c. quā sit. & xvj. q. ult. c. ulti.ĩ. de cau. poss. & propriet. cum ecclesia.

d Eligendi. Lex dicit, quod monachi debēt iurare eligere abbatē quem sciunt fide rectum, uita castum, & qui monasterio ualeat utiliter prouidere:in authē. de sanctis epis.§.iubemus igitur abbatē colla. ix. quod hodie nō seruatur : sed secundū formā illius cōstitutionis infra,de electio.quia propter. eligere debent.

Cùm igitur hæc non tam consuetudo a quā corruptela meritò sit censenda, quæ profectò sacris est canonibus inimica, ipsam mandamus de cætero non seruari.

Idem decano Salesberien. A. Archidia. & magistro P. de Pratellis canonico Parisiensi.

De consuetudine potest induci,quod una ecclesia de gremio alterius teneatur sibi prælatum eligere. Et consuetudo est optima legum interpres.

CAP. VIII.

Cvm dilectus filius Gu. Andren.ecclesiæ monachus,qui pro clerico †eiusdem b ecclesiæ se gerebat,& G. ꝓcurator monasterij karofe. super iure eligendi abbatem in Andrien.monasterio,& eiusdem electione, in nostra præsentia adinuicem litigarēt, idem Gu. electionē suā à fratribus Andren. ecclesiæ cōcorditer celebratam, authoritate apostol. petijt confirmari, asserens tam de iure c cōmuni,quā priuilegio speciali eis ab Alex.papa concesso, & a nobis postmodū confirmato,liberam eligendi d authoritatem ad eosdem fratres tantummodo pertinere: & infrà. Dictus uerò procurator proposuit ex aduerso, ꝙ cùm olim ad petitionem patronorū ecclesiæ à Morien.episcopo fuerit constitutū e,quod si præfatus locus diuino munere adeò pullularet, vt prior aut abbas constitueretur ibidē, electio f eius penes fratres eiusdē loci, & capitulū Karofeñ. penderet,& obtētu huiusmodi statuti,sic fuerit longè retroactis temporibus obseruatū, ut monasterio Andren.vacante,Andren. fratres in Karofen. capitulo aliquē de gremio monasterij karofen.sibi eligerēt in Abbatem, electio prædicti G.tam contra statuti tenorem, quā etiā contra consuetudinē approbatā (quæ optima est legum interpres g) minus canonicè attentata, meritò cassari debebat:ut ĩ. Quia nobis constitit electionem ipsam à suspensis h,& de suspenso etiam celebratā,

Glossa sequens tractat an clericis inuitis posit episcopus statuere quod eligant aliunde.

e Constitutū. Licet episcopus posit subijcere unā ecclesiā alteri:ut ĩ.de exces.præla.sicut unire. nō tamen credo,quod posit statuere quod una ecclesia eligat de alia clericis inuitis:quia hoc esset cōtra ius cōmune 1 :ut xvij.q.ult.c.ult.& xviij.q.ij. abbatē. & ĩ. de iurepa. nobis. qa pacto priuatorū ius publicū non tollitur.ĩ.de foro cōpe.si diligēti:infra,de test. requisiti. Nec aliquis ius publicū remittere potest aliquibus cautionibus, nec mutare formā antiquitus cōstitutam ff.de administra.tut. quidam decedens. & ideo papa postea interpretatur statutū.tamē ius istud præscribi pōt, ut quis teneatur eligere de certo loco; ut hic patet,& infra,de verb.signifi. abbate. & sic patet quod minus iustus titulus, dat causam præscribendi: vt ĩ.de empt.& uend.peruenit.ff.pro empt. quod uulgo,ff.pro leg.l pro legato.& l. ult. & uere uidetur iniustus:quia episcopus non potest tollere ius unius ecclesiæ, & dare alteri ĩ de rebus ecclesia. nō ali.c.j. 2 sed ex tali titulo potuit bona fide monasteriū karofeñ. præscribere ut alij monachi eligerent de monasterio karofeñ.& episcopus solūmodo concessit monasterio karofeñ. quod suum erat,scilicet, cōfirmationem electionis, & ita cessante præscriptione, solam confirmationē habent, ut probatur per interpretationem Papæ: ut ĩ. patet. Satis tamen credo, qđ in ipsa fundatione posit episcopus cum capitulo constituere de uoluntate patroni,quod illa ecclesia esset alteri subiecta, & qđ clerici instituendi semper eligerēt sibi prælatum de maiori ecclesia : & qđ dicit supra, quod episcopus nō potest facere quod una ecclesia eligat sibi prælatum de ecclesia alia, hoc intellige, quādo ecclesiæ sūt iam institutæ,& dotatæ,& ab inuicem distinctæ & separatæ : quia illud esset contra ius commune.infra,de excess. præla.ad hæc.

1 Est simile quia iura ecclesiç vacantis nō habentis defensorem alienari non possunt: ipsa tamē ecclesia uniri uel donari potest, primū patet de rebus eccles. nō alie.dudū. lib. vj. secundū in cle.eod.titu. si una ecclesia & facit qđ dicetur.ĩ. de transa. c.si. super gl. penul. Ioā. And.

2 Cōcor. tex. cū ibi not.in ca. cōstitutus de relig. do.

f Electio. Hic sumitur electio æquiuoce 3 pro confirmatione & pro electione:ut ĩ.patet. & hoc uerum est, si consuetudo non probetur : sed si probetur proprie tenetur.Ber.

3 Adde de æquiuocatiōe istius dictionis ĩ l. ij. cū gl ff. de opi le. melior de iure in c. cum illis. ĩ vers. electio. de præb. lib. vj.

g Interpres.ff. de leg.& consti. prin.si de interpretatione & infra, de sepul. certificari. & tacito consensu per desuetudinem lex abrogatur. ff.de legi.de quibus in fine.

Glos. seq. primò ponit quatuor,quæ non potest suspensus. secūdo quærit. ponit duas opiniones,quæstionem declarat, & secundam opinionem approbat.

h A suspensis.Suspensus enim non potest eligere,nec eligi:ut hic,& infra de electio.cum inter R. seniorem & infra,de ætate & qualita cum bonæ.& infra,de cleric.excom.mi.postulasti.nec postulari potest qui non seruauit interdictū.infra tit.proxi.c.j. in fine.nec beneficia conferre.infra de concess.præbē. quia diuersitatem.Sed nonne iudicare & præbēdas dare est iurisdictionis;

eam iustitia cassauimus [a] exigente. Cæterum cũ *supradictum statutũ* ita sanè *posset intelligi*, q per illud, nec iuri [b] communi, nec priuilegio derogetur: ut uidelicet ad *sæpedictos fratres electio spectet abbatis*, & ad Karofeñ. capitulũ confirmatio: mandamus quatenus si ex parte Karofeñ. cænobij talis fuerit consuetudo probata, quæ iuri cõm'uni præiudicet [c], in hac parte uos secundũ illã decernatis electioné Andreñ. abbatis de cætero faciendã, alioqui Andreñ. monachis ius eligẽdi abbatem adiudicare curetis: ut sic de cætero liberam habeât facultatem vel de gremio ecclesiæ suæ, uel etiam aliunde per electioné canonicã eligendi personã idoneã in abbatem prẹsentandã karofen. capitulo, ut ab eo (si fuerit canonica) cõfirmetur.

Honorius tertius Parisiensi capitulo.

Capitulum sine episcopo, statuta seu consuetudines nouas facere, uel antiquas immutare non potest.

CAP. IX.

CVm consuetudinis [d] vsusq; longæui non sit leuis authoritas, & plerunque discordiam pariant nouitates: Authoritate vobis præsentium inhibemus, ne absque episcopi uestri consen--

dictionis: utiq;. j. de elect. nosti. & excõmunicare. j. de elect. transmissam. Nunquid suspensus potest huiusmodi iurisdictionem exercere? Dicunt quidam, quod episcopus suspensus potest excõmunicare, & præbendas dare: & respondent illi decr. quia diuersitatem. q ille episcopus erat ab officio suspẽsus & iurisdictione. Sed dicunt, quod canonicus suspensus eligere non potest: quia cum sit suspensus, nihil officij [?] retinet: secus est in prælato. Sed cõtra istos est. xxiiij. q. j. audiuimus. Alij dicunt & melius, quod episcopus suspensus non potest excõmunicare, nec interdicere, nec dare præbẽdas. j. de exces. prælat. c. ult. arg. quamuis hoc potuerit post confirmationem, licet adhuc non sit consecratus. Ratio illa uidetur: quia plus aufert ei suspẽsio, quã cõtulerit consecratio: ut dici consueuit, plus tollit negatio, quam ponit affirmatio. Nam electus & cõfirmatus multa potest ex ijs quæ pertinent ad officium episcopale, quæ perdit per suspensionem: quia consecratio non multum addit. infra, de trãsla. inter corporalia. Et est simile sicut maritus post matrimoniũ consummatum, non potest intrare religionem, sed ante põt. infra, de conuer. coniug. ex publico. sic episcopus cõfirmatus non potest aliqua, quæ non potest consecratus. Sic uides in alio simili, episcopus in archiepiscopum electus non potest ante receptionem pallij, tanquam archiepiscopus clericos ordinare, sed tamen potest antequam sit electus in archiepiscopũ: quia hoc non facit ut episcopus, sed ut archiepiscopus. infra, de elect. quod sicut. §. præterea. Præterea beneficium concedere, & etiã habere posse, competit ratione ordinis, & est eius accessoriũ. j. q. iij. si quis obiecerit. & cui interdicitur unum, & reliquum. lxxxj. dist. si quis sacerdotum. & c. eos qui. Præterea de hac suspensione fuit obiectum & probatum ex eo quod dicit: quia nobis constitit &c. & licet obiectum à partibus non fuerit: iudex tamen qui debet electionem cõfirmare, ex officio suo debet inquirere de huiusmodi. infra, de elect. nihil est. Et hæc quæ dicuntur hic de his suspensis, intelligũtur de suspensis ab homine. & etiam canone. Si vero aliquis esset suspensus à canone: puta participando cũ excommunicatis, ille talis bene potest eligere, & alia facere, quæ sunt iurisdictionis, sed eligi scienter non potest. hæc probantur infra, de cleri. excõmuni. ministrã. si celebrat. quia mitius agitur cum lege, quam cum ministro legis. ff. de arbitris. Celsus. Satis potest dici quod suspensus posset excommunicare: quia potest absoluere excommunicatum. supra, de rescriptis. ab excommunicato. infra, de senten. excommuni. sacro. & capitu. duobus. & qui potest absoluere, potest ligare. & econuerso, cum non sit priuatus à communione fidelium, quare non posset priuare alium? & hoc dico de eo qui non est suspensus, à iurisdictione ut suspẽsus à canone sola participatione. Ioan. & Laurent. hoc concedunt, quod suspensus ab officio tantum potest excommunicare, & præbendas dare: & intelligunt illam decre. quia diuersitatem. cum erat suspẽsus ab officio & iurisdictione. Ego autem non credo, q suspensus ab homine possit dare præbendas: ut hic dicitur, licet Laurent. & Ioannes concedant, quod possit excõmunicare, & præbendas dare. Argu. contra. posset induci prædict. decret. si celebrat. quæ tamen intelligitur de excommunicatione minori. melior enim ẽ opinio secunda: quia sicut excommunicatus alium excommunicare non potest. xxiiij. quæstione prima. audiuimus. ita eadem ratione nec suspẽsus ab homine, alium potest suspendere. infra de exces. prælatorum, capit. ultimo.

[a] Cassauimus. Id est, cassam nunciauimus. infra, ut lite non contestata, accedens.

[b] Nec iuri communi. Similem interpretationem habes infra, de fide instrumen. inter dilectos. vers. cæterum. ubi enim aliquid à iure communi discrepare uidetur, reducendum est ad ius cõmune si potest fieri, ne pereat: quia promptũ est leges legibus cõcordare. C. de inoffic. dotib. lege, una. & Augustinus concordat euangelistas. de pœniten. distinctio. j. periculose. & etiam testes debẽt ad cõcordiã reduci, ne de periurio notentur. infra, de testib. cum tu. Sic enim facienda est interpretatio, ut nulli sit onerosa, & secundum ius. supra, tit. proxi. causam quæ. & infra, de priuileg. ex ore. & supra eodem. cum olim. Item secundũ quod minus est captiosa. ff. de regulis iuris. quoties. in fi. tituli. & hoc ita verum est, quod ad ius commune reducatur, si uerba illa patiuntur, ut hoc ver. electio eius penes fratres eiusdem loci & capitulum karofen. &c. Nam à verbis priuilegij non est recedendum ubi certa sunt. infra, de priuileg. Porro. & infra, de decimis. ad audientiam. ubi enim verba non sunt ambigua, nõ est locus interpretationi. ff. de leg. iij. ille aut ille. sed ubi sunt dubia, necessaria est interpretatio.

[c] Præiudicet. Præscripta uidelicet, quoniam alia non prodest. infra, de causa possess. cum ecclesia. Quæ consuetudo iuri præiudicet. & quæ non. dicetur. j. eo. c. ulti. & viij. dist. c. frustra.

CVm consuetudinis. Textus est notabilis & multũ allegabilis. In quo primo ponitur duplex ratio determinandi. Secundo ibi, authoritate. ponitur determinatio, quæ primo prouidet, circa futura. Secunda ibi, si quas. circa præterita.

[d] Cum consuetudinis. C. quæ sit longa consuetudo. l. ij. & infra eod. c. ultim. & ibi exponitur. & xj. distin. consuetudinis.

[e] Quasi uelit innuere qđ eligere cõpetit rõne officij, nõ ratione beneficij qđ credit. Pe. de san. Gemi. ex eo, q suspẽsus a beneficio, quia eligit scienter indignum per trienniũ: si intra illud tempus occurrit alia electio faciẽda: eligere poterit. j. de elec. cũ vintoniensis. Io. An.

Suspensus a canone, bene põt eligere.

Consensu.

sua a immutetis ecclesiæ uestræ constitutiones & consuetudines approbatas, uel nouas b etiam inducatis: Si quas fortè fecistis, irritas decernentes.

Idem maiori & Burg. de Rupel.

Non ualet consuetudo, per quam quis inducitur ad peccandum, uel bona propria dißipandum.

CAP. X.

Ex parte uestra fuit propositum, ꝙ cùm in patria uestra seruatæ sint hactenus duæ cõsuetudines abusiuæ, ꝙ si indigena c uel extraneus ꝓdigalitatis d uitio uel incuria e seu quocunq; casu alio, dissipauerit uel amiserit bona sua: bona uxoris suæ tá mobilia quam immobilia pro suæ uoluntatis libito alienat f & infrà. Et quòd si uir ducat uxorẽ quæ fide coniugij uiolata cõmittat adulteriũ: nihilominus ipsa medietatẽ omnium bonorum quæ fuerit uir adeptus, impudẽter exigit & improbè apprehẽdit, quæ potius priuanda esset omnibus uiri bonis g: & infra. Tenore præsentium declaramus uos non teneri ad huiusmodi consuetudines obseruandas. h

Gregorius ix.

Cõsuetudo non derogat iuri naturali seu diuino, cuius trãsgreßio peccatum inducit, nec positiuo: nisi sit rationabilis & præscripta.

CAP. XI.

Cum tanto sint grauiora peccata, quanto diutius i infelicem animam detinent alligatam, nemo sanæ mentis intelligit naturali iuri k (cuius transgresio pericu-

a Consensu. Bene dicit consensu: quia sine ipsius consensu obtento, hoc facere non possunt. Sed uidetur ꝙ non teneantur habere consensum, dummodo concilium & tractatum cum eo habeant. arg. infra de arbi. cum olim. Sed hoc non est uerum: quia illud obtinet ex forma arbitrij, imo episcopus & canonici unũ corpus est unum collegium sunt, ita ꝙ ipse capit, & ipsi canonici membra. ĩ. de ijs quæ fiunt a præla. nouit. & est expressum, quod si aliquibus mandetur ut cum consilio aliquorum aliquid faciant, eorum consilium expectare tenentur, nec sufficit quod tantum requirat. ĩ. de elect. cum ĩ ueteri lege.

b Vel nouas. Nouitates enim sine causa inducendæ 1 non sunt: quia lex dicit, quod in rebus nouis constituendis euidens debet esse utilitas. ff. de constit. princi. in rebus. argu. de constitut. cognoscentes. & reprehẽduntur, quia nouitates inducunt 2 xj. distinctio. quis nesciat.

Ex parte. Diuiditur in duas partes. Primo recitat duas consuetudines irrationabiles, quas secundo reprobat ibi, tenore. Abb. Sic.

c Indigena. Id est, inde genitus.

d Prodigalitatis uitio. Quod se esse uirtutem sæpe mentitur xlj. distinc. sæpe. Prodigus est, qui dat danda & non danda. Auarus qui tenet tenenda, & non tenenda. Largus medium tenet inter utrunque. Vnde uersus: Prodigus est animi uitio, retinenda profundens. Qui retinet cupide quod & æs deposcit auarus. Largus qui sumptum facit ex ratione libenter 3. Sed nõ uidetur quod huic sit subueniendum: quia culpa sua & uitio incidit in egestatẽ. ff. quod metus causa. l. si mulier. lxxxvj. distin. non satis. Et dignũ est, ut male meriti egestate laborent. ff. de deposi. bona fides. taliter enim non fuerat subueniendum huic ratione præmissa, & cum alterius læsione sed eleemosynam dare possumus ne pereat. lxxxvj. distin. pasce fame morientem &c.

e Incuria. Ista est negligentia, & ideo ei non est subueniendum: quia uigilantibus & non negligentib. iura subueniunt. ĩ. de rerum permuta. cum uniuersorũ. & infra de dona. inter dilectos. ff. ad Velleia. l. ij. §. uerba. quia stultis non consueuit subueniri, sed errantib. ff. de iur. & fact. igno. l. pen. §. si quis ius. & C. si mi. se ma. dix. si is. & utilius esurienti panis tollitur, quam si securus de cibo iustitiam negligat. quinta quæstione quinta, non omnis. & xxiij. q. iiij. nimium sunt inquieti. & ideo talis consuetudo, merito reprobatur.

f Alienat. Quod de iure fieri non debet. ff. de fundo do. fundus. & l. lex Iulia. nec etiam propter delictum mariti bona mulieris sunt distrahenda. C. ne uxor pro ma. l. j. ij. & iij. C. ad leg. Iuliã de ui pri. l. j. & ĩ. de pri. ex literis. In casu tamen, quandoq; distrahuntur bona mulieris pro uiro: ut in causa primipilarij bona mulieris pro merito obnoxia sunt fisco, si omnia bona mariti exhausta sunt. C. in quibus cau. pig. ta. contrah. l. satis. Nec ualet alienatio fundi dotalis, etiam si mulier consentiat. C. ad Velleia. auth. siue a me. & in auth. ut immobilia ante nup. do. §. si ꝓprie. colla. v. Sed si iurauerit non cõtrauenire, tenet uẽditio. ĩ. de iureiu. cũ contingat. si sine ui & dolo præstitum sit iuramẽtum spõte. Constãte etiam matrimonio in tali casu cum incipit uergere ad inopiam, mulier potest repetere dotẽ C. de iure do. in rebus. & lege, ubi.

g Bonis. Et etiam dotem suam propter adulteriũ perdere debet. C. de iur. do. si dotem. & C. ad legem Iul. de adulter. libertatẽ. & infra de dona. inter uirum & uxorem. plerunq;. ubi de hoc.

h Obseruandas. Iuri contrarias: ut dictum est. Per primam consuetudinem inuitabantur uiri ad dissipandum bona sua, per alteram mulieres proniores erant ad committendum adulterium. arg. ff. de pact. dota. conuenire. talis compensatio non est admittenda.

Cum tanto. Habet materiam amplam & multũ subtilem. Et habet duo dicta. secundum ibi, licet. & quælibet pars potest subdiuidi. Abb. Sic.

i Diutius. ĩ. de simo. cum in ecclesiæ. & infra. de eo qui du. in matri. quam polluit. ca. cum haberet.

Glossa seq. recitetur per quæstionẽ de quo iure naturali loquitur litera, & respondet quod de illo quod consistit in præceptis &c.

k Naturali iuri. Quod immobile perseuerat. v. distin. §. sed cum ius naturale. xxv. quæstio. j. sunt quidã. Et hoc uerum est, quantum ad præcepta uel prohibitiones quæ moralia 4 sunt, & non mutantur: ut non occides, non furtum facies, honora patrem &c. vi. distinctio. non est. §. his itaque. & naturalia quidem iura immutabilia sunt, ciuilia uero mutabilia. institu. de iure natu. §. sed naturalia. ĩ. de consan. & affi. non debet. & ideo nulla consuetudo præualet contra ius naturale etiam si omnes homines de mundo contra facerent. xxxij. q. vij. flagitia. cuius ignorantia neminem excusat. j. q. iiij. turbatur. §. notandum. & ibi nihil interest in uitio decipere uel decipi. xvj. q. j. cupis. & de ignorantia dicitur ꝙ qui ignorat ignorabitur xxxvij. dist. ideo. §. ut itaque. de ignorantia iuris naturalis & ciuilis tractatur in summa. j. q. iiij. §. notandum. & ibi recurrendum

1 Mutationes .n. periculosæ sunt ut docet aphorismus. 80. Ioan. And.

2 Inducũt & contra eos præsumit Bal. Ang. Ias. dicta. l. in rebus.

Prodigus Auarus Largus.

3 Hostiẽ. dicebat, ꝙ inter parcum & largum hæc est differẽtia quod parco plus placent retẽta: largo uero plus data: Tullius. ij. de offic. Nec ita claudẽda est res familiaris ut eam benignitas aperire nequeat: nec ita aperiẽda, ꝙ oĩbus pateat. Ioan. And.

4 Tractauit hic Ab. quo ꝑceptorũ, legis alia sunt moralia: alia mistica, quorũ alia sacramẽtalia alia cerimonialia. de hoc uide nota. vj. dist. §. ult. statim alle. Ioan. And.

recurrendum est.

Glossa seq. quærit obijciendo pro insolubili, ponit primo opi. quam reprobat. secundo secundam quam etiam reprobat. tertio soluit.

lum salutis inducit) quacũque cõsuetudine (q̃ dicenda est uerius in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari. Licet ét longeuæ cõsuetudinis non sit

[a] Non sit uilis autoritas. Sed quęritur de qua cõsuetudine hic intellexit Grego. Si dicis de bona consuetudine, illam nulla ratio siue ius uincit, imo æquiparat ei. xj. distinct. in his, si de mala, de illa nõ potest dici quod non sit uilis. *Super hoc* dicunt quidam, quod principiũ *istius*. §. debet intelligi de bona consuetudine, & *finis* de mala: & ita diuersimode intelligunt. sed hæc non fuit intentio legis. unde §. iste sumitur. C. quæ sit long. consuetu. l. ij. & ideo inepte dicunt[1]. Alij pro maiori parte exponunt literã istã, non tamen est adeo ualitura ut iuri positiuo debeat præiudicium generare, supplent generaliter, non præiudicat iuri, sed in eo loco præiudicat iuri ubi consuetudo seruatur. & iste intellectus planus & facilis est. sed de hoc nulla dubitatio est, quod consuetudo unius loci iuri positiuo generaliter præiudicet omnibus locis. Et ideo sic debet intelligi lex illa quam habes. xj. dist. consuetudinis, quamuis particularis consuetudo non est uilis, non tamen præiudicat iuri positiuo, nisi fuerit rationabilis, & legitime sit præscripta. & hæc expositio reprobat duas primas expositiones, uel opiniones quas facit hic Grego. in fi. & sic intellige. xj. dist. consuetudinis.

[1] Quia separat causã a capite: secũdũ Io. an. hic ĩ. de bap. c maiores uersi. similiter.

Glossa seq. quærit, & soluit, & solutionis ponit quatuor exempla. finis recitetur per aliam quæstio. quam soluit allegans nouem iura.

[b] Rationabilis. & quã consuetudinem dices rationabilem? Illam dico rationabilem, quam non improbãt iura[3]. ĩ. de causa pos. cum ecclesia. & s̃. c. cum dilectus. & ĩ. de uerbo. sig. abbate. ut si quandoq; admittãtur aliqui ad electionem, ad quos non pertinet de iure communi, & de alio collegio, ista consuetudo non improbatur à iure, ut dicunt iura prædicta: & illa est rationabilis quod tantum capitulũ eligat canonicos sibi, & alios inferiores prælatos irrequisito episcopo. ĩ. de elec. cum ecclesia ulterana. uel episcopus solus hoc faciat. ĩ. de ijs quæ fi. a præla. sine consen. c. ea nosciť. licet de iure unũ corpus sit. ĩ. de ijs quæ fi. a p̃la. sine cõsensu c. nouit. & de iure communi deberet fieri ab omnib. cõiter ab episcopo & canonicis: ut quandoq; fit. ĩ. de cõces. præben. postulastis. Et illã dicerẽ rõnabilem, q̃ absentes non uocentur ad electionẽ, ut in multis locis contingit, ut in Tuscia & in multis ecclesijs, & hmõi cõsuetudines legitime præscribuntur, ut patet per prædicta exẽpla. Illã dico generaliter rõnabilem quæ non obuiat canonicis institutis. Irrationabilis est quæ improbatur a iure, qualis est illa. ĩ. de insti. ex frequentib. s̃. eo. cum uenerabilis. & s̃. c. proxi. & onerosa consuetudo, ut s̃. eo. c. j. & s̃ eo. cũ inter uos. & ĩ. de re iud. cum causa. & generaliter ubi aliq̃d fit contra neruũ ecclesiasticæ disciplinæ siue libertatem. ĩ. de elec. cum terra. & c. sacrosancta & ca. massana[3]. De hac materia habes plene. viij. dis. frustra.

[2] Exempla quę sequunt nõ cõgruũt, q̃a illa habẽt exp̃ssam ap̃bationem remanet enim. q. dubia solũ in casibus nõ habentibus expressã iuris assistentiam uel resistẽtiam. Ioã. And.

Consuetudo irrationabilis.

[3] Adde p̃ episc. glo. tex. in auth. cassa & irrita. C. de sac. san. eccl.

Glossa seq. primo ponit. ix. quæ requiruntur ut cõsuetudo iuri præiudicet et ab hoc recedere uidetur in fin. glos. secundo quærit glo. quæ sit differẽtia et cætera. et primo ponit unam differentiam contra quam alleg. & remittit. Secundo ponit aliam quam approbat. tertio ponit duas alias.

[c] Legitime sit præscripta. spatio xl. annorũ. ĩ. de cã pos. cũ ecclesia. & ĩ. de præscr. auditis. de hoc potestis habere multa iura. ea enim solum locum habent in rebus ecclesiasticis xvj. q. iij. c. placuit §. quas actiones.

uilis autoritas[a], nõ tamẽ est usqueadeò ualitura, ut uel iuri positiuo debeat præiudicium generare nisi fuerit rationabilis[b], & legitimè[c] sit præscripta.

Ad hoc ergo ut cõsuetudo iuri cõi p̃iudicet, requiritur primo quòd rationabilis sit, & quòd sit præscripta: ut hic, & c. cum ecclesia. Item q̃ ex certa scientia & non per errorẽ sit inducta. ff. de le. quod non ratione. & sciẽte illo qui põt ius condere. ff. de legi. de quibus in fi. Et q̃ sit tale ius q̃ possit præscribi. Nam quædam sunt quæ non possunt præscribi, saltem a laicis. ĩ. de præscri. causam quæ. & c. cum ex officij. & c. cum non liceat. Et q̃ non sit contra ius naturale. xxxij. q. vij. flagitia. uel saltem q̃ sit obtẽta in contradictorio iudicio. ff. de le. cum de cõsuetudine. ĩ. de uer. sig. abbate Item requiritur, q̃ sis usus illa consuetudine siue uicibus illis quibus usus es eo animo ut intendas siue credas te ius habere, & ut in posterum id facias. ff. de iti. actuq; pri. l. j. § Iulianus recte ait. & l. ult. alias nõ prodest, ut ibi dicitur. & sic solæ uices non inducunt consuetudinem: quia non exemplis, sed legibus iudicandum est. C. de sen. & interlo. om. iu. nemo. sed secundum cõsuetudinem talem bene iudicatur. ut dictum est. ff. de le. nã Imperator. Item requiritur, q̃ maior pars populi usa sit ea cõsuetudine ad hoc ut secundum illam iudicetur: quia sicut minor pars populi non posset inducere legem, ita nec consuetudinẽ. Itẽ & illa consuetudo, præiudicat iuri, cuius nõ extat memoria hominum. iiij. q. vj. hæc quippe. & ĩ. de uer. sig. super quibusdam §. j. & ff. de aqua quoti. & æsti. hoc iure. §. ductus aquæ. & ff. de aqua plu. ar. in summa. §. idem Labeo. & ff. de proba. si arbiter. & sic uidetur q̃ difficile sit probare consuetudinem & præscriptionẽ. Sed quam differentiam[4] facis inter consuetudinẽ & præscriptionem? Illa potest assignari (ut quidam dicunt) q̃ ubi consuetudo prætenditur, admitti posset probatio in contrarium, ut probetur indebitum fuisse quod consueuit percipi. ar. a contrario. C. de agri. & censi. litibus. li. xj. sed ubi præscriptio est nõ admittiť probatio in contrarium ad probandum indebitum fuisse. ar. a contrario. ĩ. de præscri. si diligenti. ubi dicitur q̃ bona fides & iustus titulus requiruntur: & ibi diciť q̃n exigitur titulus & quando non. C. de pig. act. nec creditores. Item qui petit aliquid sibi deberi uel fieri ex consuetudine, debet allegare causam petendi: & tunc sufficit probare solum tempus, licet non probet causam: & tunc nõ admittitur probatio in contrariũ, & secundum hoc non ur̃ differentia inter consuetudinem & præscriptionẽ: quia in præscriptione quãdoq; probať titulus. ita dicunt quidã, quare solũ tẽpus non est cã inducendæ obligationis sicut nec tollẽdæ. ff. de ac. & ob. obliga. §. placet & hæc opinio magis placet secũdũ Io. Alij dicũt, q̃ sola cõsuetudo sufficit ẽt sine cã ar. ĩ. de cã pos. cũ eccle. ubi de hoc. ubi uero aliquis est in possessione p̃cipiendi aliquid, & ei quæstio moueť, tuẽdus est in possessione quousq; p̃betur cõtrariũ, s. indebitũ: quia possidet rõne cõsuetudinis. xvj. q. iiij. uolumus. nisi ui precario seu clã possideat: tunc qui dedit, sua autoritate põt reuocare. ut x. q. iij. q̃a cognouimus. ĩ. de inst. cũ uenissent. Itẽ in alio põt esse dr̃ia inter consuetudinẽ & præscriptionem: quia cõsuetudo q̃nq; debet esse[5] obtenta cõtradictorio iudicio populi. præscriptio uero nõ. Itẽ q̃a in consuetudine req̃ritur q̃ maior pars populi utať illa. ut dictum est, in

Legibus non exemplis, iudicandũ est.

[4] Dr̃iam. p̃scriptione acquirit ius priuato: consuetudine inducitur lex in publico. Pano. hic col. pẽ. ca. ad apostolicæ. ĩ. de deci. Ioã. an. ca. iij. ad fin. de cõsuet. in vj. in no. Frã. Ripa. de rescr. Rñ. iiij. co. iiij. & latius ĩ. de cau. poss. & p̃priet. c. cũ ecclesia sutrina. nume. 14. cum seq.

[5] Dicit Cõpost. s̃. c. j. q̃ consuetudo q̃ attẽditur circa factũ uel p̃cessũ iudicis, & illa quæ attẽdiť circa cõia gesta hominum alicui⁹ ciuitatis, castri uel uillæ, dẽt esse obtẽta contradictorio iudicio hoc nõ placet. illa uero q̃ attenditur circa priuatum ius aliquorum, nõ q̃a sine iudice & iudicio põt q̃s sibi acq̃rere ius usu & cõsuetudine d̃ cã pos. cũ ecclesia. Io. And.

est, in præscriptionibus nõ requiritur. Sic ergo intellige, ꝙ cõsuetudinis nõ est utilis autoritas: tamen nõ vincit ius positiuũ illa particularis consuetudo in eo loco ubi est cõsuetudo, nisi fuerit rationabilis, & legitime & præscripta: tunc bene uincit ius, & ei præiudicat cõcurrentibus ꝓdictis in ea præscriptione, sed secũdũ hanc decr. satis sufficeř videť, si cõsuetudo solũmodo sit rationabilis & præscripta. Ber.

DE POSTVLATIONE PRÆLATORUM.

Viso de iure scripto & non scripto: quia parũ est iura condere, nisi sint ministri, qui eadem iura tueãtur: ut in l. ij. ff. de orig. iur. §. post originem. et in c. ubi peculium. præterea. de elec. li. vi. ideo de ipsis ministris & eorũ assumptione meritò erit uidendũ. Et quoniã assumuntur altero ex tribus modis. s. per postulationem, electionẽ et translationẽ: ideo de omnibus istis tribus infrà subijcit: et quia postulatio innititur gratia, præmittit titulum de postu. præla. Quid aũt sit postulatio, uide p gl. c. unico. eo. titu. lib. vj. Abb. Sic. De hac materia habes lxj. dist. osius. & c. nullus inuitus. & c. episcopus. lxiij. dist. literas. lxxi. dist. fraternitatem, cum multis similibus.

TITVLVS V.

DE POSTVLATIONE PRAELATORUM.

Innocentius tertius decano, & capi. Senoñ.

Impostulabilis est, qui violat interdictum. h. d. quo ad tit. habet enim multa alia dicta, quæ non faciunt ad tit.

CAP. I.



AD hæc i beato petro: & infrà. Cũq; de facili non potestis in unum locum & propositũ cõuenire, sed ad nos fuisset ab aliquibus appellatũ [a], tandem conueniẽtes in unum Altissiodorẽ. èpiscopũ in archiepiscopum postulastis. Postulationem vestrã per magistrũ R. præcentorem uestrũ, & per abbatẽ sancti Petri exponẽtes, & petentes, ut faciẽdæ translationi pium præberemus assensum. Verũ quoniã antequã idem magister ad sedẽ apostolicã accessisset, nobis quasi pro certo constabat quod idẽ episcopus interdicti sententiã [†] non seruasset, ꝙ etiã idem magister nõ negauit [b] in fratrum nostrorũ præsentia requisitus à nobis, ĩ ipsius epi excusationẽ allegãs [c], ꝙ sententiã latam seruare nullatenus tenebatur, quæ ad eius notitiã, nec per literas nostras, nec per cardi. tunc apo. se. le. qui eandem sententiã promulgaret, nec ꝑ deputati ad hoc executoris mandatũ uel literas peruenisset [†], & infrà. Quòd nec sufficit: imò nec proficit ad excusationem prædicti epi, cũ cardinalis idẽ sententiã interdicti præsentibus multis soléniter edidit ac publicè [d] promulgauit: & eadẽ interdicti sentẽtia in regno Francorũ iam à multis publicè cœperit obseruari, nec sit necessariũ cũ cõstitutio soléniter [e] ediť, aut publicè promulgatur, ipsius notitiã singulorũ auribus per speciale mandatum uel literas inculcare, sed id solum sufficit, ut ad

contest. c. j. ubi ponitur hæc materia.

ADDITIO. *Petrus dicebat quod iste non fuit procurator postulati, sed postulantium. Ioan. And.*

Glossa sequens obijcit per tres rationes, et soluit.

c Allegans. hæc allegatio bona videtur: qa quilibet præsumitur ignorans, nisi probetur sciens. ff. de proba. verius. & decretũ nõ ligat ignorantes. ff. de decre. ab or. fac. l. vlt. & lxxxij. dist. proposuisti. circa finem. & arg. supra, de cõstitut. cognoscentes. imo nõ sufficit denuntiare procuratori. ff. de peti. hæredi. item ueniũt. § petitam. Sed non est ita: quia cum publice sentẽtia illa fuerit promulgata: eã ignorare non põt, neq; debet, & præsumitur eam scire. xij. q. ij. qui & humanis. & xvj. dist. quod dicitis. ar. ff. de inst. actio. sed & si pupillus. §. proscribere. & arg. ĩ. de præsumpt. quanto. ubi enim allegatur ignorãtia, circa ea quæ pleriq; sciunt, & q̃ publice fiunt, nõ creditur ei, nisi hoc probetur. ĩ. de elec. innotuit. vers. nec probare cogimus &c. ĩ. qui ma. accu. poss. cũ ĩ tua. & ĩ. de sen. excom. si uero. xxxiiij. qõ. ij. in lectũ. Sed ubi circa ignota allegatur ignorãtia, non cogitur probare ignorantiam. ff. de administ. tut. hoc autem.

Ignorantia, an præsumatur.

† Latam cõtra Phi. August. q exemplo aui sui relicta uxore Ingeberga sorore Regis Vngariæ, aliam filiam Regis Bohemiæ duxerat ex qua plures filios susceperat, tñ coactus ẽ priorẽ resumeř. nota. ĩ annota ad Phi. deciũ hic.

† Cõcor. tex. ĩ l. Aurelius. §. idẽ quæsijt, & ibi Bar. ff. de liber. leg.

Gloss sequens alleg. iiij. concord. ex quibus in fi. concludit. in medio soluit vnam legem contrariam.



AD hæc. Diuiditur in sex partes. Nã in prima ponitur iniusta postulatio. In secũda ibi postulationẽ. postulantiũ petitio. In tertia ibi. uerũ. petitionis ĩpugnatio. In quarta ibi, ꝙ nec excusationũ reiectio. In quĩta ibi, nos igitur. postulationis cassatio. In sexta ibi, licet gratiosa. eligẽdi uel postulãdi ꝑmissio. Abb.

a Appellatũ. q̃ appellatio nõ tenet, nisi cã iusta fuerit allegata. ĩ. de el. cũ nobis. ĩ pri. & ĩ. de app. ut debitus

b Non negauit. Per hoc uidetur quod confessio [†] procuratoris domino præiudicet. ĩ. de cap. mona. dilectus. & de re iudi. suborta. sicut & confessio aduocati. ĩ. de confi. cum olim. & ĩ. de appel. cum causam. cõtra ff. de interro. actio. si sine. §. si defensor. alias ẽ lex ille. §. si defensor. & ff. de confess. certum. §. pe. Quãdo confessio procuratoris siue factum præiudicet ipsi domino, dicetur. s̃. de causa poss. cũ olim. & ĩ. ut lit. non

† Forte ĩsurgẽs ex taciturnitate, quod uideť uelle Innoc. quod expeditũ est de confes. c. ij. li. vj. Ioã. And.

Significasti reges & regni maiores admiratione permotos, quòd palliū tibi ab apocrisarijs b nostris tali conditione c oblatum d fuerit, si sacramentum quod à nobis scriptum detulerant exhiberes: & infrà. Mirentur in hac causa dominum nostrū Iesum Christū, qui cū ouium suarum curam Petro committeret, conditionem apposuit, dicens: Si diligis me, pasce e oues meas. Si conscientiarū factor, & cognitor secretorum, cōditione hac usus est, nec semel tantùm, sed & secundò, & usq; ad contristationem: qua nos solicitudine oportet tantā ecclesiæ prælationē imponere fratribus, quorū cōsciētias non uidemus? Aiunt omne iusiurandū in euangelio à dño esse prohibitum, nec ab apostolis post dominum, nec in concilijs inueniri posse statutum f. Quid est ergo quod dñs subsequēter ait, Quod amplius g est, à malo est? hoc enim h amplius ut exigamus, malū i nos illo k permittente compellit l. Nonne malum est ab ecclesiæ unitate, & à sedis apostolicæ obedientia resilire, & contra canonum statuta prorumpere? quod multi etiam post sacramentum præstitum præsumpserunt: & infrà. Hoc nimirum malo m ac necessitate cō pellimur, iuramentum pro fide n, pro obedientia o, pro unitate p requirere,

d Oblatū. Sic infra, de simonia. & si quæstiones. Sed quare Papa offert ei pallium, cum pallium non sit dandum nisi fortiter postulanti ut c. distinctio. prisca. sicuti & in literis dimissorijs episcopi lxxij. distinctione. episcopus. sicut nec apostoli dari debent nisi petantur instāter. secunda quæstione vj. post appellationem. & ỹ. de appel. cordi. libro vj. & qui præest, parcissime debet cōmeatum dare. ff. de re milit. l. officium. §. paternus. Sed hic & in illa, & si quæstiones. dicendum est, quod nuntij ipsius prius instanter petierant 3 ut patet in fine capitu. & Papa eis per nūtios suos pallium destinauit. Vel uoluit eis gratiam facere, sine aliqua postulatione, sicut ui detur supra, de postulatione prelato. bonæ. secundo, in fine.

e Pasce oues meas. Per hæc uerba elegit eū Deus in prælatum. & per hæc facit ad titulum, & pertinet ad secundam partem rubricæ: quia per pallium traditur pontificalis officij plenitudo. infra, eo. quod sicut.

f Statutum. Supple contrarium.

g Amplius. Id est iuramentum.

h Enim. i. quia. & uenit expositiue. supra. de consti. translato.

i Malum. Id est, incredulitas siue malitia: ut postea sequitur. sic etiam exponitur malum pro incredulitate. xxij. q j. cap. ij.

k Illo. Id est Christo.

l Compellit. Ordo est, Malum compellit nos, ut exigamus hoc amplius, illo permittente.

m Malo. xxij. q. j. ita ergo. in fi. ij. q v. si quis presbyter. & infra de iureiur. & si Christus.

n Pro fide. Retinenda quam suscepit, susceptus est in fide. de conse. di. ij. ego. Berengarius. & ỹ. de hære. ad abolendam. & c. excommunicamus. & j. q. vij. quoties.

o Pro obedientia. Exhibenda. xxiij. di. quanquam. & infra, de iureiur. nullus.

Glossa sequens ponit sex casus, quibus licite iuratur, & ponit uersus.

p Pro unitate. s. seruanda: ut schismatici qui scindūt se ab unitate ecclesiæ: alias pro ueritate, scilicet habēda seu inquirenda. xiiij. q. ij. quanquam pro pace iuratur 4. xxij. q. j. oē quod. ỹ. de iudi. nouit. pro fama. ij. q. v. presbyter si à plebe. & c. si mala, & ỹ. de purga. canō. per totum titulum. & ỹ. de cohabi. cler. & mulie. tua. in fin. pro damno dato iuratur. ij. q. j. in primis. &

3 Nec ex tali petitione, pôt notari ambitio: ut no. in præ alle. c. prisca. quia iure suo utuntur, & ad hoc tenentur. Io. And.

Iuramentū i certis casibus, licite præstatur.

4 Iuratur tangitur in tra. contrac. & usura. Latino, nume. 88. & Gal. lico, num. 39.

C.unde ui.si quando.in istis sex casibus licite iuratur. unde uersus. Pax & fama, fides, reuerentia, cautio dam ni. Defectus ueri, sibi poscunt magna caueri.

ADDI. Idem no. j. de iureiur. nullus. ij.q.v.ca.j. & alios uersus de hoc habes. j.q.vij. quoties. j. in pen. gl. Io. An.

a Aiūt in concilijs. secunda opi. b Non inueniri. ut iuretur. * Authoritatem. xvij. di. per totum. d Excipiatur authoritas. iij. qō. vj. dudū. & in c. peregrina. & in iuramē to authoritas Papæ semper intelligitur excepta. s. de rescrip. cōstitutus. & j. de iureiur. uenientes. & ff. ad mu ni. Imperatores. e Corpore assumuntur. Sed qualiter assumitur de corpore beati Petri. sic intelligitur ꝙ de corpore beati Petri &c. palliū benedicitur & con secratur à Papa su per altare beati Petri, & ibi ponitur, & ille qui debet uti pallio, recipit ip sum de altari, si est præsens: uel alius pro ipso, si est absens, & sic assumitur de corpore bea ti Petri. f Iustum est. Argumen. Quod frustra petit debitū, qui quod debet nō impedit. infra, de mu. pe. ca. j. & ij. C. de senten. & inter. omnium iudi. cum Papinianus. & iij. quæstione. viij. ca. accusatores. §. eius in agendo. xcv. distinct. esto subiectus. Argumentum contra. C. depos. l. pe. & infra, deposi. ca. ij.

Aiunt in concilijs [a] statutū non inueniri [b] quasi Romanæ ecclesiæ legem concilia ulla præfixerint, cùm omnia cōcilia per Romanæ ecclesiæ authoritatem [c] & facta sint, & robur † acceperint, & ī eorum statutis Romani pōtificis patienter excipiatur [d] authoritas, & infra. Cùm igitur à sede apostolica uestræ insignia dignitatis exigitis, quæ à beati Petri tantum corpore assumunt [e], iustū est [f], ut uos quoq; sedi apo. subiectionis debitæ signa soluatis, quæ uos cū beato Petro tanquam mēbra de membro habere, & catholici capitis unitatem seruare declarent.

Alexan. iij. Pe. presbytero car. apostolicæ sedis legato.

Si schismaticus ad unionem ecclesiæ reuersus eligitur in episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.

CAP. V.

Quia diligentia tua requisiuit, an electionem electi qui abiurato schismate [g] nup ad unitatem ecclesiæ redijt, debeas confirmare. Duximus respondendū, quòd si à schismatico nullū ordinē susceperit [h], & eius electio secundū formā canonū fuerit celebrata, eū (dummodo alia non impediant) dispensatiuè permittimus confirmari. Mandantes, ut eum facias à catholicis episcopis suffraganeis Aquilegiē. ecclesiæ in episcopum ordinari. Salua debita iustitia [i] & reuerentia [k] eiusdem ecclesiæ, cùm ad catholicam redierit unitatem.

Idem.

Electus in Romanum pontificem à duab. partib. cardinaliū, nulla exceptione obstante est papa. Electus autem à minori numero gerens se pro papa, incidit unà cum sibi adhærentibus in pœnas hic contentas.

CAP. VI.

Licet de uitanda discordia in electione Ro. pōtificis manifesta satis a p. no. constituta [l] manauerint: quia tñ sæpe post illa per improbæ ambitionis audaciā, grauem passa eā ecclesia scissurā, nos etiam ad malum hoc euitandum [m] de cōcilio fratrum nostrorum & sacrorum.

Quia diligentia. Diuiditur: quia in prima ponitur quæstio iuris, in secunda responsio: ibi, duximus: quæ tria facit. Primo confirmari gratiose permittit si tria concurrant. Secundo de consecratione prouidet ibi, mandantes. Tertio protestatur ibi, salua. Abb. Sicul.

g Schismate. Octauiani qui contra Alexandrū erat: & Aquilegieñ. patriarcha tūc chismaticus erat. Vnde dicit, facias eum consecrari à suffraganeis salua &c. Schisma enim interpretatur diuisio siue scissura. & est græcum nomen. Vnde scissura in unitate ecclesiæ esse nō potest: & qui schismatici sunt ab eo qui est unus, se diuidunt quare spiritumsanctum nō habent. xxiiij. quæstio. j. schisma. inde est, quod uestis † domini quæ unitatem significabat, remansit indiuisa. xvj. q. ul ti. sicut domini uestimentum.

† Vestis non extimæ & fu-

h Susceperit. Quia si ordinē suscepisset, careret effectu, & repelleretur à dignitate: nisi probaret se cum ordinaretur ordinatorē nesciuisse damnatum. infra de schisma. c. j. & ix. quæst. j. ordinationes. sic & qui ordinatur à simoniaco. j. q. j. si quis à simoniacis. & cum ta libus q̃nque dispēsatur: ut hic & de schisma. ca. ij. & ca. si quis à simoniacis. sed si sciuisset, non dispensaretur: ut ibi dr in c. si q̃s. & sic schismatici nō promouent̄ sine dispensatione, ut hic dicit, alias esset cō tra. xij. di. nos consuetudinem.

i Iustitia. Quia per talem cōsecrationem, non fit prę iudicium Aquilegieñ. ecclesię in posterum.

Gloss. seq. elicit duo arg. ad primū alleg. quatuor concordan. & sex ad secundū: ad quod signat duo contraria, & soluit.

k Reuerentia. Quia episcopus cō secratus, nihilominus debebit facere obedientiā patriarchæ cū redierit ad catholicam unitatem. Et est arg. ꝙ protestatio necessaria est in huiusmodi. sic. vij. quæst. j. pōtifices. & xxiiij. distinct. presbyteri. & ix. quæst. iij. saluo. & huiusmodi protestatio semper necessaria est: ut infra de iure patro. ex literis. Item est argumen. quod excōmunicati uel suspensi, omnia iura recuperant post absolutionem xv. q. vj. nos. sanctorum. & ca. iuratos. & iij. q. iiij. beatus. & iiij. q. j. ca. j. & xxxij. q. v. præceptum. in fi. & vj. q. j. illi qui. Arg. contra. ij. q. iij. ca. enthemium. §. hinc colligitur. & iij. q. iiij. consanguineorum. in fi. Solu. Prima pars uera est, & etiam fama restituitur, si infamia canonica tantum sit irrogata. arg. vj. q. j. illi qui.

sior illa q̃ uisibilē & externam ecclesiam significat, bonos & malos cōplectentē, sed ītima illa, uideli cet tunica ecclesiam electorū significās q̃ forte. i. electione dei cōtingit.

Licet. Continet partes tres. In prima ponitur cōstitutionis causa. In secūda cōstitutio. In tertia quædam protestatio. Secunda ibi statuimus. Tertia ibi, ex hoc. Abbas Sicul.

l Constituta. lxxix. di. si quis papa. & xxiij. dist. in nomine domini. Vide. c. ubi periculum. eo. tit. l. vj.

m Euitandum. Arg. ad cautelam futurorum aliquid faciendum. xxiij. di. in nomine domini. & j. q. vij. conuenientibus. & j. de fer. non ordi. ca. j. & ff. si ser. uendi. harum. & l. egi. Arg. contra. ff. de usu. l. j.

Inimico

approbatione concilij, aliquid decreuimus adiungendum. Statuimus ergo, ut si fortè (inimico a homine superseminante zizaniam b) inter cardinales de substituẽdo summo Põtifice non poterit esse plena concordia, & duabus partibus concordantibus, pars tertia concordare noluerit, aut sibi alium præsumpserit nominare, ille absque ulla exceptione c ab uniuersali ecclesia Romana pontifex habeatur, qui a duabus partibus concordantibus electus fuerit & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus (quia de ratione esse non potest) sibi nomen episcopi vsurpauerit, tam ipse quàm ij, qui eum receperint, excommunicationi subiaceant, & totius sacri ordinis priuatione mulctentur, ita ut viatici etiam eis (nisi tantum in ultimis) communio denegetur, & si nõ resipuerint, cum Dathan & Abiron (quos d terra uiuos absorbuit) accipient portionem. Præterea, si a paucioribus quàm a duabus e partibus aliquis electus fuerit ad apostolatus officium: nisi maior concordia intercesserit, nullatenus f assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen, nullum canonicis constitutionibus & alijs ecclesijs præiudicium generetur, in quibus debet maioris g & sanioris partis sententia præualere: quia quod in eis in dubium uenerit, superioris poterit iudicio definiri. In Rom. verò eccl. speciale h aliquid constituitur, quia non poterit ad superiorem recursus i haberi.

Idem in Concilio Lateranense.

Electio ad episcopatum fieri debet de digno sciẽtia, moribus & ætate. & quòd habeat xxx. annum completum, & sit de legitimo matrimonio natus. h.d. vsque ad §. cùm uerò.

CAP. VII.

CVm in cunctis sacris ordinibus, & ecclesiasticis ministerijs sint ætatis k maturitas, grauitas l morum, & literarũ m scientia inquirẽda: multò n fortius in episcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei oporteat

a Inimico homine. Id est diabolus. Et diabolus dictus est homo ab euentu, quia deuicit hominem: sicut imperator dictus est Aphricanus ab euentu, quia deuicit Aphricam.

b Zizaniam. Syllaba antepen. longa. Vnde versus. Neve superuenιens zizania seminet hostis. Frontibus imprimitur unctio sacra Dei.

c Absque ulla exceptiõe. Et sic nulla exceptio potest opponi sibi, nisi de hæresi. xl. dist. si papa. alias enim quãtuncunq; præcise etiã ipse papa scribat: legitima exceptio est admittenda. infra, de officio delega. ex parte. ij. & supra de præscr. si quando. & argu. cap. cum adeo. eo. tit. & infra, de præben. cũ teneamur. Et est speciale ĩ papa, ut nulla exceptio admittatur.

d Quos. vij. q. j. denique.

e A duabus partibus. Nunquid ille qui eligitur, cõputabiť inter duas partes? Videť qd' sic. ĩ. eo. titu. causa in iure. & ff. quod cuiusq; uniuer. plane. Dic quod non: ut not. ĩ. eo. cum in iure. & infra, de sortileg. c. iij. ĩ. eo. cumana. tamen qd' dicitur ĩ hac decr. de duabus partib. hodie aliquãdo nõ seruãt cardinales, aliquando obseruant. Et quod possint facere contra hoc, cũ necessitas est in causa quæ legem non habet, habes. supra de consuetu. quanto.

f Nullatenus. Quid ergo fiet, si nullo modo duæ partes consentiãt? Tunc brachium seculare se interponere debet. ar. xvij. di. nec licuit. & xxiij. q. v. de liguribus: ita ut cardinales includantur in aliquo loco de quo exire non ualeant donec consenserint. ita dicitur factum fuisse in electione Honorij iij. apud Perusium. & idem fuit factum post mortem Greg. ix. & in electione Celestini, & Innocentius tertius temporibus nostris. tamen de iure id faciendum non est.

g Maioris. In alijs enim electionibus ualet quod fit à maiori parte capituli, dum tamen seruetur una de formis illis. infra eo. quia propter.

h Speciale. Sed nõ uidetur speciale, quia in alijs obtinet quod hic dicitur de duabus partibus, quia non obtinet quod fit ab ordine decurionum: nisi duæ partes consentiant. ff. de decret. ab ord. fa. l. iij. & ff. quod cuiusq; uniuersit. plane. non contradicunt illa iura: q̃a non dicitur ꝙ duæ partes debeãt cõsentire, sed quod debeãt esse præsentes: & ita est speciale: uel est speciale habito respectu ad alias electiones inferiorũ prælatorũ. & hoc innuit litera sequens.

i Recursus. Et ideo dum eligitur confirmatur, & statim habet plenam & liberam administrationẽ. xxiij. dist. in nomine domini.

CVm in cũctis. Diuidiť istud prin. usque ad §. cũ uero ĩ tres partes. Nam primo ponitur una ratio statuẽdi. Secũdo alia ibi, ea ꝑpter. Tertio statutum: ibi, præsenti. Abb. Sic.

k Aetatis maturitas. Hæc tria, s. ætas, grauitas morũ, & literarũ scientia, in persona electi debent inquiri. ĩ. eo. cum nobis olim. ar lxxviij. di. præsbyter. & xxxviij. dist. quæ ipsis. & alia etiam, scilicet qd' sit de legitimo matrimonio natus. ĩ. eod. cap. & qd' sit in sacris ordinibus. ĩ. eo. dudum. & ĩ. de æta. & quali. c. præterea.

l Grauitas morũ. Quia incompositio corporis, inæqualitatem indicat mentis. xlj. dist. in fi. di. vbi de Catilina dicitur.

m Literarũ sciẽtia. Propter defectum enim sciẽtiæ repellit q̃s ab episcopatu etiã iã ꝓ[illegible]otus. ĩ. de æta. & qual. c. vlt. ubi legitur de quodam episcopo, qui nunquã audiuit grammaticam. ĩ. eo. cõgregato. & xxxviij. dist. omnes. & ĩ. de renun. c. nisi cũ pridem. §. pro defectu.

Glossa sequens instruit quomodo argu. à minori sumitur affirmando, & a maiori negando.

n Multo fortius. Quia utilissimus cõputãdus est, q ꝓcellit dignitate, nisi ꝓcellat alios sciẽtia & sãctitate. j. q. j. vilissim⁹. & j. q. vij. cõueniẽtib. & auth. de san. ep. §. dam⁹. col ix. Itẽ ar. est a mĩori & sumiť sc̃d̃m hãc regulã affirmãdo. Si id de quo min⁹ vr̃ inesse, inest: & id de quo magis. xxxviij. di. si ĩ laicis. & iij. q. iij. de iudicijs.

Diabolus. dictus est homo.

Vide in authẽt. de hær. & fal. colla. iij. ĩ prin. & in proœ. instit. ꝑ gl. Versus.

Papæ sola hæresis opponi põt.

Quãto. renũciare enim possunt huic cõstitutioni, secundum Gof. qd' intelligeut hic not. Ioan. And.

Cardinales possũt compelli, ad papam eligendũ, ut hodie text. est in c. ubi periculum. §. præterea. eod. in vj.

Vilissim⁹ habendus est, qui dignitate excellit, si ignarus sit.

conuersari. Ea propter, ne qđ de quibusdã pro necessitate temporis factũ est, trahatur à posteris in exẽplum. Præsenti decreto statuimus, ut nullus in episcopũ eligatur, nisi qui iã xxx. annũ ætatis exegerit [a] †. & de legitimo matrimonio [b] sit natus, qui ẽt uita & scientia commendabilis demonstretur.

Beneficia electi in episcopũ vacant per cõfirmationem, adeptionem possessionis, et consecrationem secutam, uel postquam præfixum tempus ad petendam consecrationẽ lapsum fuerit. h. d. usq; ad §. inferiora. Ab. Sic.

Cùm vero electus fuerit, & confirmationem [c] electionis acceperit, & ecclesiasticorũ bonorũ administrationem [d] habuerit: decurso tempore [e] de cõsecrandis [f] episcopis a canonibus definito, is ad quem spectant [g] beneficia, quæ habebat, de illis disponendi liberam habeat facultatem.

In dignitatibus & officijs (citra episcopatũ ac curatis beneficijs) debet assumendus xxv. annum attigisse, et alias esse idoneus scientia & moribus, & si non est in ordine requisito, debet facere promoueri in proximis temporibus. alias monitus non parens priuatur beneficio non obstãte appellatione, nisi ex causa legitima excusetur. h. d. usque ad §. clerici. Abb. Sicu.

Inferiora etiam ministeria, utputa decanatum, archidiaconatum [h], & alia quæ curam animarum habent annexam: nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis ecclesiæ, regimen, nisi qui iam xxv. annum ætatis suæ atti--

cijs. & lix. di. si officia. & xxxiiij. q. ij. cũ per bellicã. & xiij. q. ij. non æstimemus. Item argu. à maiori sumitur hic negando secundũ hanc regulam, Si id de quo magis videtur inesse, non inest: nec id de quo minus. Si Paulus uidetur fortior Eustachio, sed non est [1] : ergo nec ipse. xxxij. qõ. v. si Paulus. viij. q. j. si ergo. & vj. q. i. imitare. & xl. dist. quilibet.

[1] Scilicet tã fortis quod possit resistere stimulo carnis. unde ad Rom. vij. dicit: infelix ego. &c. Ioan. And.

Glo. seq. obijcit dupliciter soluit, demũ ponit de materia distinctionẽ bimembrem.

[a] Exegerit. Sed uidetur, quod sufficiat si iam inchoauerit. ff. de mu. & hon. ad rem publicam. sed aliud in secularib. dignitatibus, ut ibi, & aliud in spiritualibus. Et potest dici, quod est speciale in episcopo. Vnde ĩ alijs inferioribus dignitatibus sufficit attingere annum legitimum, ut infra dicit ibi, nisi qui iã xxv. annum attigerit. sed ille qui eligĩt in episcopũ, debet esse. xxx. anno. in auth. de sanct. epi. §. clericos. coll. ix. & lxxvij. di. quicũque. [2] Vel distingue: quandoque fauor tantum uertitur in causa, ut in usucapione: & tũc sufficit incipere diem. ff. de diuer. & tempo. præscri. in usucapione. quandoque odium tantum, ut in præscriptione. xxx. ann. & tunc oportet impleri. ff. de act. & obl. in omnibus. quandoque utrunque: & tunc tẽpus de momento in momentum computatur. ff. de mino. l. iij. §. minorem. & lxxviij. dist. c. subdiaconus.

† Alias, gerit, uel impleuerit.

[2] Cõcor. text. in l. non putabam. ff. de cõdi. & de mõstra. & C. quãdo dies lega. l. his uerbis.

[b] Matrimonio. Et istud est quartum, quod requiritur in episcopo, & in quolibet alio qui ꝓmouetur ad honorem. infra, de simo. præsbyt. c. ut filij. uel ad regimen animarum. ĩ. de filijs præsby. c. pen. & ult.

[c] Confirmationem. Benedicit cõfirmationem: quia ante cõfirmationem nihil debet attingere in administratione. alioqui repelleretur. infra eo. qualiter. & c. nihil est. ĩ. de præbend. cum iandudum.

[d] Administrationem. Nam aliquando contingit, quod statim non nanciscitur possessionem [3]. xcij. distin. si qui epi. & c. præcep. & tunc nõ debẽt conferri.

[3] Dicit hic Pet. ꝑ Decre. frequens. de rest. spol. lib. vj. qđ satis erat si habebat possessionem maioris partis. secus si minoris tm̃. vide quod no. de elect. cõmissa. §. j. lib. vj. Ioã. And.

[e] Tempore. Quod uidetur esse sex mensium, quia. intra tres mẽses à die uacationis debet eligi. l. dist. postquam. & infra eo. tit. ne pro defectu. & intra alios tres menses debet cõsecrari. c. distinct. quoniam quidem. Sed verius est, quod illud tempus est tantum triũ mẽsium post confirmationem, ut ex eo capitulo colligitur, quod etiam est expressum. lxxv. dist. §. ij. & cap. ij. in fi. nisi necessitas eum impedierit petere cõsecrationem, quia tunc non curreret ei tempus: ut in dicto c. quoniam quidem. & lxxv. dist. c. j. alias obtinet quod hic dicitur, ut xvj. q. j. ne pro cuiuslibet. quia cum sit in mora petendi consecrationem, mora sibi debet imputari, & debet etiam ab illa dignitate repelli: ut in d. c. quoniam quidem. De istis temporibus ad eligendum electionem præsentandum, &c. uide gl. magistralem in c. si electio. eo. tit. lib. vj.

[f] De consecrandis. Arg. contra infra, de conces. ꝑbend. post electionem. in princi. ubi soluitur.

[g] Ad quem spectãt. Ante enim cõsecrationem nõ dicitur pleno iure habere ecclesiã, cum adhuc tempore cõsecrationis possit excipi contra ipsum. ĩ. de accu. super his. merito debet expectari usq; ad tempus consecrationis postea uero possunt cõferri beneficia, quæ habuerat. & hoc cũ fuerit negligẽs, & in mora, ut dictum est, & sic ante consecrationem nõ dicitur ecclesiam habere: quia habere est cum effectu habere. ff. de verb. signifi. nomẽ filiarũ. §. habere. tamẽ dicĩt maritus ecclesiæ: ut sine licentia papæ eam dimittere nõ possit. infra de trãsla. inter corporalia. Sed si ante tempus prædictũ consecrationẽ receperit, statim possunt conferri beneficia priora, quia plene dicitur trãslatus. xxj. q. ij. si quis iam translatus. & xvj. q. j. ne pro cuiuslibet. nec potest repelli a cõsecratione, nisi ꝑ accusationem directam: ut infra, de accus. super his. & c. qualiter & quãdo. In alijs dignitatibus inferioribus secus est: quia qui habet curam animarum, si eligatur ad consimilem habita confirmatione & administratione, ipso iure uacat prima: ut ĩ. eo. dudum. ij. & ĩ. de præben. de multa. Si primum beneficium non habeat curam animarum, sed secundum, tunc primum ipso iure uacat [4]. sed non de facto si semper retineat primum. ĩ. de conces. præbend. literas. & c. cum nostris.

[4] Vacat. imo non uacat. Pa. Archidiaconus, an habeat curam animarum.

Glossa sequens notat quòd archid. habeat curam: signat contrarium, & soluit.

[h] Archidiaconatum. Sic uidetur quod archidiaconus habeat curam animarũ, sed non principaliter. argumen. xvj. q. vij. c. nullus. j. argu. ĩ. de off. arch. cum satis. ubi de hoc. Et est verũ, qđ archidiaconus qui habet inquirere & uisitare parochiam suam, curã habeat animarum: unde si recipiat aliam prælationẽ curam animarum habentem ipso iure uacat archidiaconatus: ut est expressum. ĩ. eod. c. dudum. ij. & infra de præbend. de multa. & potest excommunicare & suspendere. infra de eo qui fur. or. rece. c. j. & etiam alij prælati, ut ibi dicitur. Sed uidetur contra. xvj. q. ij. visis. xxiiij. q. iij. corripiantur. ubi dicitur quod anathema est mucro episcopi. Archidiaconi uel alij prælati non possunt excommunicare cum solennitate illa de qua traditur. xj. q. iij. debẽt. & c. cum aliquis. vt capitula

pitula illa intelligātur, & loquātur de illa solēnitate.

a Attigerit. Dispensatiue tamen potest, licet sit in minori ætate. infra de ætate & quali. præterea ut quidam dicunt. de hoc dicetur infra, eod. cum dilectus. Sed contra. lxxxviij. distinct. si quis xxx. & c. præsbyter. ubi dicitur, quod ante xxx. annum præsbyter ordinari non debet, & hic dicit, quod statim deberet post xxv. annum, quod tales prælati debent esse præsbyteri xxj. quæst. ij. sicut. argum. infra, de ætate & qualita. præterea. Satis potest dici, quod hodie statur huic cap. secundū quod not. in cap. illo. si quis xxx. Vel expone præsbyter, id est, episcopus, & sic cōcor. huic ca.

afflictis afflictio. ꝯ. de cler. ægro. ex parte. & vij. qōe. j. cum percussio. Et illud intelligitur de tali qui culpa sua factus est irregularis, & ideo remouetur.

h Tunc. Id est illa uice tantum. ꝯ. eo. cum Vintoñ.

i Priuatos. Ipso iure. infra eod. innotuit.

gerit [a], & sciētia, & moribus commendandus existat. Cū autem assumptus fuerit, si archidiacon. in diaconum, & decanus & reliqui admoniti non fuerint præfixo à canonibus [b] tempore in præsbyteros ordinati: & ab isto remoueantur [c] officio, & alijs conferatur, qui & uelint [d], & possint illud cōueniēter implere. Nec prosit eis appellationis refugium, si forte in constitutionis istius trāsgressionem, per appellationem uoluerint se tueri. Hoc sanè non solum de promouendis [e], sed etiā de his qui iā promoti [f] sunt, si canones [g] non obsistāt, pręcipimus obseruari.

Eligentes indignum contra formā huius cap. priuati † *sunt pro prima uice potestate eligendi: et idem in collatore, et defectū capituli supplet episcopus, & econuerso: & si capitulū negligit, fit deuolutio ad metropolitanum. h.d. vsq; ad finem.*

† Io. And. c. odia. de reg. iur. in vj. in mercuria. Pa. castr. cōs. 355. lib. j.

Clerici sanè si contra formam istam quenquam elegerint, & eligēdi tūc [h] potestate priuatos [i], & ab ecclesiasticis beneficijs [k] triennio nouerint se suspensos. Dignū est enim, ut quos Dei timor a malo non reuocat, ecclesiasticæ saltem coerceat [l] seueritas disciplinæ. Episcopus autem si cōtra hæc fecerit [m], aut consenserit fieri: in conferendis [n] prædictis officijs † & beneficijs potestatem amittat, & per capitulū [o] aut per metropolitanum (si capitulum cōcordàre nequiuerit) ordinentur.

† Hæc in multis exempl. manuscriptis non reperiuntur.

Item Rauennati archiepiscopo.

Compromittentes super electione, tenentur recipere electū à cōpromissario, si est idoneus.

CAP. VIII.

CAusam, quæ inter moniales sanctæ Margaretæ: & infra. Si sorores in episcopum electionem cōtulerint [p] promittentes, [q] ꝙ illam quā eis ꝓuideret [r], reciperēt: ipsam, quam prouiderit, facias ab eis (si tamen [s] existat idonea) † in suam

b A canonibus. Hic fit mētio de illis canonib. lxxv. dist. quasi per totū, & ꝯ. de tempo. or. c. j. ij. & iij. & qa post confirmationem, debēt ordinari in proximis iiij. temporibus. uel saltem usque ad sex menses, nec credo quod loquatur de illis canonibus. lxxvij. distinct. quicūque. ibi post diaconum statur per quinquennium ad sacerdotium recipiendum, quia nō credo tantum spectandum, imo de illo. lxxvij. distinct. cap. ultimo.

c Remoueantur. Signat contra hoc lxxiiij. distin. consuluit. Sol. cum iste susceperit alterum connexorum, tenetur ad reliquū. secus in alijs clericis qui per subtractionē beneficiorū sunt compellendi ad ordines, quando necessitas vel utilitas subest. ꝯ. de æta. & quali. c. quæris.

d Velint & possint. Alias sola uoluntas non sufficit, ubi est opus facto. infra de eo, qui mitti. in possess. constitutis.

Beneficio debet priuari, qui culpa sua nō potest ordinari.

e Promouendis. Habes hic, quod constitutio trahitur ad præterita. de hoc dictum est supra, de consti. c. vltim. Et hæc est ratio quare trahitur ad præterita, quia sine aliqua constitutione ad hoc tenentur per alia iura antiqua.

f Promoti. Id est electi & confirmati, sed non sunt ordinati.

g Si canones nō obsistant. Contra. ꝯ. de æta. & qual. ut abbates. Sic solue: hoc intelligit de tali q sine culpa sua factus est talis, ꝙ ordinē recipere non pōt secūdū canones. Vnde propter hoc, non debet remoueri, licet ordinē non possit recipere, quia nō est addenda

k Beneficijs. Nōl officijs. qs. n. officiaret tūc ecclesiā?

l Coerceat. Si. lxij. distin. docendus. & lxxxij. distin. plurimos. in fin. & C. de emenda. propin. l. una. & belli pestis interimat, quos delinquētes ad rectitudinis uiā Dei ꝑcepta non reuocant. xxiij. q. si qs. in fi.

m Fecerit. Cū ad eū pertinet collatio beneficiorum.

n Cōferendis. Ea vice, cū ad episcopū pertinet collatio bñficij, uel confirmādo primū successorē. & hoc cum ad alios ꝑtinet collatio, & insuper a perceptione ꝓprij beneficij suspendatur, s. e. ti. c. nihil ē.

o Capitulum. Et ita habes, quod minor supplet negligentiā maioris & ecōuerso. ꝯ. de concess. præbē. nulla. & c. qa diuersitatē. & ix. q. iij. cū simus. lxv. di. c. ul. lxxxix. distin. c. ij. & maior negligentiā minoris, sed illud est ordinarium. ut in c. cum simus.

CAusam quæ. Cōmunis est diuisio. secūda ibi, si sorores. Abb. Sic.

p Contulerint. Illud quidē recte potest fieri, & est una de formis cōcilij generalis. ꝯ. eo. quia ꝑꝑ. & est si. ff. ꝙ cuiusque uni. item eorum. §. si decuriones †. & etiā extra collegium pōt cōpromitti, qa episcopus nō est de collegio, licet sit caput. ꝯ. de test. requisisti. ar. vers. nō est tāta cōmunio inter episcopum & monasteria.

† Cōcor. tex. in l. si ꝓcurator ff. d cōdi. inde. nam dantes alicui potestatem videnē intellexisse de idoneo.

q Promittentes. Simile. ꝯ. de renū. post trāslationē.

Glossa sequens quærit & remittit.

r Prouiderent. Quid dices, nunquid possunt reuocare talem collationē factā episcopo, antequā ipse prouiderit? Nō uidetur. ꝯ. eo. in causis. ubi dicit de hoc.

Glossa sequens arg. allega. xi. iura. & vi. allega. in contrarium, & soluit.

s Si tamen existat idonea. Ar. est hic, quod cū aliqd generaliter cōmittitur arbitrio alicuius nō ualet, nisi legitime factū sit. ꝯ. d iureiu. quintauallis. & c. veniēs. ff. de ritu nup. quanquā. ff. pro socio. unde si neruæ. & in auth. de hær. & fal. §. his igitur. col. j. & ff. ne qd in lo. pub. l. ij. §. si qs à principe. ff. de ope. li. l. si libertus.

† Nō refert. an ordo elegerit: an is cui ordo commisit. Ioā. And.

C. de

C.de inoff.testa.si quãdo.j.de off.delega. ex parte.& xvj.q.j.& tẽporis.& c.postquam.Argu.contra.xxxij. q.vl.& ij.q.vj.c.à iudicib.§.arbitrarij.& j.de iureiu. si uero.ff.de reg.iu.& quisquis.& ff.de dã.infec. q bona.§.cũ inter.& xxiij.q.iiij.displicet tibi.in prin.Sol.

Hic potius loquimur de cõpromissario procuratore, q̃ de iudice, quod patet: q a nomine compromittẽtiũ eligit: nec posset hic resolui & soluẽdo pœnã: qd' fieret in uero arbitrio nõ homologato. Ioã. And.

si arbiter est compromissarius, eius arbitrio stãdũ est, siue æquũ, siue iniquum sit.ff.de arb. diẽ.§.stari nisi cõtra ius scriptũ, uel contra formã compromissi sit latũ. quia tunc non tenet.ij.q.vj.ei, qui.§.definitiua. & j. de cõfirma.uti.uel inut. examinata.& ff.de arbitr. si cum dies.§.compromissio. & C. quæ sent. sine appel.re.l.j.Si uero tãquã uir bonus arbitrari debet tunc nõ ualet dictũ suum, nisi sit æquũ: ut in dictis ca.ueniens.& quintauallis. & ff. pro socio, si societatẽ. & l.seq.

recipi [a] abbatissam.

Idem Vig. episcopo.

Electus ante confirmationẽ, beneficia conferre uel aliter administrare non potest.

CAP. IX.

NOsti quomodo Li-coñ. electus concedendi [b] honores uel prębẽdas aut alias disponẽdi de rebus ecclesiæ (cũ sua non sit electio confirmata [c]) non habeat facultatem [d] adde idem: & j. Mandamus igitur quatenus ei authoritate nostra præcipias, ut cõfessionem si quam fecit de prædictis, [e] studeat reuocare. [f]

Idem.

Electio facta post appellationẽ, et prima nõ cassata, et cõtra priuilegia ecclesiæ, cassanda est.

Glo. seq. quærit. alleg. pro quadrupliciter, sed dupliciter soluit.

[a] Recipi. Sed qd si elegerit malam, nunquid aliã episcopus poterit eligere, uel ẽt si electa noluerit cõsentire? Arg. quod sic. j.e. cũ terra. & qui optauit acetũ, põt iterũ optare vinũ.ff.de opti. leg. l. ij.& reproba electio, nulla est.vij. q.j. factus est. & ff. de pig.act.elegãter.§.qui reprobos.ff.ad Vell.quãuis.§.si cũ uenerit. Itẽ qui iurauit aliter, quã ei delatum est, iterum iurare debet.ff.de iureiurando.qui per salutem.In casu isto non poterit amplius eligere, quia functus est officio suo infra, de offic.delega.in literis. & ff.de re iudic.Paulus.quia semel functus est officio suo, siue bene siue male: ut ibi supra, eo.cap. proxi. & j.eo.innotuit.& c.causis.& de offi.deleg.in literis.

NOsti quomodo. Diuiditur, quia primo ponit ius ex quo infert mandatum: ibi, mãdamus. Ab.Si.

[b] Concedendi. Quod si faceret, deberet repelli. j.e. qualiter,& j.de præben.cum iamdudum. in fi. nisi in casu. j.eo.nihil ẽ.§.ult.& illud dispẽsatiue fit ne interim ecclesia patiatur detrimentũ in tẽporalibus uel ĩ spiritualibus: ut ibi dicitur, sed hic papa uoluit parcere huic electo: quia põt ipsum repellere, & facere sibi gratiã. Vel dic quod non fuit hoc deductum in iudicio, uel obiectum. Ar. j.de præben. dilectus filius.

[c] Confirmata. Per confirmationem acquirit electus plenam administrationem, & vinculum coniugale contractum est.infra, de transla.inter corporalia.

[d] Facultatem. Imo priuari deberet. j.eo. qualiter.

[e] De prædictis. Ista decreta.cõtinet gratiã, in eo qd' nõ fuit punitus, cõtinet ius ex eo qđ dicit, quod nõ habet facultatem disponendi, ante confirmationem.

Glossa sequens obycit, & soluit, secundo. argu. quod contra factum suum, &c. allega. quatuor iura pro, & quatuor contra. & soluit distinguendo.

[f] Reuocare. Sed quid est quod dicit, quod studeat reuocare? quia talis traditio nulla est: quia pro nõ dato habetur quod ab illo donatur, qui de iure donare non potest. j.de iure patro.quod aũt.in fi.sed talis reuocatio potius erat de facto, quã de iure, sicut donatio de facto tantũ fuit, ne ex tali facto crederet ius habere, & ne credatur hoc sibi licere. Item arg. qd' aliquis põt cõtra factũ suũ uenire.xij. q.j.certe.lv. distin pœnitentes. xxxv. q. ix. qd' qs cõmisit.C.de euic. si tibi liberã. Arg. contra.xvij.q. iiij. sunt qui opes.xviij qõ.ij. Eleutherius. ff.de ser.rust.præd. per fundũ.j.de clerici.coniug.diuersis. Sol. In sentẽtijs ĩter locutorijs iudex põt mutare, uel reuocare suam interlocutoriã. ff. de re iudi.quod iussit. j.de appell. cũ cessante. Circa negotia distingue, si ex mutatione nulli fit præiudiciũ, licitũ est mutare. Vbi ex mutatione alteri fit præiudicium, adhuc re integra licitũ est mutare. ff. de iurisd.om.iud.si conuenerit re non integra, non potest. ff.de reg. iur. nemo.nisi fauor aliud inducat.C.de lib.caus. interrogatã. Et est simile in reuocatione sentẽtiæ spiritualis. uel corporalis matrimonij.ubi decipit ecclesia. xxxv. q.ix sententiã.& melius.c.loci.§.his ita respondetur. & infrà de iudi. lator. & c. consanguinei. Et ideo hic potest contrauenire: quia administratio est ei interdicta, & sic replicaret de administratione, si ei obijciatur quod contra factum suum uenire non posit. ff.de iureiur.l.iusiurandum.j.responso.& l.seq. Ber.

CAP. X.

COnsiderauimus, q electio Ioannis Frontini, post appellat. [g] ad nos interpositam, & contra tenorem priuilegiorũ [h] ecclesiæ vestræ fuerit celebrata. Perpẽdimus etiã, quòd electio B. post illam qualemcũque electionem non cassatam, necnon & post appel. [i] (per quam ad suum statum omnia debent reduci) facta fuit: & infrà. Quapropter vtriusque electionem omnino cassamus, † & uobis in aliam personã idoneam & honestã cõueniendi, liberã tribuimus facultatem: ita q vtriq; prædictorũ fama [k] sua non minus integrè conseruetur, & quòd

† Propria quantũ ad primã q̃ aliqua: i propria quantũ ad secũdam, quæ ẽ nulla. Panor.

COnsideramus. Diuiditur. nam præmittit causam cassationum. Secundo utranque electionem cassat ibi, quapropter. Tertio mandat ecclesiæ prouideri: ibi, uobis autem. Abb.

[g] Post appellationem. Appellare ne fiat electio, non ualet, sed ne fiat nisi canonica, tunc bene ualet. j.e.cũ nobis.& intellige quod allegata fuit aliqua probabilis causa. quia siue appelletur in iudicio uel extra, appellationis causa exprimenda est: ut in decre. Inno. iiij.cordi nobis.de appel.lib.vj.

[h] Priuilegiorum. Quæ essent ista priuilegia, non habemus. H.

[i] Appellationem. Infra.c.bonæ.j.& j.de ap. cõstitutis. Contra, in illis tenuit electio secundo loco facta, & post alterius partis appellationẽ. In illa, constitutis tenuit electio secũda: quia prima ipso iure nulla [a] fuit, hic uero prima non fuit nulla, sed annullanda. In decre. illa bonæ. j. non tenuit tribus de causis: ut ibi dicitur. De hac materia dicetur. infra eo. auditis.

[k] Fama. Arg. infamiã non comitari depositũ. ff. de re mili.qui cũ uno.§.non omnis.& §.exauctoratus.Arg. contra.ff.de ijs, qui no.infa. l.ij. §. ignominiæ. Solu. est j.eo. super eo. quia non fuit cassata uitio personæ.

[a] Nulla. c. cũ terra. auditis. bi Pa. j. idem fi gunt cu dem, qu tunc sec da non nulla, cet prin teneat, electus p test elig re.ca.ut duas. j. in vj. Fr Ripa. rescripti Respons xv.

Ordinationem

in alijs ecclesijs posſint (ſi Deus gratiã dederit) ꝓmoueri. Vobis aũt liceat præter iſtã eccleſiæ ueſtræ ordinationem [a] in eorum alterum conuenire.

Idem.

Metropolitanus cõfirmatus, licet nondum receperit pallium, poteſt ſuum ſuffraganeum conſecrari facere.

CAP. XI.

SVffraganeis alicuius metropolitani, ad mãdatũ ipſius poſt cõfirmationem electionis ſuæ, etiam ſi pallium [b] nõ receperit, licitum eſt electum, qui ad eius iuriſdictionem pertinet, conſecrare.

Clemens tertius.

Is, cuius electio fuit caſſata non uitio perſonæ, ſed electionis modo, iterum eligi poteſt ſecus ſi uitio perſonæ.

CAP. XII.

SVper eo uerò, qđ quęrere uoluiſti, ſi alicuius electiõe caſſata, idẽ ad alterius eccleſiæ regimen electus fuerit, an eius electio debeat cõfirmari: hoc tuã uolumus diſcretionẽ tenere, ꝙ ſi prior electio non uitio perſonæ [c], ſed modò electionis caſſat. ꝓmotionẽ eius fieri in eadẽ etiam eccleſia: (Niſi forte ſimoniacæ [d] prauitatis aliqd interceſsiſſe conſtiterit) non debeat impedire.

Celeſtinus iij.

Nõ profeſſus poteſt poſtulari in abbatẽ, ſi ex aliqua bona cauſa fiat talis poſtulatio. h.d. ſecundum lecturam quæ eſt magis ſingularis.

CAP. XIII.

CVm monaſteriũ de Pellicea in tuo ſitũ epiſcopatu, ad eã diſſolutionẽ deuenerit (ſicut tuarũ literarũ inſinuatio patefecit) quod fratres eiuſdẽ domus obſeruantiam religionis & ordinem abiecerunt [e]: & infra. In quendã qui cũ fratrib. ſuis in eremo [f] eſt laudabiliter cõuerſatus, boni teſtimonij uirum unanimiter conſenſerunt, eum in abbatem, totis deſiderijs poſtulantes [g]. Tu uerò poſtulationi eorum præbui-

[a] Ordinationem. Dicunt quidam [1] præter iſtã quæ nunc caſſata eſt, ꝙ iterum poſſunt alterum eligere ſi uolunt. ſ. eo. ſuper eo. ſed hoc non credo: quia propter ſcandalum noluit papa qđ in illa uocatione aliquis eorum promoueretur, hodie tamen alia debet eſſe forma in electionibus faciendis. infra. eo. quia propter.

SVffraganeis. Iſta decr. facit ad ſecundam partẽ tituli & hoc d. Metropolitanus confirmatus & conſecratus non poteſt pallio non recepto ſuffraganeum ſuũ conſecrare. ſed poteſt mandare alijs ſuffraganeis ut illum conſecrent. Abbas Sicul.

[b] Pallium. Sed contra uidet: quia propter palliũ nondum receptum cõſecratio epiſcoporum differretur. c. diſt. quoniam. ubi de hoc, quia ante pallium receptum non poteſt conſecrare uirgines, ordines celebrare, uel epiſcopos cõſecrare. ĩ. e. qđ ſicut. ad idem facit. ĩ. e. trãſmiſſam. ꝓpter hoc dicunt quidam, ꝙ hæc non eſt decr. ſed fuit quædã ꝓuiſio. tamẽ poteſt tolerari, & uidet ſubeſſe quædam æquitas ut cum nõdum ſit in mora petendi palliũ, hoc habeat locum, ꝙ nunc uidetur: quia in traditione pallij plenitudo confert ponti ficalis officij. ĩ. de uſu pallij, niſi ſpecialis. Vnde & cum per ſe hoc facere non poſsit, neq; authoritatem alij faciẽdi præſtare poteſt: & eſt opt. arg. ĩ. de conſecra. eccle. uel alta. aqua. & arg. ff. ad ſe. conſul. mace. filium habeo. Dic ergo hic ut dixi. infra de transla. cum ex illo. Ber.

SVper eo. Iſta decr. quotidie allegatur. In qua primo ponit quæſtio. Secundo ſolutio: ibi, hoc tuam. In quo duo facit. nam primo reſpondendo diſtinguit. Secundo excipit: ibi, niſi. Abb.

[c] Non uitio perſonæ. Puta propter aliquam irregularitatem: quia erat illegitimus, uel propter crimen [2] quod ei fuit obiectum & probatum: quod ſi eſſet probatum, nõ poteſt eligi nec in illa nec in alia eccleſia, cum ſit ineligibilis. Et poteſt hic colligi arg. quod crimen in modum exceptionis probatum præiudicet ei in electione alia. ſed hoc eſſet pœnam imponere ordinariam. quod fieri non debet. infra, de ordi. cogni. cũ dilectus. in fine, & infra, de excep. denique. ff. de ijs qui nota. infa. Lucius. Dicas [3] quod ſi per hoc grauata fuit, & eſt ipſius opinio, poteſt & debet repelli. infrà, de teſt. teſtimonium. ca. Gregorij eſt. ubi caſus iſte ponitur, & argu. ij. quæ. v. presbyter. & capi. ſi mala ſama. & lxxxj. diſtin. tãtis. & infra, de accuſa. omnipotens. uel repellitur in alia electione, cum crimen obiectum probatum in modum exceptionis electionem de qua agitur contingebat. ĩ. de excep. denique. & infra, de confeſ. c. ij. ſed ſi modo electionis caſſetur electio, tunc non impeditur in alia electione: ut hic dicit, & ſ. eo. conſiderauimus.

[d] Simoniacæ. j. q. j. c. j. Argu. contra. infra, de ſimo. de regularibus. & j. q. v. c. j. quod hic dicĩ, ius eſt commune. quod ibi dicitur, diſpenſatio. Bern.

CVm monaſterium. Monachus unius monaſterij, poteſt eligi in abbatẽ alterius monaſterij. h.d. ſecundum lect. communiorem ſecundum quam parum utilitatis affert hæc decr. cum præſertim hodie ſit clarius prouiſum in cle. j. de electione. & diuiditur: qa primo ponitur petitio. ſecundo confirmatio: ibi, nos autem. Abb. Sic.

[e] Abiecerunt. Vnde deberent expelli. infra. ne cleri. uel mona. relatum. Bern.

[f] In eremo. Et ita uidetur, quod erat monachus, licet dicatur in eremo. alias non poſſet eligi ſed poſtulari. ĩ. eod. cum cauſam. & c. cũ in magiſtrũ. & c. officij. & eiuſdem religionis uel maioris [4] debet eſſe: quia non eſt licitũ deſcendere, ſed aſcẽdere. ĩ. de transla. licet. & xciij. di. legitimus. in fi. iuxta illud: & ambulabunt de uirtute in uirtutem &c. de pœ. diſtin. ij. dum ſanctam eccleſiam. Sed ſi intelligas quod iſte fuit eremita, tunc abbas eſſe nõ põt, quia eremita proprium habet: arg. xix. q. iij. c. per latum. §. econtra Paulus. ſed monachus proprium habere non poteſt infra, de ſtat. monach. cum ad monaſterium. in fi. Credo quod iſte fuit de eremo, quod ſic appellatur & eſt in Tuſcia: & ſunt alibi monachi: cui ſubſunt Camandulenſes, & illi de ſancto Damiano iuxta pontem ferreum.

Gloſſa ſequens quærit obijciendo, & tripliciter ſoluit.

[g] Poſtulantes. Sed quare dicit poſtulantes: non ne poterat eligi? Dicas, ꝙ primum monaſterium de pellicea erat alterius ordinis, uel ille monachus erat in minoribus ordinibus: & ideo debuit poſtulari: ut dictum eſt. ſ. de poſtu. præla. ca. ult. unde dicit in fine, ſicut

[1] Tanc. & Vin. & bene. dicũt, quo ad iuris definitionem ſi talis caſus occurreret hodie: & hoc placet. Inno. dicenti ꝙ etiã ĩ iſta uacatione de iure alter poterat eligi: ſed extra ius papa hoc interdixit ex cauſa. Io. And.

[2] De uitio enim corporis. i. infirmitate: dicit Compoſt. quod unica uice repulſus non repellitur ĩ alia ſi ceſſauit infirmitas. ĩ. c. cum inter canonicos. dic ut ibi. Io. And.

[3] Dicas. idem Pã.

[4] Alias, minoris & tũc loquitur de electo: ſed nõ credo curandũ, an ſit maioris uel minoris reli gionis: qa ſi põt præfici eccleſiæ ſeculari multo magis regulari, licet minoris religionis: hodie dic ut in concilio Vienẽ. eo. ti. cum rationi. Ioã. And.

sicut canonice facta est. unde uidetur, ꝙ cōpetentius poneretur in ti. præcedenti. Sed licet dicatur postulantes, non tamen credo, ꝙ fuerit simplex postulatio sed electio, & hoc satis innuitur ex eo ꝙ licet eandem ordinationem postulasti à se apo. cōfirmari, & ex eo ꝙ papa dicit nos eam confirmamus. si enim fuisset simplex postulatio, papa non dixisset confirmamus, sed dixisset, ipsā admittim⁹ uel non approbamus. s̃. ti. prox. bonæ. j. & ca. bonæ. ij. & sic bñ ponit̃ hic.

Glossa seq. quærit, & tripliciter soluit, & secundam improbat.

a Confirmamus. sed nunquid sufficit in hac dispensatione consensus solius episcopi? Ita, sed ad cautelā confirmatur. iste enim dubitabat an posset hoc facere: & iō papa respondendo confirmat factum ipsius: alias ipse papa dixisset: & nos postulationem admittimus. sed ipse solum confirmat factum episcopi. Vel ideo, quia forsitan suberat dominio papæ nullo medio. argum. ad hoc lviij. dist. ca. j. & ij. Sed ista litera uidetur contradicere ibi, tu uero postulationi &c. dic ut suprà dictum est.

sti assensum, & postulasti eandem ordinationem a se. apo. confirmari. Nos autem ipsam si facta est canonicè confirmamus a.

Idem.

Electio debet esse in libertate eligentium, nec ualet contraria consuetudo.

CAP. XIIII.

Cum terra b quæ funiculus c hæreditatis domini censebatur: & infra. Sicut ex quarundam literarum tenore accepimus, quidam in electionibus prauæ cōsuetudinis d morbus irrepsit: ut cū alicuius plati electio debet celebrari, conuentus ad quē pertinere dinoscitur, duas personas nominet latenter auribus patriarchæ uel principis exprimēdas, ut sic alterius eligēdæ uel totius electionis penitus irritandæ idem patriarcha uel princeps plenariā habeat facultatem: Quia igitur hoc redundat in grauamen & perniciē ecclesiasticæ libertatis præscriptā consuetudinis prauitatem sancimus penitus abolendā. Statuentes ut forma electionis canonicè in omnib. conuentualibus e ecclesijs obseruetur, uidelicet ut cùm dēt ecclesiæ cō suli, pastoris regimine destitutæ, electores in unum locū (in quo f fuerit electio celebranda) conueniant, & inuocata spiritussancti gratia, personam nominent. Quòd si in persona fuerit uel in electionis modo peccatum, tandiu in electione diligentiā g inquisitionis apponant, donec uacanti ecclesiæ de persona idonea † ualeāt prouidere. Quo facto non prohibemus, quin regis seu patriarchæ qui pro tēpore fuerit, requiratur assensus: sed propter hoc ipsam electionem, nolumus impediri.

Idem.

Per confirmationem electionis nō transfertur potestas exercendi ea quæ sunt ordinis, illa enim transferuntur per consecrationem. Abb.

CAP. XV.

Cum terra. Nō ualet cōsuetudo, per quam collegium ad alterius uoluntatem tenetur sibi eligere prælatum. h. d. Et diuiditur. Primo ponitur decisum exordiū. Secundo narratio ibi, sicut. Tertio prouisio: ibi, quia igitur. Et ibi tria facit, primo causam reddens damnat consuetudinem. secundo statuit, & statutum declarat: ibi, statuentes: tertio permittit, & permisionem determinat, ibi, quo facto. Abbas Siculus.

b Terra. Scilicet hyerosolimitana.

c Funiculus. Id est, portio.

d Consuetudinis. Notā consuetudinem contra libertatem ecclesiæ non ualere. de hoc dicitur supra, de consue. ca. j. & ulti.

e Conuentualibus. Ideo dicit conuentualibus: quia ubi est unicus sacerdos, patronus debet eligere. j. de iure patro. nobis. & xvj. q. ult. decernimus.

f In quo. Scilicet in ecclesia cui præesse debet in capitulo secundum consuetudinem loci illius, si commode fieri potest, alias ubi melius obtulerit facultas. xxiij. distinctio. in nomine domini. xij. quæstio. ij. præceptum, & infra eo. quod sicut.

Glossa sequens obijcit, ponit quatuor solutiones, et approbat ulti.

g Diligentiam. Hic sumitur argu. ꝙ eligentes possunt alium eligere prima electione nō probata per superiorem. Sed contra. s̃. e. cum in cunctis. & j̃. eod. innotuit. & s̃. e. considerauimus. j̃. de concess. præben. c. post electionem. Quod hic dicitur, sic potest intelligi, diligēciam inquisitionis apponat &c. non alium eligendo statim, sed quærendo aliquem idoneum quem eligāt alio reprobato, & hoc intelligit̃ post reprobationem alterius, uel cum sub ea conditione eligunt, si primus nō obtinuerit. argum. lxxxv. di. archidiaconū Florētinum. Et secunda electio expirabit, prīa obtinente, sicut fit in substitutione. C de impu. & alij substi. post aditam. ar. ad hoc. lxj. dist. studij. Et loquit̃ de ignorantibus uitiū electi, & diligentiā i adhibentibus, alias priuarētur ipso iure potestate eligēdi. s. eod. cū in cūctis. & s̃. eo. innotuit. & ita scripsit hic Lau. Hodie uero non ualet electio per uota conditionalia: ut in decret. Inno. iiij. infra eo. quę incipit, in electionib. li. vj. Sed uidetur ex ipsa litera, quod alius sit intellectus. Et litera sic exponitur, quod in persona, scilicet eligenda de qua inter electores fit mentio ad eligendum & nominata ante electionem factā, uel in electionis modo: quia forte nō intersunt omnes qui debent interesse, uel non seruatur forma secundum antiqua uel secundum noua iura in ecclesijs cathedralibus & abbatijs quā habes. infra eo. quia propter. tandiu in electione facta seu facienda siue in tractatu electionis: & sic tandiu deliberent & inquirant de persona idonea, quousq; ipsum inueniant, & tunc demum ipsum eligant, & sic satis plane sonat etiam litera. Hodie uero uidet̃ seruanda forma etiam in cōuentualibus ecclesijs omnibus quæ traditur. j̃. e. quia propter. licet uideatur loqui de cathedralibus ex uerbis illis, ecclesiæ uiduatæ: qa illæ solæ dicuntur uiduatæ: quia ibi dicitur uinculum coniugale contractum: in alijs inferioribus non ita: sed tamen hodie extenditur ad omnes, licet impropriè dicantur uiduatæ: tamen quo ad multa uiduatæ dicuntur ex quo prælatum non habent qui possit negotia illorum procu-

† Alias, congrua.

i Per quā apparēte impedimento, ꝓbabit̃ ignorātia. si enim nil de cōtingentibus omiserunt: latēs uitiū electi nō imputabitur eis: argu. ff. de redhi. l. j. §. si intelligatur. & l. quærit̃. § fi. & ff. de instit. sed & si pupillus. §. de quo palam. cū quilibet præsumatur bonus. de ꝓsum. c. si. Ioā. And. Ecclesiæ cathedrales tātum morte ꝓlati uiduatæ dicuntur.

procurare,& quod ſic litera exponēda ſit,patet ex eo quod dicit perſonam nominet. quia per nominationē non fiet electio.

T Ranſmiſſam.pertinet iſta decre.ad ſecundā partem tituli,ſcilicet de electi poteſtate.& h.d.Electus cōfirmatus nō conſecratus poteſt exercere quæ ſunt iuriſdictionis, non autem ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis. Ioan. And. Et diuiditur, quia in prima ponitur conſultatio:in ſecunda reſpōſio: ibi reſpōdemus.Abb. Sic.

articulum de quo conſtabat:ibi,nos attendentes. tertio ibi,Sane illud de quo non conſtabat, definiendum committit. Abb. Sic. Hæc decre. fuit prima in tertia compilatione in tit.

[4] Recedere idem ĩ electionibus quæ ĩ canonicis fiunt post illas publicatas non licet uariare. ij. q. vj. nominationes. C. de appell. l. qui ad ciuilia. Innocen. Io. And. in no uel,

[f] Non compromiserint. maxime supple: quia idem est ac si compromisissent, ut dicitur supra: quia siue compromiserint, siue non, possunt mutare cõsensum suum: ut dictum est.

[g] Volente. Vt uoluntas impleatur, necesse est: quia vbi est opus facto, uoluntas non sufficit. j̃. de eo. qui mit. in pos. causa rei ser. constitutus. & j̃. de big. nup.

Dudum

in ordinibus, ſcientia uel ætate. et fuit ſcienter electus, electus à minori parte ſi eſt dignus confirmabitur.

CAP. XXII.

j DVdum ad audientiam noſtrã quæſtione perlata peruenit, quod uacante præpoſitura Colonien. eccleſiæ in duo ſe uota eligentium diuiſiſſent, cauſam iudicibus duximus committendã: & infrà. Ipſi uerò partes ad ſuã præſentiam conuocarunt: receperunt teſtes, examinauerunt eligentium conſcientias a, audiuerunt allegationes utrinq;. Et quoniam præpoſitus ſancti Georgij, eorum ſententiæ ſe aſſeruit nolle ſtare, proceſſum ad ſedé apoſtolicã deſtinarunt b, & infrà. Cumq; nuntij præpoſiti ſanctorum apoſtolorũ ſtatuto termino ad præſentiã noſtram acceſsiſſent, præpoſitus ſancti Georgij nec uenit, nec pro ſe miſit idoneum reſponſalem: & infrà. Geſtis igitur iudicum diligenter inſpectis inuenimus, quòd pro præpoſito ſanctorum apoſtolorum authoritas, pro ꝑpoſito uero ſancti Georgij numerus c eligentium faciebat: cùm primus à xiiij. tũ perſonis tum canonicis, qui alios dignitate d, ætate, & tempore e † præcedebant, ſecundus uerò à xxiiij. fuiſſet electus: & infrà. Cùm autem allegationes pro eodem præpoſito ſancti Georgij coram iudicib. ipſis propoſitæ, nobis non fuerint præſentatæ f propter quod non potuimus ſcire g per nos quid obiecerit, uel quid reſponderit ad obiecta, ſicq; cauſa remiſſa non fuit ſufficienter inſtructa, ad diffinitiuam ſentẽtiam non duximus procedendum h, ſed deciſioné cauſæ ipſius iudicibus commiſimus ſub hac forma, ut ſi uel notoriũ eſſet, uel per ea quæ iam dicta erant cõſtaret quòd præpoſitus ſancti Georgij electionis i tempore pateretur uel in ordinibus k uel in ſcientia uel in ætate

DVdum. Prima pars ponit cõmiſsionem prius factam. Secunda ibi, Ipſi uero. ponit iudicũ proceſſum. Tertia ibi, Cumq; ponit unius partis comparationem & alterius contumaciam. Quarta ibi, Geſtis. examinat proceſſum non plene remiſſum: ob quam cauſam ſub certa forma definiẽdũ committit. Abb.

a Conſcientias. Nota conſcientias eligentium examinandas, ſicut conſcientia accuſatoris. ij. q. vij. ſi qui ſunt.

b Deſtinarunt. Quoniam ita mandauit pa. quod ſi altera partiũ nollet quod ipſi iudices cauſam terminarẽt cauſam inſtructam remitterẽt ad ipsũ. alias nõ fuiſſet eis licitum recuſare.

c Numerus. Ex eo quod hic dicit in fine, colligitur, quod numerus præfert autoritati. ĩ. de app. conſtitutis. non enim præferẽda eſt dignitas niſi cum numerus eſt par, uel in modicũ excedit. ff. de pact. maiorem. & ĩ. eo. eccleſia ueſtra. ubi numerus non profuit. ĩ. de teſtib. in noſtra. & de hoc dicemus in illa decr. eccleſia ueſtra.

d Dignitate. Ecce in quibus conſiſtit autoritas. xxiij. diſtinctio. cap. j.

e Et tẽpore. Quia ante ordinati fuerunt uel inſtituti in eccleſia. ĩ. de maio. & obe. c. j.

f Præſentatæ. Et ſic non remiſerunt cauſam ſufficienter inſtructam: & ideo male fecerunt, quia cauſam inſtructam remittere debuerunt: ut C. de appel. ne cauſas. ĩ. de appel. conſtitutis. C. de rela. l. j. & ij.

g Scire. Sic ſupra eo. ſignificaſti.

h Procedendũ. Proceditur tñ contra contumacẽ in cã appellationis. ĩ. de appel. ſæpe. & C. de tẽp. appell. l. ult. §. illud. Sed hæc non fuit cauſa appellationis.

Gloſſ. ſeq. not. tempus electionis et c. alle. iij. iura in contrariũ alleg. duo, et ſoluit. Demum ponit Broçar. de initio ſpectando. alleg. pro initio. vi. c. et xi. ll. pro fine tria ca. et vi. leges, demum ſoluit.

i Electionis tempore. Iſta tria præcipue requirũtur in epiſcopo. ſ. eo. cũ in cunctis. Et not. quod in huiuſmodi electionibus tempus electionis ſpectatur an ſint tunc idonei. ĩ. de æta. & quali. cum bonæ. & ĩ. de cler. excõmuni. poſtulaſti arg. ĩ. eo. auditis. Ar. cõtra. ſ. de poſtu. bonæ. j. ĩ. eo. quod ſicut. §. ſi autem. Sol. tempus electionis debet ſpectari, & ſi tunc non tenuit electio ipſo iure, poteſt tractu tẽporis conualeſcere: ut in primis concor. & xvj. q. iij. c. placuit. §. poteſt. uerſi. quæ enim ab initio &c. ſi uero ab initio nõ erat nulla ipſo iure ſed per exceptionem poterat caſſari, tunc tractu temporis põt rata haberi: & ſic loquuntur contraria. Item ar. eſt hic initium ſpectandum. j. q. j. principatus. & xvj. q. iij. ſi ſacerdotes. & lv. diſtin. præcepta. & ĩ. de probat. poſt ceſsionem. & ff. de orig. iur. l. j. ff. de re. iur. quod ab initio. ff. de mino. deniq;. §. j. ff. de pub. iudi. is qui. ff. de iuriſ. om. iud. cum quædam. & ĩ. de for. compe. propoſuiſti. & ſ. de reſcript. eam te. ff. manda. l. ſi procuratorem. j. reſpon. ff. ad mace. ſi tamen. & ff. de pœnis. l. j. & C. de teſta. l. j. ff. de ua. mu. l. ij. §. q ad munera. & ff. de pecu. licet. §. ſi filius. in fi. Ar. cõtra. ſcilicet finem ſpectandum. ĩ. de teſt. cog. ca. præterea. ĩ. de deſpon. impub. acceſsit. & ca. literas. ff. de rit. nup. ſi qs. ff. de iure fiſci. non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iudi. cum furioſus. ff. de ſtatu. ho. liber homo. inſti. de inge. §. ſufficit. & ꝓ utraq; parte. ff. communia præ. receptum eſt l. Solu. uerum eſt initium fore ſpectandum in contractib. uel quaſi. & in delictis uel quaſi z. in omni enim negotio, ex quo actio oriri poteſt: & in decretis & conſtitutionib. niſi propter fauorem aliud contingat, ſicut in matrimonio uel libertate: ut patet per concor. proxime poſitas. Illud quod dicitur, finem ſpectandum, habet locum cũ quæritur an id dedit uel non dedit ſeu quando dediſſe vr: uel qñ poſsidet uel reſtituit ſiue cum capere potuit. in auth. de nup. §. quia uero hactenus. colla. iiij. & ff. de ali. & cib. lega. l. mela. inſpicitur enim tẽpus quo capax eſt. ff. de iure fiſ. non intelligitur. §. ſi quis palam. Et ſi ago contra te, & non competit mihi ius, ſi tempore ſententiæ competit, ſequitur condẽnatio. ff. de pecu. quæſitum. ff. de rei uen. ſin autem. §. j. ff. depoſi. l. j. §. non ſolum.

k In ordinibus. Talis electio nulla eſt, & deuoluitur poteſtas eligendi ad alios licet pauciores, ut hic patet expreſſe. & hoc intellige quando ex certa ſcientia eligitur. alias non eſſent priuati ſi probarent ignorantiam, & ita iſta tria & quodlibet illorum, reddũt electionem nullam.

Alias, denunciarunt.

† Iſte tex. quotidie ad hoc allegatur quod ſocius dignitate, ætate & receptionis tẽpore ſocium præcedit concord. glo. ĩ uer. cõtra maiores in c. lex. ij. diſ.

l Alia iura circa idem & circa mediũ ſpectandũ & nõ ſpectandum, uide. ĩ. de cẽſi. ca. iij. in gloſ. ij. Ioã. And. in nouel.

z Adde tex. & ibi Bart. in l. quod ait. §. qđ ait. ff. de adul.

defectũ, qui eum iuxta canonũ ſanctiones † impediret ad huiuſmodi officium promoueri, ei (nõ obſtante ipſius abſentia corporali [a]) ſilentium imponentes, præpoſito ſanctorum apoſtolorũ præpoſituram adiudicarẽt eandẽ: alioqui (cum in eum nõ ſolum plures, ſed duæ penè partes conuenerint, & impedimẽtis [b] ceſſantibus appareat quòd eum bono zelo elegerint) præpoſiti ſanctorũ apoſtolorum electione caſſata, electionem confirmarent ipſius, & ei facerent tanquam præpoſito reſponderi.

Idem canonicis Maguntinen.

Recipientes poſtulatum ad eccleſiam tãquam inſtitutum uel adminiſtratorẽ ante admißionẽ poſtulationis à ſuperiore factam priuati ſunt poteſtate eligendi, et ad alios licet pauciores deuoluitur poteſtas eligendi: & ſi oẽs priuati ſunt deuoluitur ad papam in eccleſijs cathedralib. h.d. ſecundũ principaliorẽ intellectũ qui magis congruit literæ.

CAP. XXIII.

BOnæ memoriæ Maguntin. archiepiſcopo uiã uniuerſæ carnis ingreſſo, & quibuſdã petentib. Vuarmacien. epm, quibuſdã uero archiepiſcopũ ueſtrum tunc præpoſitum ſancti Petri. Maguntin. ſibi eligentibus in paſtorem: Præneſtino epiſcopo à ſede apoſtolica legato, dedimus in mandatis ut ſi eundem epiſcopum quo ad temporalia uel

† Alias, ſãctiones canõicas

[a] Corporali. Sic j. de re iudi. cum olim. & bene poteſt procedi contra abſentem in iſto caſu etiam lit. nõ conteſt. quoniam frequenter. §. porro. Ar. cõtra. j. de dolo & contu. cum olim ubi expectatur per annum. Sed illud in eo qui appellauit: illud quod dixit, quod poteſt procedi contra abſentem legitime eo citato, intelligas, ut j. de ap. per tuas.

[b] Impedimentis. Propoſitis contra ipſum in ætate, in ordinibus, in ſcientia, in literatura.

BOnæ memoriæ. Qui per impreſsionem laicorum aliquem poſtularunt, ipſo iure ſunt priuati poteſtate eligendi. h.d. ſecundum intellectum qui multum placet Innoc. Hæc tamen lectura non multum conuenit huic literæ, ſed allegationi contẽtæ in antiqua. Tertio legitur ſecundum eundem Innocen. Qui poſt & contra appellationẽ legitimam aliquẽ poſtularũt: ipſo facto ſunt priuati poteſtate eligẽdi: & ad alios licet pauciores poteſtas deuoluitur, hæc etiam lectura non multum congruit literæ, ſed magis elicitur ex antiqua. Diuiditur principaliter in quatuor partes. In prima ponitur factum, & ſub certa forma facti cõmiſsio. In ſecũda ibi, licet aũt proceſſus factus iuxta dictã formã. In tertia ibi, contra uero oppoſitio cõtra proceſſum legati, & reſponſio. In quarta, ibi nos igitur. motus principis, & confirmatio proceſſus.

Et pro euidentia caſus præmitte quod uacante imperio duo fuerunt electi in diſcordia. Otho: [1] ſcilicet & Philippus [2]. Ciuitas maguntina adhærebat tunc Philippo. Præpoſitus autem ſancti Petri qui alias erat canonicus maguntinus & quidam alij canonici maguntini adhærebant Othoni. Vnde propter potentiam Philippi non audebant ſtare in ciuitate maguntina, interim uacabat eccleſia maguntina. Inſtabat Philippus ut poſtularetur epiſcopus Vvarmatien. canonici autem exitij non audentes uenire ad ciuitatem propter potentiam Philippi, timentes ibidem impreßionem, ne ſcilicet compellerentur eligere ad petitionem Philippi, miſerunt nuntium ad capitulum petentes quod cum inſtaret tempus electionis fiendæ, aßignarẽt locum tutum in quo nulla timeretur impreßio, alias appellabant ad Romanum pontificem. Capitulum uero hac petitione non obſtante poſtulauit Vvarmatien. epiſcopum, & appellauit ne aliquid attentaretur per alios in præiudicium ipſius poſtulationis, & receperunt iſtum epiſcopum poſtulatum ad adminiſtrandum iura ipſius eccleſiæ antequam papa poſtulationem admitteret. Canonici uero abſentes, (licet paucißimi numero) elegerunt dictum præpoſitum in archiepiſcopum. Orta itaque contentione ſuper iuribus electionis & poſtulationis. Contra ipſam poſtulationem factam à maiori parte opponebatur principaliter tria ſecundũ unũ intellectũ. Primo quod poſtulauerant poſt & contra appellationẽ legitimã. Secundo quod receperũt poſtulatum in adminiſtratorẽ iuriũ eccleſiæ. ſeu qd ipſe poſtulatus adminiſtrauerat ante admiſſam poſtulationẽ, Tertio quod per impreßionẽ laicorũ uidelicet Philippi & aliorũ procerum dictum epiſcopum poſtulauerunt. Cõtra electionem uero factã ab alia parte opponebantur principaliter duo. Primo qd fuerat facta a paucißimis canonicis. Secundo quod poſt appellationem interpoſitam à maiori parte. Poteſt addi tertia oppoſitio. quod fuerat facta poſtulatione non caſſata. Cauſa fuit delata ad papam, qui cauſam delegauit legato qui erat in partib. ſuis hac forma, quod ſi cõſtaret illos canonicos recepiſſe dictũ poſtulatũ in adminiſtratorem, uel quod ipſe poſtulatus adminiſtraſſet in ſpiritualib. uel tẽporalibus: illã poſtulationẽ nuntiaret irritam & inanem: mãdauit forte de alijs cauſis inquiri quæ fuerunt ex hac litera deciſæ. In facto uero electionis mandauit inquiri de metu quem præpoſitus & alij canonici timebãt, & ſi de eo cõſtaret mandauit cõfirmari electionem eorum. Non obſtãte appellatione à capitulo interpoſita: cum ipſi non duxerunt deferendũ appellationi interpoſiti ab alia parte. Legatus uero licet notoria forẽt quæ obijciebantur cõtra poſtulatũ, tamen ad maiorẽ cautelam teſtes recepit, & cũ de obiectis fuiſſet ſibi facta fides, illam poſtulationem denuntiauit irritam, & electionem aliorum canonicorũ confirmauit, & electum ordinatũ in presbyterum & in epiſcopũ cõſecrauit. Cõtra proceſſum legati oppoſuit capitulũ inter cætera quod eis et Vvarmatien. epiſcopo nõ citatis proceſſerat, et ſic ex defectu citationis dicebant proceſſũ nullũ: Papa uero iſtã obiectionẽ multipliciter cõfutauit: quia primo cũ iſte exceſſus eſſet notorius nõ indigebat aliqua examinatione nec citatione. Secũdo quia pſumendũ eſt pro his q à iudice ſunt acta, nec poterãt ipſi docere ſe non fuiſſe citatos. Quia licet

quilibet

[1] Otho. Saxonum Ducis filius huius nois iiij.

[2] Philippus Sueuiæ Dux, qui quandiu uixit pualuit.

quilibet diceret de se: eorũ tamẽ testimonia erãt singularia, & sic nõ probant. Tertiò quod ipsi miserunt nuncium ad se excusandũ, unde erat præsumptio quod fuerunt citati, & quemadmodũ miserunt nunciũ, ita poterant destinasse procuratorẽ. Et tandẽ papa inspectis prædictis & maximè quòd ex tribus causis supius expreßis ipsi canonici reddiderũt se indignos. Itẽ quia præsupposito quòd oẽs pariter deliquißẽt ptãs fuisset denotata ad ipsum Papam qui illam postulationẽ cassauit seu caßam & irritam pronunciauit & electionẽ factã de præposito qui intererat archiepiscopus confirmauit. Abbas Sic.

spiritualia recepisse constaret [a] ecclesiã Mag. uel ministrasse in temporalibus aut spiritualibus in eadem: postulationem factã de ipso nunciaret [b] irritã: & ĩ. Deinde inquireret de ipsius electione archiepĩ veritatem, & si ei de vi [c] quã ipse & sui metuebãt [d] constaret [e], eo nõ obstãte, ꝙ post ap. ad nos interpositã fuerat ĩ ipsius electione processum, cum alij qui appellationi ad nos interpositæ ne sine ipso ac socijs eius haberent in electione ꝓcessum, nõ duxerunt deferendũ: uti cõtra ipsum hac exceptione [f] nõ possent, Quia frustra legis auxiliũ inuocat, qui cõmittit in legem [†], unde nec ab eis posse obijci videbatᷓ ꝙ idem esset a paucioribus secũdũ eorũ assertionẽ electus, cũ ipsi ap. ad nos legitimè interpositã cõtemnẽtes: & præter licentiã [g] nostrã recipiẽtes epm memoratũ reddiderint se indignos electionẽ archiepĩ confirmaret [h]: & ĩ. Licet aũt essẽt notoria quæ cõtradictum Vuarmatien. epm & eius fautores fuerant obiecta: prædictus tñ legatus ad maiorẽ cautelã multos testes recepit [i] ex ipsius archiepiscopi parte productos. Vnde ipse iuxta mãdati nostri tenorem procedens, postulationem factã de Vuarmatien. cassauit [k], & electionẽ eiusdẽ archiepiscòpi memorati (quanuis a paucissimis [l] celebratã) curauit autoritate apost. confirmare, ipsumq; ordinauit in præsbyterũ & tandẽ in archiepm cõsecrauit: & ĩ. Contra uerò legati ꝓcessum hoc facere uidebatᷓ ꝙ non citatis Vuarmatien. epo & eius fautoribus processisset. Porrò excessus

[a] Constaret. Nam si hoc esset de iure communi, debuit perdere primã & secundã. xij. q. j. eps. & c si q̃s eps. & ĩ. de translat. quãto.

[b] Nũciaret. Si s̃. eo. qualiter. & ĩ. de præb. cũ iãdudum.

[c] De vi i. vio'ẽta impressione ĩferẽda. sic ĩ. e. cũ Vintonieñ. ut no. in casu. sed ibi fuit illata.

Gloss. seq. recitetur per quæstionẽ. an uocatus ad electionem qui iustè timet uenire, teneatur committere, et olim tenuit quod sic. In additione distinguit inter impedimentum proprium & commune.

[d] Metuebant. Si citati nõ poterant uenire ad ecclesiã cathedralẽ, debebãt cõstituere ꝓcuratores q̃ uice fungerent illorũ. ĩ. e. quia ꝓpter. & sic uidetᷓ ꝙ nõ ualuisset eorũ appellatio, quominus alij ꝓcedere potuissent: nõ credo ꝙ hodie ualeret talis appellatio: q̃a ex quo maior pars citat minorẽ, si iusta cã impediti uenire nõ possunt, cõstituere debẽt procuratorẽ. ĩ. e. ti. q̃a propter. alias credo, quod electio maioris partis præsentis ualeret per eandẽ constitutionẽ, quia ꝓpter. si aũt maior pars canonicorum iusta de causa [1] esset absens, nec posset uenire ad ecclesiã ĩ qua debet electio celebrari, & sint in loco in quo debẽt ad electionẽ uocari, satis credo, ꝙ minor pars debet ire ad maiorẽ, si potest, & ecõuerso. alias ad locũ cõmunẽ conueniant oẽs, uel cõstituãt procuratores, si ire nõ possunt. ĩ. e. qui. xxiij. dist. in nomine dñi. vers. si. ubi dicitᷓ ꝙ si electio papæ in vrb. Romana fieri nõ pot: exeãt ad locũ idoneũ, sed in casu huius decr. aliud erat impedimentũ in quo absentes nõ debebãt ire, nec dare ꝓcuratores. timebãt enim vim sibi fieri in electione, i. uiolentam impressionem, & sic non habuissent liberam potestatem eligẽdi, nec eorum procuratores, & ideo tenuit eorum appellatio propter iustum metũ impressionis. & ita solus talis timor sufficit: licet impressio secuta nõ sit [2]. vnde de hoc mandauit Papa inquiri. arg. opp. ff. locati. habitatores. §. ult. & l. item querit. §. exercitu. alias aũt non debebant ire. uel si aliud iustum impedimentũ habebant cõstituere procuratores, alias procedere debent ad electionẽ ex quo uocati erãt per illam constitutionem: quia propter. In spirituali uero sicut in carnali matrimonio debet esse liber cõsensus: alias nullus esset consensus. ĩ. de spon. cum locum. Maguntini fauebant Philippo per cuius potentiam Vuormaciẽ. episcopus fuit postulatus & intrusus, præpositus iste fauebat Ottoni. qui electi erant in discordia. unde timebãt ipse & sui, ꝙ nõ possent liberum habere cõsensum in electione. unde appellauerunt ex illa causa, quæ iusta fuit. unde in locũ securũ utrique parti conuenire debebant. Bernardus.

[e] Cõstaret. Alias nõ ualuisset appellatio: uel posset suppleri: maxime si uocati nõ fuissent [3].

[f] Exceptione. Infra. de appel. an sit deferendum. & cap. constitutis. & ĩ. de usur. quia frustra. ff. de minor. auxilium. & xvij. q. iiij. frater noster. xij. q. ij. de uiro.

[g] Licentiam. Vnde priuandi sunt potestate eligendi illa vice. ĩ. de transla. quanto. quæ potest assignari cõtra id: quia hic ipso iure fuerunt priuati potestate eligendi, vnde tenuit electio postea facta. sed ibi dicit papa, suspendimus. ibi soluitur.

[h] Confirmaret. Quod si ecclesia Magunti. tali modo non recepisset: tunc legatus de utraque inquireret, & causam instructam ad sed. apo. remitteret.

[i] Recepit. Et ita quãdoq; probatur & examinatur, quod notoriũ est arg. xxiiij. q. j. pudenda. in fin. & xj. q. iij. eorum qui accusantur. quoniã licet aliquid manifestum sit, eius tamen interpretatio nõ est negligẽda. ff. de ven. inspi. l. j. §. nihil. quamuis nihil tam indubitatum est, quin recipiat quandam solicitam dubitationem in auth. de tabellio. circa medium constitutionis. col. vj. & ita potius recipiũt hic testes ad cautelã, quã de iuris necessitate. Vel quia ex superabundanti aliquid probatur. ff. de manu. causam. in princ. quia si transiuit, non potuit non esse notorium. ĩ. de transla. quanto. uel forsan quia sibi non erat notorium.

[k] Cassauit. i. reprobauit, uel irritam nunciauit: ut patet supra, quia constitit ei quod administrauit, & cepit ecclesiam præter authoritatem apost. sedis.

[l] A paucissimis. Sic supra de postu. gratum.

† Cõcor. text. in l. auxilium. ff. de min. & in l. fin. §. fin uero pœ̃stq̃. C. de iure de libe.

[1] Si uero uolũtarie tãtũ esset absens: tũc dicit Cõpostel. cũ Innocẽ. ꝙ vnus solus posset contradicere toti collegio, ne irent ad illos cũ sit ordinariũ

& regulare in cathedrali ecclesia electiones ipsorũ fieri debere s̃. eo. cum terra. ĩ. e. ꝙ sicut. xxiij. dist. in nomine dñi. argu. de appell. qua fronte: nisi iusta causa aliud inducat. Ioan. And.

[2] Tex. est in l. sed & si. in gl. j. ff. ad legẽ. Aquil. & in l. j. ĩ gl. fi. C. unde vi. & inst. de interr. § recuperandæ. in gl. in uers. lapides.

[3] Hoc uerum quoad causandũ postulationem: sed nõ ad confirmãdã electionẽ. ĩ. eod. bonæ. Io. And. in nouel.

[a] Notorius. Vt ij.q.j.de manif. & j̃.de accu.euidētis. [b] Præsumitur. Sic j̃.de renun.in præsentia.& j̃.de re iud.sicut j̃.de prob.post cessionem.& ij.q.vj.hoc etiā placuit.ff.de publi. q̄cunq;. Sed hodie non præsumit pro iudicis ꝓcessu, in p̄iudiciū alterius, nisi quatenus constiterit legitimis documētis. j̃. de ꝓba. q̄m cōtra. [c] Quāuis. Id est, quia. Sic ponit. j̃. de iureiu. quemadmodum.vers. quāuis interdum &c. [d] Negantis factū. Sic infra de renun. super hoc. & infra de proba.quoniam contra falsam. vj. quæst.ult.actor uel accusator.

† Cōcor. tex. in l.si vero. §. q̄ pro rei.cū gl. in ver. euidētissime.ff. qui satis. cog. & in l. ea quidē. C. de accu.

notorius [a] examinatione nō indiget [†], & ꝓ his quę a iudice sunt acta, præsumitur [b] ꝙ omnia ritè fuerint celebrata, quamuis [c] & quòd citati nō fuerint, non posset de facili comprobari: quia negantis factum [d] per rerum [e] naturam nulla est directa probatio: cum & si quilibet de se posset asserere, quòd ad eum citatio minime peruenisset, singuli tamen vestrum essent in suo testimonio singulares. [f] Ad ipsum quoque legatum (si uoluissent) securè [g] potuissent procuratorem idoneum desti

Glossa sequens primo dupliciter exponit textum. Secundo distinguit triplicem negatiuam. & in prima dupliciter subdistinguit.

[e] Per rerum naturam. i. secundum cursum causarū. C.de reb.cre.in bonæ.uel per rerum naturam.i.secundū naturalem probationē.i. per causam rerū, quoniā ea quæ non sunt, nō probant per aliquā causam. Eius enim ꝙ nō est, nulla est causa. Nō enim ratio priusq̄ persona quærēda est.ff.de iure cod.quidā referūt.§.j. sed ea quæ sunt, probant. Vel dic per rerum.i.causarū naturā.i.consuetudinē. Cōsuetudo enim est altera natura.q. d.secundū solitū cursum causarū negatiua nō pōt probari. De hac negatiua not.ꝙ tribus modis dicit. Et est negatiua facti iuris & qualitatis. Negatiua facti duplex est: pura & simplex, quæ nō habet determinationē loci, uel tēporis uel alterius rei. Et hæc negatiua pura & simplex probari non potest directe uel indirecte, ut si aliquis dicat se nunquā fuisse citatum, uel si quis dicat se nō cōtraxisse cū Ber. & de tali negatiua loquitur hic: & vj.q. ult.c. accusator. quod asseuerat. vnde onus probādi trāsfert ad aduersariū, & hoc ideo q̄a negationū nō sunt causæ, ut dixi [†]. Si aūt adijciatur tēpus uel locus uel aliquid cōsimile: tunc potest probari indirecte: vt j̃.de test.ex tenore.& c.series.& C.de cōtrah.& cōmit.sti.optimā.ut si exhibeatur instrumentū in quo stipulatio cōtineatur facta tali die & loco, ut in prædictis iuribus. Nō ob. qđ dicitur. j̃.de prob.tertio.& j̃.de testi.tam literis. in fi. q̄a ibi non probatur directe uel indirecte: sed præsumptiue. Item negatiua facti probatur, cum habeat in se implicitam affirmatiuā, ut si dicatur: ego nō sponte renunciaui. q. d. coactus renunciaui. & hoc debet probari ab eo, qui hoc negat. j̃.de renun.super hoc. Item negatiua iuris bene probatur, ut si negas emancipationem recte factā: hoc ipsum probare debes.ff.de proba.ab ea parte.§.j.quia qui negat aliquid iuste factū, dicit illud iniuste factū, unde illud probare debet. Negatiua qualitatis dicitur illa, iste non est idoneus, hic negatur qualitas. & hic nō est legitimus. iste non est diligens, non est soluēdo, hoc potest & debet probari ab eo qui hoc dicit: quia quilibet præsumit idoneus, nisi probetur contrarium. j̃.de præsumpt. dudum. & infra, de seru.in or.fa.c.uno.& ff.de leg.ij.cum quidā. & l.cum pater. §.rogo.& C.de inoff.test.omnimodo. argu.contra.C.de proba.ex persona.

Persona prius est quærenda quā ratio. Negatiua ē triplex.

[†] Adde de modo probandi negatiuā & per quem debeat ꝓbari ī l.ij. & ibi Cy. C. de iure emph. & i l. in cōtractibus. §.j & ibi Bar. C. de non nume.pe.

[†] Cōcor. text. in l. ob crimē. §. fi. ff. de testi. & in c.j.de contro.inuesti. & ibi Bal.

Glossa sequēs declarat text. per locū a diuisione, quærit arg. pro. soluit contrariū. iterum quærit, & soluit. tertiò quærit. allegat. negatiue, & soluit.

[f] Singulares. Et sic esset insufficiens testimonium illorum. j̃.eo.cū dilectus.& infra de accu.cum dilectus. in fi. [†] Si autē unus iuraret de facto alterius: subiret anceps periurium, quod esse nō debet.ff.de in lit.iur. videamus.ff.rer.amo. l. Marcellus. nisi forte sic iuraret: Ego iuro quod ille nō fuit citatus, ꝙ ego sciam. sic. j̃.de purg.can.quoties.in fi.sic viij.quæst.iij.Artaldus.in authen.de hæred.& fal.§. si uero absunt. col.j. alias est sub.§.sancimus.ubi dicitur, qđ testes iurēt ꝙ non sint cōscij alicuius malignitatis factæ ab hrdæ, hoc est dicere, qđ ipsi sciant. Sic patet ꝙ nullus potest probare se nō fuisse citatū, sed illi incumbit ꝓbatio qui dicit aliquē fuisse citatū, nō ei qui negat. legatus enim eos citauit: quod apparet ex eo quod ad legatū nuncium destinarūt, & ex eo quod dicit, omnia præsumūtur legitime acta. alias ei incumbit probatio qui dicit aduersariū fuisse citatū, nō ei qui negat. Sed nōne capitulum erat excusatum, si quilibet de capitulo iuret se nō fuisse citatū? Videtur ꝙ sic. Negatiua enim probatur per iuramentū ipsius negātis.ff.de iureiur.l.iij. §.quęcunq;.& j̃.de testib.præsentiū.lib.vj.& licet sit probatum de capitulo, nō tamen singuli probant de se: sed talis probatio nō releuaret capitulū. Sed qualiter probabit capitulū citatū? Dico ꝙ per hoc quod literæ citationis dirigūtur prælato & aliquibus maioribus de capitulo.ar. j̃.de post.ad hoc.xliiij. dist.cōmessationes.in fi. & j̃.de simo.ueniēs.insti.de iur.na. §.senatus.& ff.de cōdi.& demō.municipibus.ar. j̃.de procu.c.ult. Vel si nō habetur illorū copia sufficit legi literas publice in capitulo siue in claustro præsentibus qui inueniūtur. j̃.de do. & cōtu.causam quæ. & c.ulti.& j̃.de cle.nō resi.ex tuæ. & interrogādi sūt uicini siue parochiani, si uolūt defendere.ff.ex qui.cau.ma.l.ergo.& ff.de lib.agno.l.j. ff.de dam. infec. l.iiij. §.prætor. Sed si literæ præsentētur prælato & aliquibus de maioribus, uel soli prælato: & ipse occultauerit literas, nec præsentauerit eas capitulo, & nō uadat uel mittat ad iudicē: & sic iudex reputans capitulum cōtumax, totū capitulū suspēdat uel excōicet: nūq̄d illi cōtra si nihil sciuerūt, sunt excōicati? Videt̄ quod non. nā propter contumaciam procuratoris dominus nō punit.ff.si quis ius di.nō ob.l.j.§.si procurator. & infra, ut lite nō contest.c. j. in fi.ubi innuitur a contrario sensu, quod propter contumaciam procuratoris, dominus excōmunicari nō pōt, si dominus ignorauerit. Sed hoc tutius uidetur, quod capitulū petat absolutionē: quia præsumptio nō modica est contra ipsum capitulū, nisi capitulū doceret se nesciuisse: sed nō de facili posset hoc probare.arg.quod posset. j̃.de proba.c.iij.& c.ult. arg. quod capitulum sit excōmunicatum.arg. j̃.de sent.excō.c.Roma.§.ult.li.vj.Ber.

[g] Secure. Alioquin si non potuisset ire securus, poterat legitime appellare ab eo, nisi securū locum eidem prouidisset.infra de appellationibus. ex parte. & infra, ut lite non cōtestat.accedens.sed hoc fuit falsum, ut hic dicit. & si hoc esset, tamen potuit mittere procuratorem: sicut misit nuntium. infra de appellationibus.capitu. constitutus. & hic. Sed nunquid tenetur quis mittere procuratorem quādo ipse ire nō potest: puta quia sibi locus est suspectus, uel alias impeditus [†]? Nō credo: quia nemo compellitur mittere procuratorem, præcipue in magnis causis, ut erat ista: ut infra, de procuratoribus, capit.querelam.ubi de hoc: sed mittere debet, qui proponat exceptionē, alias teneret excommunicatio pro contumacia. infra de appellat. si duobus.

[†] In casu electionis hoc casu tenet̄ ut dicam in ca. statim all.& delegatus nō compellitur personaliter uenire: nisi ut dicitur de iud.c.j. lib. vj. Io. And.

Nunc

nare, sicut nuncium [a] destinarant: & infra. Nos igitur & si propter authoritatem iudiciariam præsumamus pro his quæ acta sunt a legato: illi tamen plus innitimur rationi, ꝙ aduersarij archiepiscopi ex tribus causis [b] prædictis se usque adeo reddiderunt indignos, ꝙ cõtra eũ nõ debebãt audiri: unde quod de ipso factũ fuerat, nõ poterat impediri ꝑ eos, quinetiã si electores eiusdem partis pariter deliquissent, ut se reddidissent indignos, ad nos [c] deuoluta fuisset hac uice [d] ordinatio ecclesiæ Maguntinẽsis. quare dictũ archiepiscopũ sine iuris iniuria potuissemus eidem ecclesiæ præficere in pastorem. Super his ergo, habito diligẽti tractatu cassationẽ postulationis factæ de Vuarmacieñ. episcopo

[1] Adde q̃ debẽt concurrer̃ ut eis credat̃ ꝑ l. si quis decurio. C. de fal.

[a] Nuncium. Not. simplicem nuncium nõ audiri. [1] argu. de procurat. alia quidem. & infra de dolo & contu. cum dilecti. argu. contra. insti. per quas perso. nob. acqui. §. j. & ff. deposi. l. j. §. si te rogauero. & infra, de off. delega. prudentiam [2].

[2] Secũdũ Io. prima pars uera, quo ad agendũ uel defendendũ. Secunda quo ad excusandũ uel denunciandũ. j. de procur. q̃relam. de appell. cũ parati. Io. And.

Glo. seq. princ. & fin. exponit dupliciter quod dicit d̃ tribus causis. itẽ miscet duo cõtraria: et soluit opin. interserens, quòd hoc cap. contineat gratiã, q̃d reꝓbat.

[b] Causis, scilicet quia nõ detulerũt appellationi, & q̃a indignum sine licẽtia Papæ receperunt. & quia citati non venerunt: & etiã quia idem episcopus sine licẽtia Papæ trãsiuit. Contra. supra eo. considerauimus. contra. infra eo. auditis. ubi utraque cassatur: quia factæ fuerunt electiones post appellationẽ, & prima nõ cassata, facta fuit secũda. idẽ debuit hic fieri: quia utraq; post appellationẽ facta fuit. Præterea & econtra opponit: eo ipso quod primi postulauerunt post appellationẽ sine alijs non fuerunt ipsi priuati potestate eligẽdi: quia alij potuerant cõsentire, & renũciare appellationi. s. de postu. bonæ. ij. & in prædictis decret. cõsiderauimus. & c. auditis. ergo secunda electio debuit hic etiã cassari, cũ prima postulatio non fuerit nulla ipso iure. Solu. per talem postulationem factam post appellationem nullum ius fuit acquisitum uel gratia quã petere posset, & postulantes poterãt resilire a tali postulatione, cũ nondum esset præsentata superiori. s. de postu. bonæ. & sic habebant adhuc potestatẽ eligendi: & poterant cũ alijs eligere, si uoluissent: sed postea cũ receperũt eum sine licentia Papæ in contemptũ ipsius, cum nõ possent: tunc primo amiserũt potestatẽ eligẽdi: & magis deliquerunt, quã si indignum scienter eligerẽt. & plus est ipso facto delinquere, quam uerbo, & plus est contemnere legem uiuã, quam mortuã [3], ut patet in integra: & sic penes illos remãsit ius eligendi, quãuis essent numero paucissimi. supra, de postu. gratum. & appellationẽ nõ possunt opponere: cũ ipsi contra appellationem deliquerint, & cõtumaces fuerint: & ita ex tribus causis prædictis se fecerũt indignos. Sed ex una præcipue amiserũt potestatem eligẽdi recipiendo illum sine licẽtia Papæ: alias si nõ recepissent illũ, non amisissent potestatẽ eligendi, ut patet in integra. Quidã dicere uoluerunt ꝙ hæc decreta continet gratiam, sed forsan hoc dicunt qui intelligunt hanc decret. quod hæc electio facta fuisset antequã Maguntini recepissent Vuarmacieñ. uel administrasset. & si hoc fuisset (quod non est uerum) gratiam contineret. Vel dic ex tribus, præsumptione, scilicet: quia uirum pastorali dignitate præditum contra formam canonicam nõ solum eligere: sed etiam recipere præsumpserunt. Contemptu: quia postquam procurator eorum nostras literas reportauit, quibus mandabatur, quod si Vuarmacieñ. episcopus in tẽporalibus & spiritualibus ministrasset, ipsius cassaret̃ electio, ipsi postmodum, quasi electo suo (sicut ex eorum literis apparet, quibus eum electum suũ nominant) temere paruerũt. Et blasphemia: quia legatum nostrũ quantum in eis fuit infamantes eũ fuisse corruptũ pecunia sunt mentiti. hæc litera est in registro [4] & sic tribus causis reddiderunt se indignos, unde non debent audiri. supra eod. considerauimus. ut sequitur in gloss.

[3] Bal. hic.

[4] In antiqua nõ ẽ dicit Hostien. q̃ inepta fuit decisio simi. deinde ad liberandũ cũ si. Ioan. And.

Glo. sequens reci. per opin. Laurent. & contrariã. Tancr. quam approbat. In addition. distinguit inter ecclesias cathedrales et alias. Itẽ an propter negligentiam, an ex delicto priuentur. In fine ponit opinionem contrariam.

[c] Ad nos. Dixit Laurent. quod cũ simul omnes delinquunt eligẽdo indignum: tunc tantum trãsfertur potestas eligẽdi ad superiorẽ. [5] Si uero secũdi post electionem priorem similiter eligant indignum, reuertitur potestas eligendi ad priores: & facit pro eo quod dicit in litera pariter. & infra eo. cum Vintonien. Sed Tancr. dicit nõ esse uerũ, imo siue simul, siue separatim deliquerunt, transfertur potestas eligẽdi ad superiorẽ, sicut hic dicit. Et illud aduerbiũ pariter, non notat identitatem temporis ad peccandum [6], quod exigatur ut simul delinquant, sed uitij similitudinem. Et illa decre. cum Vintonien. nõ facit pro eo, ibi tantũ una pars peccauerat eligendo indignum hominem illegitime natum propter quod ius eligẽdi ad alios fuit deuolutũ: & illi licet quodãmodo deliquerũt eligendo per impressionem nõ amiserunt ius eligẽdi: & tunc primi & secundi simul postea debẽt eligere ut ibi dicitur. Sed ubi utraque pars peccat eligendo indignum in electionem episcoporũ & eorũ superiorum, siue eodem tempore siue diuersis peccent, semper transfertur eligendi potestas ad dominum Papam, ut hæc litera dicit. sic infra de cõcess. præbẽ. quia diuersitatem. & nõ reuertitur ad primos. sicut dixit Lau. & eodem modo intellige s. eo. titu. cũ in cunctis. §. clerici. quod debet intelligi secũdũ istã, ut ad Papam [7] eligendi potestas transferatur. secus est cum clerici sunt negligẽtes in eligendo: quia tũc deuoluitur eligẽdi potestas ad proximũ superiorem. infra, eo. ne pro defectu. In electionibus uero inferiorum prælatorum, cum eligitur, uel confirmat̃ indignus, seruari debet, quod dicitur supra eodem, cũ in cunctis. §. ult. & infra eo. nihil. Sed in casu negligentiæ seruatur, quod dicitur infra de concess. præben. nulla. exceptis abbatijs, ubi dantũr tres menses tantum, ut dicit decret. illa ne pro defectu. Et quod. c. cũ in cunctis. debeat sic intelligi, ex eo patet quod Papa in c. cum in cunctis. §. clerici non dicit ad quem deuoluatur eligendi potestas, unde debet intelligi, q̃d ad ipsum debet deuolui cum in inferioribus dignitatibus dixit ad quos deuoluatur potestas eligendi cum eligitur uel confirmatur indignus: ut eodẽ capitulo. §. ult. ut quod de minoribus concessit, de maioribus prohibuisse uideatur. Alij dicunt, quod ad proximum superiorem deuoluitur potestas eligendi, & hic non erat superior, nisi Papa: & idem dicunt in casu negligentiæ, ut dicit capit. ne pro defectu.

[5] Nota. Bart. in l. cũ quidã. ij. ff. de le. ij. & habetur ĩ c. dudũ. hoc ti.

[6] Ad idẽ est tex. in l. si fundus. §. si duo pariter. ff. de pigno. & l. si is cui. ff. de don. cau. mor.

[7] Papam. tex. c. quã quã. j. eo. in vj. & ibi gl. antepenult.

[d] Hac vice. Hoc ideo dicit: quia qui male eligunt. non puniuntur, nisi semel tantum, infra eodem titulo. auditis.

Confirmantes

a Confirmantes. Inno. dicit, quod debuit dicere duximus confirmandam. s. quondam, secundum quod in penult. glo. ibi notatur.

Q Verelam. Primo ponitur facti narratio. Secundo causæ definitio: ibi, nos igitur. Prima pars facit tria. Primo narrat causæ commissionē. Secundo duplicē actoris petitionē. Tertio rei responsionem. Secūda duo facit. Nā primo diffinit primum articulū cum expressione causæ & quadā determinatione. Secundo diffinit secundum articulum cum eadem determinatione. Abb. Sic.

ratam habemus, electionem memorati archiepiscopi confirmantes a.

Idem clericis sanctæ Agathæ.

Sufficit electo ad obtinendum docere eligentem fuisse in quasi possessione tempore electionis, licet non probet quòd proprietas iuris eligendi ad illum pertineret.

CAP. XXIIII.

Q Verelam quam G. tituli † sancti Vitalis præsbyter Card. per œconomum ecclesiæ vestræ, cuius idem card. est gubernator, contra P. præsbyterum ecclesiæ sancti Saluatoris, super ecclesia ipsa proposuit C. papa præd. † noster nobis in minori officio constitutis, audiendā cōmisit b. Petebat igitur œconomus præfatum P. ab ecclesia sancti Saluatoris (quā in præiudicium vestræ ecclesiæ, ac iniuriā cardi. prædicti occupare præsumpserat) remoueri, cū ipsa ecclesia pertineat ad ecclesiā sanctæ Agathæ pleno iure, petens c pensionem xvj. deñ. Papieñ. debitam ecclesiæ sanctæ Agathæ pro eadem ecclesia de Thermis sibi restitui † de nouo subtractam. Prædictus uerò P. respondebat quòd nullā iniuriā irrogauerat cardinali, nec in præiudiciū ecclesiæ vestræ receperat prædictam ecclesiam, cū hæc ad illam nullo iure pertineat, nec aliquā sibi debeat reddere pēsionem, sed ipse per electionem populi, ad quem de antiqua consuetudine d † pertinet electio, a cardinali sanctæ Susannæ (cui eadem ecclesia tanquā capella suo titulo in spiritualibus est subiecta) canonicè fuerat institutus: & j. Nos igitur rationibus vtriusq; partis auditis, dictū P. ab impetitione œconomi vestri e, super electione ac istitutione de se

† Alias, ecclesiæ.

† Scilicet Celest. iij.

† Alias, p priora iura restitui.

Glossa sequens arguit quæstionem dominicalem. allegat duo contraria, & soluit.

b Commisit. Arg. ad quæstionem dominicalem, quod si ille a quo appellatur, efficit eiusdem iurisdictionis cui9 est ille ad quem appellatur: quod nihilominus potest de causa cognoscere. ff. de iudic. si is qui Romæ. Argu. contra. ff. de iudic. iudicium. & l. mortuo. & l. Iulianus. Tamen honestius est, quod causam deleget: imo uidetur quod teneatur causam illam delegare. ff. de iurisdict. om. iud. l. prætor.

Glossa sequens arguit & allegat quinque iura. secundo oppo. de contrarietate petitionis, & soluit.

c Petens. Et ita patet quod duæ actiones simul proponi possunt in eodē libello. j. de cap. mo. dilectus. & j. de cau. poss. cū ecclesia. & c. seq. & ff. fa. erc. hæredes §. de pluribus. ff. de act. emp. & uen. non est nouū. & l. seq. Sed uidet ꝙ iste œconomus nō fuisset audiēdus: quia videbatur cōtrarius in sua petitione. petebat. n. illum Petrum remoueri ab ecclesia, ab eodem petēs pensionem sibi restitui. ista duo cōtraria uidentur qd' remoueatur, & pensionem soluat. si enim cōdemnaretur ut remoueretur de ecclesia, qualiter cōdēnaretur ad pensionem præstandā? Sic enim condemnaret qui non est prælatus. unde sententia illa nō præiudicat ecclesiæ, sed contraria petens nō auditur. j. de app. solicitudinem. & xxiij. q. vij. quod autem. lxxiiij. distinct. gesta. C. de mune. pa. professio tua. lib. x. & j. de iudi. examinata. Dico, quod illa nō obstant, licet enim petatur remoueri, interim tamen tanquā legitimus administrator est habēdus. viij. q. iiij. nonne. & accusato reo potest solui quod debetur ei. ff. de solu. reo. & ecōuerso a reo accusato potest peti quod debet. ff. eodē. sed nec illud. & si tibi legatus sit usus fructus, tributa præstare debes. ff. de vsufr. relicto. & l. si pendentes. §. vlti. & quia iste sic agebat &c. ff. ad Maced. l. iij. & infra de offic. deleg. coram. & si remoueretur, nihilominus condemnaretur ad solutionem pensionis nomine ecclesiæ: & teneret talis condemnatio. nam sicut condemnatur suo nomine, ita posset cōdēnari nomine ecclesiæ. argu. xvj. q. iiij. uolumus. & infra, ut lit. pen. quasi per totum.

ADDITIO. Vel dic, quod licet remoueatur, condemnari potest ad pensionem subtractā. x. q. ij. §. hoc ius. & §. qui rem. Io. An.

d Consuetudine. Quæ prouenit ex iure patronatus, quæ dat ius eligēdi j. de cau. poss. cū ecclesia. & j. de his quæ fiunt a prælat. sine consensu capi. c. ea noscitur.

Glossa sequens not. quòd in personam procuratoris, &c. inducit quatuor iura. et rationem. allega. contrarium, & soluit sub dēs circa principiū tres opin. demū dat tutum consilium.

† Cōcor. tex. ī l. ij. & ibi. Barto. q̄ sit lōga cōsuetu. & in auth. hoc ius porrectū. C. de sacro san. eccle. gl. in l. rē nō nouā. C. de legi.

e Oeconomi uestri. Videtur ergo ꝙ cōcipienda sunt verba sententiæ in persona procuratoris uel syndici, non principalis psonæ. j. de cēsi. olim. & j. de cap. mo. dilectus. C. de sen. & interlo. l. j. ff. de neg. gest. liberto. §. vlt. Si enim domin9 debet condemnari, quare ergo procurator caueret de iudicato soluēdo? Ar. cōtra. j. de prob. licet. sed ibi cōdemnatur cōmune Fauētiæ in personā procuratoris: quia in eo datur actio iudicati. ff. de re iud. si se nō obtulerit. & ideo necessario dominus, s. cōmune Fauētiæ condemnat. Vel dicas in spiritualibus causis in persona domini debeat fieri condemnatio, in causis matrimonialibus f & criminalibus. j. de proc. tuæ fraternitati. Arg. C. de iureiu. l. ulti. Sed dominus M. dixit, ꝙ tunc procurator est condemnandus, quādo dominus nunquam cōparuit in iudicio: quia dominus litis factus est: alioqui dominus condemnabitur, & nō procurator. C. de sentent. & interlocu. omnium iudicum. l. j. quia tunc nō fuit procurator dominus litis, quando post litem contest. datur procurator & argum. ad hoc. ff. de his qui no. infa. furti. §. si quis dominus. Io. B. & T. dicunt quod siue ab initio, siue ex postfacto procurator interuenit, in personam procuratoris formanda est sententia. C. de procurat. nihil arbitramur. & ff. de nego. gest. liberto. §. ulti. & ff. de procura. qui proprio. in principio. & l. licet in popularibus. in fin. Vt autem non incidas in aliquod periculum vel dubium, formare debes sententiam, in personā utriusq;, scilicet

f Cōsulit Hostiē. in his sic pronunciari. pronūcio Titiū maritum Seiæ, & Tit. procuratorē eius nomine matrimonij de quo agebat cōdemno pcipiēdo ut dictus Titius deinceps ei adhæreat vxori: & tā in lecto q̄ extra maritali affectione ptractet. j. de spons. ex parte. & cap. veniēs. j. Io. And.

facta in ecclesia sancti saluatoris absoluimus, et super his præfato œconomo silentiũ duximus imponendũ, cũ nobis constiterit, quod populus † in quasi possessione præsentandi clericũ existebat, quando ipsum presbyterum ad illam elegit, & ecclesia eadem spectat ad tit. sanctæ Susannæ in spiritualibus pleno iure salua quæstione super iure a patronatus inter ecclesiam uestrã, & populũ sæpe dictæ ecclesiæ sancti Saluatoris. Quia uerò fuit liquidè comprobatum, quod pẽsio xvj. den. Papien. monetæ fuerit clericis ecclesiæ uestræ pro ecclesia sancti Saluatoris de thermis † annuatim per multa tempora b persoluta, sed de nouo subtracta, nos in eundẽ statum c percipiendi hmõi de ecclesia sancti Saluatoris de thermis, ecclesiã uestrã decernimus reducendã: & ad solutionem pensionis subtractæ condemnamus presbyterum ante dictũ, salua quæstione proprietatis inter ecclesias memoratns.

Idem.

Eligentes scienter indignum, priuati sunt potestate eligendi in electione quæ primò occurrit facienda.

CAP. XXV.

CVm Vinton. ecclesia pastore uacaret, archidiaconus cũ suis fautorib. Salubrien. decanum, prior uerò & cõplices ei⁹ præcentorẽ Lincon. i episcopũ elegerunt: & infrà. Licet igitur omnes in cõi de facienda electione tractauerint d :quia tamen nequiuerunt esse concordes, e infecto negotio

scilicet, in personam domini & procuratoris sui sic, talem procuratorem talis, & ipsum dominum condemno uel absoluo, & ita saluabis utranq; opi. & ita seruatur arg. ĩ. de fid. instru. c. inter dilectos. in fin.

a Super iure. Sed nonne petitorium & possessoriũ, deducta sunt in iudicium? quare ergo non fit condemnatio super iure patronatus? ita uidetur in uerbis illis ubi respõsum fuit: cũ hæc capella ad illã nullo iure pertineat etsi. ĩ. de cã. pos. cũ ecclesia. & c. seq. & c. cum dilectus. Sed hoc hodie ideo est: quia populus non fuit in iudicio, & ea quæ sunt inter presbyterum facta & cardinalem sancti Vitalis, non præiudicant populo: quia res inter alios &c. ĩ. de fid. instrumentorum. inter dilectos. ff. de re iudicata sæpe & ĩ. de re. iur. capitulo cũ super cõtrouersia. & cap. pen. & est notabile quod hic dicitur: ut si electus impugnetur, quod sit electus a nõ domino, sufficit ei probare quod eligens erat in quasi possessione eligẽdi: licet alter obtineat postmodum in petitorio. infra de iure pa. consultationibus. & c. cũ propter discordias. unde institutus ad repsentationẽ populi, non perdet ecclesiam. sed si altera ecclesia euincat postea ius patronatus: debet ab ea iterum præsentari: ut per hoc sit in quasi possessione iuris sui. s. patronatus. ĩ. de iure patro. si uero. & c. cum propter discordias.

b Tempora. ĩ. de censi. peruenit. contra. sed illud in petitorio, hoc in possessorio.

c Statum. Et de iure, quia conductor lite pendente, debet soluere pensionem. xvj. q. iiij. uolumus. & ĩ. ut lit. pen. quasi per totum. & C. loc. si quis cõductionis. ar. cõtra. C. de agri. & cen. litibus. lib. xj. ubi dicitur, quod lit. pend. colonus denegat domino pensionem, nisi diutius eã soluisset. Sed ibi dominus agebat petitorio, & non possessorio. uel ibi nolebat colonus restituere pensionẽ: quia dicebat quod ille nõ erat dominus qui ab initio dederat ei rẽ. & tunc sequestratio fit nisi longo tẽpore soluisset: ut ibi dicit, & est speciale.

CVm Vinto. Diuiditur principaliter in tres partes: quia in prima ponit uota eligentium diuisa, & allegationes unius partis. In secunda ibi, illi uero, ponit allegationes alterius partis. In tertia ibi, nos igitur. ponit sententiam. Abb. Sic.

CASVS. *Vacante ecclesia Vinto. arch. cum suis sequacibus elegit Salubrien. decanum illegitime natum scienter. prior & complices sui elegerunt præcentorẽ Linco, pro istis duabus electionibus partes ierunt ad curiam, papa auditis probationibus utrinsq; electionis inuenit utranque electionem contra formã electionis attentatam. Prima electio arch. de Salubriẽ. decano per inordinatam præsumptionem facta fuit de illegitime nato, secunda de præcentore Linco. per uiolentam impressionem †. Vnde papa habito fratrum cõsilio, utranque cassauit. postea uero aliquot diebus elapsis pars illa quæ præcentorem elegerat, ad dominum papam accedens quoddam exhibuit instrumentum signatum cum sigillo conuentus, in quo continebatur, quod uinton. conuentus uices suas cõmiserat priori & quibusdã fratribus super electione facienda in præsentia domini papæ. unde petebat prior & sui licẽtiã eligendi. papa illud instrumentum fecit exhiberi alteri parti: quod ab omnibus extitit approbatum: papa quæsiuit ab illo priore et suis socijs, utrum uellẽt admittere alios ad electionẽ celebrandam, & ipsi responderunt quod saluis exceptionibus quas cõtra illos habebant, admittere uolebant: & sic protestatione præmissa omnes simul in communi fuerunt ad tractandum de electione: sed non potuerunt cõcordare de alia persona eligenda communiter: et sic infecto negotio habuerũt recursũ ad papã: et illi qui præcentorem elegerant, dicebãt illos qui Salubrien. decanum elegerant, iure eligendi ipso iure priuatos quia illegitime natũ scienter elegerãt. unde secundum concilium Lateran. eligendi potestatem perdiderant: et beneficijs ecclesiasticis per triennium carere debebant, petentes à papa ut super hoc interloqui dignaretur. Alij uero ad hoc respondebant quod ille decanus Salubrien. per apo. sed. legitimari promeruit. dominus papa super hoc considerans quod prior & sui post primam electionem suam admiserant alios ad celebrandam secũdam, & lateran. concilium una uice tantum punit huiusmodi præsumptores, interloquendo pronuntiauit illos esse admittendos: quia electio quam modo facere uolebant, non iam secunda erat, sed potius tertia.*

d Tractauerint. post illas duas cassatas.

e Concordes de persona assumenda, concordes tamen erant de electione facienda: ut postea sequitur.

Scienter.

† Etiam laicus, ex pscriptione. Io. an. c. quod alicui gratiose. de reg. iu. in vj. in mercuria. Bellemera hic nu. 30. decius ĩ. de except. c. cum uenerabilis. col. xvij. ĩ rub. num. 8. & ibi Aret. col. ij. de iudi. Dec. cõsi. 117.

† Alias in terminis, & alias, ĉ terminis: ut in exẽ. manuscriptis legitur.

† Ergo & hi etiã erãt eligendi potestate priuati, ĩ. e. quisquis. Sol. secundum Inn. Cõpostel. & Host. non emanauerat adhuc illa cõstitutio. uel dic ut ibi nota. in j. glo. quod illud habet locũ cum clerici sponte admittũt laicos: istud cũ prauim: & sic non sunt puniendi. uel dic hic uiolẽtia illata fuit per clericos: ibi per laicos. Io. And.

a Scienter. Quoniam si ignoranter, tunc non sunt priuati. supra eo. innotuit. Ber.

b Promouerit. hæc fuisset bona allegatio, si eam probassent.

c Isti. scilicet prior & complices eius, qui non peccauerunt eligēdo præcentorem.

ad nos habuere recursum, & ij quidē qui præcentorē elegerant, asserebant quod illi qui decanū elegerant, eligendi erant potestate priuati, pro illa maximè causa, quod hominem illegitime natū sciēter a eligere præsumpserunt. unde secundū Laterañ. concilium, & eligendi hac uice perdiderāt potestatē, & per trienniū ecclesiasticis beneficijs carere debebant. Illi uerò taliter respondebant, quod licet is quē elegerāt, fuisset minus legitimè natus, per gratiam tamen apost. se legitimari promeruit b, & hoc asserebant se legitimè probaturos. Nos igitur attendentes quod isti c post primam electionē admiserant d illos e ad celebrandā secundam & quod decretum memorati concilij decreuit huiusmodi præsumptores una uice duntaxat eligendi potestate priuatos: quoniam electio quam coram nobis celebrare f uolebant, non iam secunda sed tertia concurrebat g ad eligendos illos censuimus admittendos h.

Idem abbati Cisterciē. R. & P. monachis montis frigidi.

Eligēs sciēter indignum in episcopum, est ob hoc suspensus à beneficijs ecclesiæ per triennium, nec potest interim ad dignitatem illius eligi uel assumi.

[a] Expectare. Sed nonne electio quæ fit contemptis illis qui debēt interesse, ipso iure est irrita: ut supra e. q sicut. & ca. uenerabilē. & j. de arbi. cū olim. & lxiij. di. obeuntibus. ergo ea non obstante potest attentari secunda electio. j. de appel. constitutis. cum enim à iure sit reprobata talis electio, non est necesse iudicē adire pro ea cassanda. ff. de cond. instit. l. quæ sub conditione. §. ult. Præterea cū uniuersitas delinquit in eligēdo: electio debet deuolui ad eum qui nō deliquit. supra eo. bonę. & j. de postu. bonæ. Dico q electio archipresbyteri nō fuit nulla ipso iure, sed potius annullanda, & ideo debuit expectari cassatio superioris, anteq̃ processus fieret ad secundam, unde & si unus habuisset ius eligendi. deliquit in hoc q uoluit simul esse actor & iudex præmissæ electionis. j. de cōces. præbē. post electionem in parte decisa. & licet illi deliquerunt in eligendo, non tamen illud ius deuoluitur ad unum, & hoc secundum Io. qui dicit quod unus non constituit uniuersitatē, & inducit in arg. hoc c. & lxxv. dist. si forte. et. ff. d lega. j. si grege. licet ius uniuersitatis dicat stare in uno. ff. quod cuiusq; uni. sicut. in fi. p quam. l. nos dicimus contra: & si iste non elegisset: poterat post cassationē eligere si hoc postulasset: & hoc innuit litera ista cum dicit ibi, nostrum debuit expectare iudiciū anteq̃ procederet ad secūdā. Et si electio prima nulla fuisset ipso iure, qa electus esset indignus tunc ipse solus potuisset. supra. e. bonę. & supra de postula. gratū. & j. e scriptum est. sed hæc non fuit nulla, imo ipse poterat eam confirmare si consensisset. supra c. q sicut. Ioan. dicit quod non deuoluitur ius eligendi ad alios: nisi quando eligetur persona ineligibilis. j. eo. scriptum. in fi. & supra, de postula. gratum. & supra, eo. bonæ memoriæ. Sed dic quando electio nō est nulla ipso iure, uidelicet ubi aliquis est contemptus, tunc non ipso iure, sed per sententiam ius eligendi debet deuolui ad alios, uel si non seruatur forma illius constitutionis. j. eo. quia propter, tunc similiter sunt priuandi per sententiam: ut infra eodem. quia propter. & c. cumana. An ius uniuersitatis remaneat in uno, dictū fuit supra, de postu. gratū. & ibi recurrendū est. Quandoque tamen electio est irrita ipso iure: & tamen impedit secundam. supra e. auditis. nec tūc eligendi ius deuoluitur ad alios. Vnde secunda electio ibi non tenuit, ut ibi notatur in fine ultimæ notulæ: quia eligentes non sunt ipso iure priuati. Et quod dixi quod ubi aliquis est contemptus, non ipso iure sed per sententiam ius eligendi debet ad contemptū deuolui: intelligo per sententiam Papæ tantum arg. istius literæ, ibi cū de priori nostrū deberet expectari iudicium antequā procedatur ad secundam. Vbi enim certa pœna statuta est, alia non est imponenda, nisi per eum qui habet potestatis plenitudinē, quod satis innuit hæc litera, sufficit enim ut cassetur electio, ubi qs prosequitur contemptum suum. B.

[b] Tractatum. No. q cassatur electio de qua est habitus tractatus ante sepulturā mortui. lxxix. dist. nullus. ij. Sed ‡ ppter hoc solū nō fuisset cassata, sed assumit hic Papa quasi non causam ut causam, sed cōtemptus fuit causa cassationis. Nam mortuo uiro soluta est uxor à lege matrimonij: ut infra de secū. nup. c. ult. & pen. & vij. q. j. sicut alterius uxor. Ber.

[c] Multorum. Supra, eo. quod sicut. & ca. uenerabilem.

[d] Nec prædicta. Responsio tacitæ Quæstionis. Diceret aliquis domino Papæ: ille H. fuit citatus. & ille respondit: citatio nō fuit legitima. Et est argumentum quod si aliquis citetur non legitime, si aliquid fiat contra absentem non ualet. Generale enim est quod ad citationem quæ reprobatur à iure, non tenetur uenire citatus etiam ut alleget priuilegium. de hoc nota. per Ioan. tertia quæstione secunda, si episcopus. & infra, de do. & contu. dilectus. ubi de hoc.

Cum ad nostram. Primo ponit factum. Secundo illud cassat ibi, nos. Abb.

[e] Monachus. Hic habes expresse, quod clericus secularis non potest eligi in abbatem. ad idem facit supra, eod. cum causam. & infra, eodem. cum in magistrum. argumen. contra. xvj. quæst. j. presbyteros. Sed non est contra: quia illi presbyteri erant monachi, & ita poterant eligi in abbates, & ibi soluitur contrarium. Et sunt monachi melioris conditionis, quam clerici, quia clerici eos eligunt ad sua officia. lviij. di. c. j. & ij. & xviij. q. j. ca. j. ubi est hoc expressum, sed ipsi non eligunt clericos ad suas dignitates. argu. contra. xxviij. q. j. omnes. & ij. quæ. vij. sicut sacerdotes. Et hoc ideo: quia quilibet monachus clericus est, sed non conuertitur. propterea quilibet monachus in clericali officio uidetur instructus, sed clericus secularis non in monachali.

Cum tñ nemo sibi ius dicere debeat. C. ne quis in sua causa. l. una und ui. si quis in tāta. ff. qd' met. cau. extat edictū. & de ui priua. l. creditores. j. d cōces. præbē. post electionē. ad finem, quod me. cau. c. ult. ij. q. j. i primis. xvj. q. vj. placuit. q si fecerit, sine pœna esse nō debet, secundū Hosti. Ioā. And.

Electio irrita quandoq; aliā impedit.

Hoc sequitur fuit additio in qua glossator caute correxit, qd' dixerat. Io. And.

† Sed gl. sing. Pan. hic co. iiij. Et seq. In hoc. Compo. Io. an. Pan. text. i c. ij. viij. q. j. Et qd hic est de honestate, idem Bal. l. genero. ff. d his q no. infa. Gui. pap. cons. ccvj. uide Frã. Rip. de rescri. Rñ. xiij.

† Alias, arctare.

Monachi quo ad aliqua sunt meliores conditionis, quam clerici seculares.

q contra regulares traditiones illud fuerat attentatum, cum nullam spem a uel promissioné habens ut abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipso factam curauimus irritare b.

Idem magistro Ca. presbytero cardinali sedis Apostolicæ legato.

In abbaté eligi nõ potest, nisi instructus in regula monachali.

CAP. XXXVIII.

OFficij tui: & infra. Sane nobis tuis literis intimasti, q cum monasterium quoddam positum in medio nationis peruersæ pastore careret, monachi de electione abbatis tractantes, cum non possent sui ordinis idoneam inuenire personã, in quendã uirum nobilem oculos direxerunt: per quem poterãt melius defensari, & patré adierunt ipsius humiliter postulantes, quòd filium suum induceret ut habitũ susciperet monachalem, nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes & pater ad hoc induxit filium prouidum & discretum: qui effectus monachus, fuit statim in abbaté electus, cuius electio extitit per rectorem Messan. apostolicæ sedis legatum, qui omnibus prædictis interfuit, confirmata. Cùm auté idẽ sit paratus purgare se, quòd nulla fuit ad hoc ambitione inductus postulas edoceri utrum dictus legatus electionem confirmare uel dispésare potuit, uel quod factum est stare possit, & utrũ electione cassata, iterũ ualeat eligi in abbaté? Nos autem, consul. t.t. respondemus, q cum ex his quæ incontinenti c subsecuta sunt, ostendatur quòd talis taliter non possit eligi in abbatem, maximè p eo quod antequam esset discipulus, uoluit esse magister, electioné illam irritã esse decreuimus & inané. Verum postquam fuerit in regula competenter d instructus (si urgens necessitas. & euidens utilitas ipsius monasterij postulauerit) purgatione recepta, poterit in abbatem assumi, ne monasteriũ opprimatur incursibus malignorum.

Idem.

Electio alias canonica cõfirmatur, licet quidã eligentiũ essent minori excõmunicatione ligati.

CAP. XXXIX.

ILla quotidiana instantia: & infra. Quia pro certo didicimus electionem canonicã e extitisse, ipsam authoritate apo-

---

Honores sperare possumus.

a Nullam spem. Principalem. viij.q.j. sunt in ecclesia. sed secundario licitũ est alicui sperare honores ecclesiasticos. lxj. di. qd pderit. & lix. di. si officia. lxxiiij. di. cõsuluit. & uerba ista habes xvj. q. vij. per laicos.

b Irritare. i. irritam nuntiare. infra eod. ca. proxi.

OFficij tui. Cõmunis diuisio. secunda ibi, Nos autem. Ab. Si.

Glossa sequens coadiunat tex. alle. iiij. iura. secundo obijcit & soluit. tertio querit. arguit pro, et soluit contra. quarto quærit obijciendo, & soluit.

c Incontinenti. Præsumitur aliqd ex eo qd' incontinenti est subsecutum. xxxj. quæ. j. si quis. & l. di. si qua fœmina. quæ enim incontinẽti fiunt, inesse uidentur. ff. si certũ pe. lecta 1. quia ex hoc præsumitur qd' turpiter & ex conuentione sit electus. qd' esse non debet. j. q. ij. quã pio. Sed si hæc ratio est quare clericus nõ possit eligi in abbaté: quia nõ est instructus in regula monachali: sic eadem ratione monachus non debet eligi in episcopum uel prælatum alicuius ecclesiæ secularis, cũ ipse nõ nouerit regulas clericorum ut possit præfici ecclesijs. xvj. q. j. sic uiue. &c. si clericatus. q eẽt uerum, si omnino ignorarent. Sed bene eliguntur monachi & regulares ad seculares prælationes propter officiũ prædicandi, q priuilegiatũ est. j. de sta. reg. quod Dei timoré, & infra, de uo. & uo. redem. per tuas. & xviij. questio. j. statutum. & lvij. distin. c. j. & ij. Sed quid si peritus esset secularis clericus in regula monachorũ: posset ne tunc eligi in abbatem? Videtur quod sic: quia ratio constitutionis in eo cessat. lxj. dist. c. statuimus. §. his omnib. sicut monachus peritus in regula clericali, potest eligi in episcopum per prædicta capitula. Sed nõ est ita: quia & si scit regulam, non tamen est expertus in ea. Nam graue est inexpertos diuinis obsequijs applicare. xix. q. iij. monasterijs. 2 Sed quare non potuit iste postulari in abbatem, cum laicus nesciens regulas clericales possit etiam in episcopum postulari. lxj. distin. osius. postea per tres mẽses discere potest regulas clericales. in authen. de sanct. episc. §. damus. col. ix. Item eremita postulatur in abbatem. s. eo. cum monasterium. Dic quod non fuit eremita: sed de monasterio qd' erat in eremo. Et eadem est ratio qa si laicus est peritus: non est necessaria in eo probatio habitus clericalis. Sed omnia ista prosunt: quia quantũcunq; sit laicus peritus in regula monachali, & expertus & probatus in ea, nunquam põt eligi uel postulari in abbaté, propter rationem, quæ hic reddit: & quia eiusdẽ professionis debét esse qui eligũt, & qui eligũtur, ne quasi ĩ boue & asino uideret arari: qa quasi simul & semel esset laicus & abbas: & quia præsumptio ambitionis maxima est: qa alias non fieret forsan monachus: & ambitio bene repellit quẽlibet à dignitatib. viij. q. j. in scripturis. 3 qa nõ ambitione sed labore ad augmentũ honoris unũquẽq; cõuenit peruenire. C. de re mi. contra publicam utilitatem. lib. xij. & ambitus notari solet. lxj. di. miramur. in fi.

d Competenter. Per tres menses. argu. infra. de æta. & qualit. præterea & in authenti. de sanctis episco. §. damus. col. ix. Vel 4 alias competẽter. i. per annum secundum quosdã, & inducunt pro se lxxviij. dist. monachus nouitius.

ILla quotidiana. In prima ponitur electionis decisa narratio. In secunda ipsius confirmatio: ibi quia pro certo. Abb. Sicu.

Glo. sequens distinguit electioné actiuam et passiuam: & reddit causam utriusque. signat contrarium, & soluit.

e Canonicam. No. q licet aliqui sint excommunicati minori excommunicatione, tamen eligere possũt. & talis electio dicitur canonica: ut hic habes. sed talis scienter eligi non potest, pro eo quòd eligitur ad ea à quibus est ipse remotus. j. de excep. à nobis. & hoc est

---

1 Pacta in continenti facta stipulationi inesse dicũtur. Io. And.

2 Sicut dominus uoluit beatũ Petrũ in seipso experiri fragilitatem humanam ut disceret alijs misereri. l. dist. considerã dum. secundũ B. Ioã. And.

3 Cõcor. tex. in l. fi. ff. ad legé Iul. de ambi. nisi tamen in papa. no. Io. an. in c. cũ pridẽ. de pactis.

4 Vel. Io. An. censet arbitrariũ secundum conditionem personarum.

stolica duximus confirmā dam, supplentes a de plenitudine potestatis: si quis in ea ex eo fuisset defectus, quòd quidam interfuerunt electioni eiusdem qui ex sola participatione in simplicis b excōmunicationis laqueū īciderūt.

Idem magistro Maximo notario nostro.

Si postulatio cum electione concurrit, & numerus postulantium est duplo maior, & postulatus est idoneus: postulatio admittitur, reiecta electione. Si uero indignus, & hoc maior pars postulantium ignorauerit: postulatio & electio reprobantur. Si uerò sciebant: & electus est idoneus, confirmatur electio: & idem si numerus postulantium non est duplo maior. h.d. intelligēdo secundū quòd continet ius commune.

CAP. XL.

Scriptum est in Apocalypsi Ioannis, quòd in medio & in circuitu sedis erant quatuor animalia: & infrà. Sanè ad hanc ecclesiam, scilicet Constantinopolitanam † duo animalia sunt uocata, utinam plena oculis, & alas habētia senas. uidelicet Fradieñ. archiepiscopus, & Plebanus sancti Pauli de Venetijs, sicut per procuratores, tam postulantiū archiepiscopum quam eligentium Plebanum fuit propositum coram nobis: & infra. Verùm quia de his quæ per assertionem partium in iudicium deducta fuerant, nobis nō potuit fieri plena fides, quāuis super ijs quæ de numero dicta sunt postulantiū per quoddam instrumentum publicum, necnon ꝑ confessionem procuratoris aduersæ partis in iudicio quidem factam, sed postea reuocatā, c pars altera d assereret suam intentionem esse fundatam, causam discretioni tuæ duximus committendam. Per apostolica scripta mādantes, quatenus super his & alijs inquiras diligentissimè veritatem de meritis electi & postulati e apud Venetias, ubi nati f fuerunt & diutius conuersati. De studijs autem eligētium & postulantiū, & omnibus generaliter quæ causam possunt instruere apud Constantinopolim, vbi huiusmodi postulatio & electio celebratæ fuerunt. Et si partes consenserint g, procedas hoc modo: vt si constiterit de mutuo h conuenisse consensu quòd ad electionē patriarchæ vij. admitterētur præpositi siue per seipsos siue per alios i & duo k alij ex parte uniuersitatis pro cæteris conuentualium ecclesiarum prælatis, totq; tunc tēporis l conuētua-

est hodie expressum infra. de cler. excōmu. mi. si celebrat nec incurrit irregularitatem si celebrat: peccant tamē tales celebrando: ut ibi dicit. sed criminosi à ꝓsecutione sui iuris nō repelluntur nisi sint excōmunicati maiori excōmunicatione, & ita isti possunt uti iure suo intelligēdo, & in alijs negotijs ecclesiæ temporalibus & spiritualibus. Ar. cōtra. s. eo. cū inter R. & s. de consuet. cum dilectus. ubi dicitur, ꝙ suspensi nec eligerē nec eligi possunt. Sol. hic. & in c. si celebrat. intelligitur de suspensione canonis, contraria de suspēsione iudicis: & mitius agitur cū lege quam cum ministro legis. ff. de arbit. l. celsus.

a Supplentes. Hæc suppletio 1 ex superabundanti non ex necessitate hic fit, ex eo qđ obiectū fuit de tali excommunicatione, quæ repellit ab electione per decre. prædi. si celebrat.

b Simplicis excōmunicationis. Hic potest sumi argu. quod utile non vitiatur ꝑ inutile. ĩ. e. c. proximo. in fi. ver. nisi forsan. &c.

Scriptū. Habet materiā subtilē & difficilem, intantum quod gl. & alij qui dixerunt extra eam hoc cap. continere potius quādā prouisionem papalem, quam ius commune: iste tamē intellectus communiter non tenet: quia secundum eū hæc decretalis esset hic superflua, cōtra id qđ habet in procemio supra. Diuiditur principaliter in quatuor partes. In prima ponit ex ordium decisum. In secūda ibi, sanè. narrat factum electionis & postulationis. In tertia ibi verū quia. ponit cōmissionis causam. In quarta ibi, ꝑ apostolica. ponit commissionis formā. Et hæc ultima pars subdiuiditur: quia primo ponit processum quem faciet delegatus partibus inuitis. secundo ibi, & si partes. ponit diffinitionē quā faciet si partes consentiāt quatuor casus declarando. Secundus est ibi, quod si. Tertius ibi, si uero. Quartus ibi, nisi. Abb. Sic.

1 Si uis dicere quod necessaria fuit hæc suppletio: potes dicere qđ hic uocat minorem excōmu. verbalē, ad differētiā solemnis quę dicitur anathema. de iudicijs cū non ab homine. uel qđ ēt ipse elect⁹ participauerat: ita ꝙ erat excommunicatus minori: ut recitat Hos. sed exquisitæ sunt hæ lecturæ. Io. An.

Apoc. 4.

† Tempore quo ibi regnabāt galli ut ĩ. de maior. & obe. ca. viij. alias nunquam fuit subiecta ecclesiæ latinę, & ēt Græca primitiua est.

c Reuocatam. Sine aliquo interuallo: sicut testis qui potest corrigere dictū suum incontinenti. infra de testib. cog. præterea. an factū procuratoris præiudicet domino, dicitur infra, ut lite non contesta. cap. j. & c. accedens. & ĩ. de cau. pos. cū olim. & ĩ. de cēsi. olim.

d Altera. Scilicet postulantium archiepiscopum.

e Electi & postulati. Sic supra eod. venerabilem. Sed ibi ad studia eligētium non retulit se legatus, quamuis potuerit.

f Vbi nati. Quia ibi melius potest inquiri. s. eo. postquā. & ĩ. de pręsumpti. quōdā. & xxiij distin. illud.

g Consenserint. Scilicet ut notarius iste diffiniat secundum quod inferius cōtinetur & in isto consensu necessarius est consensus electi & postulati, alias non possunt partes recedere a iure. s. eo. cum inter canonicos.

h De mutuo. Hoc ideo dicit: qa pars eligentium hoc negabat: ideo papa mandat inquiri, cū de iure cōmuni interesse debuerit infra de cau. pos. cū ecclesia. Ber.

i Per alios. Qualiter quis per alium hoc facere possit, habes infra eo. qa propter. §. illud. sed ibi de iure communi: hic de mutuo consensu.

k Duo. Isti duo habebant uocē pro xij. prælatis singulariter pro quolibet. 2

l Temporis. Hoc ideo dicit, quia si tunc aliqua cōuentualis ecclesia vacasset, pro ea nullus potuisset admitti sede uacante: qa tunc nō est qui iura illius tueatur: uel eis possit uti. ĩ. ne se. vac. c. j. & ij. & infra, de præscript. de quarta. tunc enim dormit ius ecclesiæ, ita quod nō currit præscriptio. ĩ. de præscript. auditis. & c. j. & c. de quarta. nec ad capitulū ius illud deuoluitur. ĩ. ne se. uac. c. ij. arg. contra infra, de maio. & obe. his quæ. & cap. cum olim. quibus forte staretur in casu isto, quia diuersi sunt isti casus a præcedentibus, sed hæc litera infert contrarium.

2 Hoc intelligit In no. quādo omnes singuli singulariter habent uocē aliud si uniuersitas prælatorū unicā uocem haberet. & dicebat Compost. ꝙ tot uoces habebāt hi, quot committentes cap. nemo plus iuris. de reg. iu. in vj. Ioā. And.

Præscriptio dormit cōtra ecclesiā, ipsa uacāte.

Institutis,

les ecclesias habuisse prælatos, quòd cùm vij. præpositis & nouem canonicis quos quidē canonicos constat in postulatione præfati archiepiscopi cōuenisse, duplo maiorem facerent numerum, quam xvj. electorès plebani, tu uice nostra postulationē admittas. nisi probatum fuerit postulato aliquid obuiare de canonicis institutis [a] quod promotionē ipsius debeat impedire: ac (plebani electione cassata) ipsum archiepiscopū absoluas a uinculo quo Eradień. ecclesiæ tenetur: concedendo ipsum Constantinopolitanæ ecclesiæ in pastorem. Quòd si ad faciendum duplo maiorē [b] numerum, simul omnes prædicti minime sufficerent: siue dignus, siue indignus fuerit postulatus, tu (postulatione repulsa) electionē plebani authoritate nostra confirmes, [c] dummodo nihil obsistat eidē, qđ ipsum tanto præsulatu reddat indignū. Si verò numerus postulantium inuentus fuerit duplo maior [d] (quemadmodú prædictū est) & psona postulata [e] reperta fuerit indigna, tu tam postulationem, quàm electionē non differas reprobare:

Nisi forsan omnes, aut maior pars postulantium, præsumptione [f] damnabili postulauerint scienter indignum, ut hac vice meritò debeant eligendi seu postulandi potestate priuari. [g] Et hoc quoque casu electionē cōfirmes [h] si eam de persona idonea constiterit celebratam.

a Institutis. Quæ habes. infra eo. tit. nihil est.

b Maiorem. Hic habes quod electio semper præualet postulationi secundum illos qui dicunt quod hæc est iuris diffinitio, nisi duæ partes sint in postulatiōe. De hac materia dictū est supra de postu. bonæ memoriæ. j. & ideo statur hic iudicio duarū partium: quia quod duæ partes faciūt, totū capitulū facere uidetur: ut ff. qđ cuiusq; uni. plane & secundum hanc decre. intelligit qđ dicit decr. supra de postula. bonæ memoriæ. quod postulatio in discordia non consueuit admitti. hoc intellige prout dicit in not. sequēti. Item not. hic quod cum in electione longe maior numerus est ex una parte quam ex alia, non habetur respectꝰ ad meritum personæ, dū tamē sit conueniēs ille, qui est electus a maiori parte: nec ad zelū eligentiū. argu. s̄. eo. dudum. & j̄. de appel. constitutus. sed si numerus in modicū excedat tūc recurritur ad merita, & ad zelum, & præferuntur numero. ar. j̄. de testib. in nostra. & ē expressū. infra eo. ecclesia vestra. vbi de hoc.

c Cōfirmes. Hic dicit papa, electionē a minori parte capituli factā cōfirmari, & tñ pars alia nō est eligendi potestate priuata: quia non postulauerat indignā personam, & de iure licite poterant postulare, sicut & eligere. & ita postulando non peccant: ergo ius eligendi non fuit deuolutum ad pauciores: quod tunc demum locum habet: cum maior pars scienter postulat uel eligit indignū, ut in fi. decre. dicitur. Et ideo contra. j̄. eo. cumana. & in c. ecclesia. & in c. in genesi. in quibus dicitur, qđ electio nō ualet nisi sit facta a maiori parte capituli. & hic confirmatur facta cum longe minori parte. Propter hæc & alia quæ hic dicuntur, dicūt quidam quod hæc decre. ius commune non continet, sed fuit quædam prouisio de consensu partium: & hoc videtur ꝑ uerba illa superius: si partes consenserint. hoc modo procedas: & ex eo quod papa admittit hic postulationem in discordia factā: cum per eam nullum ius acquiritur postulato. s̄. de postu. c. pen. & quia nō cōsueuit admittere tales postulationes in tāta discordia. s̄. de postu. bonæ memoriæ. Et ita in duobus continet gratiam. quod satis potest concedi. Et ita uidetur, quod utraque pars renuntiet iuri suo: & quod dicit de cōsensu partium taliter procedatur, ut supra dicitur in uerbis præmissis, si partes cōsenserint, &c. alias si contradicerent: non taliter processissent, sed facta inquisitione super his de quibus præmittit causam instructā remisissent ad papā. hoc probatur supra eodem. bonæ memoriæ. in parte decisa. Sed ubi duæ partes postulāt aliquem, licet ius non acquiratur postulato, ut agere possit: tamen potest petere gratiam: & iniuria, fit ei si nō fiat illi gratia. ar. ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. permittitur. de hoc not. s̄. de postu. gratum. & c. pen. & ult. Et idē crederem si maior pars postulat qđ gratiā deberet habere. Et quod dicit de duabus partibus, non credo necessariū, sed quædam prouisio fuit hic, ut dictum est, quia siue maior pars, & sanior, siue duæ partes, siue omnes, totum dependet a superiore. sed quod in fine dicitur, ius est.

d Maior. Et ita videtur a contrario, quod si minor pars capituli sciuisset illum esse indignum alij non punirentur propter hoc: & ita est hic ar. quod utile non uitiatur per inutile. sic supra c. proxi. Et est notabile illud qđ culpa & dolus minoris partis nō nocet, nec ea quæ fiūt a minori parte irritātur propter hoc: & isti soli priuati essent ipso iure eligendi in proxima electione si alij nō elegissent. s̄. eo. cū in cunctis. & hic, & alij admitterētur, dum tamen probarēt ignorātiam. s̄. eo. innotuit. Et si maior pars ignorasset illū indignū, vtraque pars debet reprobari a contrario: ut dicitur supra, & quod dicit hic quod electio facta a maiori parte confirmetur quādo maior pars postulantiū sciēter elegit indignum, intelligitur quando uno cōtextu fiunt postulatio, & electio seu electiones: ut hic contingit. secus si ex interuallo. tunc em̄ illi soli qui scienter postulāt, uel eligunt indignum, sunt eligendi, seu postulandi potestate priuati: & illi qui ignorāter postulauerunt, seu elegerunt indignum, debent ab alijs ad electionē admitti, alias deberet electio cassari propter contemptum, ut dicitur supra eadem notula.

e Postulata. Id est ignoranter.

f Præsumptione. Id est ex certa sciētia. s̄. e. innotuit. Sed qualiter potuit esse dignus iste postulatus archiepiscopatu: & indignus patriarchatu: [i] & qui iudicatus fuit dignus a papa uel a suo patriarcha quando confirmauit eum, quare denuo inquiri iubet de moribus suis, contra illud. xvij. q. iiij. c. si quis suadente. §. qui autem. & C. de cri. fal. l. ij. & j̄. de æta. & quali. accepimus? Dico quod licet quis reputetur dignus ad unam dignitatem, propterea non est dignus ad maiorem. licet enim dispensetur cum aliquo in minori dignitate. non tamen dispensatur ad maiorem. xij. distinct. nos consuetudinem.

[i] Non em̄ pōt quis eē in uno loco sanctus & in alio peccator. j. q. j. sicut Christus. Ioan. An. in no.

g Priuari. Istud referas ad factum, cum sint ipso iure priuati. s̄. eo. cū in cunctis, illi scilicet qui scienter hoc fecerint. Vel dic, id est nunciati priuati.

h Confirmes. Cum sit facta a maiori parte illorum, qui habebant ius eligendi.

NE pro defectu. Primo ponit̃ constitutionis causa. Secundo ibi statuimus cõstitutio: quæ constitutio quatuor facit. Nã primo statuit tempus electioni. Secundo priuat negligentes: ibi, intra quos. Tertio ad superiorem deuoluit: ibi, ac ipsa. Quarto punit superiorem si negligit: ibi, is uero. Abbas.

b Imo respectu deuolutiõis fiendæ ad superiorẽ, & respectu ecclesiarũ regulariũ. Pan.

a Cathedralis. Quantum ad hoc nihil adit̃ b, quia idem erat secundũ antiqua iura. l. dis. postquam. & lxiij. dist. obeuntibus. & alij tres dantur ad cõsecrationem petendam. c. dist. quoniam quidem.

b Regularis. Et sic patet ex hac cõstitutione, ꝙ canõ Lateran. concilij. ĩ. de conces. præb. nulla hodie nõ extenditur ad regulares platuras, qa æquiparantur episcopatus & prælaturæ regulares. si. xvj. qõ. ult. si quis deinceps.

c Impedimento. & ita non currit præscriptio contra canonicos si iusta causa interueniente non eligant. xxviij. di. de syracusanæ. & lxj. dist. bene nouit. & ĩ. de conces. præbend. quia diuersitatem. C. de inoffi. test. l. contra maiores. ff. qui ex cau. ma. l. ꝙ quidã. & l. sequen. & l. ait prætor. Sed si Papa interdiceret electionem: non minus currit eis tempus nisi petant licentiam eligendi, intra tempus statutum. ĩ. e. c. ult. Sed nunquid est hic necessaria protestatio, quod non possint eligere intra tres menses? quod uidetur. ĩ. de offi. ord. pastoralis. in fin. & ĩ. de app. si iustus metus. Non credo ꝙ necessaria sit in casu isto protestatio, quia debent petere licentiam. & si non petant, sunt in mora, ut ibi dicit.

† Alias, hac.

d Ea uice. i. in prima electione: quæ si cassaretur: uel si nollet uenire, uel si eligeret̃ indignus, statim recuperarent ius suum. s̃. eo. cum uintonien.

e Deuoluatur. Olim non deuoluebatur ad proximũ superiorem. ĩ. de conces. præben. dilectus. sed ad Papam in episcopatibus. & sic reducitur ad ius commune aliarum dignitatum: ut sicut ibi post sex mẽses, ita hic post tres deuoluatur ad proximum superiorem. infra de conces. præben. ca. nulla.

Glos. ista quærit. arguit ꝓ & contra: & dupliciter soluit.

f Consilio. Sed nunquid tenetur semper habere consilium capituli sui, ut alias non ualeat electio nisi habito consilio capituli & assensu? Videtur quod sine illis eligere non possit, sicut nec alia negotia debet facere sine illis. ĩ. de his quæ fi. a præla. sine con. ca. nouit. & c. quanto. & quasi per totũ. infra eo. cum in ueteri. ubi cassatur electio: quia non fuit expectatum responsum eorum de quorum consilio debuit fieri electio: ut lxiij. dist. obeuntibus. & xv. q. vij. episcopus nullius. Sed contra. sufficit enim petere consilium. ĩ. de arbi. cum olim. & ex consilio nemo obligatur xiiij. quæ. j. quisquis. §. ꝙ præcipitur. Credo ꝙ hoc facere debuit consentiente capitulo uel maiori parte alias non credo ꝙ solus hoc facere possit per iura prædicta. Vel dic ꝙ sufficit tantũ requirere consiliũ capituli in isto casu, & de honestate, cum ad ipsum solũ deuoluat̃ electio, & non ad capitulum: consilium uero aliorum non inducit necessitatẽ, sed de honestate requiritur.

Consiliũ, neminem obligat.

Honestate idẽ Pano. hic Feli. c. irrefragabili. ĩprin. col. ij. de offi. ord.

Idem in concilio generali.

Si illi ad quos spectat electio, negligunt eligere prælatũ cathedralis uel regularis ecclesiæ intra tres mẽses, ꝓximus superior ecclesiam ordinabit: quòd si infra tres alios menses non fecerit, canonicè punietur.

CAP. XII.

NE pro defectu pastoris gregẽ dominicũ, lupus rapax inuadat, aut in facultatib. suis ecclesia uiduata graue dispendium patiatur: uolentes in hoc etiã occurrere periculis animarũ, & ecclesiarũ indemnitatib. prouidere: Statuimus, ut ultra tres mẽses cathedralis a ecclesia uel regularis b prælato nõ uacet. Intra quos (iusto impedimento c cessante) si electio celebrata non fuerit: qui eligere debuerant, eligendi potestate careãt ea † uice d: Ac ipsa eligendi potestas ad eum qui proximo præesse dinoscitur, deuoluatur e. Is uerò ad quem fuerit deuoluta potestas, Deum prę oculis habens non differat ultra tres menses cum consilio f capituli sui & aliorũ uirorum prudentiũ uiduatæ ecclesiæ de ꝑsona idonea ipsius g quidẽ ecclesiæ uel alterius si digna nõ reperiatur in illa, canonicè ordinare si canonicã uoluerit effugere ultionem.

Idem in eodem.

Per aliquam de tribus formis hic cõtentis, scilicet scrutinij, cõpromissi, et inspirationis, procedi debet ad electionem in ecclesiis cathedralibus: aliter electio celebrata non ualet: & contra facientes priuandi sunt ea uice potestate eligendi. hoc dicit usque ad §. illud.

CAP. XIII.

QVia ꝓp diuersas electionũ formas, quas quidã inuenire conant̃, & multa impedimenta ꝓueniunt, & magna pericu-

Glo. seq. successiue ponit tres obiectiones, et solutiones ipsarum.

g Ipsius. s. uacantis. Hic præcipitur ut de eadem ecclesia eligat. Sed nonne ad metropolitanum deuoluitur idem ius ꝙ habuit capitulum? sed capitulum potuit eligere undecũq; uel let. s̃. eod. cũ inter canonicos. & ca. cũ nobis. & ca. in causis. ergo & Metropolitanus? Dico ꝙ primo debet inquirer̃ personas ecclesiæ uacantis, & eligere de gremio † ipsius ecclesię. & illud debuit fieri per illa iura. lxj. dist. c. obitũ. & c. nullus. & xviij. q. ij. quã sit. sed si nõ fecerit nihilominus ualebit electio. ‡ nã multa fieri non debent, facta tamẽ manent. xxvij. q. j. nuptiarũ. & xxvij. di. si uir. & nusquam inuenies, quod propter hoc cassetur electio. De hac materia tractatur. s̃. e. inter canonicos. Sed quare dicitur hic, qđ Metropolitanus eligat de eadẽ ecclesia, cũ perdiderint ius eligendi? Respon. ipsi perdiderunt ius eligẽdi actiue, id est, quia ipsi nõ possunt eligere: sed non passiue: quia bene possunt eligi, & satis puniuntur in hoc: & nõ debent propter hoc dupliciter puniri: quia pœnæ restringẽdæ sunt. de pœ. distinc. j. §. pœnæ. Hic habes quod qui eligere nõ possunt, eligi possunt. Sed contra aliqui possunt eligere, sed non eligi. infra de cleri. excommu. mi. si celebr. hic priuat negligentia eos potestate eligendi: ibi non. Et ibi ideo nõ possunt eligi, quia non habent id propter quod eliguntur, hic bene habent executionem sacramentorum.

† Gremio. Fe. deci⁹. Rep. ij. col. iiij. ĩ. đ iudi. no. in l. non plures. C. đ sac. san. eccle.

‡ Hostiẽ. contra nisi canonici ratum haberent: quia limitata ẽ forma: quod satis uidetur ĩ scholis: sed cõtrariũ seruatur. Et Compost. tenet dictum gl. dicens, qđ sic papa rñdit Ioa. An. in no.

QVia propter. Hæc decretalis est multũ famosa & principalis in titulo. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur constitutionis causa. In secunda constitutio: ibi statuimus, & hæc secunda pars subdiuiditur in tres partes. Nam tria ponit principaliter statuta. secunda pars ibi, illud. tertia ibi, electiones. Et iterum illa secunda statuimus, subdiuiditur

diuiditur in v.partes. Nam primo ponit formam scrutinij in electionibus celebrandis. Secundo cōpromissi. Tertio cassat electiones aliter factas. Quarto excipit, in qua exceptione includit formam diuinæ inspirationis. Quinto eligentes contra formas supradictas mandat priuari. secunda ibi, uel saltem. tertia ibi, aliter. quarta ibi, nisi. quinta ibi, qui uero. Abbas.

la imminent ecclesijs uiduatis [a] : Statuimus, ut cùm electio fuerit celebrāda, præsentibus omnibus qui debent [b] & uolunt [c] & possunt commodè [d] interesse, assumantur tres de collegio [e] fide digni, qui secretò [f] & sigillatim uota cunctorum diligenter exquirāt [†], & in scriptis redacta [g] mox [h] publicent [i] in communi: nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto: ut is collatione [k] habita eligatur, in quem omnes uel maior & sanior [l] pars capituli consentit. Vel saltem eligendi potestas

[†] Alias. inquirāt.

[a] Ecclesijs uiduatis. Per hoc uidetur ꝙ loquitur tantum de electionib. prælatorum. i. episcoporum non canonicorum. Sed nunquid extendemus istam constitutionem ad omnes dignitates etiam ad non cathedrales, & ad plebanatus, & ad alias dignitates quæ prælatos habēt in ecclesijs collegiatis? Nō uidetur: cū ecclesiæ ꝓpter illas dignitates nō dicantur uiduatæ, cū habeant episcopum. Satis pōt dici, ꝙ nō extenditur ad alias dignitates: sed tantū ad episcopatus & regulares prælaturas. ut s̃. e ne pro defectu. tamen de facto bene extēditur ad alias dignitates, & de iure etiam bene potest intelligi cōstitutio ista de illis prælatis qui habent iurisdictionē generalē in ecclesijs collegiatis, quia tales prælati sponsi quodam modo appellantur. xxj. q. ij. sicut in una quaq;. Sed non debet intelligi de dignitatibus seu personatibus in ecclesijs cathedralibus quia in uacatione illarum dignitatum nō dicitur uiduata, cum habeat episcopum qui solus est ibi maritus. B.

[b] Qui debent. Hoc ideo dicit, quia omnes qui habēt ius in electione, sunt uocandi. supra. e. ꝙ sicut. Et qui sunt in quieta posseßione eligendi, simul sunt uocandi. supra e quòd sicut. c. coram. & c. bonæ. & de consuetu. si qua est. infra. de cau. pos. cum ecclesia.

[c] Qui uolunt. Bene dicit qui uolunt: quia si quis nō uult interesse electioni, alij procedere [*] possunt sine illo postquam constiterit. supra eo. ꝙ sicut. & ca. cum nobis. & arg. j̃. e. ecclesia uestra. ubi de hoc dicitur. & sic oēs uocādi sunt qui commode possunt uocari. Qui sunt uocandi, dictum est. s̃. eo. corā. & j̃. eod. in genesi.

[d] Commode. Hoc ideo dicit: quia si commode & sine periculo uocari non possunt, non sunt uocandi. supra, eo. quod sicut. § j.

[e] De collegio. per hoc uidetur dari occasio discordiæ: quia facilius possent ipsi concordare in unam personam, quam assumant in prælatum quā in istos tres: & si discordant canonici in eligendo istos tres, æque inquiretur de meritis & zelo eligentium, sicut in electione episcopi. Dico quod in istis inquisitoribus non requiritur illa examinatio: quia ipsi non eligunt, sed inquirunt uota fratrum. & hoc potest fieri per quoslibet de capitulo, dum tamen sint uiri digni, & causa inquisitionis secrete fiat, qa quidā forte timore uel fauore timent aliquem nominare in publico, quem nominant in secreto, & libere nominant quem uolunt. Libera enim debet esse uoluntas in eligēdo [*]. viij. q. ij. dilectißimi. & s̃. eo. bonæ. & j̃. c. prox. sicut in matrimonio carnali. j̃. de spon. cum locum. & præterea ꝑ hoc obuiatur malitijs quorundam, qui statim eligebant, & appellabant ne alij eligerent. supra, eod. considerauimus. per istam constitutionem malitijs & cauillationibus talium obuiatur.

[f] Secreto. Sicut testes in secreto deponere debent, ut liberius dicant ueritatem, alias non ualet dictum testis. infra, de testib. uenerabili & C. de testib. nullum. & infra, de accusa. inquisitionis. §. tertiæ. alias non ualet nisi fiat secrete.

[*] Et eum cōpellere si intersit ecclesiæ. Pa. colu. j. not. iij. & maxime si est doctor, uel talis qui bonū consilium sit daturus.

[*] Per hoc dixit Hostien. ꝙ si eps uel aliusde collegio cuius uultus esset terribilis, assumeret inter hos scrutatores: appellari posset hic causa adiecta: maxime si intēderet etiā alijs inuitis aliquem promouere: si de hoc se iactasset. Ioā. And. in nouel.

[g] Redacta. Per ipsos scrutatores uel per tabellionē, & quod dicit secreto, capitulum tantum excluditur, & non personæ necessariæ.

[h] Mox. i. incontinenti nullo actu contrario intermedio post uota quæsita: & uno contextu, sicut testamentum. ff. de test. hæredes palam. in fine. optime ponit sensum istius dictionis mox. j̃. eodem. cum post petitam. ubi cassatur electio qa statim post collationem celebrata non fuit. argu. j̃. de test. cog. præterea. quandoq; mox aliter accipitur. id est, statim cū quodam temperamento. x. dierum. ff. de consti. pec. promissor. & mox quandoq; dicitur ad annum. xx. q. ij. si in qualibet. & c. puella. & cum quodam temperamēto sine spatio. ff. de sol. ꝙ dicimus. ff. ad legem falc. l. j. §. si ita. Item quandoque cum primum potuit. ff. ad Tertyl. l. ij. in §. item confestim. & illico. i. usque ad triduum. C. de iudi. cum specialis. & C. de erro. aduo. l. ult.

[i] Publicent. Postquam publicationem uariare nequeunt electores. j̃. eo. publicato. & ideo locum non habet appellatio: imo compellendi sunt ad electionem: ut infra. eo. publicato.

[k] Collatione. s. numeri ad numerū: ut sciatur in quē maior pars consentit: & zeli ad zelum, & meriti ad meritum, & numeri ad numerū debet fieri collatio: hoc enim est forma electionis, quando duo electi sunt, alias quando unus & sic non est necesse. & sic tria conferunt, numerus ad numerum, meritum ad meritum, & zelus ad zelum. j̃. eo. in genesi. & ca. ecclesia uestra, & ibi de hoc tractatur. & supra. eo. uenerabilem.

Glossa seq. reci. per q. scilicet quæ sint substantialia huius formæ: & nunquid uocatio absentium, numerus trium scrutatorum: & esse de collegio, sint de substantia.

[l] Sanior. Dic ut j̃. e. ecclesia uestra. Circa formā istā quædam ita sunt exacta diligentia obseruanda: ut si cōtra factū fuerit, electio aliquando est irrita j̃. e. ecclesia uestra. & c. in genesi. aliquādo est irritāda. j̃. eo. cū post petitam. & c. cumana. in utroq; tamē casu non ualet, ut hic dicitur in uer. aliter &c. Ista quidē sunt de substantia electionis siue de forma: ut; secreto & sigillatim inquisitio fiat, & publicatio in cōmuni, collatio & cōmunis electio incontinenti nullo actu cōtrario intermisso unum post aliud faciendo. & hæc probantur j̃. e. cū post petitā. & c. cumana. in fi. & c. in genesi. & uota in scriptis redacta, ut appareat per scripturam de consensu cuiuslibet, ut si uellet mutare, ei scriptū obuiet. j. q. vij. saluberrimum. & xxvij. q. j. omnes fœminæ. & xx. q. j. uidua. Et ꝙ quilibet sit uocandus qui cōmode uocari poßit. non credo esse de substantia electionis, ut propterea cassetur electio: dummodo contemptus postea cōsentiat electioni factæ. s̃. eo. ꝙ sicut. Quod tres tantū debeant esse inquisitores, non credo esse de substantia: dummodo tot sint inquisitores qd fraus fieri nō poßit. arg. supra c. cū dilecti. quia q plus facit, non uidetur facere contra. ff. de ser. ur. præ. si arborem. & superflua nō uitiant, necessaria uero prætermissa diminuūt contractum. C. de test. l. testamentum. & ff. de sup. le. l. legata. in prin. & l. Labeo. Nec credo esse de substantia, ꝙ sint de eodem collegio, quia in electionibus consilium religiosorum uirorum inquiri debet. lxiij. dist. obeuntibus & supra. c. prox. dummodo non sint laici. j̃. eo. massana. & ca. sacrosancta.

Electio. q̄dam substantialia, sine q̄bus nō ualet.

Viris

a Viris. Et isti possunt esse alij à capitulo, dummodo uiri religiosi: nec ipsi exprimuntur de capi. quia bene possunt potestatem suam dare alij. s. eo. causam quæ. & licet dicatur aliquibus: uni tantum cōmitti potest, ut in prædicta decre. causam quæ. quia nō est illud de forma. Imo melius potest expediri p unum quā per plures: scilicet duos: quia tunc res fere sine exitu est. ff. de arb. itē si unus. §. ult. argu. contra. j. de offi. deleg. prudentiam. uide ca. si compromissarius. eo. tit. lib. vj.

b Vice omnium. Sed nūquid maior pars posset sequi istam formam alijs contradicentibus? uidet q sic, q a quod maior pars facit, totum capitulum facere uidetur, & firmitatem debet sortiri, nisi rationabilis causa à paucioribus ostendatur. j. de his q fiunt à maio. parte c. cum in cunctis. Satis uidetur æquū, & sic uitatur discordia. & facilius consulitur ecclesiæ isto modo, quā per scrutinium. Sed litera ista contradicit, ubi dicit uice omnium. & q dicit aliter electio facta non ualet. & alia potest ratio esse: quia cum quilibet habeat uocem in electione, non debet priuari iure suo, nec aliquis debet compelli ius suum dare alij. C. de contrah. emp. in uitum. & l. in uendendis. ficut. & emptio uoluntaria est. ff. fam. ercis. si pignori. §. ult. Alij dicunt, quod maior pars bene potest potestatem eligendi committere minori parte contradicente: quod mihi non uidetur, quia non seruatur forma secunda, cum & illa debet seruari, sicut & aliæ duæ.

† Tantū. nō autem pro tota illa uacatione Io. An. Imol. Pa. c. cum uintoniēsis pillum tex. s. eo. cōtra Vincen. ibi.

1 Sed rationabile est, quod quis non priuet uoce sua ut sequit in gl. & sic hoc ca. cōcordat cū gl. Ioan. And.

Electio p cōpromissum fieri nequit: nisi omnes cōsentiant.

aliquib. uiris a idoneis cōmittatur, q uice b omniū ecclesiæ uiduatæ puideāt de pastore. Aliter electio facta non ualeat: nisi forte cōmuniter esset ab omnibus quasi per inspirationē absq; uitio celebrata. Qui uerò contra præscriptas formas eligere attentauerint, eligendi ea uice potestate priuentur c.

Interdicit procuratorē in electionis negotio cōstitui, nisi concurrant hic contenta usq; ad §. electiones. Abbas Siculus.

Illud aūt penitus interdicimus, ne quis in electiōis negotio procuratorem cōstituat, nisi sit absens in eo loco d, de quo debeat ad uocari, iustoq; impedimēto detentus uenire e non posit: super quo si opus fuerit, fidem faciat iuramēto: & tunc si uoluerit, uni committat de ipso collegio uicem suam.

Præcipit electiones solenniter publicari, et clādestinas reprobari. h. d. usque ad finem. Abb.

Electiones quoque clandestinas f reprobamus †. statuentes ut quàm cito electio fuerit celebrata, solenniter publicetur.

Idem in eodem.

Consentiens electioni de se factæ per abusum potestatis secularis, efficitur ineligibilis. ad dignitatē, et electio est nulla. Eligentes autē à beneficijs per triēnium suspenduntur, et tunc sunt priuati potestate eligendi.

CAP. XLIIII.

Q Visquis electioni

c Priuentur. Per sententiam, non ipso iure. j. eo. cumana in fin. unde signatur contra supra e. cum in cunctis. ubi ipso iure priuati sunt. De hoc dic ut dixi infra eo. cumana. in fine.

d In eo loco. De hoc dixi supra eo. coram.

Glossa seq. obijcit, et soluit. Secundo arg. ad opi. & remittit. Tertia pars recitetur per duas quæstiones, an canonicus procurator absentis habeat duas uoces, & an constituens habeat necesse iurare. In fine quærit, arg. pro. & soluit.

e Venire non possit. Si uenire non potest, quare citatur? Nō uidetur citandus. unde alij eligere possunt. sed hoc non est uerum: quia citandi sunt semper absentes, ex quo possunt commode citari, siue uenire possunt siue nō: & quia hoc ipsum dubium posset esse præsentibus. s. e. q sicut. Et intelligo illū uenire nō posse, qui propter timorē non potest uenire ad locum. s. eo. bonæ memoriæ. Sed in casu illius c. bonæ. non tenetur committere uices suas: ut not. ibi, in gl. quæ incipit, si citati. Vel propter infirmitatem. v. quæst. iij. si ægrotans. Vel si uocetur ad maius tribunal. ff. de re iudi. contra pupillū. & ideo cum iusta causa sit impeditus, iure suo priuari sine culpa sua nō debet: ut j. ut lite non contest. quoniam frequenter. §. ij. unde quod per se non potest. per alium exequatur. ff. de proc. l. j. sicut in iudice. j. de officio dele. si pro debilitate. & c. pastoralis. in fi. Et est arg. opti. cōtra illos, qui dicunt, quod si plures iudices sunt cum illa clausula, quod si non omnes &c. q ille qui non potest interesse, licet com mittere possit uices suas, socij non tenentur ipsum admittere: quia extat conditio, quod falsum est. hic non potest interesse, & tamē alij tenent pro curatorē illius admittere. De illa materia dicitur j. de offi. delega. coram. Et iste procurator cū sit in capitulo, habebit duplicem uocem 2. j. eo. congregato. & argu. j. de re iudic. cū olim arg. s. eo. scriptum. Nec credo, quod multum expediat quod iste qui dat procuratorem, debeat iuramentum præstare: sed ideo dicit: si opus est, fidem faciat iuramento, quid si præsentes nollēt ei credere super impedimento, quo detinetur, nec aliter admittere uelint procuratorē, qui non haberet uerisimilē præsumptionem: tunc debet iurare q impeditus uenire nō possit: & tunc tenētur illū admittere. Sed quid si nullus uellet de capitulo recipere uicem suā: nūquid posset alij committere qui non esset de collegio? Videtur q sic: quia per hanc literam constat, q ipse debet interesse per se uel per alium, & ita si nullus uult recipere uicē suam, potest alicui uiro religioso clerico committere uicem suam: alias non ualet electio si eligerent. & hoc non credo esse contra substantiam si alium admittāt qui non sit de collegio, quia & uiri religiosi uocandi sunt ad electionem, & de eorum consilio est facienda, ita q non ualet alias electio. lxiij. di. obeuntibus. Tamen non credo, quod hodie canonici ad hoc teneantur nisi uelint. Et illud c. obeuntibus. non tenet nisi quo ad honestatem. canonici tamen tenentur recipere illū qui cōmiserit uices suas autoritate huius canonis. arg. contra. s. de rescrip. cum contingat. & j. de app. cum speciali. Vel si nolint recipere, potest exprimere suam uoluntatem per literas suas, & uoluntas illa cum alijs publicetur: & sic extra capitulum nō committat. Ista opinio est hodie reprobata per cap. si quis iusto. §. fi. ff. eo. ti. lib. vj.

† Capit. unico. §. occulta. j. ut ecc. benefic. sine dimi. cō. & ibi. Ioā. And. Pan. idem Fran. Rip. de rescri. Rū. xiij. col. j.

2 Non tamē potest duos eligere, nisi in casu. j. e. c. pe. li. vj. in ij. glo. Ioan. Andr. in nouel.

f Clandestinas. Illa electio dicitur clandestina, quæ fit singulariter & occulte per occulta conuenticula. lxxix. di. c. ij. quandiu publicatio facta non est, dicitur clandestina: ut hic, in fi. & quam cito facta est, debet publicari, alias non ualet, ut dictum est & infra, ut eccle. bene. ut nostrum.

Electio clandestina.

Q Visquis. Sunt duæ partes In prima punit electū consentientem. In secunda punit eligentes, & electionem uitiat: ibi, qui uero. Abbas.

[a] Abusum. Vt laicus, princeps uel potestas intersit electionibus, & talis non est usus, sed abusus: ut supra eo. cū terra. & c. quod sicut. & contra ecclesiasticam libertatem: ut ibi dicitur: & hoc intellige cum clerici sponte laicos admittunt. Secus si per uim uel impressionem eligerent: quia tunc non puniuntur supra e. cū Vintonien. Ber.

[b] Libertatē. Quia si admitterent laici, siue huiusmodi potestates assumerent sibi ius in posterum, sic periret libertas ecclesiæ: quia in electionibus liberum debet esse arbitriū cuiuslibet. viij. q. ij. dilectissimi. sicut ī matrimonio carnali. j. de spon. cū locū. & ideo talis electio nulla est quæ fit cōtra libertatē ecclesiæ. infra eodem, sacrosancta. & c. massana. & supra eod. cum terra. & ita laici omnino excludēdi sunt in collegiatis ecclesijs.

de se factæ per secularis potestatis abusum [a] consentire psumpserit, contra canonicam libertatē [b], & electionis commodo careat, & ieligibilis fiat [c], nec absq; dispēsatione ad aliquam ualeat eligi dignitatem. Qui uerò electionē huiusmodi quam ipso iure irritam [d] esse censemus, præsumpserint celebrare, ab officijs et beneficijs penitus suspendant [e] per triennium, eligēdi tūc [f] potestate priuati [g].

Idem in eodem.

Si prælatus per negligentiam confirmauit indignum electum ad regimē animarum, perdit potestatē confirmandi primū successorem, et à perceptione proprij beneficij suspenditur, et pro motu deycitur. Si uero p mali-

Glossa seq. recitetur per quæstionē. an ipso iure etc. argu. pro et contra. & soluit. in fine, quærit an dispenset episcopus, & soluit quod sic.

[c] Fiat. Per hoc quod dicit fiat (quod futuri temporis est) uidetur quod non ipso iure, sed per sententiam debeat suspendi. & facit ad hoc j. de iure patr. præterea. [1] Videtur tamen, quod ipso iure per id quod sequitur non absque dispensatione & c. Et est uerum ꝙ ipso iure fit ineligibilis. & ad hoc facit xvj. qō. vij. si quis deinceps. & supra eo ne pro defectu. uer. careant ea uice, sed ibi suspensio durat quousque dignitatem taliter adeptā dimiserit: & qui sic suspensus est, sicut per suum factum suspenditur, ita per actū contrariū restituitur. xv. q. vj. nos sanctorum. & lxxxj. di. si quis presbyter. & c. si quis amodo. Sed nunquid episcopus potest dispensare cū talibus? Credo quod sic. ex eo enim quod conditor canonis, hic non reseruauit sibi [2] dispensationem, alijs concessisse uidetur j. de sent. excom. nuper. & infra de præb. multa. in fin. & c. graue. in fi. & hoc minus est adulterio, in quo pōt episcopus dispensare infra de iudi. at si clerici.

[1] Adde ad hanc glo. no. & theoricā gl. fimi. in regula ī pœnis. d reg. iur. li. vj. & in ca. si diligenti. de foro compe.

[2] Sibi. & dicit posse dispensari Pan. hic.

[d] Irritam. Sic supra eo. cum in cunctis. ubi electio ipso iure irrita est, quæ fit de persona indigna.

Glossa seq. recitetur. per quæstionem an per sententiam etc. arg. pro & contra, ponit opin. & soluit quod per sententiam.

[e] Suspendantur. Per sententiam sic j. eo cumana. iu. & sic intelligitur supra, eo. quia propter. Contra. supra e. cum in cunctis. ubi ipso iure beneficijs ecclesiasticis sunt priuati: quidam dicunt, quod standum est huic & non illi, & in alio etiam corrigitur ille canon ibi, eligendi potestate priuatos, per c. proxi. quia propter. diuersitas istius uerbi, quantum ad electionem, habetur j. eo. cumana. in fine. Sed quod dicit ab officijs & beneficijs priuentur, hoc est uerū, quòd per sententiam priuandi sunt: & illud ca. cū in cunctis. non corrigitur, unde ipso iure priuati sunt beneficijs per triēnium. Et ratio diuersitatis hæc est, hic priuantur officijs & beneficijs, & sic in duobus puniuntur: quia plus peccant, & ibi priuati sunt beneficijs tātum: quia minus peccant ibi quam hic: ut sic quædam cōpensatio sit hinc inde. Vel uerius diuersi sunt isti casus: & in diuerso casu loquuntur: & iō diuersæ pœnæ. hic maior pœna imponit quam ibi: q a plus offendit q cōtra ecclesiasticā libertatē aliquid fecit. sed ibi eligitur persona indigna.

tiam hoc fecit: grauius punitur. Electi uerò immediatè subiecti Papæ, per se aut per personas instructas debent adire Papam, et petere confirmationem. Et si sunt electi in concordia et ualde remoti, uidelicet ultra Italiā constituti, interim administrāt, ita tamen quòd nil alienent: benedicuntur autem et consecrantur prout consueuerunt.

CAP. XLIIII.

NIhil est quod ecclesiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni assumantur prælati ad regimen animarum. Volētes igitur huic morbo necessariam adhibere medelam irrefragabili constitutione sanximus, quatenus cùm quisquam ad regimē animarum fuerit electus, is ad quem pertinet ipsius confirmatio, diligenter examinet [h] & electionis

Glossa sequens ponit duas lecturas, & primam reprobat.

[f] Tunc. i. ea uice. sic supra e. cum in cunctis Sed in illo triennio quo suspensi sunt, iterum uacaret, uidetur, per illam expositionem, quod canonici possent eligere & ita suspensi eligerent: sed hoc esse non potest supra e. cum inter R. & ideo istud tūc, respicit totum triennium. & hoc intellige quando omnes delinquunt: sed si aliqui nō deliquissent, ipsi eligerent supra e. scriptum est. in fine. & ca. cum in cunctis. Bernardus.

[g] Priuati. supra eo. ca. prox. contra ubi priuantur per sententiam. Idem est: quia plus peccant isti quam illi (ut dictum est) & ideo hic ipso iure, ibi non: & in diuerso casu loquuntur.

NIhil est. Diuidit tota decre. in duas partes. Primo ponitur cōstitutionis causa. In secūda constitutio: ibi. Volentes igitur. alias ibi, Irrefragabili. Cōstitutio uero habet tres partes. Prima prouidet circa confirmationes eorum qui eliguntur ad curam animarū. Secunda ibi, Episcopi. Prouidet circa promouēdos ad dignitates & ordines sacros. Tertia ibi, Cæterum. circa confirmationem & priuilegium exemptorum. Adhuc prima & ultima possent subdiuidi, quod per te uideas. Panor. post Io. And.

[h] Examinet. Ad illum enim pertinet examinatio, ad quem pertinet cōfirmatio, & ex officio suo debet examinare personam electi & formam electionis, etiam si non obijciatur aliquid electo. supra, eod. cum nobis olim. & c. uenerabilem uers. est enim generaliter, &c. & lxxvj. dist. j. quid est cito. & infra, de hære. cum ex iniuncto. quia eius interest ne puniatur si promoueret indignum, ut supra eod. sequitur.

processum, & personā electi, vt cùm omnia ritè cōcurrerint, munus ei cōfirmationis impēdat: quòd si secus fuerit incautè præsumptū, nō solum deijciēdus est indignè [a] promotus: uerum etiā indignè promouens puniendus. Ipsum quoque decernimus hac animaduersione puniri: ut cū de ipsius constiterit negligentia, maximè si hominē insufficiētis sciētiæ [b], uel inhonestæ vitæ, uel ætatis [c] illegitimæ approbauerit: nō solū cōfirmādi primū successorem illius careat potestate [d], verū etiā (ne aliquo casu pœnam effugiat) à perceptione proprij bñficij suspēdatur [e] quousque (si æquū fuerit) indulgentiā ualeat promereri. Si uerò cōuictus fuerit in hoc per malitiā excessisse, grauiori [f] subiaceat ultioni. Episcopi quoq; tales, ad sacros ordines & ecclesiasticas dignitates ꝓmoueri procurent, qui cōmissum sibi officiū dignè ualeant adimplere, si & ipsi canonicā [g] cupiūt effugere vltionem. Ceterū qui ad Romanū [h] pertinent immediatè pontificem: ad percipiendā sui cōfirmationem officij, eius se conspectui (si commodè fieri potest) personaliter repræsentēt, aut ꝑsonas trāsmittāt idoneas per quas diligēs inquisitio super electionibus & electis possit haberi: ut sic demū [†] per ipsius circunspectionem cōsilij, sui plenitudinē officii assequātur [†], cū eis nihil obstiterit de canonicis institutis: ita ꝙ interim ualde remoti, uidelicet ultra Italiā [i] cōstituti: si electi fuerint in cōcordia, dispēsatiuè ꝓpter necessitates ecclesiarū & utilitates in spiritualibus & temporalibus administrent [k]: sic tamen, ut de rebus ecclesia-

a Indigne. sic lxxxj. distin. c. tantis.

b Scientiæ. Quæ impedit promouendum. infra eod. congregato. & deijcit iam promotum. infra, de ætat. & qualita. cap. ultimo.

c Aetatis. s. eo. cum in cunctis. Et ita expresse patet hic, quod episcopi in ætate dispensare nō possunt. de hoc hot. s. eo. cum dilectus. in gl. sed nunquid cū puniantur si hoc fecerīt: alias non deberēt puniri: quia quod legitime factum est pœnam non meretur. C. ad legem Iul. de adulte. Gracchus.

Episcopus in ætate non dispensat.

d Potestate. ipso iure. s. eo. tit. ne ꝓ defectu. & c. cū in cunctis. in fi. Laur.

Gloss. seq. præmittit quinque species pœnarū, signat cōtrariū, et soluit.

e Suspēdatur. Variæ pœnæ statuunt a canonibus circa illos qui illicite ꝓmouent indignos, & illos, qui illicite promouentur. Quādoque priuātur potestate cōferendi illum ordinem, quē illicite cōtulerūt: vt j. q. j. si qui episcopi. & j. de tēp. ord. literas. xxxvj. di. is qui ecclesiasticis. & ordinatus remouetur a clero l. dist. ex pœnitentibus. Quandoque suspenditur a celebratione missæ per annū lv. di. nullus. Quādoq; deponitur. lxiiij. dist. c. ult. ubi episcopus ordinatus præter scientiā archiepiscopi deponitur. lj. dist. c. j. & hic statuitur pœna cōtra illos qui ꝓmouēt indignos qui debēt suspendi (ut hic dicit) per sententiam a superiore cū hoc ad ipsum peruenerit. Huic assignatur cōtra. j. de præben. graue. ibi enim nō punitur, qui promouet indignos. nisi post primā & secūdā correctionem, & hoc statim sine aliqua admonitione. Item hic ordinati siue promoti remouētur, ibi nō. Dicas quod in alio casu hic, & in alio ibi: hic loquitur de ijs qui promouentur ad dignitates, & ad regimen animarum: ut dicit in prin. & quia plus peccant, plus puniuntur sine aliqua admonitione. Quia & portę dignitatis ꝑsonis vilibus patere nō debēt. j. de exces. præla. inter dilectos. & j. de iureiu. quærelā. & C. de infa. l. una. lib. x. & C. de digni. neq; famosis. lib. xij. Ibi loquitur de beneficijs simplicibus, ubi non requiritur tanta maturitas, & ideo habet ibi locū correctio: quia in promotione illorum, non est tale periculum. unde illi non remouētur, sed isti sic: & ita contra non est: quia diuersitas contradictionem impedit, sicut dicitur, diuersum tempus impedit contradictionem.

Dignitates nō sūt vilibus cōferendæ.

f Grauiori. Ad arbitrium iudicis, cum hoc non determinetur. j. de off. deleg. de causis. §. fi. de accu. sug his. & magis punienda malitia, quam negligentia. infra de fal. ad falsariorum.

g Canonicam. supra eo. cum in cunctis. in fine.

h Ad Romanum. Siue sint abbates. supra de consuet. cum venerabilis. siue episcopi.

i Vltra Italiam. Licet fines Italiæ nō ubique distent a Roma æqualiter, tamen omnes dicuntur remoti, qui vltra duas dietas extra diœcesim suā distant, supra, de rescriptis. nonnulli. Sed istud uerum est quo ad iudicia. Sed quantum ad hunc casum, qui distant per duas, & dimidiam, uel tres aut parū plus, non credo quod debeāt habere illud beneficium: quia modica distantia est: tamē consuetudini stet. Et ita aliquid statuitur, propter distantiam, qđ alias nō fieret. sic lxiij. distin. cum longe. & j. de dolo & contuma. cum olim.

† Alias, deinde.

† Alias, exequantur.

Glossa sequens præmittit duos casus speciales. Secundò quærit de illo, qui distat à Metropolitano. argum. pro, & contra. Tertio quærit, quid de gestis per ipsum si cassetur electio. argum. pro, soluit contrarium. Quartò quærit quid de acquisitis per intrusum, argument. pro, & contrarium soluit.

k Administrent. In duobus casibus ex sola electione habetur ius administrādi, in his uidelicet, qui subsunt nullo medio Romano pontifici vt hic, & in Romano pontifice. xxiij. distin. in nomine domini. Sed quid si suffraganeus est ualde remotus a suo Metropolitano, nunquid eodem modo pōt ministrare? Videtur qđ sic, cum eadem causa subsit, ergo uidetur quod idem ius [1]. supra de constitu. translato. & capit. nam concupiscentiam. & infra, de transla. inter corporalia. & infra de cōfir. uti. uel inuti. cū dilecta. & si nimia subtilitate utamur res ecclesiarum depereunt. C. de uerbo. signif. cum quidam. circa finem. & C. ad Trebell. l. penul. Sed cōtra uidetur: quia cum illud etiā dispensatiue [2] sit dictū, talis dispensatio ad similia non protenditur. infra de re iudica. in causis. & lvj. distin. Cenomanens. nec excusat hic rerum periculum infra, de maio. & obedien. illud. Sed pone quod talis præfatus tempore cōfirmationis suæ reperitur minus idoneus, & sic repellitur: nunquid ea quæ medio tempore fecit, sunt cassanda? Videtur quod sic infra de hæreticis fraternitatis.

Electus ante cōfirmationē, quandoq; licite administrat.

1 Idē ius. Pan. hic.

2 Scilicet cōtra iura q̄ nō sunt ante confirmationem administrari. & hic soluit contraria: vt j. de regu. iur. qa ipso iure. cum cōcord. li. vj. Io. An. in nouel.

fraternitatis.& xij.q.ij.alienationes.& xiiij.dist.c.ul.& §.principale cassatur. & omnia quæ secuta sunt ex eo.uel ob id.C. de leg. nõ dubium.& j̃. de fide instru. inter dilectos.Sed contrarium uerum est in hoc casu: quia fuit inquieta administratione & in quasi possessione p̃lationis de licẽtia papę, & pro prælato habitus ẽ. vnde omnia quæ fecit medio tp̃e, rata sunt quæ poterat facere: [a] argu. j.de iure pa.ex literis & c.cõsultationibus.& s̃.eo.querelã. iij. q.vij. c.in famis.§.uerũ.& ff. de procu. si procuratorem.in fi.& C. de testa.l.quæ facere poterat, ideo dicit:quia de reb. ecclesiæ alienare nõ posset:quia illud ei prohibetur: ut hic dicit,sed circa spiritualia ualet quicquid fecit,& etiam in tẽporalibus bene administrando, emẽdo, recipiẽdo, ad utilitatem ecclesiæ nõ dando. arg. ff.si cer. pet.eius q. in p̃uincia. & j. q. j.si quis a simoniacis.& hoc cõfirmat litera hic in fi. Sed si quis intrusus acquirat ecclesiæ, nũquid & illud cassabitur cũ ipso? Videtur,quod sic per iura prius dicta: & quia cõmodum cũ incommodo debet compẽsari ff.de neg.gest. si negotia.Credo ꝙ non cassabuntur, nisi ea quæ perperã facta sunt in præiudicium ecclesiæ, sed utilia remanebunt penes ecclesiam:quia cũ in fauorem ecclesiæ talia cassantur,in læsionẽ eius non debẽt retorqueri.C. de legib.quod fauore.& ff.de mino.si iudex.

[a] Adde opt. gl. in l. iusiurandũ, quod ex conuẽtione. §. pupillus. in uers.nõ competit. ff.de iuretur. & l. q. neque. ff. de re eo. qui sub tuto.uel curat.

sticis nihil penitus alienent. Munus uerò benedictionis seu cõsecrationis recipiant, sicut hactenus recipere consueuerunt.

Honorius tertius capitulo Constãtinopolitano.

Expensæ necessariæ quas facit capitulum pro electione prælati,de bonis prælaturæ debent fieri vel reddi.

CAP. XLV.

VT præteritæ: & infrà. Præsentium authoritate statuimus,ut expensæ necessariæ [a] quas capitulum Constantinopolitanum, uel eius nuntij vacãte sede pro electionis negotio [b] fecerint,de bonis ecclesiæ patriarchatus fiant totaliter uel reddantur. Dummodo ipsi bona decedentis patriarchæ, nõ occupẽt [c] uel usurpẽt.

VT præteritæ. Primo ponit dictum quod secundo determinat: ibi, Dummodo. Abb.Sic.

Expensæ electionũ, a quibus possint repeti.

[a] Expẽsæ necessariæ.Sic patet,ꝙ si capitulũ fecit expensas uacãte ecclesia pro negotio electionis promouendæ,aut etiã pro electione episcopi cõfirmãda uel alias,totũ possunt repetere ab episcopo, idẽ intelligo pro electione alterius prælati: quia hincinde eadẽ ratio & idem ius C.ad leg.Fal.l.ult. C. de inoffic. dona. precibus.C.de lib.præte.l.j.& istæ expẽsæ necessariæ debẽt esse & moderatæ quas fecerũt occasione istius electionis,ut hic dicit,& j̃. de dol.& contu. cum dilecti.& j̃.de eo qui mit.in pos.cum uenissent.in fin.nec debẽt excedere probabilem modum. ff. de damno infecto.inter quas.§.ult.cum l.sequẽ.nec delicatæ:quia nec delicatus debitor,nec onerosus creditor est audiẽdus.ff.de pignora.actio.si seruos. Et dicuntur expẽsæ necessariæ sine quibus negotium expediri nõ potest, uel sine quibus res efficiatur deterior.ff.de impen.in rebus dota.fa.l.j.ij.iij.& iiij.& ff.de uerb.signific.impensæ.& sufficit si credat expedire,licet nõ expediat. ff.de bonis autho.iud.pos prætor.§.ij. Et cum ipsi canonici utilitatem patriarchæ procurauerint,dignum est ut suum stipẽdium consequantur. xij.q. iiij. quicunque.quia illud de suo facere non tenebãtur: quia nemo cogitur inuitus de suo facere beneficiũ. x. q.ij. præcariæ [a] .& utiliter negotium suũ gestum est.ff.de negot.gestis.Pomponius.in fin.cum lege sequẽti. sed an ultro.Sed quid si duo in discordia electi essent? Dicunt quidam quod tunc nõ repetent expensas. Idem credo dicendum quod de uno: dummodo maior pars capituli certet pro electo,& obtineat: quia idẽ est ac si totũ capitulum. quare eodem modo nõ solueret illi cõfirmatus expensas,non uideo. eadem ratio est hic.

Expensæ necessariæ

[a] Cõcor. tex.in l.si. C. de neg. gest. & in l. filius. §. inuitus.ff. de p̃cura.

[b] Pro electionis negotio. Illas autẽ tantũ soluẽt, quas propter hoc fecerunt. j̃. de eo qui mit.in possess.cum uenissent.in fine,& j̃. de procurat. cũ pro causa. & propter hoc negotiũ iuerunt. alias si p̃ suis negotijs iuissent uel misissent, licet tractassent p̃dictum negotium: non haberent expensas.j̃. de procura.cum pro causa. nisi quatenus plus expendissent propter lõgiorem moram.ff. fam.ercisc. ex parte.in prin.ff. de negot. gest. si communes.

[c] Occupent. Tũc enim q̃ ius sibi dicunt in rebus occupatis,debẽt cadere a iure suo. ff. qđ metus cau.extat edictum.& ff. ad legem Iul. de vi priuata. creditores. & xvj.q.vj.placuit.imo tenentur bona decedentis cõseruare futuro successori. xij. q.ij. hæc huius placiti. & c.cum non liceat.j̃.de off.ord.cum uos.sed si occupent bona,tunc sufficit quod habent.

Idem electo Lugduñ.

Electio post collationem ex interuallo celebrata,non ualet. hoc dicit secundum opinionem magis communem.

CAP. XLVI.

CVm post petitam [d] instanter [†] & demũ obtentam quondam Lugdunen.archiepiscopi cessionem, uota canonicorũ Lugduñ. in te tunc ipsorum præpositum concorditer conuenissent.

[†] Alias, instantiã.

Quia tandem examinato (sicut decuit) processu electionis tuæ, inuenimus eam post publicationem consensuum, & collationis tractatum aliquandiu fuisse protractam [e], assensumq; tuũ

CVm post.Primo narrat factum electionis, quam secundo cassat ibi,Quia tandem.Abb.Sic.

CASVS. Archiepiscopus Lugduñ. postulauit licentiã cedendi,& obtinuit. post renuntiationẽ ipsius canonici Lugdu.præmisso scrutinio, publicatione & collatione secuta præpositũ suum concorditer elegerunt in archiepiscopũ.electio præsentata fuit domino papæ,examinato electionis p̃cessu inuenit pa.ꝙ post publicationem cõsensuũ & electionis tractatũ electio non fuit facta statim,sed aliquãdiu protracta,& cõsensus electi prius fuit requisitus quã electus, & ideo papa electionẽ cassauit iustitia exigente solũmodo propter inordinatum processum: quia nõ fuit forma obseruata. No.quod incontinẽti electio faciẽda est, post publicationem & consensuum collationem factã:alias cassatur electio.Item eligendus non debet requiri ante electionem, ne tanquam ambitiosus repellatur. Item forma seruari debet in electione.

[d] Petitam instanter. Peti debet instanter. antequã admittatur,sicut & palliũ.c. dis. prisca. sicut & libelli dimissorij.ij.q.vj.post appellationem. infra de appel. cordi.lib.vj.& ff.de libel.dimisso.l.una. Item & sponsa non debet statim tradi, ut charior sit dilata. xxvij. q.ij.institutum. Item remissio peccatorum. de pœn. distin.j.importuna. & ea obtenta necesse habet cedere. infra de renunt.quidam.

[e] Protractam.Sed uidetur quod per talem propagationem non debet cassari: quia non omne quod differendũ

rendi causa fit, adnumerãdum est moræ. ff. de usu. sciẽdum. & quod differtur, non aufertur. xxxij. q. ij. ancillam. imo maturiori consilio perficitur. de pœ. di. vij. c. j. ideo nõ debent differre, quia amplius deliberare. non possunt. cum etiam mutare nequeant uota sua. j. e. publicato. Et id incontinẽti electio fieri deberet, antequam ad alia diuertant. uno enim contextu totũ fieri debet. s. eo. quia propter. & ff. de testa. hæredes palam. in fin. De hoc dicitur supra e. auditis.

a Requisitũ. Sed nũquid sola requisitio sufficeret ad cassationem? Non uidetur. qa in fraudem posset ab aliquo æmulo procurari. simile. j. de simo. sicut. & ideo non uidetur impedire sola requisitio sed si cõsentiat, tũc sufficit ad cassandum propter ambitionem, & simile. s. eo. officij. & c. cum ad nostram. & j. q. vj. sicut is. & C. de epis. & cle. si quenquam. & non ambitione sed labore ad dignitatem conuenit puenire. C. de re milit. contra publicam. lib. xij. & ita utrunq; istorum reddit formã inutilẽ, hic requisitus consentit: & ista fuit causa quare cassata fuit electio. si uero dissentiat, non est eligendus.

priusquam electus fueris requisitũ [a], electionẽ eandẽ (ex ipsius dũtaxat inordinato [b] processu) iustitia cassauimus exigente.

Idem Eboracen. priori & magistro Guidoni de Canopo.

Monachus unius monasterij alterius factus abbas, in electione abbatis prioris monasterij uocẽ non habet, etiã si tale ius ab abbate et monachis prioris monasterij sibi fuit reseruatũ.

CAP. XLVII.

Constitutis in præsentia nostra procuratorib. sancti Taurini Eboracen. & sancti Leofredi de cruce abbatum: & infrà. Cum aũt procuratores ipsorum abbatũ iussi essent exprimere quo iure [c] ipsi abbates deberẽt electioni abbatis Fiscan. monasterij interesse, responderunt quod olim cùm assumerentur in suorum monasteriorum abbates, fuit specialiter indultum eis ab abbate & conuentu monasterij Fiscanen. ut haberent uocem in capitulo [d] eorundem. Nos autẽ rationem huiusmodi friuolam reputantes, super hoc perpetuum silentiũ imponimus abbatibus supradictis.

b Inordinato. quia ex ijs quæ inordinate fuerunt facta, nõ potest aliquid ordinabiliter agi. j. de ac. qualiter & quando. sic s. de rescrip. cum dilecta. Et qualiter forma seruari debeat, dictum est. s. eo. quia propter.

Constitutis. Primo ponit petitionem actoris. Secundo expressionem causæ. Tertio sententiam contra actores propter causam ineptam. Secunda ibi, cum autem. Tertia ibi, nos autem. Abb. sic.

c Quo iure. Isti abbates petebant electionem. Fiscani abbatis cassari, in qua dicebãt se fuisse contẽptos: & sic cũ dicerent se fuisse in quasi possessione eligendi, uidet quod iniq; sit actum cum illis: quia possessor non tenetur dicere titulum suæ possessionis. C. de peti. hære. cogi. & ij. q. v. §. j. non est ita, quia isti tempore petitionis suæ expulsi erant de possessione iuris quod se habere credebant [a], quia quandoque forte habuerũt uocem in capitulo Fiscan. Et ideo quia eis cõtemptis facta erat electio: petebant illã cassari. sic infra. de cau. posses. cum ecclesia. cum enim peterent illam cassari: & ad eos de iure cõmuni non pertineret electio, merito debebant exprimere quo iure hoc petebant: quia sine actione uel causa nemo experitur. C. de edicto diui Adriani tollen. l. fi. ff. de negotijs gest. si pupil. §. ult. & ff. de administra. tuto. quoties. §. item si tẽporali, quia ineptam actionem siue causam exposuerunt, imponitur eis silentium. infra de iu. examinata quia in diuersis monasterijs, nõ potest quis esse monachus: ergo nec uocẽ habere. infra de religio. domi. capitulo ultimo, in fine. Sed si allegassent solũmodo consuetudinem nomine ecclesiarum suarũ, & pbauissent se in quasi possessione fuisse, tũc cassata fuisset electio. infra de causa posses. sionis. cũ ecclesia. sed nomine suo nõ poterant allegare cõsuetudinem. Et sic nota, quod qui nõ est de collegio: si electionem petit cassari, debet assignare causam suæ petitionis & idoneam, alias repellitur: ut hic habes. Item idem est si ante electionẽ dicat se debere ĩteresse, & ab illis de collegio hoc negatur, protestatione præmissa, vt si docuerit de iure suo, ualeat uox eius: possunt procedere omnes ad electionẽ: & in hoc casu necesse est docere de iure suo: & sola possessio in hoc casu non prodest. infra eodẽ. cum mana. hic enim agitur confessoria & negatoria. De hoc dicitur infra de causa possessio. cum ecclesia.

a Solue melius, ut per Inno. quod possessor tenetur dicere tit. suæ posses. propter psum ptionẽ cõtrariã: ut C. de probat. l. siue. & cap. unico. ut ecclesi. beneficia.

Idem Rothomagensi capitulo.

Electio debet fieri uerbo, & de illo quem consenserit maior pars capituli, et non respectu aliarum partium.

CAP. XLVIII.

Ecclesia uestra destituta pastore, & uotis uestris cum de futura prælati haberetis successione tractatum, in diuersa diuisis [e], quidam in Thomam, quidam in Cancellarium, & quidam singulares in singulares personas eiusdem ecclesiæ cõsensistis. Verum cùm super his in nostra & nostrorum fratrum præsentia multa fuissent hinc inde proposita, inuenimus, quod illi qui sua in Thomam desideria dirigebant [f]: li-

d Vocem in capitulo. isti abbates erant monachi monasterij Fiscanen. quãdo assumpti fuerunt in abbates, & tũc cõuentus reseruauit illis confraternitatẽ, & quod haberent uocẽ in capitulo Fiscan. & ita hoc prætextu se credebant debere uocari ad electionem abbatis. sic consueuerũt facere multi monachi [a], ut quasi sint de collegio utriusq; monasterij, ut sic possint eligi si cõueniat, ut de collegio eodẽ fiat electio. Istud hodie reprobatur. nullus enim põt esse monachus in pluribus monasterijs, nec abbas potest pesse diuersis monasterijs. j. de religio. domi. ne nimia. §. fi. & ideo causã allegata ab istis abbatibus nulla fuit: si aptam causam etiã postquã causa illa fuit repulsa allegassent, bene debuissent audiri per prædictã decre. examinata. & j. de donatio. inter dilectos. & ff. de excep. rei iud. & an eadem. & infra de cau. posses. cum ecclesia. & j. de iud. examinata.

a Experieris quod sæpissime monachi uocati ad alia loca, te cõsulẽt super hoc casu. Ioã. And.

Ecclesia uestra. Casus huius decr. notus est, et quotidie allegatur. Primo ponitur propositio negotij. Secundo ipsius examinatio: ibi, Verum. Tertio sententia: ibi, Vide. Abb. Sic.

e Diuisis. Pone quod cũ duodecĩ canõici eẽnt, quinq; nominauerũt Thomã, quatuor cãcel. tres alij alios tres.

f Dirigebant. Contentiendo in ipsum, & nominando

cet maiorem partem facerent partiũ comparatione minorũ †, non tamen ad maiorẽ partem capituli ꝑuenerunt. Cõsiderauimus nihilominus, quòd post publicationẽ cõsensuum, & collationis tractatũ ad electionem nullus habitus est processus [a], quamuis deportationis solennitas, etiã post appellationẽ [b] legitimam fuerit subsecuta quã pro electione nec deceret, nec etiam expediret haberi. Vnde quod factum est de T. prædicto, cassauimus [c], petitione consentientium in Cancellarium non admissa [d].

Grego. ix.

Non professus, in abbatem eligi non potest.

CAP. XLIX.

Cum in magistrũ assumi nõ debeat, ꝗ formã discipuli [e] non assumpsit, nec sit præficiendus [f] qui subesse non nouit: nos intellecto per te ꝙ in quibusdam regularib. dominibus, iure tibi diœcesano subiectis: sũt quidã in abbates nõ professi ordinẽ regularẽ assumpti. Mandamus quatenus cũ tales abbates esse nõ debeant, qui per ꝓfessionem [g] monachi & regulares canonici nõ fuerint: ad amotionẽ [h] eorũ quos tales inueneris (sublato appellationis impedimento) procedas.

Idem Cuman. capitulo.

Electio facta à nõ maiori parte capituli & omissa collatione, non ualet.

CAP. L.

Cumana ecclesia pastoris solatio destituta, & congregatis die ad celebrandam electionem præfixa, qui præsentes [i] erant de Cumanis canonicis, ac tribus abbatibus [k] qui uocem in electione habere noscuntur: capellani & clerici ciuitatis electioni se debere interesse dicentes, sub huiusmodi protestatione [l] admissi fuerũt: quòd vox eorum qui non, deberent

ipsum. Sed uidetur, quod sufficiebat ex quo Thomas habebat maiorem partem quam aliquis aliorum. arg. ff. de uerbo. signi. maiorem. ubi dicitur quis possedisse maiore par e anni, & tamẽ nõ possedit nisi duobus mensibus illud uerum est, quod maiorem partem totius capituli debet habere electus, ad hoc ut sua electio confirmetur, etiam per antiqua iura. ĵ. de ijs quæ fiunt a maio. parte cap. cũ in cũctis. & lvj. distin. apostolica. & supra e. c. quia propter.

† Adde gl. ĩ l. nulli. & l. plane. ff. qđ cuiusq; vni. facit. l. qđ maior. ff. ad mu.

[a] Processus. Et ideo non ualuit, etiã si maior pars capituli consensisset in illũ. infra eodem in genesi. Et ita quod præcipuũ est hic deficit, scilicet electio, & talis deportatio non obtinet uicem electionis, & ita per alium actum fieri non potest electio, licet possessio tradita uideatur. quãuis possessio non apprehẽdatur, argumen. supra. de consue. ex literis. & ff. de acquirenda possessione. quod meo. §. si per uenditorem. sicut appellat quis ipso facto. infra, de appel. dilecti. & ca pi. ut nostrum. Ista enim prĩcipalia et præcipua necessaria sunt, sine quibus electio non ualet collatio, publicatio, inquisitio, & incõtinenti electio & scriptura supra eodem quia propter. & infra eodem. cumana. & ca. in genesi.

Electio, habet aliqua præcipua.

[b] Appellationem. Quæ locum non habet, publicato scrutinio. cum mutare nequeant uoluntatem. ĵ. eod. publicato. & supra eodem: quia propter.

[c] Cassauimus. id est cassum & irritum ostendimus. sic infrà eo. in genesi.

[d] Non admissa. Ex eadẽ causa, quia non fuit electus, & quia minorem partem habebat quam Thomas.

[e] Cum in magistrum. Discipuli. & merito, quia primo debet quis esse discipulus quam magister † lix. dist. ordinatos. & lxj. di. miserunt. & xvj. q. j. si clericatus.

† Magister. ꝗ remũ tenere nõ didicit secũdum locũ a gubernaculo nõ teneat, c. ante oĩa. in si. xl. distĩ. & multo tempore disce, quæ postmodũ doceas. 16. q. j. sic uiue. & discere debes a perit iori. xxxvij. distin. relatum. Gof. Ioã. And.

[f] Præficiendus. Simile. ĵ. de æta. & quali. in ecorum. qui enim sub tutela debet esse, sub se alium habere non debet. C. de leg. tu. l. ult. & qui sub alio est, alium sub se habere non debet. ff. de adu. sic eueniet. & ff. ad Maced. filium habeo. & j. q. j. estote.

[g] Professionem. Professio enim sola, monachum facit, & non habitus. & ĵ. de reg. porrectum. & c. ad apostolicam. & huiusmodi professionem inscriptis facere debent: ut xx. q. j. uidua. xxvij. quæ. j. omnes fœminæ, ut si reclamare uoluerint, obuiet eis ꝓpria professio per scripturam facta. j. q. vij. saluberrimum. arg. C. de non nume. pecu. generaliter. & ij. q. j. legum. & ĵ. de proba. per tuas.

[h] Ad amotionem. Quia in uno eodemq; officio dispar non debet esse professio. xvj. qõ. vij. in noua. & consuetudo non prodest in hoc. s. e. cũ causa quæ. in qua idem dicitur. & ĵ. de testa. quia ingredientibus. & in hoc casu idem iudiciũ est habendũ de monachis & canonicis regularibus: qa non differunt, nisi quia deseruiunt regulæ laxiori. ĵ. de sta. regu. quod Dei timorem. †

Cumana ecclesia. Prima ps narrat factum electionum. Secunda ibi, Cum. xviij. ipsas electiones irritat, exprimens causam quare: & electores punit. Ab. si.

† Adde pro hoc Ioã. And. in c. auaritię. ĵ. đ ꝑben. tex. j. qõ. j. nullus. ij.

[i] Præsentes. Per hoc uidetur, quod absentes nõ debeãt uocari ad electionem. argu. vij. q. j. factus. & x. qõ. ij. hoc ius porrectum. super hac uocatione statur consuetudini: ut dixi supra eo. coram.

[k] Abbatibus. de quibus constabat per speciale priuilegium, uel per cõsuetudinẽ. s. de cõsuet. cũ dilectus. s. eo. quod sicut. sed de clericis & capellanis in dubium reuocabatur, & ideo sub protestatione admissi fuerunt. Et ideo, qui de capitulo non sunt, & dicunt se interesse debere in electione, debent dicere quo iure hoc dicant. supra eo. constitutis. hic allegabatur consuetudo.

Glossa seq. arguit. pro protestatione alleg. x. iura. in contrarium alleg. iiij. & soluit.

[l] Protestatione. Cui consenserunt clerici & capellani, alias nõ præiudicaret eis protestatio. sic ergo protestatio ualet. sic ĵ. quod metus cau. perlatũ. & xxxj. q. ij. Lotharius. & ff. qui. mod. pig. uel hypo. sol. si debitor. §. j. & vij. q. j. pontifices. & xxxiij. dist. presbyteri. xxviij. di. diaconi. & ĵ. de off. ord. pastoralis. & ĵ. de ap. c. ult. & xvj. q. iij. c. placuit. §. põt. uer. is autem. & ff. de ne. gest. Nesennius †. In contrariũ uidetur ꝙ ꝓtestatio ista nõ debeat ꝓdesse. s. de const. cũ M. Ferrarien. & ĵ. de ap. solicitudinẽ. & ĵ. de cẽs. olim causam. & ff. de cond. inde. quod quis sciens. Sed ualuit hic ꝓtestatio: ut patet in fi. alias si protestatio nõ præcessisset, bene habuissent uocẽ in electione, cũ essent in quasi ꝓfessione. ĵ. de cau. pos. cum ecclesia. & c. cũ olim.

† Mater impẽdens in alimenta filij repetit si fuerit protestata qđ ab ipso uel tutoribus repetere intẽdebat: alias nõ. Ioã. And.

& infra

& j.de iure patr.cōsultationibus. & s̃. eo. querelam. & etiam si non essent in quasi possessione, ualuisset eorū uox ex quo sponte admiserunt illos. s̃. eo. scriptū. Et ideo: quia hic negabatur ab initio illos debere interesse, nec admittebāt illos sine protestatione 1 ,& totū ius eorū in iudiciū deductū fuit: vox illorū non ualuit, nec profuit, q̄ interfuerūt duab⁹ electionibus: quia præscriptionē legitimā nō probauerūt. Et est simile j. de cau. pos. cū ecclesia. ubi totū ius capellanorū deductū fuit in iudiciū, culpa tamen illorum & post factam electionem, sed isti inuiti hoc fecerunt, compulsi ab aduersarijs, qui negabāt illos ius habere, & est multum notabile hoc.

1 Hāc gl. dicit hic Abb. esse singu. ad hoc quod ubicūque ꝓtestatio uenit ad detrahendū iuri aduersarij: nō nocet aduersario, nisi expresse protestationi cōsentiat.

interesse de iure uel consuetudine a non ualeret. Tandem præmisso (iuxta formā concilij generalis) scrutinio. vij. de canonicis, unus abbatū. xj. capellani, & nouem clerici in eiusdē ecclesiæ archipræsbyterū conuenerunt: nouem canonicis, uno de abbatibus, uno capellano, & xj. clericis in ipsius ecclesiæ archidiaconum dirigētibus uota sua: & infrà. Cùm decem & octo fuerint canonici, tres abbates xx. clerici, & xiiij. capellani, neutram electionem comperimus ad maiorem b partem totius capituli peruenisse: nec probatū fuerat, q̄ clerici admitti debuerint, nec quòd capellani admissi fuerint de cōsuetudine, uel de iure. nam & si capellani duabus electionibus episcoporū interfuerint, & scrutatores dederint uoluntatum, non c tamen inquisita uota sua fuisse, uel eos aliquos elegisse ꝓbatur, sed & si inquisita fuissent vota, vel ipsi aliquos elegissent: per hoc tamen nō cōstitit id eis de iure cōpetere d ,uel ex cōsuetudine iam præscripta e . Vnde nos electiones ipsas præsumptas, etiam contra formam f concilij generalis, cùm collatio in communi omissa fuerit, quæ post publicationem scrutinij fieri debuisset, de fra. nostrorum con. sententialiter duximus irritandas, electores hac vice eligendi potestate priuantes g .

Idem abbati Cluniacensi.

a Consuetudine. Clerici & Capellani & etiā abbates, de iure cōmuni in electione esse non debent, cū ad capitulū tantū spectet electio. xvj. q. ul. cōgregatio. & xviij. q. ij. abbatē. & s̃. e. c. j. & j. de iure patro. a nobis. sed de consuetudine possunt. infra, de causa possession. cum ecclesia.

Glossa sequens computando probat, quòd uox electi non auget numerum.

b Ad maiorē partē. Sic supra eo. ecclesia vr̃a. & j. eo. in genesi. quia cū clerici & capellani nihil ꝓbauerint, vox eorū nulla fuit, & sic remanserūt septē canonici ex una parte, & unus abbas, & ita octo: ex alia parte nouem canonici, & unus abbas, & ita decē: quia totū capitulum cum abbatibus qui ius habebant, uiginti unus erāt: quia canonici erāt xviij. & sic nulla electio peruenit ad maiorem partem illorū: qui uocē habebant, & sic cassatur utraq; electio. Vel si uis intelligere maiorē partē respectu capituli tantum, adhuc idem est. Sic patet, q̄ cōsensus electi nō cōputatur inter eligētes: quia si sic cōputaret̃, una pars fuisset maior, ēt quo ad totū capitulū, s. pars archidiaconi, quæ habuit nouem: & ipse fuit decimus, & sic extat maior pars capituli: & tñ nō ualuit electio sua. Quod persona electi non auget 2 numerū eligentium, euidenter probatur per cōstitutionem illā. supra eo. quia propter. q̄a antequā quis eligat̃, oportet q̄ scrutinio maior pars capituli cōsentiat in aliquem: ut ibi dicitur. & supra eodem, ecclesia uestra. ut hic, & infra eodē, in genesi. & ita cū nondum sit electus, nec etiam sciant in quem consenserit maior pars, nō potest fugere numerū. Sic ergo patet ex illa constitutione, quia propter. & cap. ecclesia. quod persona electi nō debet computari inter eligentes: & quod dicit supra eodē, c. cum in iure. obtinet ex forma compromissi: ut ibi dixi. & hoc dicitur in litera, nec hoc credo, quod talis electio ualeret hodie, & ita est de forma electionis, quod maior & sanior pars totius capituli consentiat in aliquem in ipso scrutinio.

2 Electi vox, non auget numerum. s. vbi seruāda est forma. c. quia propter. alias sic. Pan. hic.

c Non tamen inquisita. Et ita nō sufficit dare inquisitores, nisi uota eorum inquirantur sed alterū per se sufficeret, s. inquisitio votorum. s̃. eo. quia propter, opus ē hic facto, & ideo non sufficit alterū. j. de eo qui mit. in poss. constitutis.

d De iure competere. Quia dicit de iure uel ex consuetudine: uel ponitur pro id est: quia de consuetudine præscripta debēt interesse, sed nō de iure communi. Vel proprie potest istud teneri, uel id est, ex priuilegio sibi concesso a papa 3 . simile. j̃. de ijs quæ fiūt a præl. ea noscitur.

3 Cōcor. ut lite pēden. c. j. Ioā. And.

e Iam præscripta. sic patet, quod sola possessio non dat, nec creat ius, nisi sit præscripta. & sic cōsuetudo non ualet, nisi sit præscripta & rationabilis. supra, de consuetudi. cum dilectus, & c. ult. Sic & possessio sola non facit aliquem decurionem. ff. de dec. Herennius. & sic possessio nō facit aliquem clericum sine canonica institutione. infra, de præben. dilecto. & j̃. de insti. ex frequentibus. arg. C. de libe. cau. non idcirco. & ff. de decurio. Herennius.

f Contra formā. Et sic patet, quod forma quæ traditur. s̃. eo. quia propter. sit de substātia electionis, quo ad quædā quæ ibi ponuntur: ut ibi diximus, & est uerum secundū quod hic dicit. Ex quo enim forma ista attentatur, diligēter seruāda est. ita quod qui cōtra facit, punitur: ut hic dicit. Inquisitio publicatio, collatio, sunt de substantia, ut si omittant: cassatur electio, & incontinenti debet fieri electio: alias si protrahat̃, non ualet. supra eo. cū post petitā. & sic electiones cassatæ fuerunt duplici de causa: quia neutra facta fuit a maiore parte capituli, & quia forma seruata non fuit.

Glossa sequens signat contrarium, ponit opinionem quam reprobat, demum soluit.

g Priuātes. Et ita qui facit cōtra formā illā. supra eo. quia propter. priuari debet per sententiā ipso iure: ut dicit illa cōstitutio. ver. qui uero cōtra &c. Vñ signat̃ cōtra. s̃. eo cū in cūctis. & c. inotuit. vers. q cōtra istā formā &c. ubi sunt ipso iure priuati. Vnde quidā dicunt, q̄ illa cōstitutio, quia ꝓpter. corrigit illū canonem cū in cunctis. in hoc q̄ illi hodie nō sunt priuati ipso iure, sed priuādi per sententiā: ꝓut hic factū fuit, & dicitur in illa cōstitutione, quia propter. Istud nō credo, imo vtraq; cōstitutio locum suum obtinet, & in suo casu loquit̃. Illa decre. cū in cūctis. loquitur cū qs ex certa scientia elegit indignā personā: unde ipso iure sunt priuati potestate eligēdi. supra eo. scriptum

 est

est in fi. & beneficijs ecclesiasticis per triēnium. unde dico, quod si forma istius cōstitutionis, quia propter. per omnia seruaretur: & uenirent contra illam constitutionem, cum in cunctis. nihilominus essent priuati secundū tenorem illius canonis. j. e. cōgregato. Aliud est peccare contra formā illius cap. cū in cunctis. & aliud cōtra illā constitutionē, quia ꝑpter. q a plus peccāt eligēdo indignas personas: quā faciēdo cōtra formā istius cōstitutionis, quia propter. Ibi enim non peccāt in personam aliquam: & ideo maior pœna in uno, q̃ in alio & ipso iure in uno, & ꝑ sentētiā in alio. & sic utraq; cōstitutio remanet in uno statu: quia diuersæ formæ sunt.

† Alias, pertinēte.

SAcrosancta. Primo narrat iniustam compositionem quā secundo reuocat ibi, Attendentes. Abbas.

a Iuri contrariam. Et ideo nō tenuit. simile. supra eo. cū terra. ubi nominabantur duæ personæ auribus principis uel patriarchæ. sic infra de transa. decætero. cū sit facta de re spirituali cum laico, quā ipse obtinere non pōt. sic j. de præscript. causam quæ. & xvj. quæst. vij. capitu. j. sicut nec pactio ꝑ spiritualibus adipiscēdis ualet. infra, de pact. pactiones. & c. cum clerici. ad hoc facit infra, de collu. audiuimꝰ. & spiritualia iudicio laicorum disponi non debent. infra, de iudic. decernimus. nec laicus in spiritualibus arbiter esse potest. j. de arbitr. contingit ideoque huiusmodi compositio fuit iuri contraria. Item damnosa fuit ipsi monasterio, & ideo improbanda. infra, de in integ. restit. requisiuit. & si de iure fuit, ex quo damnosa fuit, debet reuocari: saltem per in integ. restitutio. ut dicit prædicta decreta. requisiuit.

Arbiter esse nequit laicus pro re spirituali.

† Alias, honeste.

Glossa sequens allegat contra consuetudinem Bononiensem, signat contrarium, quod dupliciter soluit, & remittit.

Per compositionem factā cū prælato & capitulo, nō pōt ius eligendi cōpetere laico, etiā patrono in ecclesia collegiata.

CAP. LI.

SAcrosancta Rom. ecclesia: & infrà. Sanè proposuisti in nostra præsentia, ꝙ super ordinatione prioris monasterij sancti Pancratij ad Cluniaceñ. ecclesiā pertinentis † cū comite de Varena, patrono ipsius, quidā prędecessor tuus, de cōsensu capituli sui compositionem quandā iniuit iuri contrariā a, & ecclesiæ ipsi dam nosam, videlicet, ut in optione sit ipsius comitis assumere ad prioratū dicti monasterij (Cluniaceñ. & de Charitate prioribus, duntaxat exceptis) unum de duobus melioribus totius Cluniaceñ. ordinis, quos abbas duxerit nominandos: & infrà. Attendētes itaque, ꝙ ius eligēdi in collegiata ecclesia nō cadit in laicum b, & ideo id esset perniciosum exemplo, & redundaret in dispendiū ecclesiasticæ libertatis c: volumus ut dictum prioratū liberè possis (non obstāte cōpositione ipsa) sicut alios prioratus tibi subditos ordinare: denunciādo ordinationem factā patrono, ut suū si uoluerit honestū † impertiatur assensum.

b In laicū. Sic patet ex hac decre. & ex illa infra eodem. massana. quod ius eligēdi nō cadit in laicos, etiā patronos in ecclesia collegiata. Et ita hic tollitur cōsuetudo Bononiensium, qui eligunt capellanos in capella, qui etiam non sunt patroni, sed parochiani: & qui patroni sunt, eligunt cū clericis prælatum in collegiata ecclesia. Arg. contra. j. de iure patro. nobis. ubi innuitur, quod patronus habet uocem eligēdi in ecclesia collegiata. Sic em̄ corrigit ✝ illa decre. & omnia alia iura quæ idē dicerē videntur: & sic stabimus huic. ut T. dicebat. Sed electio facta debet præsentari patrono (ut hic dicit) ut suū ꝑstet assensum. si supra eodem, cū terra. & capi. quod sicut. Vel intelligas illam decret. nobis cū ecclesiastica persona obtinet ius patronatus. & sic non cōtradicit: licet generaliter loquatur non distinguendo inter laicum patronum & clericū. dic ut ibi notat.

Eligendi ius non cadit in laicum.

✝ Per hāc posteriorem quæ fuit Gregoriana. j. de constit. cap. j. lib. vj. Io. And.

c Libertatis. Quæ enim in preiudiciū libertatis ecclesiasticæ tētātur, firmitatē sortiri nō debent. supra, de constitut. quæ in ecclesiarum. & supra eodem. cum terra: & xcvj. distinct. bene quidē. & supra eodem, quisquis. ubi laici prohibenē ab huiusmodi electionibus.

Idem decanis & capituli sancti Ioannis & sancti Stephani Bisuntiñ.

Si per Papam mandatur habentibus eligere quòd eligāt cū consilio aliquorū: alioqui consiliarij prouideant: eligentes debent consilium requirere in tractatu electionis, & congruo tēpore expectare responsum, alias electio non tenet.

CAP. LII.

CVm in veteri lege: & infrà. Porrò iandudum uobis dedimus in mandatis, ut intra xl dies post susceptionem literarum nostrarū, cum cōsilio sancti Benigni & Morismundi abbatum, & fratris G. de ordine prædicatorū eligeretis ꝑsonā idoneam canonicè in pastoré, alioqui dicti consiliarij, uobis de archiepo prouiderent. Verum die ad eligendum præfixa, sex ex uobis potestatem eligendi dedistis, vsq; ad consumptionē cuiusdā cādelæ, quæ ibidem accensa extitit duraturá. Tandem cū electores huiusmodi conuenissent, in prædictū abbaté sancti Benigni, & sup hoc sociorū d eius consiliū reqsissent, proponēte uno ex illis, ꝙ deliberato cōsilio responderét: & differētibus eis festināter dare respōsum, ꝓfati electores (cū cādela

CVm in veteri. Primo ponit electionis formā. Secundo causæ cōmissionem, & decisam iudicum relationem: ibi, Relato ergo. Tertio causæ diffinitionem: ibi, Cum autem. Abbas Siculus.

d Sociorum. Et sic requisiuerunt consilium duorum tantum, unde non uidentur seruare mandatum, quod quidem exacta diligētia est obseruandū. supra, de rescriptis. cum dilecta. infra, de offic. deleg. uenerabilis. Sed licet non requirerent cōsilium tertij, quem eligere uolebant: non dicuntur fecisse cōtra formam mandati, nec præter formam: quia ipsum eligendo illo cōsentiente consilium ipsius requirunt & obtinēt. argument. supra eodem. cum in iure. & ff. quod cuiusque vniuersita.

ipsa deficeret) non expectato ipsorū a cōsilio, dictū abbatē in Bisuntiñ. archiepm elegerunt: & ĩ. Relato ergo ad apost. sed. negotio. archiepo Vieñ. & abbati de firmitate iniunximus, ut si cōstaret ab eisdem electoribus de electione tractatū fuisse habitū, & in tractatu b electionis prædictorū consilium requisitū, electionem ipsi⁹ abbatis (si ꝑsona esset idonea) cōfirmarent. Quòd si in tractatu electionis non fuisset illorū cōsilium requisitū, licet postea requisitum c fuerit, nō competenti tēpore, nec etiā expectatū d responsum ipsorū, aut nō esset idoneus idē abbas, quod de ipso factū erat, tanquā inualidū irritarent: & infrà. Cùm autem compertū nō fuerit competēti tempore requisitum consiliū de persona prædicti abbatis, & quādo extitit requisitū, non fuit expectatū responsum nisi modico tempore, nec debebat alijs e imputari, ꝙ intantum illi sibi tempus arctarant f † :electionem abbatis ipsius, non personæ, sed electionis uitio, duximus irritandam.

Idem episcopo Siluanecteñ.

Si maior pars capituli scienter eligit indignum, ualet electio de digno à minori parte, etiam ex eodem scrutinio facta. hoc dicit, secundū ueriorē intellectū & intrinsecum.

CAP. LIII.

Congregato Niuerneñ. capitulo ad electionem futuri pastoris, xiij. in decanum, & xviij. (computato procuratore g cuiusdam absentis) in cātorem ipsius ecclesiæ

---

uniuersita. plane.

a Ipsorum. Scilicet duorum. & non illius qui electus fuit: quia ille non debuit requiri cum hoc ipso cassaretur: ut supra eodem. cum post petitam. De hoc dicitur supra eodem cap. cumana.

Glossa sequens not. & dat simile, quærit & solutioni obijcit & respondet.

b In tractatu. Hic patet, quod tractatus debet haberi añ electionē & collationē adinuicē: alias quomodo eligerent, nisi primo de aliquo eligendo tractarent. ṡ. eo. cū terra. & ṡ. eo. quia propter. & ĩ. de arbitris. cū olim. sicut in carnali matrimonio, tractatus præcedere debet. & ideo si isti non fuerūt requisiti in tractatu electionis cassatur electio. Sed quid si consiliarij discordarēt ab istis electoribus, nunqd ualebit electio ipo iure? Certe ex ipsa litera satis innuit quod si requiratur ipsorum consilium in ipso tractatu cō petēti tempore antequam conueniāt in aliquem, & conferāt adinuicē de persona eligēda, siue concordent, quod ualeat eorum electio: quia per hanc formā nō imponitur necessitas ut consilium eorū sequi teneantur, alias non uidentur habere potestatem eligendi, cū talis potestas pēderet ab illorum arbitrio. ad hoc facit opt. arg. ĩ. de arbi. cū olim. & ex consilio nemo ad id obligat ‡ . xiiij. q. j. quisquis. arg. iiij. di. denique. in fi. arg. Sed circa fi. ubi dicitur, quod nec expectatū fuit eorū responsum, uidetur contradicere huic dicto. Sed dic, quod non contradicit: quia responsum eorum semper est expectandum, alias delusorium uideretur tale consiliū petere.

‡ Vnde ut dicit Cōpostel. nō excusarentur ꝑ hoc eligētes ĩ dignum: quod hoc fecerint ꝺ illorū cōsilio. ff. mā. idēque. §. si quis. facit ꝺ reg. iur. nullus ex cōsilio. lib. vj. ubi scripsi ĩ fi. q̄stionis ꝺ præpositionibus cū, & de. Ioā. And.

c Requisitum. Et ideo pro non requisitis habent, sicut sero appellat, qui tēpore cōpetenti nō prouocat. ij. q. vj. biduum. versicu. siquidem. Et est simile quod dicit lex, si promisisti facere insulā intra certū tēpus & tantū tempus transierit, quod amodo intra tempus statutum fieri nō posset, licet totū tempus nō transierit possum agere contra te: quia perinde est, ac si totū tempus transierit. ff. de uerbo. obliga. si ita stipulatus essem. & l. cum stipulatus. & l. hoc iure. Arg. contra. ff. eo. insulam. Et illud dicitur tempus competens, quo deliberare congrue poterant. ĩ. de offic. deleg. consuluit. Et tarde fuerunt requisiti, sicut econuerso tempestiua citatio non tenet. supra eo. bonæ memoriæ. arg.

d Expectatum. Et sic uidetur quod non sufficit consiliū tantū petere. sed expectandū est consiliariorū responsum, & sine ipsorum consilio & responso non ualet electio. Sed contra. ĩ. de arbit. c. cum olim. ubi consilium tantū requiritur, sed assensus nō exigitur, & illud generale est, & obtinet ratione arbitrij, & sufficit licentiam petere. licet non obtineat. ĩ. de reg. & transeun. ad relig. licet ‡ . Item tutor cōsilium matris pōt omittere, licet testator hoc mandauerit. ff. de admini. tuto. quidam. §. Papinianus. Et prætor nonnunquam à uoluntate patris recedit. ff. ubi pup. edu. de. l. j. & ita uidetur, quod sufficiat requirere consilium tantū, & nō responsum attēdere. Hic non ualet, quod faciunt, nisi eorū cōsilium habitū sit in tractatu electionis: ut lxiij. distin. obeuntibus. & xv. quæstio. vij. episcopus nullus. & xij. q. ij. sine exceptione. ṡ. eo. ne ꝑ defectu. ubi de hoc. Sed si mādatū fuisset, quod cum eorū consilio & assensu obtento, tunc non ualeret electio, nisi sequeretur uoluntatē consiliariorū. & talis potestas nō est libera: quia non possūt eligere quē uolunt: & tunc nō adstringunt ad aliquam formam, sed omnibus præsentibus requirunt electores siue canonici consilium consiliariorū: ut secundum eorum consilium & responsum eligant omnes, uel unus uice omnium de ipsorum mandato. Sic fuit factum in electione per manum nepotis domini Papæ, ubi talis forma data fuit capitulo. Si capitulum Bisuntiñ. uoluisset in casu isto eligere per formam scrutinij: tunc ante scrutinium cōmuniter omnibus præsentibus tractare debebant de electione cum consiliarijs, & requirere eos, & audire cōsilium eorū, & postea procedere ad scrutinium, & eligere quem uellent, & etiam post scrutinium requirant consiliū illorum, & post modum eligant seruata forma scrutinij. Ber.

‡ Cōcor. text. in l. in sacris. & in l. hac lege. C. de proxi. sac. scrin. lib. xij.

† Cōcor. tex. in l ij. §. sed si q. ff. si quis causa.

e Alijs imputari. Imputent sibi: quia tantū se arctauerunt. Et est arg. quod negligentia unius, alij obesse non debet. Iniquum est enim aliquem alterius odio prægrauari. C. de inoff. testa. si quis. & pœna suos debet tenere authores. ĩ. de his quæ fiunt à maio. parte cap. quæsiuit. & C. de pœnis. l. sancimus.

f Arctarant. Sic iudex cuius iurisdictio expirat. in termino, nō debet ita se arctare, sed ea hora procedat qua possit perficere quod incumbit ante noctis tenebras. & c. ĩ. de offi. delegat. cōsuluit. & ff. de ferijs. prima die. & l. more Romano.

Congregato. Electus a maiori parte capituli, si est idoneus confirmatur, alias confirmatur electio facta a minori parte de digno. h. d. & hæc summatio est multum generalis. Primo ponitur duplex electio, & super utraque partium allegationes. Secundo ibi, nos igitur. diffinitionis commissio. Abb. Sic.

g Procuratore. supra eo. quia propter. & c. scriptū. & ff. de admin. tut. ita autem. §. gessisse.

Electus.

a Electus. Seruata forma scrutinij, in utraq; electiõe.
b Postmodum. Antequã diuerterent ad alium actũ, ne sit contra supra eodem. cum post petitam[1] .
c Laterañ. concilij. supra eo. cum in cunctis.
d In literatura. Et ita defectus scientiæ facit aliquẽ ineligibilem. s. eo. cũ in cunctis. & nõ solũ impedit promouendũ, sed deijcit iã ꝓmotũ. j. de æta. & quali. c. ult. & defectus sciẽtiæ inducit renũciationẽ. j. de renũc. nisi cũ pridẽ. §. ꝓ defectu. & quia si nõ sit eminẽtis scientiæ, saltẽ sit sufficiẽtis. s. e. cũ nobis olim. Et non solũ debet habere scientiã sacrarũ literarũ, sed ẽt seculariũ negotiorũ. xxxvj. di. §. j. & c. qui ecclesiastici s. ut sit paratus omni poscẽti reddere rationẽ. ea. di. §. ecce. ad fi. quia cũ ipse debeat alios docere, non debet tũc discere. i auth. de san. episc. §. damus. coll. ix. & nos qui epi sumus, aliorum doctrina non indigemus. j. q. vij. c. conuenientibus.

1 Poterãt ex interuallo facere, repetito tñ inter eos scrutinio & tractatu, ut not. i tex. sup uer. elegerũt. Ioã. And. Sciẽtiæ defectus reddit aliquẽ ineligibilem.

Gl. seq. reci. p q. quare hæc electio est irrita, & reliqua confirmãda et ar. cõtra opinionẽ.

e Irrita. Ipso iure. s. eo. cũ in cunctis. cum indignã psonam elegerint. unde eligẽdi potestas remãsit penes alios quis numero pauciores, cũ primi eligendo talẽ reddiderint se indignos. s. de postu. c. ij. unde cõfirmatur hic electio a minori parte celebrata, nõ obstãte priore electiõe: & ita electio quæ nulla ẽ, nõ præstat impedimentũ secũdæ. si. s. eo. scriptũ est. in fin & de hoc dictum est s. eo. auditis. & per hãc decre. expresse reprobatur dictũ illorũ qui dicũt ꝙ canon ille, cũ in cunctis. non est hodie latæ sententiæ, sed ferẽdæ: ut dixi supra eo. cumana. in fi.

D Vdum. Diuiditur principaliter in tres partes. In prima ponuntur narrationes partiũ corã Papa. In secunda ibi, nos igitur. cõmissio & processus iudicum. In tertia ibi, licet aũt processus Papæ. Abb.

r Latet. Argu. ꝓ opi. illorũ q dicũt, ꝙ peccata latentia faciũt [3] homines irregulares. l. dist. sacerdos. & c. sacerdotes. a contrario sensu & c. de his uero. ar. xxxiii. di. habuisse. & ar. cõtra. xxxii. q. v. christiana. Solu. in foro seculari non habent uindictam, sed ĩ foro animæ sic.

s Et causa. Si ipsa irregularitas occulta est, dispẽsatur cum ipso propter utilitatem ipsius ecclesiæ. Ber.

t Zelotes. i. zelans & ulciscens peccata, uel exactor castitatis. i. q. iii. saluator. §. econtra. & xxxiiii. q. ii. §. i.

u Patet. A contrario sensu.

r Si uero dubitatur an sit peccatum, uidetur scãdalum uitandũ ar. xiiii. dist. cap. si. i. q. ulti. & si illa xxiii. q. i. quid culpatur. nam si dubitatur de peccato, & certum sit de scandalo dicemus cum Augu. Tene certum dimitte incertum. d pœ. di. vii. §. i. ad finẽ Ioã. And.

2 Concor. text. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœn.

Posssumus, ꝙ de iure possumus.

3 Faciunt. sed ꝙ non faciãt Hostien. Ant. bu. hic nu. 15. Maria. Soci. ca. ad audientiã col. xxxviii. & ca. si. de homici. uide Richar. Pet. de Palud. in iiii sen. dist. xxv. Ant. part. iii. tit. xxviii. Zelotes.

Ezech. 5

Act. 13

Matt. 18

1. Tim. 3

Exo. 20.

1. Cor. 8

Matt. 15

mine, ut inter nothos & manzeres [a], naturales & spurios distinguat: & infra. Verū [†] si propter alias causas cessionē affectes, non est in hoc tibi postulāti fauendum: cū hmōi postulatio uideatur non esse discreta, quoniam (ut id tanquā notissimum omittamus [b] ꝙ otiositas [c] & uoluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas) propter laboris angustias, aut persecutionis incursus, non debes deserere sponsam [d] tuam, cui defigēdo manū apud extraneum de fide media postulasti, sciēs quòd beati sunt illi, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam cùm probati fuerint, accipient coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Sed dices. Spiritus ubi uult spirat [f], & nescis unde ueniat, aut quo uadat: & ideo non est qui possit uias [g] illius spiritus perscrutari, qui uerò spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege [h]: quoniam ubi spiritus Dei, ibi libertas. quare si cedendi tibi licentia data ab homine non fuerit, nihilominus tamen cedes: quia data est tibi libertas cedēdi à Deo. Certe desipis si sic sapis. nam quomodo spiritu Dei agitur, qui cōtra spiritū Dei agit? si enim uera sunt quæ præmisimus (imo quia indubitanter [i] sunt uera), ꝓculdubio contra spiritum Dei agit qui aliquid contra ueritatem attentat, quoniam ipse est spiritus ueritatis. Porrò si dicas, quòd forsan alia est causa latens propter quam cedendi uoluntas tibi cælitus inspiratur, & nos siquidem respondemus, tu quomodo scis quòd talis inspiratio sit cælestis? nonne recolis quid ille gloriosus pontifex [k] dixit cùm cœpisset uiribus corporis repente destitui: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat uoluntas tua: illius [l] exemplum secutus qui dixerat: Cupio dissolui, & esse cum Christo, manere autem in carne necessarium est propter uos: & infrà.

Quippe si quantocunque uirtutum flore [m] refulgeas: & in te non habeas charitatem, nihil [n] te comprobaris habere. Nulla siquidem maior poterit esse charitas, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Cùm autem propter [o] hanc te deceat animam tuam pro subditis tuis imponere nulla occasione (dummodo proficere illis possis, et si non omnibus tamen

Manzer

a Manzeres. Sicut legitur in historijs in titulo quib. non est fas ecclesiam Dei introire. Mãzer proprie dicitur de scorto natus. Spurius de concubina. Nothus de adulterio natus. sic dicitur notha febris quæ affligit sicut quartana, & tñ non est uera quartana. sic nothus, quia uidetur uerus filius: sed nō est. Et omnes tales illegitimi ab honorib. repellunt. & s. de electio. cū in cūctis. & s. de elec. in notuit. & j. de fi. psby. c. j. & ult. [a] Naturalis dr̃ natus de cōcubina, q̄ tenet in domo quasi loco uxoris unica & talis ī bonis patris ab intestato succedit ī duas uncias paternæ substãtiæ si alij filij non extēt, nec coniunx legitima. C. de nat. li. auth. licet patri. & in bonis maternis succedit cum legitimis filijs. C. de senatusc. orfi. si qua. §. vlti. vnde de talib⁹ reperiūtur versus: Manzerib. scortū, sed mæchanothis deditortū. Vt seges à spica, spurius sic est amica. Sunt naturales, qui nobis sunt speciales.

† Alias, uerum tamen.

a Cōcor. tex. ī l. generaliter. §. pe. ff. de decur.

b Omittamus. Et tamē statim subiūgit de illo &c. & est color rethoricus q̃ dicitur preoccupatio. si. viij. quæst. j. Moyses. in fin.

Matth. 5

Ioan. 3

c Otiositas. Iuxta illud: Otia si tollas periere cupidinis arcus. & alibi: Quæritur ægistus quare sit fact⁹ adulter? In promptu cã est, desidiosus erat. Et dicit Hieron. ad monachū: Semp facito aliq̃d boni operis, ut te diabolus inueniat occupatū. d̄ cō se. dis. v. nunquam.

Otium est fugiendū.

d Sponsam. s. de trãsla. inter corporalia. & ff. so. ma. si cū dotem. §. si maritus. & expone sponsam, i. ecclesiam militantem.

a Verba. quæ hæc glo. sophisticat, expone: ut noue dixi in trac. v-sura quæ. xxxij.

Glossa sequens ponit triplicem lecturam.

e Defigendo manum. Verba [a] sunt Salomonis in parabolis loquentis de fideiussore, qui obligauit se apud extraneum, id est, apud creditorē qui est extraneus, i. alius a fideiussore & reo principali. sic episcopus defigendo manum, ideo per manualem obedientiam obligauit se pro ouibus suis apud extraneum, id est, creditorem, id est, apud Deum qui sibi credidit gregē suū mediante suo metropolitano, cui obedientiam fecit manualem episcopus enim tenetur reddere rationem Deo pro animabus sibi commissis, si male custodierit oues suas. j. de re iu. c. pen. Et expone apud extraneū, i. apud alium: quia Deus est alius ab homine in eo q̃d Deus: quia Deus est creator: & homo est creatura. Vel dic quod Deus extraneus est à quocūq; Christiano: & tamen quilibet Christianus est eius filius. filius enim dicitur esse in potestate patris quousque est emancipatus: eo emancipato dr̃ extraneus sicut quilibet alius, & tamen est eius filius ita Deus emancipauit hominē cum dedit ei liberum arbitrium faciendi quodlibet, bonum uel malum, & ita dictus est extraneus.

2. Cor. 3

f Spiritus ubi uult spirat. Vnde de eo dicitur: Tu spiras ubi uis: tua munera diuidis ut uis Scis cuides, quod uis, quantum uis, tempore quouis.

g Vias. Quia non sunt in homine uiæ eius. xlvij. dist. c. sicut. §. necesse est. in fine.

h Sub lege. xix. q. ij. duæ sunt. & j. de reg. licet.

i Indubitanter. Quia nefas est dicere, quod scriptura mentiatur. xxiij. q. v. quid ergo.

k Pontifex. Beatus Martinus.

l Illius. Scilicet beati Pauli apostoli.

m Flore. Id est, operibus uirtutum: quia uirtutem nullus potest habere sine charitate: quoniã qui habet unã uirtutem in actu, habet omnes: & qui caret una, caret [†] omnibus. xxiiij. q. j. ubi sana. xxxij. q. j. cum renūtiatur. de pœ. dist. ij. si enim inquit infra de reg. iur. defleat. peccator.

i Caret, hæc est sententia stoica. ut Cic. in ij. Tus. q. quã Theologi crebri⁹ secuti sunt, & post eos Canõistæ ut gl. hic Domin. c. disciplina xlv. disti. Pa. c. cãm matrimonij d̄ ꝓb. ubi Phili. dec. dissentit, tamen remittit ad Tho. 1 ij. q. lxv. art. primo Adde Occam in iij. sñã. q. x. & ibi Gabr. Biel. distin. 36. Scot. ī iij. dist. xiij. breuiter puto stoicum illud commentum reijciendum.

Philip. 1

n Nihil. Iuxta illud Apostoli: si tradidero corpus meū ita ut ardeam, charitatem autem non habeam: nihil [†] mihi prodest. & de conse. di. iiij. solet. & de pœni. dist. iij. si quis autem. ad fi. di.

† Quo ad uitã æternam. prodest enim quo ad minus suppliciū: ut ibi. Ioã. And.

Ioan. 15

o Propter hanc. Scilicet charitatem.

Multis.

multis a) ab eorū regimine te cōuenit excusare: qm̄ si laboris causam prætendis, exemplum te Apostoli subleuabit, qui sua det tibi laborem huiusmo di nō refugere, dum se asserit pro communi salute plus b cæteris laborasse: quia licet non semper sequatur laborem effectus, c nihilominus tamen ipse labor est meritorius apud Deum iuxta quod legitur: Reddet Deus mercedem laborum sanctorū suorū: & infrà. Nec putes ꝙ ideo Martha malā partē elegerit, quæ circa plurima satagebat: quia Maria d optimā partem elegit quæ non auferetur ab ea: quoniā licet illa e sit magis secura f, ista g tñ est magis fructifera: & licet illa sit magis suauis, hæc tamē magis utilis: cū in fœcūditate sobolis lippitudo Lyæ, h Rachelis pulchritudini sit prælata quāuis simul in unū & cōtemplatiuus esse ualeas & actiuus legislatoris i exēplo, qui nunc ascēdebat in mōtem, ut ibi gloriā domini cū maiori cerneret libertate: nunc vero descēdebat in castra, ut cū utilitate maiori necessitatib⁹ populi prouideret. quapropter k facilius indulgetur, ut ascendat monachus ad p̄sulatū l quā pręsul ad monachatū descendat: & j. Monemus itaq;, vt laborem pastoralis regiminis nō recuses, ne fortassis ad pedes suos cum Maria sperneret te accipere, q̄ sibi apud te diuertēti m spreuisses, cū Martha solicita ministrare: & j. Quia verò in postulando cedēdi licētiā istituisti: tibi te duximus relinquendū: ut distinctis causis, pro pter quas cedere oporteat, si propter aliquam cām vtilem & honestā in hmōi proposito p̄seueres de licētia n nostra cedas: alioqui cedēdi licentiā autoritate apostolica tibi scias esse penitus interdictam quoniā si pennas habeas, quibus satagas in solicitudinem auolare: ita tamen strictæ sunt nexibus præceptorum, ut liberum nō habeas (absque nostra permisione) volatum.

Idem episcopo Fauen. in archiepiscopum Rauen. elect.

Episcopus qui propter crimē renuntiauit episcopatui, & ad religionem transiuit: ad episcopatum reassumi non potest. Secus si renuntiauit propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, simoniam ipso ignorante commissam, uel aliā similem causam.

CAP. XI.

POst trāslationem tuā ad ecclesiā Rauennaten. cùm præpositus & canonici Fauentin. in I. eorum concanonicū liberā o eligendi authoritatem vnanimiter contulissent, ipse I. sancti Fridiani Lucan. canonicum olim episcopum Sarnaten. in Fauentin. episcopum postulandum p elegit. Porro à sancti Fridiani priore, q sup hoc requisito & obtento cōsensu præpositus, & alij postulationem eandem approbari a nobis humiliter petierunt. Verùm postulationi huiusmodi videbatur concilij Constantinopolitani r capitulum obuiare,

a Multis. vt vij. quæst. j. ibi.
b Plus. xxiij. qō. iiij. quis non.
c Effectus. iuxta illud. Nō est in medico semper releuetur ut æger. & q̄nq; est vitiū materiæ, nō artificis. j. d̄ lo. & condu. propter. ff. ad le. Aquil. si seruus. §. si calcem. & xliij. dist. ephesijs. nec euentus mortalitatis medico, qui diligens fuit, imputari debet. ff. d̄ off. præsi. illicitas. §. si cuti. & sufficit diligentiam adhibere, quam potest. xlvij. di. c. ult. & si negotiū nō habeat effectū, sufficit si sit utiliter cœptū. ff. d̄ negot. gest. sed an ultro. §. j. licet secus sit in negotijs pupilli. ff. eo. tit. si pupilli. in princ. & l. litis.

1. Cor. 15.

Sap. 10.

Luc. 10.

d Maria. de qua dicitur: Maria vile forum, vas septem dæmoniorum: Plorans immodice fit apostola, de meretrice.

Exo. 24.

e Illa. s. vita contemplatiua.
f Secura ergo potius amplectenda. nā tenere certū, & dimittere incertū debem⁹. de pœ. di. vij. c. ult. ff. de ritu nup. adoptiu⁹. §. j. sed utraq; ē certa.
g Ista. scilicet, actiua vita.
h Lyæ. Lya lippa erat oculis: quæ quatuor filios genuit ex Iacob, sed Rachel duos tantum. s. Ioseph & Beniamin.
i Legis latoris. s. Moysi. xxxvj. dist. si quis uult.
k Quapropter. id est, propter quam causam.
l Ad præsulatum. xviij. q. j. c. uno.
m Diuertenti. i. accedenti.
n De licentia. qui petit licentiam & obtinet, compelli debet vt cedat. j. eod. quidam.

POst translationé sūt tres partes. Prima ponit postulationē, & postulantium petitionem. Secunda ibi, Verum. ponit canonē postulationi & petitioni contrariū quē interpretatur ponendo casus quibus canon obsistit, & quibus non. Tertia ibi, cū ergo. cōmittit postulationē certis casib. admittēdā, & in alijs repellendā. Io. An.
o Liberā. & ideo potuit eligere vndecunq;. Et not. ꝙ qui potest eligere, potest postulare. s. de elec. in causis. r sed nō econtrario. arg. ff. de rit. nupt. gn̄ali. hic expresse habetur ꝙ uni pōt cōmitti ptās eligēdi. simi. s. de elect. causam quæ.

r Vbi de hoc vel fac uim ī eo, quod dicit liberam, secū-dū Host. Ioan. An.

p Postulandū elegit simpliciter eligi nō potuerat: qa erat d̄ alia ecclesia. lxiij. dist. literas. & lxxj. dist. fraternitatē. sed in postulandū eligi pōt. lxiij. dist. Valētinianus. quia episcopus fuerat: & ideo nō eligi, sed postulari d̄bet. & hæc fuit causa, quare fuit postulatus, & non illa quia de alia ecclesia ut not. Ioā. de hoc dicitur. s. de elect. cū inter canonicos.
q A priore. Et a capitulo: quia solus prior nō posset personā alienare. arg. xij. q. j. sine exceptione. & xix. q. iij. statuimus. cum maior sit alienatio personæ, quā rerū. xij. q. j. præcipim⁹. si autē nolet dare ipsum, cōpelli debet per superiorē. j. de iur. patro. nullus. nisi iustam habeant causam non dandi tunc compelli nō debent. lxiij. dist. literas. & lxxj. dist. c. j. & ij.
r Concilij Constantinopoli. vij. q. j. hoc nequaquam.

in quo statutum est, ut qui cunque de pontificali dignitate ad monachorum vitam & pœnitentiæ locum descenderit, nequaquam ulterius ad pontificatum resurgat. vnde contra dictum concilium (cū sit unum ex quatuor [a] principalibus quæ sicut quatuor Euangelia, ecclesia catholica veneratur) nullatenus uidebatur eorum postulatio admittenda. Cæterum speciales quidā casus inueniuntur in quibus (prædicto concilio nō obstante) is qui uitam monachalem elegit, rursum licitè potest ad episcopatum assumi. si enim quisquam persecutionis rabie sæuiente, vel præpediente inualitudine corporis: cùm proficere nequeat in regimine pastorali, de superioris autoritate ad monasticam vitam descēdat: persecutionis uel ægritudinis impedimento cessante [b] ad episcopalem poterit resurgere dignitatem. Item si quis propter literaturæ defectū (ne tanquam cæcus cæco [c] ducatum præbeat) locum [†] regiminis autoritate apostolica deserēdo [d] ad otium se contulerit monachale, ac per exercitium lectionis scientiæ repererit margaritam, proculdubio poterit denuo uocatus à domino cathedram reascendere pastoralem. Rursus si quis cupiditate parentum [e] (eo tamen penitus ignorante) fuerit episcopatum adeptus, & hoc comperto episcopatum ipsum de licentia superioris dimittens [f], obseruantiam elegerit regularem: & si ad episcopatum eundem redire postmodum nequeat [g] iuxta canonicas sanctiones, ad alium tamen poterit licitè reassumi. Quanquam autem in his consimilibus casibus is, qui episcopatu dimisso monasticam vitam elegit, resurgere ualeat ad officium pastorale, nihil tamen in his contra præscriptum [†] intelligitur concilium attentari, quod

[a] Ex quatuor. Et sunt hæc. s. Nicenum. Constantinopol. Ephesinum primum. & Chalcedoneñ. xv. di. sicut.

Glossa sequens ponit brocar. alleg. sex iura pro, & duo contra: & tripliciter soluit.

[b] Cessante. Arg. est hic, qđ cessante causa cessat effectus: ut j. q. vj. quod ꝓ remedio. & j. q. j. quod pro necessitate. & lx. dist. priscis & lxj. dist. cap. statuimus. §. his omnibus. & ca. neophitus. j. de appel. cū cessante [1]. arg. contra. xxxij. q. j. dixit dominus. & xix. q. ij. duæ sunt. Solu. si per causam fiat dispēsatio, uel aliquid consimile: cessante causa cessat qđ factū est ex causa: ut in primis ca. si uero ius commune statuitur ex causa, licet causa cesset: tamen remanet ius ꝙ statutū fuit ex illa causa. ff. de postu. l. j. §. sexū. ut in cōtrarijs, vel sic, licet causa impulsiua cesset, remanet ius, qđ ex ea statutū ē. cōtra xxxij. q. j. dixit dominus. Si finalis ē causa: quandiu durat causa, durat qđ ex ea causa statutū est, uel qđ ex illa cā sit. ea uero cessante, cessat cōstitutū ex illa causa. cōtra. xxxij. q. vij. c. fi. uel cessat, qđ ex ea causa constitutum est, quando in cōstitutione dictum est, quod causa cessante cessat constitutio, ut in primis concor.

[c] Cæco vnde versus. Si cæcus cæcū conatur ducere secum: In foueam ductor primus cadit, inde secutor.

[d] Deserendo. supra cap. proxi. §. pro defectu.

[e] Parentum. data pecunia vel promissa. j. quæst. v. quæcunque. & c. præsentium.

[f] Dimittens. statim cum illud sciuit, primo petita & obtenta licentia a domino papa, ut hic dicit. & sic nō potest renuntiare sine licētia papæ [2] quāuis simonia cus: alias ratihabitio retro sibi præiudicat. j. de simo. sicut. uel intra breue tempus. j. q. j. cōstat. & j. de reg. c. ij. quod in maleficijs verum est. ff. de vi & vi arma. l. j. §. quoties. xxxiiij. q. ij. si virgo. C. de transact. quamuis. & C. quomo. & quando. iud. ab eo.

Glos. seq. recitat per q. an dispensari poßit cū simoniaco & simoniacè promoto. alleg. quinq; iura, quod non, & quatuor in contrarium, ponit opin. Vinc. & demum aliorum qui distinguunt simoniacū in ordine & in beneficio, & simoniacū et simoniace promotum, & sponte cedentem & litigantem.

[g] Nequeat. Quia erga simoniacos nulla misericordia est adhibenda. j. q. j. erga simoniacos. & vij. q. j. præsentiū. & s. đ elec. sup eo. & j. q. j. ꝙ quidā. & j. đ simo. nobis fuit. Sed cōtra uidetur, ꝙ possit cum simoniacis dispēsari: vt j. q. v. quicunq;. & c. præsentiū. & j. đ simo. simoniace. & s. de elect. si alicuius. Solu. Vinc. dicit ꝙ talis de iure non pōt eligi siue postulari, sed dispensatiue debet postulari. Alij dñt, qđ si cōmissa fuit simonia in ordine, nullus potest cū eo dispēsare: vt j. q. j. erga. & c. qđ quidā. nec etiā dñs papa, ut dicunt: quia characterē habet uitiosum, cui renuntiare nō pōt & ideo nō purgaē uitiū istud: vt xiiij. q. vj. si res aliena. Sed hoc non credo: imo pōt papa bene dispēsare cū simoniacis qui characterē hñt uitiosum, qui sciēter simoniā cōmiserūt j. de simo. c. pe. sed inferiores ꝑlati nō possunt dispensare cū sciēte, sed papa. & hoc ideo quia bene purgatur uitiū furti, re furtiua apud furē remanēte de volūtate dñi. ff. de vsucap. si fur. in prin. [3] & j. q. j. ꝙ quidā. vers. si forte malitiæ characterē &c. idē in uiolēto detentore. ff. de preca. certe. §. Iulianus [4]. Sed cum simonia cōmissa est ignorāte illo cui acquisitū est beneficiū, uel qa ordinem vel dignitatē adeptus est ignoranter. possunt epi dispensare post liberā resignationē. Sed in hoc distingue, si bñficiū etiā simplex eo modo est adeptus, statim post resignationē potest resumi ad illud dispēsatiue: vt s. de elec. si alicuius. in fi. & capitulum etiam tunc dispēsatur j. đ simo. ex insinuatione. In illo qui dignitatē sic est adeptus, distingue si sponte resignet petēs humiliter resignationem admitti, statim potest episcopus dispensare cum illo, & ad eandem prælaturam. arg. j. q. v. præsentiū ubi dispensatur in dignitate assumenda cū eo qui sponte renuntiauit ordini ignoranter recepto. & argum. illius capitu. quicunque circa princip. tamen illud loquitur de dispensatione papæ. Et argumen. illius decreta. si alicuius. a contrario sensu. Si uero de hoc contendit in iudicio, & electio sua reprobata fuerit: quia simoniace fuit facta, licet eo ignorāte, tunc episcopus illa vice & in sua vacatione

cum

[1] Cōcor. tex. in l. si pater. C. đ hær. insti. & in l. generaliter. C. de epis. & cler.

[2] Dicit Host. qđ statim cū hoc sciuit: uocarē debet ꝑsonas idoneas qbus reuelet ꝙ tale quid cōperit: & protestet ꝙ inuitus episcopatū tenet: cui sine papæ licētia cedere nō pōt & corā illis tūc faciat procuratorem quē in illorum præsentia mittat ad curiam. & sic nō aliter putat illū tutū. allega. de appe. c. fi. Ioā. And.

[†] Alias, baculum.

[†] Alias, præfatū.

[3] Si fur emit a domino rem furtiuā & habuit ꝓ tradita, definit ꝓ furtiua possideri & possidet pro suo. Ioan. And.

[4] Vide de simo. tanta. super gloss. ij. Ioā. And.

cum eo non poterit dispensare, sed postea sic. s. de ele. si alicuius. in prin. & ita Aeneas circa huiusmodi dispensationem simoniacorum.

a Loquitur. Hæc interpretatio tenēda est super .ca. illo vij. q. j. hoc nequaquam. exclusis opinionibus ibi notatis.

b Non ualebat. j. q. j. si quis neq;. ex hoc collegio, ꝙ simoniacus sine licētia domini papæ renuntiare non potest: de hoc nota. s. c proxi. §. j.

c Dimisit. vij. q. quam periculosum.

d Locum tantum. ī. de ord. ab episcopo, qui renuntiauit epis. c. unico.

e Ordinem. Id est, ordinis executionem: quia charactēri nemo posset renuntiare.

f Ex præmissis causis. Quatuor: de quibus dictum est supra in litera, s. propter populi persecutionem, vel corporis infirmitatem, defectum sciētiæ, uel propter simoniā ab alijs eo ignorante commissam. cum quis renūtiat propter aliquā causam talem: non prohibetur iterum postulari ad dignitatem episcopalem ut hic dicit.

g Ordini. i. ordinis executioni. sed quid si renūtiasset ordini, adhuc potest reassumi de licentia papæ. nunquid reconsecrabitur? Non, quia characterem retinuit. j. q. j. quod quidā. (f Alias, est.) uersi. si forte militis. xxxij. q. vij. licite. & ideo sola executio sibi deest: quam reassumit ex licentia papæ.

h Alioqui. i. si nō renuntiauit ex aliqua de prædictis causis quæ fiūt sine

in eo loquitur a casu, cum propter aliquod crimē episcopatum quis deserēs ad uitā monasticā pœnitētiæ causa descendit. Vnde quidā in eo casu loqui dixerūt capitulū supradictū, cùm quis pro crimine de quo conuictus fuerat uel confessus, ab episcopali dignitate depositus in monasterio extitit ad pœnitentiam agēdam inclusus, uel cum aliquis propter graue crimen pro quo episcopatum retinens pœnitentiam dignè agere non ualebat b, cedendi obtenta licentia uitā monachalē elegit. Alijs asserentibus, sic intelligendū esse capitulū antedictum ut per se resurgere nequeat, id est, repetere quasi debitum quod tali modo dimisit c quanquàm eligi possit, præsertim si locum d tantum & non ordinem e resignauit. Cùm ergo nobis constare nequiuerit, ob quam causam prædictus I. episcopatui olim cesserit: Mandamus quatenus si tibi constiterit, ꝙ propter aliquā ex præmissis causis f seu consimilib. Idē Io. episcopatui cesserit memorato, tu authoritate nostra (dūmodo necessitas uel utilitas id exposcat) licentiam ei tribuas ascendendi ad regimē ecclesiæ Fauentinē. maximè si ueritate subnititur, ꝙ dictus I. loco tātummodo cesserit memorato, & non ordini g uel etiam dignitati. tunc enim esset i uehemētissimè præsumendum, ꝙ nō propter crimen aliquod ab ipso cōmissum, sed causa pœnitentiæ ad uitam migrauit regularem, præsertim cum apostolica sedes post cessionem multo minus q̃ antea permisisset eidem tali crimine irretito, in pōtificali ordine ministrare, alioqui h (cū durum i nimis extiterit contra tam solēne consilium huiusmodi postulationem admittere) præposito & canonicis memoratis iniūgas, ut aliā personam sibi idoneam eligant in pastorem.

Idem in cōcilio generali.

Qui petit cedendi licentiam, ex quo illam obtinuit, cedere cōpellitur.

CAP. XII.

Qvidam cedendi k licentiam cum instantia postulantes, ea obtēta, cedere prætermittunt. Sed cùm in postulatione huiusmodi aut ecclesiarum cōmoda quib. præsunt, aut salutem uideant propriam attendisse (quorū neutrū suasionibus aliquorū quærentium quæ sua sunt, seu etiam leuitate qualibet nolumus impedire) eos ad cedendum decernimus cōpellendos l.

Honorius iij. maioris ecclesiæ decano, & magistro R. cant. sancti Dionysij. Leodien.

Non renūtiat iuri suo, qui gratiæ aduersarij se submittit.

CAP. XIII.

Veniens ad ap. se. I. subdi. proposuit ꝙ cùm bonæ me. I. papa præ. no. abbati de Emenco, & maioris ecclesiæ ac sancti Pauli cantoribus Treue. suis dederit literis in mandatis, ut si nihil canonicum obuiaret, præbendam in ecclesia sancti Florentini in confluentia, quam Iacobus de

peccato, sed ex alia propter peccatum. ADDIT. Vel id est, nisi episcopus probauerit prædicta, uel alias tibi de illis constiterit: secundum Inno. Ioan. And.

Gloss. seq. reci. per quæstionem.

i Durum. non tamen impossibile, quia bene dispensat dominus papa contra quatuor cōcilia, & cōtra apostolum, dum tamē nihil statuat cōtra fidē. xxv. qō. j. sunt quidā. arg. xxxiiij. dist. lector. lxxxij. dist. presbyter. qđ autem legitur. xv. dist. sicut de articulis fidei intelligit.

Qvidā cedēdi. Prima pars ponit factum. Secūda corrigit cām reddens: ibi, Sed cum. Ioan. And.

k Cedendi cū instantia. Ex eo, qđ cum instātia perseuerādo petunt, præsumitur contra eos magis. de pœni. distinct. j. diuortiū. & C. ad Velle. si mulier. in fi. sic etiam pallium cū instantia peti debet. c. distin. prisca. & ff. de quæstio. l. j. §. diu.

l Compellendos. Not. qđ aliquis cogitur renūtiare obtenta licentia renūtiandi: tamē secundū leges re integra recuperabūtur bona quibus cessit. ff. de ces. bonorū. ijs qui. sed hoc ideo est: ne illudatur papa 1 sicut si postulatio præsentatur papæ nō potest postea recedere ab ea supra de postu. bonæ. rō quare cōpellantur, redditur in litera. In huiusmodi cōpulsione considerat papa cōmodū ecclesiæ uel propriā salutē petētis, quorū neutrū uult impediri, & ideo compellitur.

Veniēs. Prima

1 Vel alteri superiori, cū tex. đ papa nihil exprimat. Ioā. And.

pars ponit appellationẽ impetrantis, & eius cauſam. Secunda ipſius proſecutionẽ, & auditoris dati ſententiam. Tertia ipſius ſententiæ confirmationem. Secunda ibi, ad quem. Tertia ibi, Nos igitur. Ioannes And.

canus ipſius eccleſiæ reſignauit, ſublato apoſtol. obſtaculo aſsignarent eidẽ: & infrà. Cumque iudices apoſtolicum uellent adimplere mandatum: quidam ſe oppoſuerunt canonici eccleſiæ memoratæ, dicentes ſubdiaconum antedictum renũtiaſſe iuri, quod ſibi ex ipſis literis competebat. Dicto igitur ſubdiacono hoc negante a :iam dicti canonici ad hoc probandũ, teſtes aliquos produxerunt: per quos cùm uideretur probatum ipſum ſe gratiæ capituli cõmiſiſſe b :duo iudices c p̃dictorum ſentẽtialiter decreuerunt eundem nõ poſſe uti literis ſupradictis, pro eo quòd idem aduerſarij ſe gratiæ commiſiſſet, per quod uiſus eſt renuntiaſſe d iuri ſibi ex ipſis literis competenti. A qua ſententia idem appellans: in uigiliam epiphaniæ terminum ſuæ appellationis præfixit e. Ad quem cùm ueniſſet P. de Colle medio, capellanum noſtrũ ſuper hoc ſibi conceſsimus auditorẽ. Sed cùm eius aduerſarius nõ acceſſerit per duos menſes & amplius expectatus, nec ullus compareret pro eo ſufficiens reſponſalis, tandem quidã literas habens ad contradicendum & impetrandum, coram eodẽ cõparuit: qui cum ad tractãdum cauſam minus ſufficiens f crederetur, idem auditor ſententiam prædictorum iudicũ ſententialiter (iuſtitia exigẽte) caſſauit. Nos igitur ratam & firmam habemus capellani ſententiam memorati.

a Negante. & ſic per negationem factam, fuit res dubia 1. C. qui ad li. procla. non licet. l. iij. & ſic per narrationem & reſponſionem litis conteſtatio facta fuit. j. de li. cont. c. uno. & ſ. de ele. dudum.

1 Et ſic dictẽti incũbit probatio. ff. de probat. ei qui dicit. Ioã. And.

Gloſ. ſeq. fortificat textum, et dat ſimile, obijci & ſoluit. in fin. alle. pro ſimili. ca. ſane. & ponit diſſolutiones, & ipſius duas lecturas.

b Commiſiſſe. & ſic cõmiſit ſe gratiæ capituli tantũ: ſed in ueritate non erat probatum, q per hoc literis renũtiaſſet, quare ipſorum ſnĩa retractatur: quia & ſi uerum eſſet, q ſe eorum gratiæ commiſiſſet, non uidetur renuntiaſſe literis: niſi expreſſe literas ipſas reſtituiſſet. ſupra e. ſane. & j. de pac. cũ pridem. & ſi commiſit ſe illorũ gratiæ, & ipſi nullam gratiam faciebant, poterat uti iure ſuo. Et eſt ſimile, licet eamus ad arbitros in cauſa appellationis, propterea nõ renũcio appellationi, imo poſtea poſsũ proſequi appellationem, nec mihi currit tempus interim. C. de tempo. appel. auth. ſi tamen. nec inde debet damnum ſuſtinere: unde meruit gratiam reportare. ſ. eo. ſane. & j. de fideiuſſ. peruenit. & j. de pac. cum pridem. Sed contra uidetur, q tacite uidetur renuntiaſſe literis ſuis. j. de offi. dele. gratũ. & j. de teſtib. cũ ueniſſent. & j. de ijs quæ fi. a maio. par. ca. ex ordine. & j. de præben. pro illorum. & C. de iure dotium. l. ij. ff. de le. commiſ. poſt diem. & nihil refert an alterum ex æquipollentibus 2 quis faciat. ff. de re iu. in ſumma. & ff. de arbi. qd tamẽ. §. j. & j. de uerbo. ſigni. in his. Dic, q per hoc non renuntiauit per prima iura, & quia caſſata fuit illa ſententia. ſimile uidetur. ſ. e. ſane. ſed ibi plus petit tradendo literas aduerſarij, quæ iuri ſuo renuntiauit: hic non tradidit literas, licet commiſerit ſe gratiæ aduerſarij. Vnde ibi auditus fuit potius iudicis officio, quam iure actionis, hic uero ipſo iure: uel ibi auditus fuit de iure: ut dicitur ibi in fine ultimæ notulæ.

2 Iſta non ſunt æquipollentia renũtiarẽ, et ſubmitterẽ ſe gratię ut ſ. dixit glo. & facit. j. de iud. cũ ueniſsẽt. Io. And.

c Duo iudices. & propter hoc ſolum etiam debuit caſſari ſententia, cum non appareat q tertius ſe excuſaſſet, uel cõmiſiſſet eis uices ſuas. j. de offi. dele. cauſam matrimonij. & ff. de re iudi. duo ex tribus. ſed ſi ſe excuſauit, bene potuerunt procedere. j. de offi. deleg. prudentiam. quod intellige ſic, clauſula illa q ſi non omnes. &c. erat in literis, ſed ex alia cauſa fuit caſſata ſententia: & mandatur iudicibus iſtis, ut præbendam illam faciant conferri, ut dicitur in integra in fi.

d Renuntiaſſe iuri. arg. q per literas executorias, acquiretur ius alicui impetranti. alias non poſſet renuntiari iuri ex ipſis literis competenti, ſi non acquireretur ius: quia ei quod non eſt, etiam renuntiari non poteſt. Dicas q per literas monitorias, præceptorias ſiue executorias nullũ ius acquiritur, per quod eccleſia ſiue clerici contra quos impetrãtur literæ, obligati ſint impetranti, nec aliquod ius habet in eccleſia ante receptionem, ſed officium executorũ implorare poteſt ut mandatum apoſtolicũ exequantur: & ipſi mandatum teneantur adimplere. & huic officio bene poſſet renũtiare reſtituẽdo literas: & renũtiando literis impetratis, & etiã impetrandis: quo facto executores ulterius non procedent: & ſic nec officium iudicis, nec aliud per literas illas implorare poterat. huic officio nõ fuit renũciatum. ſ. eod. ſane. cum iam executor fuerit, p̃ſecutus officiũ ſuũ, ſed literas tantum reſtituit quarũ authoritate fuerat reſtitutus, & inde non obfuit renuntiatio literarum. & ideo de iure fuit auditus, ut no. in fi. ult. notulæ. Ber.

e Præfixit. Quod quidem bene potuit. & iudex idem facere poteſt & debet. j. de appel. oblatæ. & c. ſæpe cõtingit 3 & terminum præfixit, ut tunc eſſet in curia: ut ſequitur. q quãque ſtatuitur ad iter arripiendum. & tunc ſufficit arripere iter in termino. j. de ap. peruenit. & in iſtis caſib. literæ ante terminos impetratæ non ualent, ut dicit illa decre. oblatæ. & c. ſæpe. terminus uero datus a lege eſt annus, uel ex iuſta cauſa biẽnium infra de appel. cum ſit Romana. & talis terminus bene poteſt præueniri. ut in ca. oblatæ.

3 Et cap. cõſuluit. in fi. gloſ. ulti. dic q quæſt. iſta beneficialis erat: & hodie ĩ ea tene qđ habes. j. đ ele. c. j. li. vj. nec eſt uera diſtinctio gl. q ſola termini p̃fixio etiã poſt ſentẽtiam deferat cãm ad curiam ut dicet in c. interpoſita. §. j. de appel. Io. And.

f Minus ſufficiens. ſed non uidetur, quod iſte fuerit contumax ex quo miſit nuntium ad impetrãdum & contradicendum, cum ipſe non appellauerit: ſed ille Ioan. contra quem lata ſententia fuit: & ideo non debuit ſententia contra ipſum ferri: licet forſitan poſſet in expenſis condemnari. unde contra. infra, de appellationibus. Nicolao. ubi condemnatur appellans in expenſis: qui non fuerit proſecutus niſi quo ad impetrandum, & ibi nõ fuit proceſſum ſuper principali. Poteſt dici, quod in illa decre. Nicolao. hoc non fuit petitum. Ille Nicolaus tantum petijt alteram partẽ in expenſis condemnari, quia non miſerat ſufficientem procuratorem: hic uero petijt ut procederetur ad ſententiam infirmandam. Vel melius: hic fuit lis conteſtata, & ſententia diffinitiua lata. & ideo cum ſtatutus eſſet terminus ad proſequendam appella. & altera pars non fuerit ſufficienter

cienter prosecuta ad sententiam defendendam, contumax debet reputari, siue sit pars appellata, siue appellans: quia iudex appellationis, altera parte absente debet procedere ad cassandam uel confirmandam sententiam. C. de tempo. appellatio. l. ult. §. illud. ij. quæst. vj. c. ei qui. §. appellatore. & infra, de appell. per tuas. vbi hoc est expressum: quia nõ misit nuntium sufficientem, sibi imputet, nec potest dici, ꝙ tacita non fuerit: quia terminus constitutus ad appellationem prosequendam, ab appellãte uel iudice, uicẽ obtinet perẽptorij: vt eo elapso perinde procedat, ac si perẽptorie sit citatus. j. de app. sæpe contingit. Et nota quod hic appellatus teneť mittere nuncium sufficientem ad appellationem prosequendã si terminus sit præfixus a iudice uel ab appellãte, & appellãs eodẽ modo. alias finietur causa altero prosequẽte legitime: & hoc est cum lis est cõtestata, & appellatur à definitiua sentẽtia siue post litis cõtestationẽ. ut hic habes: alias in expensis puniť. ut dicit illa decr. Nicolao: quia ibi non fuit lis contestata, & appellatum fuit à grauamine. Vnde non poterat procedi ad sententiã altera parte absente. unde puniť tantũ in expẽsis: quia nõ uenit sufficiẽter instructus. Si uero appellatio ante litẽ contestatã à iudice recepta non fuit, nec ab aduersario approbata: tunc sufficit appellanti mittere procuratorẽ ad impetrandum & contradicẽdum. j. de appell. interposita. §. j. saluo eo quod dicitur infra, de appel. cordi. sed cum appellatur à sentẽtia diffinitiua, nõ refert utrum appellatio approbetur ab aduersario uel iudice, saluo quod dicetur extra, de appel. cordi. sed cõsideratur vtrũ terminus sit præfixus a iudice, uel ab appellãte: & tunc utraque pars tenetur mittere sufficientẽ procuratorem ad totam causam: ut hic patet. alias procederetur contra absentem, tanquam contumacem, ut hic patet, & infra de appel. interposita. ubi de hoc.

† Alias, qui.

Idem archiepiscopo Treuerensi.

Si prælatus ab obedientia subditos absoluit, non propter hoc prælaturæ renuntiat.

CAP. XIIII.

Lectæ coram nobis f. t. literæ continebãt, quòd Abbas sancti Petri Tulleñ. tibi humiliter est confessus, quòd cùm adeò graui ægritudine laboraret, quòd de uita desperaretur [a] ipsius: ad cuiusdã æmuli sui consilium [b]: de quo ipse (cùm non crederet eum æmulum) confidebat, monachos suos ab obedientia in qua sibi tenebantur absoluit, uocato diœcesano episcopo, ut abbatiam in eius manibus resignaret: quod † tamẽ usus consilio saniori non fecit [c]: & eidem abbati postmodum restituto sanitati uniuersi & singuli de conuentu obedientiam & reuerentiã requisiti ab eo in capitulo promiserunt: [d] & infrà. Nos autem ex tali facto eundem abbatem suo resignasse regimini non uidemus.

Lectæ coram. Communis diuisio. Secunda ibi, Nos autem. Ioan. And.

[a] Desperaretur. Sic infra, de regula. & transeunti. sicut tenor.

[b] Consilium. De quo tenebatur ille æmulus actione de dolo, si fraus intercessit. ff. de reg. iur. cõsilij [1]. & contra illum potest agi de dolo, quanti eius interfuit id factum non esse. ff. de dolo. arbitrio. §. dolo. & hoc verum est, si fuisset soluendo: sed hoc non esset, si uera renuntiatio fuisset: unde in eo casu debet restitui ad pristinum ius. ff. de dolo. & eleganter. §. pen. & ff. de eo per quem factum erit. l. ult. hic ista cessant: quia non fuit hic renuntiatio cum effectu.

[1] Vide de sent. excõmu. nuper in gloss. ij. Ioã. And.

Glossa sequens fortificat text. per simile. obijcit de tacita renuntiatione per unum capitulum, id coadiunans per quinque similia, & soluit.

[c] Non fecit. Et ideo uoluntas talis nõ obfuit: quia nõ processit ad factum simile: uoluntas nõ sufficit ubi opus est facto. j. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. j. & ar. j. de re iud. cum aliquibus. Sed contrarium uidetur, ꝙ tacite uidetur iuri suo renũtiasse. j. de ijs q̃ fi. a ma. par. c. ex ore. ubi ipso facto uideť renuntiasse: sicut ipso facto Deũ negamus. xj. q. iij. existimãt. ipo facto mẽtimur xxij. q. v. cauete. & ipso facto appellamus. j. de appell. dilecti. & c. v. ut nostrũ, & eo ipo ꝙ quis salutat prælatum, consentit in illum quem nõ potest reprobare. lxiij. dist. cum Adrianus. nec est opus scripto ꝙ obedientiam suam ipso uoluntarij aduentus probat officio. j. de ma. & obe. legebať. contrariũ tamen uerũ est, ꝙ propter hoc non renuntiauit.

Gregorius nonus Agatheñ. & Vticeñ. episcopis.

Abbas exemptus, sine licentia Papæ renuntiare nõ potest.

CAP. XV.

Dilecti filij conuentus monasterij sancti Victo. immediatè ad Romanam pertinẽtis ecclesiam, intimauerunt quòd abbas eorũ sentiens se insufficiẽtem [e] oneri regiminis abbatiæ, cessit in manibus [f] eorundem; ipsi quoq; G. monachũ S. Victoris elegerũt canonicè in abbatẽ: & infrà. Cum igitur di-

[d] Promiserunt. Et sic uidetur reassumpsisse obedientiam à qua illos absoluerat, tali modo non poterat, cum esset prælatus eorum sine licentia episcopi sui. xviij. q. ij. abbas. & c. proxi. & supra eo. admonet. cum sit de substantia regulæ ipsa obedientia. infra, de maio. & obed. cum in ecclesijs. Item argumen. quod re integra licitum est pœnitere, supra, de electio. in causis. & ff. de iurisdict. omnium iudic. si conuenerit.

Dilecti filij. In prima parte ponitur cõuentus petitio. In secunda ibi, Cum igitur. ipsius repulsio, & negotij commissio. Ioan. And.

[e] Insufficientem. Propter insufficientiã debet remoueri. xviij. q. ij. si quis abbas. Itẽ propter negligentiã prælatus repellitur. j. q. j. c. si qui episcopi. §. ecce cũ & iudex similiter. C. de officio præfect. orientis. l iij. & sic bene debet admitti renuntiatio, si fiat debito modo propter insufficientiam. supra eodem titulo. nisi. §. pro defectu. in fin. & cap. post translationem. §. item. & papa hic admitit illam propter negligentiam. infra, de offic. custod. c. j. & magister propter insufficientiam debet remoueri à docendo. C. de profess. & me. l. ij. lib. x.

[2] Vide ꝙ no. in cle. eo. tit. ca. vno. in gl. j. Ioã. An.

[f] In manibus. Quia ad quem pertinet confirmatio, ad ipsum pertinere debet resignatio. [2] xviij. quæst. ij. abbas. & ideo talis renuntiatio nõ tenuit. argumẽ. supra eodem, quod in dubijs. sed quantum ad se bene tenuit. [3] quia non posset repetere. de hoc dictum fuit supra eodem capitulo. quod in dubijs. tamen compellitur postea cedere, sed hoc contingit propter insufficientiam.

[3] Vñ dicebat Goff. quod superiore habẽte ratã cessionẽ & p̃bẽte licentiã eligendi, poterat electio fieri. Io. An.

a Cedere. Nec ad aliam abbatiam se transferre. supra, de consuetu. cum venerabilis.

b Electionem. Si non tenuit renuntiatio, non tenuit electio. sic si aliquis non est legitime destitutus, alius in locũ illius nõ fuit legitime institutus. iij. q. vj. hæc quippe. & ĩ. cã accusa. ad petitionẽ. si. lxxxj. di. tãtis Daniel. & vij q. j. præsentium. Item arg. quod si principale nõ tenet: nec id ꝙ ex eo secutũ est. ĩ. de fide instru. inter dilectos. & C. de legi. nõ dubium. Io. Andreas.

ctus abbas cedere [a] sine licẽtia nostra nequiuerit: nos tã electionem [b], quã cessionem prædictas decernẽtes irritas & inanes, mãdamus quatenus abbatem ipsum, loco suo restitui faciatis: quo integrè restituto, vice nostra recipiatis cessionem ipsius.

DE SVPPLENDA negligẽtia prælatorũ.

Viso de modis quibus prælati assumuntur: quia sæpe in prælaturis neglig ẽter res aguntur. xl. dist. ante omnia. et quod negligitur, supplendũ: et quod omittitur, instaurandũ est: ideo etc. Ioan. And. De hac materia tractatur lxxxiij. et lxxxvj. distin. & ij. q. vij. negligere.

TITVLVS X.

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA prælatorum.

Alexander tertius Cisterciensibus.

Si diœcesanus requisitus benedicere nolit Cisterciensem abbatem, ipse monachos suos benedicere poterit.

CAP. I.



STatuimus præterea, ut si episcopus tertiò † cũ humilitate ac deuotione (sicut cõuenit) requisitus substitutos [c] abbates vr̃os, bñdicere [d] fortè renuerit, eisdẽ abbatibus liceat ꝓprios monachos benedicere, & alia [e] quæ ad officium hm̃oi pertinent exercere, donec ipsi episcopi suã duritiam recogitent, & abbates benedicere non recusent.

† Quia erga superiorẽ. An. c. cũ causa. ĩ. de offic. deleg. Roma. l. cã pupillo. §. si quis ipsi prætori. de operis noui nunciat. alias regulariter, una sufficit. Ro. sing. 424. cons. 427. glos. cle. j. §. j. de hæred. vers. acquisierint. Fely. c. ex literis. col. iiij. de cõstit. Alex. cõs. lxxxj. lib. iiij. de ci. d. c. cũ causa. ubi tetigi.

c STatuimus. Substitutos. Et cõfirmatos: qa añ nihil facere uel disponere possunt. s. de elect. nostri.

Glossa sequẽs arguit: alleg. quinque iura. in contrariũ allegat sex.

d Benedicere. Argum. quod aliquis potest dare quod non habet. C. de testa. manu. cũ cõstitutio. ver. si. arg. C. de iure emph. l. ult. argu. ad hoc s. de elect. suffraganeis. & ff. de acqui. re. do. nõ est nouum. & ff. de usufruc. quod nostrum non est. Arg. contra. ĩ. de iure patro. quod aũt. in fi. & ĩ. de don. inter uirum & vxo. nuper. & ff. de reg. iur. nemo. & ff. de acquir. rerum domi. traditio. & j. q. vij. Daibertum. & ff. de offic. proconf. obseruare. in fin.

e Alia. Scilicet, ut cõferant lectoratũ in proprio monasterio. ĩ. de æta. & quali. cum contingat. & arg. lxix. di. c. j. si tamen præsbyteri sint, ut ibi, cũ & illa impositio manus non sit, nisi quædã benedictio: vt j. q. j. manus. Sed qualiter possunt hoc facere ante suĩ benedictionem? Dic quod in odium episcoporum dominus Papa hoc concedit per ipsam cõstitutionem, ne propterea in spiritualibus uel alijs patiantur monasteria detrimentum propter negligentiam episcoporum. Similem indulgentiam habes supra, de electio. nihil est. §. ultimo.

f SIcut nobis. Nituntur. Quod facere nõ possunt. nam ad priuatum commodum trahi nõ debent, quæ ad cõmunem vtilitatem præfixa sunt. xxv. q. j. quæ ad perpetua. & ĩ. de off. archipresb. vt singulæ. & argu. ff. pro soc. actione. §. labeo. & ĩ. cã præben. nulla ratio.

Clemens tertius.

Regulares in suos usus conuertere non possunt ecclesias, in quibus ius obtinent patronatus, & si intra tempus Lateranen. concilij quando uacant nõ præsentent rectores ad eas, superior ordinabit easdem. †

† Etiam exẽptas. cle. j. e. ti. vbi limito.

CAP. II.

SIcut nobis tua fraternitas intimauit, monachi quidã & canonici regulares ecclesias, quæ ad præsentationem eorũ ptinent, in tuo ep̃atu habẽtes ꝓprijs usibus deputare nituntur [f], nec uolunt ad eas cũ uacauerint uocare ꝑsonas: quin potius occasione cõcessionis [g] quorundã episcoporũ, vicarios in eis ꝓ sua instituũt & destituunt [h] uoluntate admissos ita pẽsionibus [i] onerantes, ꝙ nec ecclesijs cõpetenter possunt in paupertate [k] nimia deseruire, nec ep̃o in ep̃alibus [l] respondere, neque hospitalitatem [m] (sicut conuenit) transeuntibus impertiri. Nolentes autem ut status ecclesiæ debitus & antiquus, per insolertiam [n] † alicuius subuertatur: Mandamus quatenus (nisi

† Alias, insolẽtiã.

g Concessionis. Concessio episcopi sine consensu capituli, uel maioris partis non sufficit, ut possit trãsferre ecclesiã uel fructus ipsi⁹ ad regulares. ĩ. de dona. pastoralis. & ĩ. de ijs quæ fiunt à prælat. sine consensu c. cũ nos.

h Destituunt. In ecclesijs q̃ ad eos pleno iure non spectãt, instituere uel destituere non possunt presbyteros: sed illos debet episcopis præsentare, ut ipsi episcopi de cura plebis respondeant: & monachis de rebus temporalibus exhibeant rationem. ĩ. de præb. in Lateraneñ. concilio † & ĩ. cã priuile. cum & plantare. §. in ecclesijs. & c. sane. & c. statuendum. sed si pleno iure ad eos pertineãt tunc possunt instituere & destituere. xvj. q. ij. c. j. & ĩ. de præscript. cũ olim. & ĩ. de priuil. quoniã per cõfessionẽ.

† Et c. de monachis ubi satis dicam de hoc, & unde de ex cept. cum venerabilis ad fin. Ioã. And.

i Pẽsionibus. Nouis, quod nõ licet. infra, de censi. prohibemus.

k In paupertate. Magna, ꝙ non possunt honeste Deo seruire: quia cũ ad utrunque festinant, neutrum bene peragunt. xvj. quæst. j. presbyteros. & C. de assess. l. nemo.

l In episcopalibus. s. in procurationibus. x. q iij. canẽdũ. & c. relatũ. & in cathedratico: ut ea. causa. q. iij. illud. si ep̃s donet ecclesiã monachis, cathedraticũ ibi debet habere. ĩ. de don. pastoralis. & tãtũ debẽt sacerdotes monachorũ habere, unde iura episcopalia soluere ualeant, & hospitalitatem seruare, & uitã suam honeste habere: ut hic dicit, & ĩ. de præb. de monachis.

m Hospitalitatem. Tenentur enim clerici ad illam hospitalitatem, quæ continet officium pietatis. xlij. distin. §. j. non ad illam quæ fit ex debito seruitutis. C. de episcopis & cler. l. j. infra, de immu. eccle. c. j.

n Per insolertiam. Id est, incuriam siue fatuitatem, alias

e Adde gl. simi. & meliorem in l. si bñ collate. ff. de vsu.

alias insolētiā. i. superbiā. Io. And.
a Tua. Quia tunc nihil habet episcopus. j. de priuil. cū & plantare. §. in ecclesijs. & j. de præscri. c. olim. & j. de priuil. quoniam.
b Prædictos excessus. Ergo si exempti sunt: eps illorū excessus punire nō poterit. arg. xvj. q. j. frater noster. aliter inutile eēt illorū priuilegiū: quia priuilegia ita sunt seruanda, secundū quod cōtinetur in illis. j. de priuileg. porro. Quid iuris sit de hac materia, tractatur. j. de priui. tuarum. & c. cū & plantare. & vj. q. iij. placuit.
c Lateranēsis concilij. j. de concess. præben. nulla.
d In posterū. Per istam enim ordinationem, non fit eis præiudiciū in alia proxima præsentatione: nisi hac vice tm̄. argu. supra de elect. cū in cunctis. & nulla admonitio est hic necessaria: quia tempus ipsos admonet. j. de loc. & cōduc. c. ulti. & C. de iure emphy. l. ult. & C. de cō trahen. & cōmit. stipula. magnam.

a Et uide hāc & se. in præ. ca. vlti. gloss. Ioā. And.

LIcet. Prima pars decise narrat factū. Secunda dat iudices sub certa forma, per quā ius suum papa tuetur: ibi, Ne igitur. Ioan. And.
e Licet magister. De archid. isto habes. j. de cōcess. præbend. post electionem.
f Videamur. Quia ordinata charitas à seipso incipit. de pœ dist. iij. sanc. arg. xxiij. q. v. si nō licet. & supra. de usu pallij. nisi. ubi de hoc.
g A notitia. Sic ergo patet, qđ tempus istud currit à tēpore scientiæ tm̄. j. de cōcess. præb.

3 Seipso. exponevt not. i tra. vsurar. q. ij. num. 72

4 Cōcor. l. pses. C. d serui. & aqua. & l. pupillum & ibi Bar. ff. d excu. tut. glo. c. in cāticis. c. si qs. 30. dist. c. qui vult. d pœni. dist. iij. late. Arg. c. ubi sana fides. xxiiij. q. ij.

à iurisdictione tua exemptæ sint ecclesiæ supradictæ) prædictos b excessus studeas rationabiliter emendare. Et nisi prædictæ psonæ intra tempus Lateranensis concilij c constitutum ad vacātes ecclesias tibi personas idoneas præsentauerint: extunc tibi liceat (appellatione remota) in eisdem ordinare rectores, qui eis præesse nouerint & prodesse, ita tamen quòd ex hoc nullū patronis præiudiciū in posterū d gñetur.

Innocentius tertius.

Supplet superior inferioris negligentiā in beneficijs cōferēdis, si tēpus Lateranensis cōcilij lapsum sit: et collatio per inferiorem postea facta non ualet.

CAP. III.

LIcet magister e H. & R. Procurator R. de sancto Cadimundo, super archidiaconatu Richemundiæ diutius litigauerint coram nobis & infrà. Ne igitur ius nostrum negligere videamur f, qui alios in sua iustitia confouemus: Mandamus quatenus, si uobis constiterit archidiaconatum Richemundiæ uacasse per annū (tēpore semestri quo uel ad archiepiscopum uel ad capitulū donatio pertinebat, non a uacatione, sed a notitia g computato) cū pro eo quòd Eboracen. archiepiscopus alium superiorem nō habet, extūc fuerat ad nos donatio deuoluta, utrique super eo silentium imponatis h.

Idem magistro P. de castro nouo, & R. monacho fontis frigidi aposto. sedis legatis.

Si quis ad quem spectat beneficij collatio, lapso tempore Lateranensis concilij conferat, non valet collatio, nisi de misericordia toleretur.

CAP. IIII.

LIteras vestræ discretionis † accepimus quòd cùm in quibusdam ecclesijs legationi vestræ subiectis, quædā beneficia & dignitates tanto tempore vacauissent, ꝙ tam prælati, quàm capitula secundum tenorem Lateraneñ. concilij essent iure instituendi priuati: postquā aduentus vester innotuit in beneficijs illis personas minus idoneas instituere præsumpserunt: & infrà. Discretioni vestræ mandamus quatenus si beneficia & dignitates noueritis personis idoneis assignatas, eas † de patientia i permittatis ab ipsis pacificè possideri, alioqui personas amouentes prorsus ab ipsis, eas de personis idoneis authoritate nostra suffulti, non differatis quantotius ordinare.

† Alias, deuotionis.

† Alias, ca.

Idem episcopo Samo. †

Is ad quem primo loco spectabat collatio beneficij lapso tempore Lateranensis concilij conferre non poterit.

CAP. V.

DIlecto filio P. titu. sancti Marcellini præsbytero Cardina. S. & R. procuratoribus P. & G. apud sedem apostolicam constitutis, auditore concesso: & infrà. Quia nobis constitit a Salamantino decano & eius sequacibus post elapsum sex mensium spatium, intra quod episcopus, & capitulum (prout communiter k spectabat ad eos) procedere ad electionem

† Alias, Zamoreñ. Electio ad quos spectat de iure.

quia diuersitatē. in fi. arg. tamē est, ꝙ currit ab eo tpe quo scir potuit: ut ff. quis ordo in bono. pos. ser. l. vl. ar. cōtra. ff. de pet. hæred. itē ueniunt. §. petitā. Quod prius dictum est, ualet.
h Imponatis. Hic euacuatur opinio illorū qui dicunt, quod mora in electionib. possit purgari, quæ cōsueuit notari. j. de cōcess. præb. nulla. nā hic fuit nulla electio: quia fuit facta post sex mēses. j. eo. dilecto. & c. sequens nō obst. quia illud fuit tolerātia: & sic planum est, qđ dicitur per totum titulum istum.
i LIteras. Patiētia. Ita de iure talis ordinatio nō ualebat. s. c. pxi. & j. c. proxi. Nā multa per patiētiā tolerātur, quæ si in iudiciū uenirēt, cassarētur. j. de præb. cū iandudum. & sic no. ꝙ sola patiētia dat hoc ius in talibus institutis, non ex illa institutione ex tunc, sed ex nūc ex tali patiētia. sic ff. de off. proc. obseruare. in fi. fi. ij. q. j. in primis. Ber.
DIlecto. Prima pars decise narrat factum. Secunda ibi, Quia nobis. definit. Tertia sub cōditione. confirmationē cōmittit: ibi, Mādamus.
Glo. seq. recit. p q. quis eligat ad prabēdā vel beneficia ecclesiæ collegiatæ, & dicit, qđ prælatus & capitulū nisi habeat aliud cōsuetudo, cui statur. signat contrariū & soluit.
e Ignorantia Si. infra, de cleri. ex. mi. cap. penul. & ita si probabilis fuerit ignorantia, cum eo poterit per episcopum dispensari. j. c. prox. Sed contra probabilis facti ignorantia quẽlibet ignorantem excusat ex toto. ff. de iur. & facti igno. error. & l. regula. ergo secundum hoc nulla dispensatio est necessaria? Resp. in culpa fuit recipiendo ordines ab episcopo non suo. ix. qõ. ij. Lugdunensis. Et ideo necessaria est dispẽsatio. Vel melius dicas, qd' licet probabilis sit ignorantia necessaria tamen est dispensatio: quia cum in ta lib. ordinator non haberet executionem sui officij, eam alij conferre non potuit. ut j. q. j. statuimus. quia ꝙ non habet, dare non potest. j. q. vij. Daibertum, & pro non dato habetur, ꝙ ab illo datur qui de iure dare non potest infra de iure patro. quod autem. in fi. ergo necessaria est dispensatio ad hoc ut habeat executionem ordinis.

Alias, permanere.

Cõcor. l. scientiã. §. pe. ff. ad le. Aquil. & insti. ui bo. rap. §. quia tñ tex. cum gl. & not. in l. j. ff. de legi.

debeant remanere † : & infra. Respondemus igitur distinguendo, utrum renũtiauit loco tantũ, an loco simul & dignitati. Nam in primo casu, ordines (sicut antea) rogatus ab episcopo aliquo poterit de ratione cõferre. In secundo uerò casu distinguendũ putamus, utrũ sacros contulerit, aut minores. Si enim à tali ordines usq; a ad subdiaco. aliquis acceperit: quia & huiusmodi ordines à non episcopis b quã doq; conferunt, & in illis deseruire poterit, & ad maiores (si idoneus fuerit) promoueri. Sanè si ab eodẽ sacros ordines scienter quis receperit. quia indignum se fecit, executionẽ c officij nõ habebit. ubi aũt non scienter, poterit (nisi crassa d et supina fuerit ignorãtia e) discretus pontifex dispensare.

Gregorius nonus.

CAP. II.

CVm clericis qui ab excommunicato f episcopo ignoranter ordines receperunt, per suos poterit epos g dispensari.

Dicebãt quidã, istos suspectos ẽ sciẽtia: quia si certũ eẽt de ignorãtia: locus eẽt cõtrari°. & hoc conabaẽ defendere Innoc. sed postea se correxit. ꝙ uide d schismaticis. ca. j. ad finem magnæ glos. Alij quod hoc in uituperium ordinandorum. Ioã. And.

C Vm clericis.

Glos. seq. signat contrarium, et dupliciter soluit. Item quærit, arg. affirmatiue, soluit negatiue.

f Excõicato. Sic patet, ꝙ excõicatus cõfert ordinẽ, licet ex ecclesiã, & hæretici ẽt cõferũt ordinẽ. ix. q. j. ab excõicatis. & ca. ordinationes. Sed cõtra ea. cau. q. j. ca. j. ubi dr̃ ꝙ nullo modo dicit consecratio quæ ab excõicatis est celebrata. Dic ꝙ ibi nõ fuit seruata forma ecclesiæ. Vel dicas: non dr̃ consecratio, uerum est quantum ad executionem: quia ꝙ non habent, dare non possunt. ut j. q. j. qui perfectionem. & cap. uentum est. & c. j. & de conse. dist. iiij. quomodo. Sed nunquid potest alios excommunicare? Videtur ꝙ sic: quia confert ordines: ꝙ plus est, ut uidetur: ergo potest alium excommunicare, sed non est ita. cũ enim sit extra ecclesiã alium eijcere extra ecclesiam non potest. xxiij. q. j. audiuimus. secus in ordine: quia licet sit extra ecclesiã, characterem tñ retinet, & illum potest conferre, si ecclesiæ forma † seruetur.

g Episcopus. Et sic episcopi dispensant hic. sic. ix. q. j. ab excommunicatis. & c. ordinationes. quia ignorãtia eos excusat. si uero scienter ordines recepissent, non dispensaret cũ eis: ut c. ordinationes. sic. s. e. c. pxi. in fine.

Forma. ordinatio requiritur bum & actum. j. d sacra. non iterã. c. fi. excõmunicatione ro uerbũ tantũ Hostiẽ. fa. de cõsecrat. ecclesi. uel alta. aqua. Ioã. And.

TITVLVS XIIII.

DE AETATE ET qualitate, & ordine præficiendorum.

Ex concilio Pictauen.

CAP. I.

VT abbates, h decani & ppositi i qui p̃sbyteri non sunt presbyteri fiant k †, qui archidiaconatus tenent, diaconi: qui uerò archipresbyteratus, presbyteri: aut amittant l † honorem, Quòd si aliqua iusta causa prohibente, presbyteri aut diaconi esse non potuerint, prælationes amittant.

Alex. iij. Cantua. archiepiscopo.

Ecclesia dispensatiue minori concessa, non per laicos sed per clericos regi debet, donec ille perueniat ad ætatem.

CAP. II.

EX ratione: & infrà. Accepimus quod Conuentren. episcopus pueris m qui sunt intra decennium constituti, in

DE AETATE & qualitate.

Dicto de ordinandis, dicendum est de præficiendis. Et quia in præficiẽdis consideratur ætas, et qualitas & ordo: ideo etc. Ioannes Andreas.

h VT abbates. Supple, statuimus.

i Præpositi 4. Dignitas est per se, quamuis sit nomẽ generale ad omnes qui habent prælationem. j. de uerb. signi. quamuis.

k Fiant. Sic supra, de electio. cum in cunctis.

Aut prælationes amittant, secũdum Hostien.

Alias, dimittãt.

4 Adde qd' ueniat appellatione præpositi gl. in l. ij. C. ubi senato. uel clar & de cõsue. c. j. in gl. lib. vj.

Glossa sequens allegat quatuor iura in contrarium, & soluit.

l Amittant. s. de elect. cum in cunctis. §. hic sane. cõtra. j. de cleri. ægro. c. j. contra. ff. de stat. ho. qui furere. contra. ff. de postula. l. j. §. casum. contra hoc intellige, quando per culpam suam ad talem statum peruenit, quod promoueri non potest, contraria uero quando sine culpa, & tunc nõ debet addi afflictis afflictio. infra de cleri. ægro. c. j. & c. pe.

EX ratione. Sunt duæ partes. Prima ponit reprehensibile factũ episcopi. Secunda illud corrigit ibi, unde quoniam. quæ duo facit. Primo prouidet circa præterita. Secundo circa futura, cum pœnæ comminatione, & decreti appositione: ibi, eidem. Et facit ad primam partem tituli de ætate præficiendorum Ioannes And.

m Pueris. Puer dicitur a septennio usq; ad xiiij. annum

Puer quã do dicit.

num.j.de reg.ad nostrã.& xx.q.j.c.j. & xxij.q.v. pueri.& j.q.j.pueri.& ĩ.estote.s̃.de temp.ord.uel non est compos, & puer dicitur quantum ad beneficium obtinendum, qui seruire non potest. ĩ.de præb. super.

a In Archidiaconatu. Ar. quod instituere non pertinet ad archidiaconum.xvj.q.vij. nullus omnino. cõtra. ĩ.de præbẽ.referẽte.super hoc statur consuetudini.

b Ecclesias. Id est prælaturas ecclesiarũ qđ fieri non debet. ĩ. eo. c.j.& ij. quia pueri ad hoc non reputãtur idonei. ĩ. de præben. super inordinata. beneficia enim simplicia in tali ætate cõstitutis licite cõferuntur.lxxvij.di. in singulis.& rõne ordinis dñt habere titulũ.lxx.di.c.j. & ita rõne ordinis,& tituli beneficiũ pñt habere de hoc tñ dicas ꝑut dr̃ ĩ c. super inordinata. Al.

c Prædicti pueri. Impuberibus dignitas dari non debet. ı ff.de iure immu.l.ij. §.impuberes.& j. q. j. pueri. & c.estore.

d Ad congruam. Idẽ dicit lex in eo qui se obligat pro filio suo decurione quia tenet quousque perueniat ad ætatem congruã.ff. ad municip. l. Lucius.§. impatores. Sed pone, quod episcopus aliquem minorem facit archi. habebit ne iste vocem in capitulo sicut si esset legitimæ ætatis? Ar.quod non:quia minores.xxv.an. decuriones facti licet decurionum sportulas recipiant, nõ tamen interim suffragium ferre possunt.ff. de dec.spurij.§.minores.sicut nec minor factus miles, debet sapientum iura tractare:ut C.de testa.mili.l.ulti.

Glossa sequens primo soluit contrarium. Secundo quærit.arg.affirmatiue, soluit contrarium, solutioni obijcit, & obiect. respondet.

e Aetatem. Dispensatiue tolerantur isti pueri, alias non deberent. s̃.de ele.cũ in cunctis.& ĩ.eo.cã te. Sed nunquid talis rector potest omnia facere, tanquã maior? Videtur quod sic.ff.de re iud.quidam consulebãt quod tamen nõ est uerum. ĩ.c.proxi.& C. de test.mi. l.ult. Sed nonne iste ex quo toleratur per dispẽsationem, videtur veniã ætatis impetrasse: ut C.de ijs qui ve.æta.impe.l.eos? sed non est ita: quia licet quis veniam ætatis impetret.non tamen potest alienare sine decreto, nec habet liberam administrationem vsque ad ætatem xxv. an.ut in præd.l.eos.

e Etiam sub tali cõditione ut sit ꝑlatus, cum fuerit in ætate.ff. đ hæred. instit. hæreditas ex die. ff. de reg. iu. actus.secũdum Vin. Ioã. And.

archidiaconatu a R. archid. Cistreñ. ecclesias b plures cõcessit, quæ nõ ꝑ clericos, sed per laicos disponuntur. Vnde quoniã nõ debet hoc aliquatenus tolerari: mandamus quatenus prædictum episcopum, super his corripias, & clericis idoneis administrationes & custodiã præscriptarum ecclesiarum, donec prædicti pueri c ad congruam d veniãt ætatẽ e (laicis amotis) committas. Eidem episcopo prohibens ne decætero ecclesias, nisi personis quæ ætatem, & scientiam habeãt, regendas concedat. Quod si secus egerit: ei debitam pœnam infligens institutionem & concessionem ipsius omnino viribus carere decernas.

Idem Cantuarieñ. archiepiscopo, & eius suffraganeis.

Regimẽ ecclesiæ minori xiiij. annis committi non debet.

CAP. III.

INdecorum est, ut hi debeant ecclesias regere, qui non nouerunt gubernare seipsos: f cum ad ecclesiarum regimẽ tales personæ sint admittendæ, quæ discretione præemineant, & morum fulgeant honestate, Nolentes itaque sustinere, ut paruulis ecclesiæ regimen committatur: † Mandamus quatenus nemini intra annum quartumdecimum g constituto, personatum cuiuslibet ecclesiæ concedere præsumatis: Sciturí pro certo, quòd si contrariè præsumpseritis: quod inde feceritis, irritabimus, & inobedientiam vestram grauiter puniemus.

Idem.

Ad regimen ecclesiarum nõ debet institui indignus sciẽtia, moribus uel ætate: & qui habet duas ecclesias, alteram dimittere cogitur, nisi causa subsit.

CAP. IIII.

EAm te decet: & infrà. Arctius inhibemus, ne personas quæ in ecclesijs tui episcopatus, ad curam animarum fuerint ordinandæ, in ipsis institutas, nec aliqua occasione uel etiam literarum h

INdecorum. Prima pars ponit exordiũ, & causam mandati. Secunda mandatum. Tertia comminationem irritationis & pœnæ. Secunda ibi, Nolentes. & tertia ibi, Sciturí. Et facit ad tit.de ætate. Ioan. And.

Glos. seq. recit. per q. an sacer ordo, etc. alleg. v. ll. pro. & vi. in cõtrariũ ꝑ quas tenebat Lau. quòd non ponit opi. contrariã, qua ꝓbat duabus rationibus per locum à minori, & hanc approbat.

f Qui seipsos. Qui enim in prælatum eligitur: & si minor sit, non debet esse sub patris potestate. ar. ff. ad treb. nã quod ad ius. & ff. đ adul. sic eueniet. & C. đ leg. tu. l. ult. instit. de excu. tut. §. minores. & ff. ad Mac. filium habeo. Argu. contra. ff. de adop. per adoptionem. & ff. de ijs, q sunt sui vel alie. iu. filiusfamilias. & ff. de mu. & ho. l. ij. & ff. de iud. cum prætor. in fin. vbi dicitur, nihil interesse, an iudices in potestate, an sui iuris sint, & presbyter, dicitur ĩ potestate patris esse. C. de epis. & cle. auth. presbyteros. instit. qui. mo. ius pa. pot. sol. §. filiusfamilias. licet adipiscatur honores: remanet tamẽ in potestate patris. per ista iura videtur qđ sacer ordo non liberet a patria potesta. Laurẽ. & alij dicunt, quod quilibet sacer ordo liberat à patria potestate. quoniam liberat à dominica quæ maior ẽ de episcopali ordine habes. liiij. di. si seruus sciẽte. de sacerdotio. ea. di. ex antiquis. & c. frequẽs. de diacono dicitur, quod præstando vicarium liberatur eo. c. ex antiquis. subdiaconus eodẽ iure utitur cum diacono. ĩ. de ser. non or. miramur. & nulla dignitas secularis. similis est sacerdotio. Arg. xcvj. di. sunt duo. ĩ. de maio. & obed. solitæ & dignitas patriciatus soluit ius patriæ potestatis: ergo multo fortius sacerdotium & quilibet sacer ordo. 2 arg. ĩ. de sent. excom. cum voluntate. §. ulti. hoc credo verius.

g Intra quartumdecimum. Ex eo quod prohibet intra xiiij. annum uidetur concedere quod post xiiij. annum statim concedat: quia quod de uno prohibetur, de alio cõceditur. argu. xxv. di. qualis. sed non est ita. quia licet prohibeatur. ĩ. xiij. annum, non tamen concedit in xv. vel xvj. imo intra xxv. annũ prohibetur. s̃. de ele. cũ in cũctis. §. inferiora. & ĩ. c. ꝓx.

h EAm te. Literarũ. Supple per ætatis taciturnitatem

† Adde quis dicat paruulus, vide in l. fi. §. ubi autem. C. de iure delib. & per gl. xxij. q. v. paruuli.

Potestas patria, an tollaẽ per sacrum ordinem.

2 Ordo. imo solus episcopatus. Host. Ant. Butr. Ioã. And. hic Imol. in rubric. de pecul. clerico. ad fi. Angel. Aret. inst. quib. mo. ius pa. po. so. §. filiusfa. num. 5. Iacob. de S. Georg. in tract. de ope. co. 4.

tem

nostrarum obtentu instituti patiaris: quæ scientia, moribus, & ætate: cōcilij a non congruant institutis. Sed etiā habentes plures ecclesias, quæ ex una nō pendeāt, b tibi liceat appellatione postposita cogere ad unam ipsarum quam maluerint dimittendam, c nisi ita fuerint tenues d in substantia, quòd proprios sacerdotes non posint cōueniēter alere.

Idem.

Is qui nondum est in sacris, si alias est idoneus, ad regimen parochialis ecclesiæ dispensatiue potest assumi.

CAP. V.

PRæterea licet ad regimen parochialis ecclesiæ non debeat aliquis, nisi subdiaconus e sit ad minus admitti. Dispensatiuè tamen in minoribus ordinibus constituti consueuerunt assumi. Dum tamē tales sint, quòd † intra breue tempus f posint in presbyteros ordinari.

Idem.

Propter necessitatem & utilitatem ecclesiæ compelluntur clerici ipsius recipere ordines suis beneficij non annexos.

CAP. VI.

QVæris a nobis quid agendum sit de clericis tuæ iurisdictioni commissis, qui cū beneficijs ecclesiasticis multis abundent, à te cōmoniti nolunt ad maiores † ordines promoueri, se tale q̄d secreto cōmisisse dicētes, quod eos salua consciētia ordinari non sinit. g Cū igitur super hoc casu uideantur sacri canones discordare (cùm quidā dicāt eos minimè cōpellendos, h alij verò contrarium i asseuerent) omnis contrarietatis vinculum præsenti pagina enodamus. Statuentes, ut si prædicti clerici perceptione maiorū ordinum propter occulta sua peccata se indignos esse fatentur, k inferiores se in ecclesia, quorum sit vita probabilis, † præferantur eisdem. Et nisi fortè illi qui ordinari pro iā dicta causa recusant, in alijs ecclesiæ seruitijs valde utiles fuerint, auferantur eis beneficia, & alijs canonicè conferantur.

tem impetratatū. si enim ex certa sciētia scriberet papa pro minori mandato eius esset obediendum: quia sacrilegij instar obtinet, dubitare an is sit dignus quē princeps elegit xvij. q. iij. §. qui autem. & C. de cri. sacri. lege secunda. Præterea contra ius & contra publicā utilitatem ē tale rescriptum, & ideo non valet. C. de preci. imp. offe. rescriptis. ar. s. de rescrip. ex parte. & j. de test. cām quę. Item est hic argu. quod non est obediendū semper mādato domini papæ. ar. s. de rescri. si qn̄ & cap. cum adeo. & j. d̄ hære. ad abolēdā. in fi. sed non dicitur mandatū. qn̄ ignorāter mandat.

a Concilij. Lateranen. s. de elec. cū in cunctis. §. inferiora.

b Pendeant. Qualiter dicitur una ecclesia pēdere ex altera. potest dici secundum quod legitur. infra de relig. do. quia monasterium. arg. ff. arbo. fur. cæ. si gemina. & si aliqua parochialis ecclesia sub sit alij, licet prælatus maioris ecclesiæ duas ecclesias habere dicatur tamen alius præsbyter erit s subiecta. Item si ecclesia parochialis in fundo suo aliā constituat, nihil impedit vicarium in ea institui, & prælatum maioris ecclesiæ prælatū esse utriusq;: non tamen per se seruiet utrique: nā dispensatione epi, unus prælatus diuersis præest ecclesijs in habendo unam commendatam, & aliam intitulatā. lxx. dist. sanctorum. Lau. hoc tamen intellige secundum determinationem illarum decr. s. de elect. dudum. & j. de præben. de multa. Item in casu quem habes. j. de præben. extirpandæ. §. qui uero. potest quis habere plures ecclesias.

c Dimittendam. Infra, de præbendis. referente. & hoc secundum illam decretalem, de multa, intelligi debet.

d Tenues. In casu isto permittit Papa propter paupertatem habere plures ecclesias. x. q. iij. unio. Item propter raritatem clericorum. xxj. q. j. c. j. in fi. Item intitulatam unam, & aliam commendatam. † xxj. q. j. qui plures. s. de ele. dudum. vbi de hoc. Vnde versus.

Paupertas, pendens, defectus, gratia, seruās,
Ecclesias retinere duas, dat quodlibet horum.

PRæterea. Prima pars ponit rigorē. Secūda dispensationē. Tertia dispēsationis terminationē. Secunda ibi, Dispensatiue. Tertia ibi, Dum tamen. Ioā. And.

e Subdiaconus. Qui hodie potest eligi in episcopū. j. eo. à multis. & eodem priuilegio gaudet quo diaconus. infra, de ser. non or. miramur.

f Breue tempus. quādoque breue tēpus dicitur, quatuor mēsium. C. de vsur. rei iud. eos. ff. de iudi. l. si debitori. quādoq; decem dierum. ff. de cōsti. pecu. promissor. §. j. quandoque duorum mēsium. C. de sec. nup. l. ij. quādo que. xxx. dierū. ff. d̄ iti. actuq; pri. l. j. §. j. sed hic appellatur breue tempus annus. In anno em̄ & dimidio, potest aliquis promoueri ad sacerdotium lxxvij. dist. monach⁹ nouitius. & hic dimittimus dimidiū annum propter minores ordines. Vin. Item arg. quod parum est, utrum aliquid fiat in præsenti, an in breui tēpore. ff. si cer. pe. l. cta est. ff. d̄ in inte. res. diuus. ff. ut in pos. leg. l si is à quo. sic ergo patet qđ episcopi posūt dispēsare cum eo qui est in minoribus ordinibus. nunquid cū eo qui est in minori ætate? Dicūt quidam quod sic. arg. huius. c. De hoc nota. s. de elec. cū dilectus. ar. quod possit. s. eo. indecorū.

QVæris à nobis. Communis diuisio. Secūda ibi, Cū igitur. quæ duo facit. Primo ponit cōtrarietatē canonum, quos secundo distinguendo concor. ibi, Statuentes. & secundum membrum distinctionis prosequitur: ibi, Quod si. Io. And.

g Non sinit. Simile de temp. ord. c. ult. & j. c. proxi. & j. de sim. ex tuæ. & c. Matthæus. & j. q. sacerdotes.

h Compellendos. lxxiiij. dist. honoratus. & c. consuluit. & cap. j. & ij.

i Contrarium. lxxiiij. distinct. si qui clerici. & c. placuit. xxiij. q. iiij. displicet. & j. q. vj. sicut. argumen. viij. q. j. in scripturis.

Gloss. seq. distinguit, signat contrariū, et soluit.

k Fatentur. Aut ipsi commiserunt ista peccata occulta ante suā promotionem, aut post. si ante. remouēdi sunt: quia tēpore suæ examinationis hoc non fuerunt confessi. xxiiij. dist. c. vlti. & l. di. ex pœnitentibus. & lxxxj. di. si qui sine. & c. seq. sed si postea cōmiserūt illa peccata, se fecerūt indignos. vnde sunt expellēdi, ex quo sua culpa se fecerūt indignos. ar. s. e. c. j. si tū utilitas ecclesiæ

Ecclesia, una qualiter dicitur depēdere ex altera.

a Vtriusq; hoc. verū, quādo ædificauit velut in adiutoriū sui: secus si ut esset bñficiū p se stās, qa haberet p̄sentationem, eps aūt institutionē. Panor. cū ecclesia Vulter. col. iiij. s. de elect.

† Alias, qui.

a Cōmendatā. Inn. dicebat unā intitulatam, & plures cōmendatas secundum Ioā. And. hic: sed abusus est, & dictū. c. q plures nūquā de hoc cogitauit etiā ✱ Grat. ad hoc male induxerit vt not. in tract. reg. cācel. reg. de publi. num. 222. cum seq.

Tempus breue, dicitur diuersimode.

† Alias, sacros.

† Alias, laudabilis

tas ecclesiæ fuerit, ꝙ non remoueantur, quia in alijs negotijs ecclesiæ sunt ualde necessarij & utiles, tolerantur in ea. & ita secundum hoc dispensatur cũ eis propter utilitatem, maxime cũ peccata sunt occulta. Sed contra uidetur de tempo. ordi. ex tenore. & capi. ulti. ubi criminosi tolerãtur, quia peccata sunt occulta, & hic priuantur. Sed illi uolunt & petunt promoueri acta pœnitentia: & isti fatentur se ĩdignos, & nolũt promoueri. si uellent ꝓmoueri acta pœnitentia, admitterentur, præter reos homicidij: ut dicitur in contrario.

Quòd si pro sola uoluntate renuerint ordinari, & suaserit utilitas a ecclesiæ aut necessitas, ipsos (dummodo idonei sint) ad maiores ordines recipiẽdos: per amissionem locorum, & beneficiorum subtractionem, appellatione cessante compellas.

Clemens. iij. R. Colon. canonico.

Euẽtus mortalitatis infirmi, nõ impedit promoueri eius medicum peritum, solicitum, et traditiones artis obseruantem.

CAP. VII.

AD aures nostras te significante ꝑuenit, ꝙ cùm in arte physica eruditus sis, pluribus iuxta ipsius artis traditionem exhibuisti cùm diligentia b medicinam, licet pluries in cõtrarium successerit: et quib. putabas adhibere medelam medicinis ꝓceptis, mortis periculũ incurrerunt. uerũ, quia ad sacros ordines desideras ꝓmoueri super eo nos consulere uoluisti. Tibi breuiter respon. ꝙ si super præmissis conscientia c tua te remordeat d, ad maiores ordines de nostro consilio e non ascendas.

a Vtilitas. Ergo propter utilitatem ecclesiæ compellitũ quis recipere ordines, & propter necessitatẽ, alias est etiã puniendus ꝑ subtractionem beneficiorum: ut sequitur. si. s. de ele. cum in cunctis. §. ĩferiora. & lxxiiij. dist. consuluit. ubi eodem modo compelluntur: ut sic indirecte de nolentibus fiant uolẽtes.

AD aures. Casus. diuisio. Secunda ibi, Tibi breuiter. Et meliꝰ fuisset hæc decreta posita ĩ ti. de tẽpo. ordi. & qualit. ord. Ioan. And.

b Cum diligentia. Et ideo non uidetur imputandũ, si adhibuit diligentiam quam potuit. l. di. ij. qui arborẽ. & c. sæpe. & ideo si præter culpam suã casus fortuitus cõtingit, ei nõ imputatur. j. de cõmo. ca. uno. & j. de homi. c. ult. & ff. commo. in rebus. & ff. de offi. præsi. illicitas. casus. n. fortuiti præuideri nõ possunt: ut in prędictis proximis cõcordantijs: & absit ut nobis imputetur ꝙ præter uoluntatem nostrã contingit. xxiij. q. v. de occidendis. Versus: Non est in medico semper releuetur ut æger. ut in prædicta. l. illicitas. §. sicuti.

Casus fortuitꝰ, nõ imputatur sine culpa.

c Conscientia. xxxiij. dist. habuisse. Qui enim facit contra cõscientiam, ædificat ad gehennam. j. de rest. spo. literas. & j de præscrip. quoniam omne. xxviij. q. j. omnes deinceps. §. ex his. j. de sen. exc. ĩquisitioni.

d Remordeat. Vt si forte imperite medicinã dedisset infirmis, alias euentus mortalitatis non est imputandus ei: ut ff. de offi. præsi illicitas. §. sicuti. & ff. ad legem Aquiliam. qua actione. §. ult. ff. de uar. & extraor. cog. medicus. Vel si negligens fuerit: quia dissoluta negligentia prope dolum est. ff. manda. si fideiussor. j. responso.

e Consilio. Hoc est consilium reuerentiæ, cui obediẽdum est. vj. di. testamentum. & xiiij. q. j. quisquis. & j. de simo. Matthæus. in fi. secus ĩ cõsilio perfectionis. xiiij. q. j. quisquis. quale est illud. Si uis ꝑfectus i esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et de tali consilio potest intelligi qđ dicitur in ca. quisquis. in uerbo illo, si consilio uti uolueris.

i Perfectus. non erat consiliũ nec ꝑfectio legis sed exemplum docens quantum desit perfectiõi legis. Adde not. ĩtra. usura. nume. 88.

Celestinus tertius.

Qui stetit per annum in suspẽsione, priuatur beneficio quod prius habebat, & quod interim acquisiuit.

CAP. VIII.

CVm bonæ memoriæ Clemens Papa prædecessor noster I. buccarũ & quosdã alios Baranen. clericos uocauisset ut ad præsentiam ipsius accederẽt, Hugo. archidiaco. suo quẽ grauiter læserant f, responsuri: quia uenire iuxta mandatum Apostolicum contẽpserunt, in eos fecit sententiam suspensionis promulgari: in qua triennio g permanentes, quidã ex ipsis suspensi h, aliud beneficium ecclesiasticum sunt adepti. Et qa utrũ beneficia sic recepta possint rõnabiliter retinere, nos cõsulere uoluisti: Rñdemus, ꝙ non licet eis illa quæ habuerunt beneficia, uel q̃ postmodũ i sunt adepti: aliquatenus retinere. Vñ Baranen. archiepo dedimus in mandatis, ut eos ꝓ tanta pertinacia & contemptu apostolico beneficijs quæ habent non

CVm bonæ. Sunt duæ partes, consultatio & responsio. Secunda ibi. Respondemus. Et facit ad partem tit. de qualitate præficiendorum. Io. And.

f Læserant. Miles qui præposito manus intulit, capite punitur, & omnis cõtumacia aduersus præsidẽ uel ducem capite punitur. ff. de re mili. omne delictum. §. j. & ij. & qui resistit castigare uolẽti. ff. eo. ti. milites. §. irruens. & iuxta diuinum oraculũ cõtumacia parentis morte luit. lxxxvj. dist. non satis. uer. cæterum. in fin. Et quod hic dicit, læserant, intellige in rebus: qa si in persona, ipso iure fuissent excommunicati.

Cõtumacia, est capite punienda.

g Triennio. Factum narrat: quia idem si per annũ. Ioan. And.

h Suspensiꝰ. Suspensi eligere non possunt: nec etiam eligi. ix. q. j. nos in hominẽ. & supra de consue. cum dilectus. s. de elec. cum inter R. & c. per inquisitionem. & j. de ap. constitutis. nec beneficia eis tẽpore suspẽsionis conferri possunt, uel literas pro beneficio obtinendo impetrare: ut hic & interim beneficia ecclesiastica sunt deneganda k. j. de ap. pastoralis.

Suspẽsus nec eligit nec eligitur.

i Postmodum sunt adepti. Talia beneficia tenere nõ possunt, etiam si postea fuerint absoluti: quia tunc tẽpore obtenti beneficij inhabiles erant & indigni: qa in talibus principium considerandum est supra, de elect. dudum ad audientiam. & j. quæstio. j. principatus xvj. quæstio. iij. si sacerdotes. Et est arg. quod tempus impetrati rescripti considerandum est, puniendi ergo sunt qui suspensi spiritualia præsumunt tractare: intantum quod episcopus cum talibus dispensare non potest. xj. q. iij. si quis episcopus. & infra de sen. excommu. cum illorum.

k Si sunt ĩ mora petẽdi absolutionẽ: aliter secus s. de ele. c. ult. ij. q. v. sup causa. secũdum Tancr. & Vinc. Io. And.

differat spoliare [a].

Innocentius tertius.

Subdiaconus, in episcopum eligi potest.

CAP. IX.

A Multis multoties an subdiaconus in episcopum eligi ualeat, hæsitatur. Si quidē Vrbanus Papa primus decreuit, ut nullus [b] in episcopum nisi in sacris ordinibus religiose uiuens inuentus fuerit, eligat̄. sacros (inquit) ordines diaconatum dicimus & presbyteratū: hos siquidē solos [c] primitiua ecclesia legit̄ habuisse. subdiaconos uerò (quia etiā ipsi ministrant altaribus) opportunitate exigente, concedimus in episcopos eligi, si tñ præclaræ sciētiæ ac religionis existant. ꝙ ipsum non sine Ro. pontificis uel metropolitani [d] licentia fieri permittimus. In quib. [e] uerbis innuitur, ꝙ Vrbanus ad statum primitiuæ ecclesię se referens (in quo subdiaconatus ordo sacer minimè dicebatur) instituit, ut de subdiacono (nisi utilitatis causa, & tunc etiam de permissione metropoli. uel Roma. ponti.) nō posset electio celebrari. Verū [f] cū hodie subdiaconatus īter sacros ordines cōputet̄, sicut Vrbanus Papa secundus sub his uerbis expressit: Erubescant [g] impij, & intelligant iudicio spiritus sancti, eos qui in sacris ordinibus presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu, sunt positi, si castè non uixerint, excludendos ab omni eorundem graduū dignitate. Et iterum: Nemo [h] ad sacrum ordinem permittat̄ accedere, nisi aut uirgo, aut probatæ castitatis existat, & qui usque ad subdiaconatū unicam & uirginem habuit uxorem. Et ad similitudinem diaconi & presbyteri subdiaconus debet continentiam obseruare [i]: sicut & in sexta [k] synodo constitutū est: ut si quis eorum qui ad clerum accedunt, nuptiali iure mulieri [l] uoluerit copulari, hoc ante subdiaconatꝰ ordinē faciat. Et beatus Gregorius statuisse legitur, ut nullum [m] facere subdiaco. præsumant episcopi, nisi qui se castè uicturum promiserit. Nos uolentes super articulo disceptationis materiam amputare, statuimus ut subdiaconus in episcopum ualeat liberè [n] eligi sicut diaconus uel sacerdos.

Idem ti. sanctæ crucis presbytero cardinali.

Irregularis, et in minorib pōt dispensatiue in abbatē institui.

CAP. X.

T Vam in dño diligentiam cōmendantes, quā super monasterio sancti Quirici reformando dignosceris adhibere. Mādamus quatenus si nō potes eidem monasterio de persona idonea melius prouidere, tu monachum illum, quem literis de honestate ac industria commendasti, per quem status eiusdem loci creditur reformandus (nullum prorsus [o] habens respectum,

[a] Spoliare. Ex quo per annum & ultra quis stat in excōmunicatione, priuari debet beneficio suo. xj. q. iij. rursus. & excommunicatus qui tractat spiritualia, deponi debet. infra, de do. & contu.ueritatis. Idem uidetur in suspenso, ut hic. Ber.

A Multis. Primo ponit q̄stionem, secundo alleg. pro & cōtra. ibi, Si quidē. Tertio definit, uel soluit: ibi, Nos uolentes. Io. And.

[b] Nullus. Ponit tenorem illius decreti. lx. dis. nullus in episcopum. usque ibi, in quibus uerbis.

[c] Solos. Supple sacros. quia subdiaconatus bene fuit in primitiua ecclesia, sed non reputabatur sacer. xxj. distin. in fi. §. j. & xxv. dist. ca. j. & xl. distin. c. ult.

† Alias, spectatæ.

[d] Metropolitani. Sic olim dispensabat metropolitanus cum ineligibili circa episcopatū, sed cum illegitimo dispensare nō pōt. s̄. de ele. innotuit. nec in ætate. C. de ijs qui ueniā ętat imp. l. ij. & iij. sed cum ijs qui patiūtur defectum in ordine, satis uidetur, quod potest adhuc archiepiscopus dispensare in archiepiscopatu: sicut olim poterat, arg. lx. dist. nullus in episcopū. & in alijs dignitatibus inferioribus bene potest supra, eod. præterea.

[e] In quibus. Verba ista sunt Innoc. interpretantis capitulū Vrbani, qui locutus fuit secundum antiqua tempora.

[f] Verum cum hodie. nunc incipit allegare, quòd subdiaconus eligi possit.

[g] Erubescant. trigesimasecunda dist. erubescant.

[h] Nemo. xxxij. distin. nemo.

[i] Obseruare. Ex quo onerat̄, dignū est ut honoretur. xvj. q. vj. de lapsis.

[k] Sexta synodo. xxxij. dist. si quis eorum.

[l] Mulieri. xxxviij. distinctione. ut nullum.

[m] Nullum. xxxviij. dist. nullus. & xxxj. distinct. ante triennium.

[n] Libere. Et ita, quod fuit prius dispēsatio, hodie est ius commune. sic infra. de offi. lega. quod translationem. & ad subdiaconatum extenditur quod de superioribus dictum erat si. s̄. de trāsla. īter. corporalia. & supra de consue. cū uenerabilis, & eodem priuilegio gaudet subdiaconus, quo & diaconus. j. de ser. nō or di. miramur.

T Vam. Prima pars ponit exordium. Secunda mandatū: ibi, Mandamus. & facit ad duas partes tit. scilicet de qualitate & ordine. Ioan. And.

Glos. seq. circa preces an simoniā inducant, distinguit īter proprias, et alienas. In primo casu ponit opinio. Hugo. & contrariam. In secundo subdistinguit an sint spirituales, an carnales: & tunc argumen. pro indigno, aut pro digno: & tunc aut habetur respectus ad illas aut non.

Simonia an inducatur p preces.

[o] Nullum prorsus. Non enim præces carnales debet respicere, qui ē ordinator, sed tantum merita & prouidentiam ordinandi. j. quæstione j. quibusdam. & viij. quæstione. j. Moyses. & capitu. si ergo. Et ideo nota quod cum quis eligit̄, uel ordinatur: aut suis precibus interuenientibus, aut alienis. Si suis,

suis dicunt quidam, & Hugo cum eis, quod quantumcunque sit idoneus, simonia committitur, ar. viij. q. j. in scripturis. & j. q. vij. si quis omnem. & j. q. j. ordinatio nes. & ꝟ. de iure pa. per nostras. Istud credo si est indignus: secundum quod dicit T. sed si dignus est, potest et preces porrigere superiori cũ indiget: quia tunc nõ præsumitur ambitiosus sed potius pp necessitate. alias potest dici, ꝙ simonia esset ar. j. q. j. c. filiũ. §. nõ ita quorundam. Et argu. ꝟ. de simo. tua. Si preces quis ꝓ se porrigat vt in prælatum eligatur, ambitiosæ sunt & illicitæ. j. q. j. null9 itaque. Si uero precibus alienis promouetur: aut pces sũt spirituales, aut carnales. Si sũt carnales, & fiũt pro indigno, simonia committitur. j. q. j. ꝺ ordinationibus, quia succedũt tales preces loco pretij. j. q. j. sunt nonnulli. Si pro digno, dummodo superior non habeat respectum ad preces, sed ad meritum: licite possũt admitti: ut hic. & j. quæst. j. quibusdã. Si uero sunt spirituales, admitti possunt, nec inducunt simoniam. j. q. j. latorem.

a Non ascendat. Forte erat irregularis, & sic potest quis esse. Abbas in minoribus ordinibus propter necessitatẽ: alias non ua leret. nam & diaconus potest esse Abbas. l. dist. accedẽs. ar. Imo & infamis curam monasterij gerere potest: ut i bi. Infamis enim à ciuilibus muneribus nõ excluditur. C. de ijs qui nõ impleꝰ stipẽ. fa. so. sũt. l. j. lib. x. nomen ab batis potius est so licitudinis, quã ordinis uel honoris. xviij. q. ij. hoc tantum. Arg. cõtra. ꝟ. e. c. j. & laicus potest esse abbas causa necessitatis. xciij. dist. a subdiacono. & xvj. q. j. generaliter arg. tamen hoc quod dicitur hic, dispensatiue intelligitur: quia abbas debet esse sacerdos: alias remouetur. supra eo. cap. j.

b Cum instãte. Hic respondet tacitæ obiectioni quæ

x Dicit Host. qđ nõ reprobaret si ꝑlatus consanguineũ egentem non indignũ præferret magis idoneo non egenti in simplici beneficio: cũ & talibus prouideř tenea tur. lxxxvj. dist. nõ satis. ꝺ co ha. cle. c. j. de test. re latum. §. licet. Ioã. And.

Infamis potest esse Abbas. Idẽ plus quia negari non potest, q n sit honoris & dignitatis de pri mil. ut apostolicæ. li. vj. Sed pl9 laboris: quia omne quod eminet & cæt. xiij. distin. ner ui. & xl. di stin. ante omnia. Io an. And.

ad petitionem illicitã, quã quidã laici faciebant, sed ex tuæ duntaxat prouisionis officio) instituas in abbatem: ita uidelicet, ꝙ ad sacros ordines nõ ascẽdat, a cum instante b necessitatis articulo possit in abbatem assumi, etiã in minoribus ordinibus constitutus, & laici memorati non sint consanguinitate uel affinitate coniuncti monacho memorato, ut ex ipsorum petitione debeat contra eũ aliqua sinistra suspicio suboriri.

Idem Rothomageñ. archiepiscopo.

Abbas si est presbyter, et est benedictus, conferre potest ordinem clericalem.

CAP. XI.

Cum contingat interdum, quòd laici ad monasteria conuolantes, à suis abbatibus tonsurentur: requisisti an clericatus ordo, in tonsura huiusmodi conferatur. Super quo tibi t. respon. ꝙ cum in vij. synodo c sit statutũ, ut lectores per manus impositionem licentia sit vnicuiq; abbati d in proprio monasterio, solummodo faciendi, dummodo ipsis ab episcopo (secundum morem præficiendorum abbatum) manus impositio facta noscatur, & cõstet eum existere sacerdotem: per primam tonsuram iuxta formam ecclesiæ datam, à talibus clericalis ordo confertur. e

Idem.

Si canonicus regularis factus monachus, iusta de causa ad canoniam reuersus, ibi postea præficiatur, licitè tenere poterit prælaturam.

CAP. XII.

Intelleximus quòd cũ in monasterio tuo fueris laudabiliter conuersatus, ad monasterium sancti Innocentij talis ordinis accessisti: ubi cum aliquandiu in ipso ordine permansisses, demum ad cor reuersus, de metropolitani & aliorum consilio, ad primam domum redire curasti, in qua tandem sub regulari obseruantiæ disciplina, taliter Deo & hominibus placuisti, ꝙ per tuorum exigentiam meritorum, fratres tui præfecerunt te unanimiter in abbatem. Ne igitur occasione moræ quã in præscripto monasterio contraxisti (quasi conscientia tua te remordeat) in susceptæ administrationis cura tepescas, attendẽs, ꝙ cautum est in canone f ne quis canonicus regularis, nisi fortè publicè lapsus sit (qđ absit) efficiatur monachus: & si factus fuerit: ad canonicatus ordinẽ reuertatur ultimus in choro manẽdo, cu cullã ad memoriã delaturus. Discretio. t. mandamus, quatenus circa curã g tibi commissam solici-

posset ei fieri. Diceret enim aliquis: quomodo erit iste Abbas, cum nõ possit ad ordines, promoueri, nec sacerdos fieri? respon. Cum, idest, quia, &c.

Cum contingat. Communis diuisio. Secunda ibi, Super quo. Et principale dictum non facit ad titulum, sed inquantum loquitur de præficiendo. Ioan. Andreæ.

c Synodo. lxix. di stinct. quoniam videmus.

Glo. seq recitetur per duas q. an psalmistatus sit ordo, et an per presbyterum conferri possit. In prima po nit opinionem quam reprobat.

d Abbati. Hoc idẽ potest electus in abbatem & confirmatus, si episcopus eũ differat benedicere: ut ꝟ. de sup. neglig. præla. statuimus. talis ordo appellatur psalmistatus tamẽ ubi agitur de singulis ordinibus: nihil agitur de hoc. xciij. dist. illud. vnde quidam dixerunt, non esse ordinẽ, sed eorum opinio corrigitur hic in fi. vbi dicit, quod per primam tonsurã clericalis ordo cõfertur, & etiã presbytero hoc licet. xxiij. distinct. psalmista. vbi de hoc in summa. Hostien.

e Ordo confertur. Sed nunquid q tales percutiũt: incidunt in canonem latæ sentẽtiæ. Dic quod sic, quia, clerici sunt: ut hic & quicunque clerici cum percutit, excõmunicatus est: vt infra, de senten. excommu. non dubium.

f Intelleximus. In canone. xix. quæstione tertia, mandamus.

Glossa sequens signat contrarium, & quadruplicitur soluit.

g Curam. Hic uidetur, ꝙ si aliquis transit ad strictiorem religionem sine licentia prioris uel abbatis, ꝙ reuocandus sit ad priorem ecclesiã. Sed uidetur obsta- re. ꝟ. de

Religiosus trãsiẽs ad strictiorem regulam sine licentia reuocatur.

re. j. de reg. licet. Sed potest intelligi quod hic dicit quando ex leuitatis causa transit: prout intelligi consueuit ille canon. xix. q. iij. mandamus. Vel dicat qđ iste fuerat tantum in habitu probationis. Vel iste locus quem intrauerat, fuerat laxioris religionis quam prior. Vel dic, ꝙ si aliquis petita licētia licet non obtenta trāsit ad strictiorem regulā, quod tunc non potest reuerti ad priorē locum. & sic loquitur illa decre licet. sed si nullo modo petit licentiā, tunc redire cogetur prout hic fecit.

Accepimus. Cōmunis diuisio. Secunda ibi, Licet. Et facit ad secundi partem tit. de qualitate præficiendorum. Ioann. Andreæ.

a Exceptionem. No. quod qui ordinauit aliquē, postea non potest ei irregularitatem aliquā uel crimen aliquod obijcere nisi ex causa superuenīēte: [1] sic nec elector contra electū. viij. quæst. ij. dilectissimi, & est si. iiij. distin. in istis. & iiij. q. iij. si quis testibus. & j. de cō cess. præbend. cum super quæst. in fin. sic. xxviij. distinct. diaconi. & infra de cleri. coniug. diuersis fallacijs.

b Eo. Id est ideo.

c Præsertim. Id est, certe.

Glossa sequens allegat unam concordantiā, & duo contraria, allegat etiam duo iura similia per casum conuersum. demum quærit. ponit opin. Ioan. & contrarium soluit.

d Reputare. Not. quod qui reputatur dignus in una dignitate: si postea eligitur ad alteram, etiam tunc dignus debet reputari. sic lxxiiij. dist. gesta. Arg. cōtra. xij. dist. nos consuetudinem. & s. de elect. scriptū est. Econtra uero qui reputatus est indignus in uno officio: debet indignus haberi in alio. ff. de suspe. tu. l. iij. §. quæri potest. ubi dicitur, quod si aliquis male se habuit in tutela, deinde detur curator: tanquā suspectus remoueri debet. C. de suscep. & arca. si aliq. lib. x. Itē quid dices si aliquis irregularis uel criminosus toleratus est in officio sacerdotali, nunquid si talis eligitur ad dignitatē, potest excipi contra eum ab illis qui eū tolerauerūt in officio sacerdotali? Videtur qđ non, quia qui eum reputauerunt dignū ad ordinem, & ad beneficium reputabūt eum dignum. ar. j. de accu. nulli. j. de sent excommu. in præsentia. & ff. de lib. causa qui sciens. sicut nec uir accusare potest mores uxoris, quos prius probauit. [2] ff. de adul. si vxor. in fi. hoc cō cedebat Ioan. sed iudex ex officio suo potest inquirere de talibus. ij. quæstione vij. quærendum. ff. de postul. quos prohibet. & ff. de peti. hære. l. j. §. vlt. & ff. de adult. l. j. §. si publico. & j. de exce. exceptionem. & qđ superior debeat de his inquirere, habes expresse supra de elect. cap. nihil est. & in cap. venerabilem. Tamē qđ dicit Ioā. quod isti qui tolerauerūt in sacerdotio ipsum, nō possunt ei postea obijcere: nō credo, quia licet tolerassent eum in tali officio, propterea non debent tolerare eum in maiori. nunquid si eligatur in episcopum vel in maiorē prælatū, nō possunt ei obijcere aliquid? imo possūt: quia licet sit dign⁹ in minori, non tamen in maiori debet idoneus reputari. xxij dist. nos consuetudinē. Et argu. s. de elec. scriptū est. accusare ipm nō possunt per cap. prædictum, nulli. Sed si promoueatur ad dignitatē, credo qđ possunt contra illum excipere.

Glossa sequens literam exponit, & notat aliquem sæpius examinari. allegat tria iura, & duo in contrarium, & soluit.

e Examinari. Intelligo tamen, quod in eo casu permittatur episcopo examinatio siue exceptio quando non per se examinauit episcopus, sed per archidiaconum. de off archid. ad hoc. sic patet quod aliquis sæpe examinatur. j. de præben. cum secundum Apostolum. & ij. q. v. mennā. & ij. q. j. notum. Arg. contra. j. de off. leg. licet. & ff. nau. cau. stabu. l. licet. Sed uidetur, quod tantummodo debeant examinari de ijs quæ postea contigerunt. arg. s. eo. cap. j. imo bene debent examinari ne indigni promoueantur, & negligentia prioris examinatoris non debet impedire quo minus quæratur, an dignus sit: & ad hoc tenetur superior. supra, de elect. nihil est. & cap. venerabilem.

f In forma communi. Infra, de præbend. cum secundum Apostolum.

g In maiori ecclesia vel alijs. Not. quod per formā cōmunem qua mandatur alicui ut prouideat alicui in aliqua

[1] Tex. est i l. si vxor §. fi. ff. de adul. & ff. sol. matri. l. cum mulier.

[2] Sed bene improbat sequētes matrimoniū. de iureiuran. quemadmodum. Ioā. And.

... tudinem exercere studeas indefessā, & taliter sequētia bona cōtinuare prioribus, quòd dignum à Deo possis meritū expectare.

Idem.

Ordinatus ad sacros sine titulo, ab ordinatore iustè petit beneficium.

CAP. XIII.

Accepimus te nostris auribus intimante, ꝙ quidam clerici, qui ad sacros ordines sine titulo sunt promoti, te ad ecclesiam Bracharen. super beneficijs obtinendis infestant: & infrà. Licet igitur in ordinationibus clericorum, illam tu ac prædecessores tui diligentiā debueritis adhibere, ut minus idonei non ordinarētur a uobis, ac ideo post promotionem eorum, exceptionem [a] huiusmodi non poteritis prætendere contra illos, nisi forte postquam promoti fuerint, reddiderint se indignos: ex superabundāti tamen, quando scribere pro talibus nos oportet, facimus in literis nostris apponi, ut si ordinatus pro quo scribimus, idoneus habeatur, & ecclesiastico beneficio non indignus, ei ab ordinatore uel successore ipsius competens beneficium tribuatur: cum & si tecum de iure agere vellemus, te possemus meritò ad prouisionem eorū compellere, quos à te uel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, eò [b] præsertim, [c] quòd ad obtinendum ecclesiasticū beneficiū eos debes idoneos reputare, [d] quos ad ordines suscepisti. Vnde grauiter sustinere non debes, sed nobis potius deuotè inclinare teneris, si illos examinari [e] per alios facimus, quos sine examinatione non credimus ordinatos, antequam ad prouisionem eorum te compellere velimus. Mandamus igitur, quatenus eos pro quibus te contigerit recipere nostra mandata in forma cōmuni, [f] in maiori ecclesia uel alijs [g] diœcesibus Bracharen. prouidere nō tardes. Ex-

Examinatus, iterū examinat.

aliqua ecclesiarũ ciuitatis vel diœcesis, potest prouideri in ecclesia cathedrali: ut bene patet hic. & ĩ. de præben. pro illorum. & cap. cũ secundum Apostolum, sed per formã illã non possunt prouidere in aliqua prælatura. Ille præb. c. ult. quia ad prælaturas nõ extẽditur intẽtio mãdatoris. Sed quid si dicatur tantũ, prouideas tali ĩ aliqua ecclesia diœce. Bononien. nunquid põt prouidere in aliqua ecclesia ciuitatis. Vel si dicatur in aliqua ecclesia ciuitatis Bonoñ. nunq d ĩ ecclesia diœcesis? Dicas quod nõ: quia per clausulam illã, in aliqua ecclesia diœcesis. Bonoñ. non comprehendũtur ecclesiæ ciuitatis [1] vel econuerso. supra de rescri. Rodulphus.

[1] Ciuitatis. Idem Cardi. cle. ij. §. fane. in fine. de elect.

[a] Exceptiones. Quantuncunq; Papa præcise scribat, exceptiones legitimæ admittẽdę sũt. ĩ. de off. deleg. ex parte. j. nisi dicat qd nullæ debeant admitti, quod nunquam de facili dicit: ut ibidẽ. sed si enumerentur non obstante tali & talibus exceptionibus tunc illæ non sunt admittendæ. argumen. ff. si quis cautio. sed & ff. §. quæsitum.

[b] Cum sit ars artium. Ars artium. Bene dicit: quia animæ sunt pretiosiores omnibus alijs rebus, & corporibus. xij. q. j. præcipimus. & xxiiij. quæst. iij. si habes & infra, de pœnitent. & remiss. cum infirmitas. in fine.

[c] Per alios. Per clericos suos de latere suo missos. vigesimaquarta distinct. quando.

[d] Deprehendi. No. quod eo ipso quod ordinatus apparet indignus, & ordinans similiter: ut lxxxj. dist. tantis Daniel. in fi. nec em̃ potest ignorare prælatus vitium subditi. ĩ. de re iu. quãuis ar. ĩ. de ele. innotuit C. de resc. ind. vend. quisquis. & ff. loca. sed addes. §. j. [2] & ff. de ædil. edict. l. j. §. causa. sed hoc est uerum cum eos examinat per se: secus si per alios, xxiiij. dist. quã do. & infra, de off. archid. c. ad hæc.

[2] Si loca ui uasa vitiosa: & vinum efflu xerit, teneor: nec me excusat ignorãtia. Ioan. And.

[e] Malos. Simile. xxiiij. dist. tales. & dicit lex, melius est pauca idonee effundere, quã multis inutilibus homines prægrauari, C. de uete. iu. enu. tãta. §. cõtrariũ. & melius est pauca agere caute, quã multis periculo-

ceptiones [a] autem si quas contra tales proposueris, præcipimus audiendas.

Idẽ in concilio generali.

Minus idoneus in sacerdotẽ promoueri, uel ad regimen animarum assumi non debet.

CAP. XIIII.

Cum sit ars artium [b] regimen animarum, districtè præcipimus, ut episcopi promouendos in sacerdotes diligenter instruant & informent, uel per seipsos, uel per alios [c] idoneos uiros super diuinis officijs, ecclesiasticisq; sacramẽtis, qualiter ea ritè valeant celebrare. Quoniã si decætero rudes & ignaros ordinare præsumpserint (quod quidem facilè poterit deprehẽdi) [d] & ordinatores & ordinatos vltioni graui decernimus subiacere. Sanctius enim est (maximè in ordinatione sacerdotum) paucos bonos, quàm multos malos [e] habere ministros: quia si cæcus cæcũ ducit, ambo in foueam dilabuntur.

Honorius tertius capitulo Bremeñ.

Defectus scientiæ, deijcit ium promotum. †

CAP. XV.

Quamuis multa proposita fuerint contra episcopũ Calinen. quia tamen cõfessus [f] est coram nobis, se nunquam de grammatica didicisse, nec etiã legisse Donatũ, [g] & per euidentiã facti vsque adeò de illiteratura & insufficientia sua constat, quòd contra Deum esset & canonicas sanctiones tantum in episcopum tolerare defectum, [h] ipm a pontificalis officij executione, & ab administratione Calinen. ecclesię penitus duximus amouẽdũ.

se interesse. in auth. de tab. circa mediũ cõsti. col. iiij. Et est arg. cõtra illos qui multa inutilia allegãt de cõ sec. dist. v. non mediocriter. & xxiiij. q. j. odi & proieci. [3] quia multitudo onerosa nihil habet honesti. in authen. de referenda. ad fin. col.

[3] Cõcor. l. j. §. pen. ff. qđ cuiusq; uni. & l. elegãter. §. ferum. ff. de do.

[f] Quamuis. Cõfessus. Et ideo pro cõuicto debet haberi. ĩ. de cõfess. cum super. & c. ult. & C. de confess. l. una.

[g] Donatũ. Et ideo grammaticã populo exponere nõ valebat, [4] vnde ĩ hoc reprehendi nõ potuit sicut ille. lxxxvj. dist. cũ multa. vbi reprehenditur qui grammaticam populo exponit.

† xxxviij. dist. p totum, & est ĩpedimentum iuris diuini cõtra qđ nõ potest papa dispensare gel. c. si quãdo. col. pe. de rescrip. & textus est Ozeæ. c. ij vide Lud. Gomesi. c. j. nu. 113. cũ seq. de cõst. in vj. Et per arestum anti quũ curiæ Frãciæ anno 1397. cleric⁹ nesciẽs lege re priuatus fuit priuilegio clericali.

[h] Defectum. Tria enim præcipue requiruntur in epo literarũ scientia, ætatis maturitas, & grauitas morũ: adde & quartũ, q̃ sit de legitimo matrimonio natus. ĩ. de elec. cũ in cunctis. & ĩ. eo. eã te. Defectus scientiæ sufficit ad cedendũ ĩ. de renun. nisi cũ pridẽ. §. pro defectu. competens tñ sciẽtia in epo toleratur. ĩ. de elec. cũ nobis olim. & c. p̃dicto, nisi cũ pridẽ. §. p̃ defectu. Ignominiosum enim ẽ epo, cũ ipse deberet alios docere, si tũc quærat ab alijs edoceri in auth. de san. epis. §. damus. coll. ix. & j. q. vij. cõueniẽtibus. & j. q. j. vilissimus. & q. doctior est & sanctior eligẽdus est. viij. q. j. licet ergo. & talis debet eligi, cuius cõparatione cæteri grex dicantur. xxv. dist. c. unũ orarium. §. nomine autem criminis.

[4] Ouid. ij. tristium: Quod minime nouit nemo docere potest. Ioan. And.

Eps tria principaliter debet habere.

TITVLVS XV.

DE SACRA VNCTIONE.

Innocentius tertius.

Ecclesia Græcorum in ordinationibus et consecrationibus seruare debet vnctiones, quas seruat ecclesia Romana. Episcopus autem cum consecratur, inungitur chrismate in capite et manibus, quod si fuerit prætermissũ p̃ tres episcopos est supplendũ.

CAP. I



Cum uenisset ad apostolicam sedem Bracaren. episcopus, q̃

DE SACRA VNCTIONE.

Quia ex ordinãdis et præficiendis aliqui inunguntur: uiso de illis, de sacra vnctione vidẽdũ est. Io. An.

De hac materia tractatur xcvi. distinct. & xcv. per totum. De secunda parte titu. tractatur. lxiij. & lxv. distinct. per totum.



Cum venisset. Diuidit in duas partes principales. In prima instruit ecclesiã Græcorũ circa materiã vnctionum. Secũda respõdet ad q. principalẽ. Secunda ibi, Licet. Et prima potest subdiuidi in tres principales. Secunda ibi,

Scire

Scire. Tertia ibi, Monemus. Et in hac prima parte] dicit se fecisse per tres episcopos suppleri quod episcopo deerat. Ioan. And.

ab hæreticis. ergo cante supplendum est quod incaute prætermissum fuerat. ĩ. tit. prox. c. j. & ult. vnde nõ dicitur actum cum aliquid superest ad agendum. C. ad sylla. in fi. & vij. q. j. nihil.

CASVS *Quidam episcopus Græcus ad apostolicã sedem accedens* [x] *confessus fuit domino papæ, quòd in cõsecratiõe sua sacrã non acceperat vnctionem. unde papa qđ illi defuerat, in eo fecit suppleri. scribit ergo papa sup hoc Cõstantinopolitano patriarchæ, ostendẽs quod duæ sunt species unctionis: exterior, et interior. Exteriore inũgitur corpus, interiore cor. & vngitur quis oleo, & chrismate, ostendẽs quare de uno, & quare de alio. Et quare episcopus inungitur in capite, & princeps in humero: & quilibet fidelis inungitur in scapulis & pectore oleo sancto ante baptismum, & post baptismum inungitur chrismate ĩ uertice & fronte. & ostẽdit quid significant ista, & a quibus debent conferri. Dicit etiã quod consecratur altare & calix, exemplo beati Siluestri, & autoritate domini, qui præcipit Moysi, ut faceret oleum unctionis, de quo ungeretur tabernaculum. Dicit etiam quòd sacramentum vnctionis aliud figurat in nouo testamento, quã in veteri vnde non iudaizat ecclesia vnctionis celebrans sacramentum sicut quidam mentiuntur qui diuinas non intelligunt scripturas. in fi. dicit quod Rom. pontifex non utitur baculo pastorali: tum propter historiã: tum propter mysticam rationem. iste tamen patriarcha poterit uti baculo ad similitudinem aliorum pontificum.*

[x] Forte in legatione patriarchæ Constantinop. quærentis an possit vti baculo pastorali: cũ Romanus Pontifex nõ utatur, ut patet in fin. Ioã. And.

e Causæ finem. Id est, cognitionem cum calculo sententiæ, quæ imponit finem causæ. ff. de arbit. diem autem. ff. de re iudi. l. j.

f Prouocetur. Si grauatur. alias hodie ante sententiam non appellatur. infra, de appellat. ut debitus. & cap. interposita.

g Per iudicem. Ex hoc probat, quod is cui committitur litis contestatio & causæ decisio iudex est, & ab eo potest appellari.

h Diuisim. i. unam partem uni, & aliam alij.

i Alij delegare. Nisi causa sit criminalis, quæ nõ delegatur. 4 ar. ix. q. iij. saluo. ubi dicitur in conspectu omniũ &c. licet à principe possit delegari. xxiij. q. iiij. illud. & ff. de testi. l. iij. §. item diuus. uel nisi sit iudex appellationis: qui secũdũ leges nihil põt delegare. C. de iudi. auth. ad hæc. secundũ canones secus ẽ. de quo aũt hic fit mẽtio, cui derogať ꝑ hãc decr. fal[...] ꝙ delegatus quicũq; sit uel causæ principalis sine [ap]pellatione põt cõmittere uices suas, secũdũ tenorẽ [c]ui⁹ decr.

Glo. seq. differẽtiã ponit inter [l]eges et [c]anones.

k In principio. Istud obtinet secũdum leges ut iudex coram eo in principio faciat litẽ cõtestari, & per se ferat sententiam, media vero committat cõsiliarijs suis, sed semel & audiat negotiũ in medio. in authen. ut defunc. seu fu. eo. §. illud. & §. seq. col. v. in authẽ. de exhi. re. §. uero. col. v. & C. de iudi. auth. ad hæc. secundum cano. aliter, ut hic dicitur. itẽ secũdum. l. tantum suis cõsiliarijs committit iudex examinationem, ut in dicta authent. ad hæc. & in auth. de iud. §. si quis autem. collat. vj. secundum canones committit cuicunque uult. ĩ. eo. pastoralis.

l Inuestigare. Hoc non habet locum, quando committit finem.

lum quempiam deputauerit, ab eo (nisi modũ a excedat) nõ liceat appellari, dummodo b de partium deputetur uel recipiať c assensu. Quia si delegatus à nobis vel litis d exordium uel causæ finem e, aut totũ negotiũ ei duxerit committendũ, ab ipso tanquã à iudice licitè prouocetur f cum & lis ante iudicẽ debeat cõtestari, & causa ꝑ iudicẽ g diffiniri. Intẽtionis igiť nostræ fuit (sicut ex tenore constitutionis præmissæ potest liquidè deprehendi) ꝙ (iudicialis authoritas liberi⁹ ualeat exerceri) delegatus à nobis licitè possit & principiũ & finem, & mediũ causæ sibi cõmissæ, nõ solũ coniunctim, sed etiã diuisim h alij delegare i † non obstante ꝙ dicitur, ꝙ iudex debet cognoscere per scriptum in principio, k in medio, & in fine, cum antequã ferat sententiã, uniuersa quæ acta sunt in iudicio inuestigare l debeat diligenter.

A subdelegato cum iurisdictione appellari potest: secus si sine iurisdictione, nisi modum excedat: tunc enim potest recusari, nisi datus sit de partiũ consensu, Abbas.

Verùm cũ totã causam mittit alicui, uel principiũ aut finem ipsius: ab eo m tanquã a iudice potest licitè prouocari. Cum aũt alicui mediũ tantũ committit, ab ipso tanquam ab auditore prouocari nõ potest, nisi mãdati fines excedat vel merito n sit suspectus. vnde ne valeat recusari, prouidè statuimus, o vt de partium detur uel recipiatur assensu. p

A subdelegato non in totum appellatur ad subdelegantem, non autem ad primum delegantem: secus si in totum. hoc dicit, usque ad §. quem verò.

Verùm. Continuatur iste. §. ad præcedentia. nam suprà dixit Papa, quod per suam cõstitutionem non intendebat derogare constitutioni Alexand. quia principalis intentio sua fuit, prout habetur in versic. intentionis. Sed quia posset dubitari an & quando posset appellari à subdelegato, subycit istum §.

m Ab eo. Cui principium uel finem cõmittit, secundum quod determinať. ĩ. §. proxi. quandoq; ad papã, quandoque ad ipsum delegatum potest appellari.

n Vel merito. Supple uel recusari, nisi merito &c.

o Statuimus. Nõ statuit, sed cõsulendo dixit, dummodo de partiũ deputetur assensu, ne possit recusari. B.

Gloss. sequens ponit dictum, cui signat duo contraria successiue, & soluit demum arg. & q. soluit.

p Assensu. Et ideo postea recusari non potest: semel enim iudex electus recusari nõ põt. s̃. eo. insinuãte. & iij. q. iij. offeratur. & xxxij. q. v. horrẽdus. appellare tñ possum ab eo: nõ tamen eũ recusare. ff. de ap. ex cõsensu. ff. qui sat. cog. arbitro. licet sit cõtrariũ. ar. ĩ. de re iudi. causam quæ. nõ est contrariũ: quia ibi fuit appellatũ. & quod dicit ibi in cõfirmatione sentẽtiæ, ꝙ de communi consensu fuit causa commissa, illa non fuit causa quare sententia fuit confirmata, sed quia appellans non probauit, quod sentẽtia fuisset iniqua. Item cõtra. ij. q. vj. à iudicibus. sed illud loquiť de arbitris.

compro-

a Quod uolũtate non iuris neceſsitate adeunt ĩ.e. ab arbitris. lib. vj. Io. An. Secus ſi ex neceſſitate iuris, quia tũc ab eis appellaẽ. l.fi. C. de iud. Idem ſi ex neceſſitate ſtatuti Bart. Bal. Salic. Iaſ. dicta. l.fin. nu. 6. Are. l.j. C. de arbit.

2 Dandi. unde tenet Fel. hic Pan. ĩ.e. ca. §. ſi uero. qđ nullus delegatus dare poteſt poteſtatẽ ſubdelegãdi. idẽ Alexã. in rub. col. iij. de officio ei⁹ cui mandа. eſt iuriſdi.

Delegatus poteſt ſubdelegare, retenta ſola executione ſententię.

3 Hoc uerũ, quãdo mera executio, cõmittit ubi ex ui commiſsionis non habeẽ cauſæ cognitio: aliud ubi retinetur, ut hic ubi ex ui retẽtionis, & ex ui appellationis factæ: & ex ui huius ĩterpretationis recuperatur iuriſdictio. ar. ff.

compr[illegible]hiſſarijs ¹ a quib. non appellatur. C. de arbi. l.j. Itẽ a[illegible] ꝙ aſſeſſor qui participat examinationi cauſæ & fin[illegible]bus. ff. de off. aſ. l.j. de cõſenſu partium eſt eligen[illegible]c, & ij. q. vj. placuit. & xj. q. j. c. iij. ſed ſi partes non co[illegible]eniant, eligat iudex nõ ſuſpectũ. ar. ĩ. de ap. cũ ſpeciali. & ĩ. c. ꝓx. in fin. & illum recipiant partes etiam inuitæ, quia iudiciũ in inuitũ redditur. ff. de uer. oblig. inter ſtipulantẽ. §. j. uer. non forſan. & præcedẽtibus uerbis. §. ſi uero. & §. quãdo uero. Tan.

Porro continuatur ad præcedẽtia. Supra uiſum eſt an et quando à ſubdelegato poßit appellari: nunc ſubycit ad quẽ ſit appellandum. Abb. Sic.

Porro. §. iſte reſpicit. §. nos. & proxi. & §. uerum.

Gloſſ. ſeq. primo recitatur per q. & ſol. ſecundo obycit et ſoluit. tertio quærit et ſoluit. ponit opinionem ſolutioni contrariam cui reſpondet.

Porrò ² cùm delegatus à nobis iuriſdictionẽ ſuã in alium transfert ᵇ totã, ſi fuerit appellandũ, nõ ad eũ ᶜ ſed ad nos appellari debebit. Cùm aũt ſibi aliquid de iuriſdictione reſeruat: ſi cauſa ᵈ ſit ei ap. re. cõmiſſa, nõ ad nos, ſed ad eum poterit de iure appellari. Vnde ſi forſan appellaretur ᵉ ab eo, cui mediũ cauſæ cõmittitur, ſiue cognitor aut executor dicaẽ, uel (quod melius eſt) auditor ᶠ pro eo ꝙ uel mãdati fines excedat, uel merito ᵍ ſit ſuſpectus: nihilominus tamen delegatus à nobis iuxta conſultationẽ ʰ præmiſſam cãm poterit definire: ut parcaẽ laborib. partium & expenſis.

Auditor datus ſine partiũ conſenſu, recuſari põt ut ſuſpectus, non tamen ſine cauſa. Abb.

Quem uerò delegatus à nobis deputauerit auditorem, neutra partium poterit recuſare, niſi coram eo ⁱ iuſtam recuſationis cauſam oſtendat.

Si unus ex duob. delegatis prĩcipis cũ clauſula ap. re. ſubdelegat alteri acceptanti, nõ põt acceptans ſubdelegare, nec ap. re. procedere, quod tamẽ ante acceptationẽ poterat, et ſi ab iſto fuerit appellandum, appellabitur ad papã, etiam ſi fuerit ſubdelegatus non in totum. h. d. ſecundum intellectum ueriorem.

ᵇ Transfert totam. Non tñ iudicis dandi ³ licentiam committere poteſt: licet illud ſit de iuriſdictione. ff. de iur. om. iu. l iij. in fi. nec põt cõmittere remota appellatione, & hoc ideo, quia illã non habet ex commiſsione, ſed a lege. C. de iud. a iudice. & ĩ. eo. paſtoralis. j. reſp. & c. qm̃. unde in alium eã transferre nequit: & ſic hoc ſaltem nõ trãsfert in aliũ, quia ſi hoc poſſet ſubdelegatus, poſſet alium delegare: qđ eſſe non põt. ĩ. de ap. cum cãm. præterea qualiter põt abdicare a ſe iuriſdictionẽ, ſaltem ſine licẽtia eius a quo habet eã: ut ff. de offi. procon. l. ſolẽt. j. reſp. cum teneaẽ exequi mandatũ ipſius, ẽt ſi ſit per quã durum. xix. di. in memoriã. & c. di. contra morem. Licet. n. iudex cõmittat totã cauſam alicui nihilominus retinet iuriſdictionẽ, licet alius hẽat exercitiũ illius cauſæ. ff. de off. eius cui mã. eſt iu. l. j. §. ul. ff. de iur. om. iu. more. & l. & qa. & reuocare põt qñ uult. ff. de iud. iudiciũ ſoluitur. Dicas, quod leges illæ omnes quæ dicunt ꝙ non poteſt abdicare a ſe iuriſdictionẽ, & proxime ad hoc inductæ intelliguntur de iudicib. ordinarijs, niſi renuntient in totum, & illi poſſunt quandoq; reuocare etiam ſi totam cauſam committant, ſed in delegato ſecus eſt, cum proprium nihil habeat, ſed eius qui mãdauit. ff. de offi. eius cui man. eſt iu. l. quandoq;. §. qui mandatã. & ideo nihil reſeruat, ſi totam iuriſdictionẽ committit. Sed nunquid delegatus poteſt committere totam cauſam, retenta ſibi executione ſententiæ? Satis uideẽ ꝙ poſsit: quia illud eſt de iuriſdictione ſua, ſed tunc ad eum appellari nõ poſſet, quia nihil habet iuriſdictionis quantũ ad cognitionem cauſæ ³, ſed ſolã executionem: unde ulterius partes iudicis aſsumere non poteſt. C. de execu. rei. iu. ſi ut proponis. T. dicit quòd nõ poteſt: quia ſententiãdo deſinit eſſe iudex. ſed illa non uidetur ratio, quia ille non ſententiat, & quantum ad executionem durat iuriſdictio. ĩ. eo. paſtoralis & ſecundum dictum T. delegatus non poſſet exequi ſententiam ſuam, quod falſum eſt. ſ. e. ſignificaſti. Ber. uide. c. ſi delegatus. eo. tit. lib. vj.

Gloſ. ſeq. ſignat ſucceſsiue duo contraria, et ſoluit.

ᶜ Non ad eum cõtrarium dicitur in lege, lex indiſtincte dicit, quod ſi delegatus cõmittit alij cauſam ad eum eſt appellandum. C. qui pro ſua iuriſd. l. una. & illa intelligitur ſecundum iſtam, quando non committit totum, uel aliter ſecũdum leges. Item aliud contrarium uidetur. ff. qs & a quo appel. l. j. in fi. ubi dicitur, quod ſi iudex delegatus delegat alij cauſam, ſi ab illo ultimo appelleẽ, nõ appellabitur ad ipſum, qui eum dedit, ſed ad iudicẽ illius qui dedit illum a quo appellatur: & ita cõtradicit huic qđ dicit, non ad eum, ſed ad nos, & intelligas illã ſecundũ iſtam ⁴, ut dictum eſt de alia: quia ibi totum commiſit: & ita concordat huic quando totum commiſit. C. qui. pro ſua iur. l. una. uel aliter ſecundum leges, & aliter ſecundum canones.

Gloſ. ſeq. ponit duas opi. & primam approbat.

ᵈ Si cauſa ſit ei. maxime: quia idem eſt ſi nõ ſit remota, quia utroq; caſu appellatur ad eum ⁵, & non ad papam, & quia ipſo iure hodie remota eſt ante ſententiam. ĩ. de ap. ut debitus. Alij contradicunt, ꝙ ſi non eſt remota appellatio in literis, appellatur ad papam omiſſo delegato ipſius: ſic poteſt appellari ad papam ab alijs iudicibus, quolibet medio omiſſo, quod prius dixi, uerius credo. arg. ſupra eo. c. in prin. uer. ꝙ ſi ſuper. & ca. cum te conſulente &c.

ᵉ Appellaretur. ad papam.

ᶠ Auditor. talis potius dicitur habere notionẽ, quam iuriſdictionem. ff. de re iud. prætor ait. in prin. & dic notionem. i. cognitionem & iuriſdictionem. ff. de uerbo. ſignificatio. notionem.

ᵍ Merito. ſupple uel recuſetur pro eo quod merito & cætera.

Conſultationem præmiſſam. ſ. Alex. quæ ponitur in prin. uer. quod ſi ſuper cauſa. & hic interpretatur in quo caſu illa intelligatur.

Quæ uerò. Continuatur potius ad §. uerum, quam ad §. præcedentem nam ibi fuit dictum, quod ad hoc ut non poßit recuſari ſubdelegatus ſeu auditor, deputandus eſt cum partium conſenſu. ſed ne crederet aliquis quod de neceßitate eßet requirendus partiũ conſenſus ſubycit papa iſtum. §. Abb. Sic.

Gloſſa ſeq. tangit coram quo cauſa ſuſpicionis tractari debet.

ⁱ Coram eo. i. coram delegato a papa: & ideo in iſto caſu, cauſa ſuſpicionis nõ probatur corã arbitris: cũ alias

ad turp. l. j. i fi. & ĩ. de appe. ut debit⁹ ſecundum Hoſ. Ioã. And.

4 Iſtam. idem Pan.

5 Eum & ẽ ſpeciale in delegato papæ, qui ſubdelegat non in totũ ut nõ poſsit mediũ omitti & recta appellari ad papam. Pan. ca. cũ Bertholdus ĩ fin. ĩ. de re iudi. Fely. hic.

alias generale fit, quod causa suspicionis probari debet coram arbitris. j̃. de appel. secundo requiris. & c. cum speciali. idẽ credo si ordinarius delegat causam.

Si uero. Continuatur *iste. §. ad. §. porro nã ibi prosecutus fuit author quando appellatur ab uno delegato: hic quãdo fuerunt duo delegati, & unus cõmisit alteri uices suas. Diuiditur. quia primo ponit unũ dictũ. Secũdo ibi, quia: illi⁹ rationẽ assignat, Tertio ibi, unde: ponit quandam illationem. Abb.*

Si uerò sunt duo à principe delegati, & unus cõmittit uices suas [a] alteri, ille † nec potest [b] nec debet ap. re. procedere, nec causam alij delegare [c], quamuis in commissione facta duobus contineatur expressum, ut ap. re. alter possit procedere sine reliquo, si nõ possũt [d] ambo pariter interesse. Quia quod potest ex sola iurisdictione sibi à principe d̃legata, non potest tamẽ cũ iurisdictione sibi a condelegato commissa. Vnde si ab eo fuerit appellatũ,

[a] Vices suas. simpliciter committens uices suas, totum cõmisisse ṽr. j̃. de iur. pa. ex literis. & j̃. de do. pastoralis. & ar. op. ff. d̃ tute. l. iij. ĩ fi. & C. d̃ excu. tu. l. ij. & op. ar. j̃. e. uenerabilis. ubi de hoc expressũ, q̃a functus ẽ officio suo uices suas cõmittendo, ut ibi dicit.

[b] Nec potest. ap. re. ꝓcedere. hodie [1] nõ habetur cũ hoc quod dicit, non potest appellatione remota procedere: quia ipso iure appellatio remota est. j̃. de app. ut debitus. & ita ꝓpter hoc nõ uitiat̃ iurisdictio istius qui recipit cõmissionẽ a socio: quia & si uitiat̃ sua iurisdictio per alterius commissionem, releuatur ipso iure ut ab illo nõ appelletur nisi grauetur, per illã decre. ut debitus. Alij contra dicũt, ꝙ si non est remota appellatio in literis, appellet̃ ad papã omisso delegato ipsius, sicut põt appellari ad papam ab alijs iudicibus quolibet medio omisso. qđ prius dixi uerius credo arg. s̃. e. in prin. uer. ꝙ si super &c. & ca. cum te.

Gloss. seq. ponit dictum, cui signat contrarium & soluit. ponit secundum, alleg. duo iura contra, in contrarium alleg. v. ponit tert. um. alleg. unum capitulum. in contrarium alleg. duo iura, & alia duo ad similia per conuersum.

[c] Delegare. hoc. n. non põt, cũ sit delegatus ab alio quã a principe. j̃. de ap. cũ cãm quæ. ff. de offi. procon. legatus. & C. de iud. a iudico. nisi delegatus sit ad uniuersitatẽ cãrum. ff. de iu. cũ p̃tor. §. j. ff. qs & a quo ap. l. j. §. j. ar. cõtra. j̃. de re iud. cũ bertoldus [2] sed illa nõ tenet ĩ hoc per decre. prædictã. j̃. de app. cũ cãm quæ. Itẽ hic habes: ꝙ minus dignũ trahit ad se magis dignũ [3] ar. s̃. de temp. ord. literas [4]. & s̃. e. cũ super. ar. cõtra. j̃. de conse. eccle. uel alta. ꝙ in dubijs. & j̃. d̃ cele. mis. cũ marthæ. §. præterea põt dici. & C. de peti. hære. hr̃ditas. & xiij. q. ij. non æstimemus. & ff. de sol. si alieni. & C. de ap. p̃cepimus. §. ult. Itẽ habes, ꝙ cum res transit de una p̃sona ad aliã, nõ trãsit cũ suo priuilegio uel sua cã uel honore uel onere. sic. xij. q. ij. qui manumittit̃. Arg. contra [5]. xvj. q. j. si quis laicus. & j̃. de pig. ex literis. sic quandoq; aliquod ius inefficax ẽ apud unum: & si ille mandet illud ius alij, efficax est apud illũ. s̃. de ele. suffraganeis. ff. de noua. doli mali.

Gloss. seq. ponit unam paritatem, circa quam querit & remittit. secundo querit, & soluit. tertio querit. alle. pro. soluit, ponit opi. solutioni contrariam. quarto querit. alleg. pro & contra ponit opi. quam reprobat tenens contrarium Io. And.

[d] Si nõ possunt ambo. hic patet ex isto. §. ꝙ quãdo dicitur in commissione, ꝙ si ambo in causa procedere nõ potestis, alter nihilominus procedat, ꝙ ille qui nõ põt interesse, põt cõmittere uices suas. Nũc ergo apponatur clausula illa ꝙ si ambo, uel ꝙ si nõ omnes &c. siue nõ apponatur iudex semper potest cõmittere uices suas, cũ habeat illud a lege. c. [illegible] & j̃. de app. cum causam quæ. & C. de iu. a iud. [illegible] conuenit illud q̃ri, utrũ coniudices teneant̃ admittere subdelegatũ a cõiudice suo qui ĩteresse non potest? Et uidetur ꝙ non: quia iam extat cõditio. j̃. eo. coram. & ibi istam. q explicabimus. Sed illud quæritur, an ĩuitis partibus iudex possit causam alij delegare? Vtique: cũ hoc habeat à lege ut dicũt iura prædicta, & j̃. e. quoniam. j. rñ. & ita nulli facit iniuriã, qui utitur iure suo. s̃ de ele. cũ ecclesia Vulterana. Sed quærit̃ utrũ delegatus postquam cõmisit uices suas in totum, an possit postea reuocare? Videt̃ quod sic. nã iudicium soluitur uetante eo qui iudicare iussit. ff. de iu. iudiciũ. dicas [6] ꝙ si ille cui cõmisit, suscepit subdelegationẽ, & ea uti cœperit postea eam reuocare non põt. j̃. eo. uenerabili. si uero non uult suscipere, tunc posset nihilominus postea procedere: alioqui poterit eã bene re integra reuocare: quia uerba intelligenda sunt cũ effectu. j̃. de cler. nõ resi. relatũ. ff. qđ quisq; iur. l. j. §. hæc aũt uerba. & ita notauerũt in hac decre. Inn. iiij. & Gof. s̃. eo. §. porro. in uer. illo, totũ. & idem dicit Inn. pa. j̃. e. uenerabili. sed sola cõmissio nõ sufficit, etiã si subdelegatus eam receperit: nisi sequat̃ citatio, quominus eam reuocare possit, & ita sententiauit Inn. ut no. in decr. uenerabili. quod patet ex eo ꝙ mortuo delegato re integra subdelegatus postea procedere non potest. j̃. eo. licet. & eadẽ ratione mortuo subdelegato re integra delegatus resumit iurisdictionẽ hac rõne, quia iurisdictio delegati re integra existẽte apud subdelegatũ non est plene trãslata, nec legatus plene dicitur functus officio suo, nisi citatione secuta per subdelegatũ: ut patet in decr. uenerabili. T. dixit, quod si subdelegatus recipit subdelegationem postea reuocari nõ potest, & idem dixit B. sed postea mutauit: ut s̃. dicitur. ordinarius quandocunque põt reuocare iurisdictionem: in quo casu intelligitur illa lex, iudicium. & ff. de offi. procon. solent. §. j. sed si partem iurisdictionis delegatus sibi retinuit, potest reuocare. s̃. eo. §. porro. & per. l. prædictam iudicium soluitur. Sed pone, quod unus delegatorum committit con socio partem iurisdictionis, si ille grauauerit partem, ad quem appellabitur? ad condelegatũ, non: quia par est illi, & a pari ad parem non appellatur. ff. de ap. l. j. & ij. q. vj. anteriorum. §. illo uidelicet. j̃. de ap. dilecti. ij. nec consocius a quo appellatum est, posset cognoscere, imo si hoc uellet, hoc ipso perderet iurisdictionem. supra eodem. cum super. Ar. contra. ff. quando ap. sit. l. j. §. sed & si præses. & §. prece. ibi appellatur ab ordine & præside ad ipsum præsidem tantum. ar. xvij. di. multis. ibi enim appellatur a metropolitano ad concilium in quo ipse habet interesse: & ita in hoc casu appellabitur ab isto ad eum & condelegatum. Quidam dicunt, quod bene[!] ualet appellatio ad ipsum & condelegatum, & idem est si unus committit alij a suo iudice: quia si tunc appellatur ab illis appellari debet ad ipsum & condelegatũ. ar. huius. §. per cõtrarium sensum. Credo quod in nullo istorum casuum taliter sit appellatum. Si enim unus uellet confirmare illud quod fecit, & alter cessaret, nihil esset. Dic ergo quod ad superiorem in talibus est appellandum. supra eodem. §. porro. & quod dicit supra, non ad nos, sed ad eum est appellandum, intelligẽdum est

quando

† Doct. ualde se ĩtricãt ego uero totũ hunc. §. ĩtelligo qñ iste uult ꝓcedere ex utraq; qualitate simul, s. delegata & subdelegata, & hoc cõstat ad hoc põdero relatiuũ ille, quod implicat qualitates p̃dictas. Secus si ex una qualitate uellet procedere uidelicet sua ꝓpria, q̃a dico qđ põt quatenus extendit̃ uirtus rescripti. non .n. potest prohiberi iure suo proprio uti siue alius siue idẽ sit subdelegatus a collega & in dubio nõ præsumit̃ uelle se arctare ut dixi. s̃. eo. c. cum super.

1 Hodie. dic ꝙ hæc clausula operat̃ respectu cuiuslibet appellationis, q̃ a iure nõ approbatur. Pan. ut j̃. de app. c. pastoralis.

2 Cũ Bertholdus. ibi delegatus inferioris subdelegauit articulum nõ iurisdictionalẽ qđ põt. Panor.

3 Dignũ. & ecõtra prout minus præiudicatur iuri communi. Pã.

4 Vbi dominica trahit̃ ad sabbatũ, sed illud facit necessitas, & continuatio ieiunij posset etiã dici ꝙ quo ad ordines sabbatum dignius est dominica. Ioan. And.

5 Cõtra. ibi d̃ onere annexo rei: hic de priuilegio & honore personæ. Io. And. Pan.

Delegatis duob. datis cum clausula qđ si ambo ille q̃ non põt interesse, potest uices suas committere. uide Bart. in l. Paulus. ff. de re iud.

6 Dicas, c. quãuis. j̃. e. in vj.

Vnus si partẽ iurisdictionis cũ socio committit, & ab eo appellat̃, ad quẽ appellari debet.

quando unus solus est iudex, uel si plures essent, oẽs commiserint alij uel uni soli retenta sibi parte iurisdictionis uices suas: alias qualitercunq; permisceas, semper est operandũ ad papã [1] :quicquid alij dicant:& hoc idem dicit Hu. propter rõnes præmissas, & idem sequeretur, ꝙ unus solus posset procedere: qđ non est uerum, præcipue quã do causa committitur simpliciter sine clausula illa, quod si ambo &c. sed dicunt si esset in literis illa clausula, ꝙ si ambo, uel quod si non omnes &c. tũc potest procedere delegatus: quia reseruauit sibi aliquid de iurisdictione: quia tunc extat conditio: quia ille a quo fuit appellatum, non debet cognoscere de appellatione, sed hoc nõ credo: quia non intendit pa. delegare istis cãm prĩcipalẽ & appellationẽ. B.

[a] Aliquibus. scilicet, Alex. in antiqua compilatione. de appe. nos in eminenti.

[b] Ad primũ. quia in totũ cõmisit: ergo a cõtrario, si reseruauit sibi iurisdictionẽ, ad ipsum delegatũ debuit appellari, & hoc potest respicere quod sequitur, eius ergo & cætera.

[c] Superius. supra eo. ca. §. porro [2]. quia scilicet, nihil remansit de iurisdictione penes subdelegantẽ uices suas simpliciter: & ideo ad ipsum appellari non potest.

[1] Idem si duo sint delegati & unus đleget totum & alter eidem uel alteri partem secũdũ. Ioã. alleg. C. de appel. præcipimus ad fi. Io. And.

[2] §. porro. imo in hoc. §. ga ut censet subdelegata tota quo ad impediendum subdelegationẽ: ita delegata tota quo ad appellationem interponendam. Pa.

licet aliquibus [a] uisum fuerit, ꝙ ad cõdelegatum ualeat appellari, nobis tamen uidet̃, quòd ad primũ [b] dũtaxat appellandũ est delegantẽ propter rõnem superius [c] assignatam.

Si delegatus papæ subdelegat non in totum, pars à subdelegato non poterit appellare ex eo quod datus sit sine suo consensu, potest tamen recusari in ostendendo causam iustam coram delegato: & tunc delegatus definiet: à quo etiam si noluerit recusationem admittere appellatur ad papam. h. d.

Eius ergo [d] appellatio de quo tua fraternitas nobis scripsit, si nostræ constitutionis occasione ad nostram audientiam appellauit, pro eo, quòd delegatus à nobis reseruata sibi definitiua sententia, audiẽtiam causæ cõmisit [e] quibusdã, qui de partiũ assensu, nec dati sunt, nec recepti [f], nisi cõtra eos iustã recusationis causam ostenderit, uel paratus fuerit ostendere corã iudice delegato: nõ debuit impedire, quominus procederẽt auditores. Qui etiam si tanquam suspecti fuissent meritò recusati: delegatus tamen à nobis nihilominus potuisset sublato appellationis diffugio, causam iudicialiter expedire.

Quòd si iustam recusationis causam noluit admittere delegatus: sed coram suspectis eum litigare cogebat, à tali grauamine [g] licitè potuit ad nostram audientiã appellare: quod que post appella. huiusmodi est præsumptum, iudicari debet irritum & inane.

Idem episcopo Helieñ.

Delegatus papæ nisi malitiosè se exoneret subdelegatum compellit ad suscipiendam subdelegationẽ, in coactione tamẽ deferet suæ dignitati & psonæ. h. d. usq; ad. §. item cum totum.

CAP. XXVIII.

PAstoralis [h] officij: & infra. Consultationi. t. ducimus respondendum, quòd cùm delegato à principe iurisdictio dandi iudicem, sit à lege concessa [i] (dummodo ipse exonerare [k] seipsũ malitiosè non quærat) potest compellere renitẽtem [l] eo quòd iurisdictio illa

Eius ergo. Iste. §. decidit quæstionẽ principaliter propositam. Et sic decidit tres casus. Secũdus ibi, qui etiam. Tertius ibi, quòd si Abb. sic.

[d] Eius ergo. cõcludit ex præmissis tribus. §. porro. §. quem uero. & §. si uero. & est ar. a toto in quantitate. sic. j. c. prox. § j. & ix. q. iij. cum simus. & hic respõdet secundo articulo quæstionum.

[e] Commisit. lite coram se prius contestata. & idem est ante litis contest.

[f] Receptionem nec poterat recusari, nisi &c.

[g] A tali grauamine & reuera a grauamine: quia periculosum est sub iudice litigare suspecto. iij. q. v. ꝙ suspecti. & j. de app. cũ speciali [3] unde q̃cquid fit post appellationem legitimam debet in irritum reuocari. s. eo. cum causam. & hoc in fi.

[3] Cõcor. tex. in l. apertissimi. C. de iudi.

PAstoralis. Hæc prima pars diuidi potest ĩ tres partes. Nã in prima ponitur decisa consultatio. In secunda ibi. consultationi ponitur responsio. In tertia ibi, delegatus, quædam instructio. Beñ. cap.

[h] Pastoralis. delegatus a papa causam sibi commissam alij cõmittere uoluit. ille noluit eã recipere: quæritur utrum delegatus possit eum cõpellere.

[i] Concessa. C. de iud. a iudice. & j. đ appel. cum causam quæ. & j. eodem. c. quoniam.

Glo. seq. recitetur per q. an nõ impeditus subdeleget. arg. negatiue. solui. contrarium. secũdò quærit. ar. pro, & contra, & soluit.

[k] Exonerare. non uidetur quod iudex possit committere cãm, nisi cum iusta causa impeditus interesse nõ potest. s. e. si pro debilitate. & s. de rescri. sciscitatus. C. de peda. iud. l ij. ff. de iudi. l. ulti. arg. j. de testi. in nomine domini. qđ non est uerũ. imo cũ de iuris beneficio hoc habeat, potest committere uices suas. ff. de offic. eius cui mãd. est iuris. l. j. & s. c. prox. & j. eod. quoniam. Sed nunquid statim credendũ ẽ iudici, cũ scribit se nõ posse interesse? Non uidet̃ nisi de hoc cõstet: ut s. e. prudentiã. j. respõ. si. n. crederet passim cuilibet iudici, q̃libet se posset malitiose exonerare, cũ uellet ar. ff. de ua. mu. l. j. & l. prior. ar. cõtra. j. de re iud. cũ super in parte decisa. Solut. non est præsumendum, quod iudex malitiose causam committat. dubia. n. in meliorẽ partem debemus interpretari. j. de reg. iur. estote. & ff. de reg. iur. semper in dubijs. & de quolibet præsumendum est bonũ, nisi contrariũ appareat. ut s. de seru. c. uno. & j. de præsump. dudũ. & si q̃s dicat hoc factum in fraudem, illud debet probare. ff. de prob. quoties. §. qui dolo.

[l] Renitentẽ. sic patet, ꝙ aliquis cõpellendus est inuitus suscipere iudiciũ ẽt homo alterius fori. C. qui pro sua iuris. l. una. circa. fi. ff. de mu. & ho. munerũ. §. indicandi necessitas, nisi aduocatus qui non põt cogi alibi, quã in suo foro suscipere iudiciũ. C. de aduo. diuer. iu. sancimus. in fi. & hoc in delegatis a principe. sed ordinarius non põt cogere hominem alterius fori. ff. de iuris. om. iu. l. ult. de tut. & cu. da. ab his. l. j. & ij. & infra de offic. ordi. pastoralis. sed nemo potest cogi ut arbi-

arbitrium suscipiat.ff.de arbit.l.iij.§.j. sed postquam suscepit,debet compelli : ut in d.§.

a Si ergo coerctionē.Iurisdictio sine coerctione,nulla est.ff.de off.eius cui mā. est iur. l.ult. & j̃. c. proxi. veruntamē verbū coercēdi,maiorem cōtinet animaduersionē. ff. de off. procōs.meminisse. in fin.imo.qui delegat præcipit. C. q ꝓ sua iur. l.una. in princ. & præceptū necessitatē habet. xiiij.q.j.quod debetur.& inuitus quis delegatur.arg. ff.đ mu.& ho. munerū. §.iudicandi. C.de aduo.diuer.iud.sancimus. in fin.

nullius videretur esse momenti, si coerctionem a aliquā nō haberet. Delegatus tamē debet solicitè prouidere, ut si personis superioribus b (exigēte necessitate)negotium duxerit delegādū: in coactionibus inferendis dignitati deferat & personæ. †

Delegatus papæ sicut potest committere totam causam, ita potest citationem, & punire cōtemnentem acceptare. Abb.

Item cum totum negotium alij possit committere delegatus, sicut superius est expressum : citationis c officium potest cuilibet (discretione d præuia) demandare, ac punire e meritò contemptorem.

Si papa scienter commisit appellationem interpositam à suo delegato dato cum clausula, appellatione remota. iurisdictio primi delegati est interim suspēsa quo ad executionem.h.d. secundum verum intellectum.

Præthereà postulasti, si cùm à sententia lata authoritate literarum nostrarum in quibus appellatio est prohibita, fuerit appellatum, & literæ post appellationem ad iu-

† Cōcor. lex capitaliū. & ibi Bart.ff.de pœn.fa.ꝙ not.in l.j. ff.eodem.

b Superioribus. puta in dignitate constitutis.s̃.eo.sane.l.dist.contumaces.xlv.dist.cū beatus.& j̃.de maio.& obe.per tuas & ij. q.viij.quisquis. Et hodie delegatus papæ non potest subdelegare, nisi illis personis quibus papa delegat 1 ,de quibus in c.statutum. in princ. de rescriptis.lib.vj.Abb.

1 Delegat nisi sit nudum ministeriū deci. Tholo. xij.

c Citationis officium.arg. a toto in quantitate. arg. s̃. eo.c.proxi.§ eis ergo.& ix. quæst. iij. cum simus. 2

2 Cōcor. tex.in l. q̄ de tota. ff. de rei vend.

d Discretione.quæ est mater omnium virtutum.s̃. de off. cu.cap.j. & j.q. v. præsentium.

e Punire.s̃.§.proxi.& s̃.eo. sane.

Præterea. Primo ponitur consultatio. secundò ibi, nos autem.respon. Abbas Siculus.

f Ex certa sciētia. certam intelligo si in literis appellationis fit mentio de processu causæ, & de appellatione interposita, & de exceptione proposita 3 :& hoc est uerū, qn̄ appellatur a grauamine ante sententiā.j̃.de appel.ut debitus.sed si appellatur a diffinitiua sentētia.ibi nō est necesse dicere, nisi appello ab iniqua sententia a tali iudice lata. & de tali appellatione hic fit mentio.ff.de appel.sed & si apud.

3 Proposita. & de clausula appellatione remota, licet nō ex primat ꝙ ex certa sciētia.Panor.

Glossa sequens quærit, duas opiniones ponit, & secundam approbat.

g Discussa.sub cōfirmatione uel cassatione. Sed pone quod iudices appellationis pronuntiauerunt male appellatū,& sic confirmauerunt sententiā latam.quæro quis mādabit sententiam executioni, utrum primi iudices uel secundi? Quidam dicunt,ꝙ primi, arg. sumentes ex litera,interim executio sententiæ suspēda tur.sed uidetur, ꝙ eorū iurisdictio sit reuo[ca]ta ex eo quod dicit iurisdictionē priorū iudicū uide[m]ur reuocare.arg.C.de episc.aud. in auth. si quis lit[i]gantiū. & ideo melius videtur,quod secundi iu[di]ces de[b]eant eā mandare executioni, ut dicit T. & ꝙ secund[i] hoc facere debeāt, videt quia si iudices appellationis confirmarent sententiam vltima die anni, a tēpore appellationis, patet ꝙ primi iudices nō possunt eam mādare executioni, cum iurisdictio sua quo ad omnia expirauerit. s̃. eodē.quærēti.sed illud est uerū, vbi nō est appellatū, sicut videmus 4 qđ iudices appellatiōis ante diffinitiuā sententiā si ꝓnuntiēt appellationē legitimā, procedunt postea ī principali.j̃. de ap.ut debitus.& c. cū in ecclesia. & etiā idem est in deffinitiua qn̄que. C. de re.cred.generaliter.§.si iudex. sic dicendū est, ꝙ illi qui cōfirmāt diffinitā sententiā debēt facere quod superest ad faciendū, sed siue primi siue secūdi hoc faciāt, nō refert quantum ad effectū sentētiæ. Si prim⁹ iudex fuit ordinarius,satis potest dici,quod exequetur ipse suā sententiā,cū sua iurisdictio sit perpetua. sed uidetur qđ secundus iudex debeat potius eā exequi: quia ex secunda sentētia agitur per actionem in factum,& non ex prima: ut not. j̃. eo. corā. & ff. de ijs q not. infa.l. furti. & ideo iudex appellationis eā debet exequi, non primus : & ideo potius secundus quam primus debet exequi.argu.a toto in quantitate.

dices alios emanauerint : an ad mandatū posteriorū iudicū, executio sentētiæ à prioribus delegata debeat retardari, ut priores iudices ipsam neque ꝑ se neque per alios exequantur. Nos aūt inquisitioni.t.t.r. quòd cū appellationis causam ex certa scientia f iudicibus alijs committimus cognoscendā,appellationem uidemur recipere,ac iurisdictionē priorū iudicū reuocare,ut interim executio sententiæ a prioribus delegata suspendatur,donec appellationis merita plenius sint discussa g : & infrà.

Ordinarius ad mandatū delegati exequitur sententiā,etiā si sciat eam iniustam. Abbas.

Quia verò sæpe cōtingit, ꝙ executio sententiæ ordinario demandatur, quæsiuisti an si ipsam iniustā esse cognouerit debeat eā executioni mādare? an sit ei potius subsistendum? Attendētes itaque,ꝙ non cognitio,sed executio tantum demandatur eidem, respondemus, quòd cùm ordinarius teneatur obsequi delegato, & si sciat h sentētiam illam iniustam,

4 Istud ꝙ sequit potius cōcludit cōtrariū ei⁹ ad qđ inducit,quia si procedū, ubi ꝓnuntiāt legitimā appellationē,& vbi illegitimā remittunt : ergo si cōfirmāt sententiā,& sic pronūtiant appellationem iniustam : remittere debēt executionem Ioā. And.

5 Vel altera contumaciter absente : seruato tamē in omnibus iudiciario ordine, secundum Host.Ioā. And.

6 De causa. & etiā de executione facienda ut nil restet nisi exeq. Pan.Fely.

Quia verò. Primo ponitur consultatio. secundò ibi attendentes. respond. Abbas.

Glossa sequens distinguit merum executorem et mistum,dicens quid sit uterque. & an coram eis excipiatur,uel ab eis appelletur, & in mero subdiuidit inter sententiam iniustam & nullam. Finis reci.per obiect. de iniusto præcepto cui non est parendum &c.

h Et si sciat.Ad intelligentiā eius quod hic dicitur, not.ꝙ est executio mera : & est executio mista. Mera executio dicitur, qn̄ partibus præsentibus 5 cognitū est de causa 6 ab aliquo,& ille mādat alicui ꝙ sentētiā

suam

suā exeq[illegible]t.C.de execu.rei iu.executorem.talis executor nō [illegible]ebet audire exceptiones, & de tali executione hi[illegible].& C.de execu.rei iud. si ut ꝓponis. & j.de [illegible]iu.de[illegible]tero.& ff.de iud.si prætor.j.respon. ubi sententiatum [illegible]it cōtra absentē.& expone si sciat illam sententiā latā iniustā,i.contra ius litigatoris latam, qa super hoc nullā habet cognitionē:iō dicit, & si non cognitio sed executio &c. unde illā debet.tm simpliciter mandare executioni.secus [1] si sciat illā nullā,ut si esset lata authoritate falsarū literarum.j.de fal. super eo.vñ iudex d legatus nō habuit iurisdictionem uel per falsa instrā,uel per dolū aduersarij.etsi ista obijciātur coram executore isto supersedere debet executioni, dummodo malitiose uel calumniose huiusmodi nō proponant: & tunc refert negotiū superiori. j. de re iu. decætero.& s.eo.si qn.& C.si ex fal.instr. iudicati. & ff.de iud.si prætor.§.Marcellus.si executor talis esset ordinarius & deputatus executionib. sententiarum, debet admittere talem [2] exceptionē:ut dicit l.si prætor.§.Marcellus.Calumniose ideo dixi, quia si hoc esset,non deberet differri executio. C. ad l. Cor.de fal. l.ij.ubi crimē falsi obijciebatur cā morandæ solutionis,& iō executio non differtur cū salua sit ei postea quæstio falsi,ut ibi.Mista dr executio, quæ habet cognitionem annexā, ut cū papa mandat alicui restitui rem suam, uel mandat alicui dari beneficiū corā tali executore,admittunt legitimæ exceptiones quantuncunq; absolute scribat.s.eo.ex parte.ij.& xxv.q.ij.& si non cognitio.& s.de rescrip.si quando. & c.cum adeo.& s.de æta.& quali.accepimus. Et no. ꝙ a mero executore non appellatur,nisi excedat modicum executionis.C.quo.ap.non reci.ab executione. & j.de re iud.quod ad consultationē.in fi.& ij.q.vj. sub illo ca. ei qui.§.sunt quorum.uer.ab executore. & s.c.prox. §.uerū.& §. seq. sed ille nō dicitur proprie executor: sed auditur.ut ibi dicitur.sed à misto executore bene appellatur, si non admittat legitimam exceptionem uel alias partes grauauerit.j.de app.dilecto. & ca.ut debitus s.de æta.& quali.c.accepimus.Item no.quod non semper obediendum est iudici, si euidenter iniquum est mandatum ipsius siue contra ius. xxiij.q.j. quid culpatur.& xj.q.iij.nō semper. & duobus c.seq. & l.di.si quis præpostera.secus si alias fuerit iniustū. xxiij.q.v.lex æterna.c.cum minister.licet nō sit obediendum initio præcepto iudicis, ut dicunt iura hic proxi.signata.hoc præceptum iā non dicitur iniquū, imo iustum est.i.de rigore iuris inductum, & ideo est exequendum. nam ex quo sententia lata est licet iniusta,contra ius litigatoris, a qua non est appellatū, elapso decennio de iuris rigore mandanda est executioni.ar.C.ut lit.penden.l.ult.spontanea enim appellationis omissio turpitudinem purgat, quæ sentētiæ inerat.ar ff.de condi.ob tur.cau.l.si ob turpem.uel si appellauit secūdo & succubuit. & hoc etiam de rigore iuris introductum est.nec litem debet refricare sententia lata,ut aliquis sit litium finis.j.de do. & cont. finem.& c.uenerabilis.si per iniuriam iudicis sit damnatus,conqueratē de ipso.j.de emp.&uen. si uenditori.C.de euic.l.emptor fundi.ff.de euic. si per imprudentiam.& insti.de ob.quæ ex quasi delicto. in prin.

[1] Et sic papa non solū subijcit alios episcopos sibi & quibusuis delegatis suis:sed ēt subijcit ad ministerium & seruitutē iniquitatis.

[2] Secus. idē Pan. Fely.

[2] Talem sed nō cognoscere, nisi esset par uel superior. Panor. Fely.

exequi nihilominus teneat [a] eandem, [1] nisi apud eū efficere possit ut ab hoc onere, ipm absoluat: & j.

Delegatus qui impeditur die statuta procedere, partem hanc procurantem puniet:et quantū ad diem illam causam comittet appellatione remota in odium procurantis nisi partes negotium prorogent. Abb. Sic.

Cùm autem sæpe contingat, ad diē quam iudex delegatus à nobis partib. assignauit: earum altera procurante, ut negotium prorogetur, iudicē ipsum à rege [b] uel archiepiscopo euocari: Nos peruersorū uolentes malignitatib. obuiare, decernimus, ut si delegato constiterit hoc fuisse alicuius partis malitia procuratū, ipsā puniat [c] animaduersione condigna: & (ne aliquod lucrū ex hmōi fraude reportet) personæ neutri [d] parti suspectæ quantum ad diem illum committat ipsum negotium audiendum: quæ in ipso, appellatione [e] remota procedat: nisi forte partes consenserint negotium prorogari.

[a] Tenetur eandē. Argument. contra Hug. & eius sequaces,qui dicūt ꝙ iudex nō debet ferre sententiam secundum allegata, si habeat cōscientiā læsam in cōtrarium, sed debet causam alij delegare.sed si non posset alij delegare,cū sit subdelegatus à delegato quid fiet secundū eum? trepidauerūt timore ubi nō erat timor. pronuntiet ergo in nomine domini secundū alle. & deponat cōscientiam læsam.iij.qō. vij. iudicet. & iudex q contra conscientiā aliqd facit in grauamē partis punitur:ut ī decr. Inno.quarti.j.de sent.& re iud. cū æterni.li. vj.Ber.

Cum aūt. Cōmunis diuisio. Secunda ibi, nos. Ab. Gloss. seq. obycit, & soluit.

[b] A rege.Simile.xviij.di.si episcopus. per hoc patet ꝙ hæc clausula,si nō omnes &c.nō spectat ad tēporales impotentias,quia secundum hoc iudex qui quandoq; nō posset interesse,nō posset alij committere uices suas,sed vr ꝙ iudex iste potius teneatur obedire mandato papæ,quam archiepiscopo uel regi, ut xj.q. iij.qui resistit.ff.de re iudic.contra pupillum. sed cū utriq; possit obedire diuersis temporibus uel etiam eodem,utriq; obedire tenetur.ff.de oper.lib.duorum libertus.imo propter propria commoda potest deserere iudicium.ff.de iudi.l.si longius.

[c] Puniat.Forte ad interesse.uel pōt ei imponere multā, i.pœnā pecuniariā.C.de spor.l.ij. uel ad arbitriū iudicis,ex quo pœna statuta certa super hoc non est. s.e.de causis.in fi.uel excommunicet illum, quia impedit iurisdictionē iudicis:ut s.eo.c.j. & ca.præterea.

[d] Neutri parti suspectæ. Hoc semper est faciendum.infra de ap. cum speciali.

[e] Appellatione remota.Contra.s.cap prox. §.si uero.& §.nos aūt.ff.a qui.ap.non licet.l.j.in fi. Dic qd speciale est hoc,ut iudex delegatus possit committere causam remota appellatione in odiū illius qui procurauit absentiam iudicis, sed hodie hoc locum non habet,quia appellatio ipso iure remota est, unde nullus potest appellare ab aliquo iudice nisi grauet.j. de app.ut debitus. Vel dic,ꝙ non cōmittit appellatione remota:sed authoritate huius decre. subdelegatus procedit appe. re. & statutum fuit hoc in casu isto ꝙ subdelegatus procedit ap.re.in odiū illius qui procurauit absentiam delegati. ita non est contra:quod satis patet per hanc decr. & eodem modo intelligitur. j.eo.cū R. ubi dicitur, ꝙ delegatus causam cōmittit ap.re.sed illud fit ex præcepto papæ, nō per commissionem delegati,quia delegatus nihil committit,ubi iudex electus procedit ap. re. authoritate istius decr. cum R.secundum tenorem primarum literarum Ber.

Delegatus quandoq; causam committit, appellatione remota.

Ex literis.

EX literis. Primo ponitur decisa facti narratio. Secundo causæ cōmissio: ibi, mādamus. quæ distinguit, & secundū membrū prosequitur: ibi, si uero. Ab.

CASVS Inter A. presbyterum & canonicos sanctæ Iustinæ controuersia uertebatur super canonicatu sanctæ Iustinæ. Primo fuit causa cōmissa ad petitionē canonicorū sctē Iustinæ primicerio Grāden. et plebano sctē Sophiæ sup eo quod idē presbyter se clericū ipsius ecclesiæ asserebat. Secundo ad petitionem A. presbyteri impetratæ fuerunt aliæ literæ archipresbytero Paduano, in quibus de prioribus, ut dicebatur, mentio non fiebat, tandē archipresbyter Paduanus quia clerici sanctæ Iustinæ non recipiebant illum præsbyterū in socium & in fratrem, illos excommunicatos fecit publice denuntiari, postea primicerius & plebanus mandauerunt patriarchæ Grāden. ut dictos clericos denuntiaret nō esse excōmunicatos cum in secundis literis de prioribus mentio non fiebat. sed cum patriarcha exequi uellet mandatum sibi iniunctum, archidiaconus Castellanus ipsum impediuit. unde patriarcha archidiaconum illum supposuit ecclesiastico interdicto propter hoc fuit orta inter ipsos controuersia, & sic quæstio delata est ad Papam, sed quia non potuit Papa de facto ipso plene constare, mādat quibusdam iudicibus, ut super literis ipsis ueritatē inquirant: & si constiterit euidenter quod secundæ literæ non reuocent primas: sententiā latā in archidiaconū castellanū usq; ad debitā satisfactionem faciat obseruari. si autem constiterit euidenter quod secundæ literæ expresse reuocent primas sententiam patriarchæ denuntient irritam & inanem, cum nullam receperit a primis iudicibus, qui iā reuocati fuerant iurisdictionem. Abbas Sic.

Idem abbati sancti Hylarij, & magistro G. cap. Teruisi.

Subdelegatus a delegato Papæ iurisdictionem habente potest coercere impedientem. h. d. cōprehendēdo utrūq; itellectū.

CAP. XXIX.

EX literis Patriarchæ Granden. & infra. Mandamus quatenus nisi uobis cōstiterit quòd literæ quæ secundo loco ad archipresbyterum Paduanum impetratæ dicuntur, de prioribus literis ad primiceriū Grandeñ. & plebanū sctē Sophiæ obtētis expressā a fecerit mētionē, ut per secundas primæ appareāt reuocatæ: cū primos iudices authoritate literarū nostrarū iurisdictionem non sit dubiū habuisse, quam potuerunt postmodū patriarchæ quo ad executionem sententiæ demādare, ex qua coërctionem etiam idem patriarcha receperat: cum huiusmodi demādata iurisdictio delusoria uideretur, si subdelegatus b huiusmodi coërctionem aliquam nō haberet: interdicti sententiā ab eodē patriarcha in Castellañ. archid. promulgatā pro eo quòd eiusdem patriarchæ executionē impediens, eius literas quibus mandatum prædictorum iudicū nūtiabat, legi in publicum non permisit: tandiu faciatis inuiolabiliter obseruari, donec eidē patriarchæ de iniurijs irrogatis, sufficienter fuerit satisfactū c. Si uero constiterit primas literas per secundas legitime reuocatas, cum appareat primos iudices iurisdictionem nullam penitus habuisse, & ita constet per consequentiam, patriarcham ipsum non recepisse iurisdictionem uel coërctionem aliquam ab eisdem prædictam interdicti sententiam denuntietis d irritā & inanem.

tionem de ecclesia illa, tacito de aliis literis [illegible] de dos & cont. cap. ij.

Glo. seq. no. subdelegatum coercer[illegible]it tria similia ponit opin. cui obijcit, & sol[illegible]t. Io. An.

b Si subdelegat⁹. Scilicet patriarcha. hic euidenter apparet, ꝙ iudex subdelegatus & ēt merus executor qualis erat patriarcha, hn̄t coërctionē. j. de re iu. cum bertholdus. vers. alioqui. & s̄. c. proxi. j. rñ. & etiam iudex delegatus ab epō. xj. q. j. peruenit. imo & subdelegatus secundū leges hēt iurisdictionē, s. modicam coërctionē. C. d̄ spor. l. ij. & ff. de offi. eius cui mā. est iuris. l. vlti. & C. d̄ defen. ci. defensores. & ff. si quis ius di. nō obtē. l. j. imo & arbiter habet coërctionē. ff. de arb. nō ex omnibus. & ff. de iud. l. ij. in fi. Dicūt tamē quidā, ꝙ delegatus ab ordinario non habet aliquā coërctionē. ij. q. vj. quisquis. & ff. de reiud. a diuo Pio. & j. de fo. cōpet. si quis cōtra clericū. nisi lis sit contestata corā ipso. auth. de litig. §. omnē colū. viij. & sic nō pōt mittere ī possessionē. ff. de iur. om. iu. iubere. sed ꝙ possit in possessionē mittere. dicit l. ff. de offi. eius cui man. est iur. cognitio. §. vlt. sed illa l. iubere. loquit̄ d̄ possessione, quæ ius nō tribuit. illa. cognitio. de alia possessione loquitur: quę ius nō tribuit quæ fit causa custodię.

Glossa sequens distinguit inter excommunicatum pro offensa dubia, & manifesta, cui signat contrarium. ponit ops. & soluit.

c Fuerit satisfactum. Hoc attinet, ubi quis excōmunicat̄ ꝑ crimine siue pro manifesta offensa, ut prius satisfaciat, quam absoluatur. j. de ver. sign. ex parte. si uero pro cōtumacia vel occulto delicto, statim debet absolui præstito iuramento, ꝙ stabit mandato ecclesiæ. ut ibi dicit̄. Sed contradicit j. de app. qua fronte. §. sane. sed illa nō cōtradicit, imo cōcordat: ibi excōmunicatus fuit pro cōtumacia vel alia causa quæ nō fuit manifesta, ut dicit T. Sed obstat quod ibi dicitur vel qualibet alia causa. Laur. dicit, quod ideo statim recepta cautione absoluitur, ne in excōmunicatione decedat 2 Sed dic cū T. ꝙ non cōtradicit, & ꝙ dicit pro qualibet alia causa quæ non sit manifesta, quia si causa illa nō est manifesta, statim debet absolui ante satisfactionē, nec tenetur satisfacere, nec debet cōpelli nisi primo constet de illa iniuria vel offensa.

2 Vnde secundum cū loquitur in ægroto, vel loquitur ī eo qui nō potest statim satisfacere. ff. de iudic. si se non obtulerit. §. ait prætor. Io ann. And.

d Denuntietis irritā. Ex hoc patet, ꝙ sententia quæ nulla

a Expressam fecerint mentionem 1 puta quia non continet seriem rei suæ, siue facti. j. de coha. cler. & mu. super eo. & ff. de app. si expressum. & j. de re iud. inter monasterium. Vel quia simpliciter fecit men-

1 Mentionem. etiā expssissimā ut inquit Inn. quē Pan. Fel. sequūtur.

a Ex quo est notoriũ. secus si dubium uel nõ sit ueritas patefacta: & sic soluit cõtrariũ, quod gl. signat. pro simili s.e. si quãdo. & s. eo.c. prox.§.qa uero. secũ dum Hos. Ioã. And. Pan. Fely.

nulla e[illegible] non est executioni mandanda, imo exequenti imp[illegible]e non paretur. ar. s.e. si quando. imo & uiolẽter resi[illegible] potest ei, ut hic, sicut resisti potest 1 officiali uen[illegible] ad [illegible]cipiendũ bona alicuius: nisi prius ab impetratore fo[illegible]a fuerit data. C. de iure fis. prohibitum est. lib. x. licet ita sit, non tamen patriarcha iste tenet iniuriarum, cũ hoc ignoraret, q̃a putabat sententiã aliquam fuisse, ar. ff. ui bon. rap. l. ij. §. si publican⁹ ar. j de sen. excõ. sacro.

2 Et inanem. Vt puta latam a iudice non suo: Et potest notari arg. qđ patriarcha siue archiepiscopus non est iudex ordinarius in prouincia. arg. ix. qõ. iij. conquestus. sed hic nõ procedebat patriarcha ordinaria potestate: imo delegata tantũ, & sic non colligitur illud argumen. hic.

L Icet undiq;. Clausula illa, ꝙ non omnes duo &c. pacificatur in uno uicem alterius habente etiam duobus impeditis h.d.

b Omnes. s. eod. prudentiam.

nem 2.

Idem episcopo Picta.

Iurisdictio delegati, re integra morte mandantis expirat.

CAP. XXX.

LIcet undique: & infrà. Cùm igitur duxeris requirẽdũ, si causam trib. iudicibus delegamus apponi in literis nostris illã clausulam facientes, ꝙ si non oẽs b his exequendis poteritis ĩteresse, duo uestrum nihilominus eam exequantur: & unus postquam commiserit cuidam ex alijs uices suas, de medio sit sublatus, tertius ut suspectus c merito recusetur an collega superstes suo nomine ac defuncti possit negotium definire? Inquisitioni. t.t.r. ꝙ si iurisdictione à suo sibi collega delegata eo uiuẽte uti nõ cœperit d, quia mandatũ huiusmodi reintegra e morte mãdatoris expirauit: non habet solus officiũ iudicandi. si uerò ante mortẽ illius iurisdictiõe uti cœperit, taliter demãdata: uices suas & illius poterit adimplere.

Idem episcopo Baiocen.

Non creditur quis delegatus nisi delegationem probet.

CAP. XXXI.

CVm in iure f peritus: & infrà. Præterea quæsiuisti cùm tibi ab aliquo sub hac forma mandatur: authoritate qua fungor iniungo g ut talem denunties excommunicationis sententiæ subiacere, ac tibi super

c Suspectus. Vt s. eo. causam quæ. & s. eo. insinuante.

d Vti non cœperit. Saltem per citationẽ. s. eod. gratum. j. de offic. lega. c. ult. ff. de iud. si quis postea de polli. l. j. ff. de neg. gest. nam & seruius. §. si uiuo.

Glo seq. ponit dictum, cui signat contraria, & ponit casum exceptũ: demum quærit. arg. pro & contra, et soluit, Iterum subdit tres quæstiones, & soluit, & ultimæ solutioni signat contrarium.

e Re integra. Sic soluitur mandatum re integra morte alterius tam mandatoris quam mandatarij. & idẽ est si reuocet expresse re integra. insti. mã. §. recte. & §. seq. soluitur etiã morte litigatoris re integra s. de rescrip. significauit. arg. ff. qui satisd. cog. si decesserit. arg. contra. ff. fami. ercis. si uni. §. neratius. Item ar. cõtra ꝙ non soluat morte litigatoris. j. de iudi. quia V. & ff. de fideicom. li. l. cum quasi. Quod autem dicitur morte mandatoris finiri mandatũ: illud uerũ est, nisi sit tale mandatum ꝙ post mortẽ necesse sit adimpleri. ff. man. si uero non remunerandi. §. ult. sed pone ꝙ plures causæ committantur per unũ rescriptũ, citatio fit in una causa, & non in alia, nunquid perpetuat iurisdictio super alijs? Arg. ꝙ nõ. ij q. iij. c. si quem. §. notandum. uer. abolitio. & ij. q. vj. c. ei qui. §. definitiua. & §. quandoq;. ar. ff. de ap. cũ in una. & ff. de neg. gest. nam & seruius. §. si uiuo. ff. de mi. etiam. §. ex causa. arg. contra. quãtum ad omnes sit perpetuata iurisdictio. C. de duo. re. l. ult. uerum est, ꝙ non perpetuata est iurisdictio nisi in causa illa ꝓ qua citatio facta est unde mortuo mandatore, expirat iurisdictio quantum ad alias. Sed quid si moriatur ante declarationẽ rerũ facta citatione? Arg. ꝙ non potest 2 ꝓcedere. s. de rescrip. pastoralis, in fi. quia plures causæ intelligũtur,

a In cōfessione. Sed certe hæc ratio nō uidetur sufficiens: quia secundum hoc episcopus posset dare ecclesiam irrequisito patrono: quod esse nō debet. xvj. q. vij. decernimus. Ad hoc dixit Ioā. ꝙ hæc decre. continet gratiā specialem, quia legatus non potest concedere præbēdas uel ecclesias in præiudicium aliorum. ̃j. de app. ca. j. & ̃j. de præb. dilectus. ij. sicut illud continet gratiam, ꝙ legatus facit. ̃j. de concess. præb. constitutus. qa solus princeps pōt aliquē priuare re sua. ix. q. iij. cuncta. & c. p principalem. & C. de quad. præscri. bene à Zenone. Hic cōsueuit distingui, utrum iuspatronatus pertinet alicui iure patrimonij sui & tunc legatus nō potest conferre ecclesiam eo inuito: cum ei in hoc non subsit 3 :quia tanquam laicus præsentat. ̃j. de iure pa. cum dilectus arg. xvj. q. vij. decernimus. Si uero pertinet patronatus ius alicui ratione ecclesiæ 2, tūc legatus pōt conferre ecclesiā ēt inuito illo prælato siue patrono, ad quem ratione ecclesiæ pertinet ius patronatus: siue inuito collegio ad qd' pertinet illud: quia subsunt legato: & ita loquitur ꝙ dicit hic, ꝙ archidiaconus iste ratione archidiaconatus præsentabat. Vnde legatus iste poterat ei præiudicare, & eo incōsulto ecclesiam conferre: sicut pōt beneficiū uacās in ecclesia inuitis canonicis & irrequisitis. Et hoc intellige, de legato misso à latere domini pa. Alij 3 uero legati sicut Eboracen. & Cantuarien. & consimiles qui hoc hñt ex priuilegio, hoc nō possunt. ̃j. eo. officij. li. vj. Vñ tenet appellatio, si hoc facere uellēt. ̃j. đ ap. c. j. Etꝙ dixit Io. nō ē uerū simpliciter đ quolibet legato

b Nec præiudicet̄ plato, uel patrono clerico. s. tenere dispensationē, & uerum est in sequenti uacatione.

habeat in concessione a prælatus, quàm in præsentatione patronus: nec præiudicetur prælato † b si qñ per aposto. se. legatum eo incōsulto eccřia concedat. Mandamus quatenus dictū archi. ut ab eius sup hoc molestatione desistat, appella. remota cogatis.

Idem illustri regi Francorum.

Legatus in plurib. locis pōt in quolibet dictorū locorum iurisdictionem suam exercere: ita quòd facta unius loci, potest in alio explicare. hoc dicit. Panor.

CAP. VII.

Nouit ille, qui nihil ignorat: & infrà. Ex parte tua, querimoniā accepimus ꝙ cùm tibi legatus esset certa rōne suspectus, extra fines regni Francorum in terram interdicti sñiam promulgauit: & infra. Tuæ magnificentiæ respondemus ꝙ & si fines regni Francorum exierat, nondum tñ fuerat terminos c suæ legationis egressus: cū nō solùm in regno francorū, sed in Vien. Lugdu. & Bisunti. prouincijs iniunctam sibi à nobis legationis sollicitudinem suscepisset.

Grego. ix. patriarchæ Hierosolymitano.

Præsente legato de latere minor legatus executionem officij sui dimittere debet. hoc cogn.

CAP. VIII.

Volentes: & infra. Fraternitati. t. legationis officium in prouincia tua duximus committendum, ita tamen, ꝙ si legatum ad partes illas de latere nostro d contigerit destinari, executionem ipsius officij, quandiu legatus ipse ibi fuerit: pro sedis apost. reuerentia omnino dimittas.

Idem.

Legatus non de latere sed ratione personæ extra prouinciā sibi decretam absoluere nequit excōmunicatos, pro iniectione manuum in clericos, nec etiam in prouincia, si tales excommunicati aliunde ueniāt. Legatus

Nouit ille. Legatus ī quacunq; parte legationis existat, iurisdictionem suā exercere pōt. Ioan. And. Prima pars ponit regis querelam cui respondet. Secunda ibi, tuæ. De materia huius tex. habetur in c. j. de postu. præla. & in c. nouit. infra de appel.

Glo. seq. notat, obijcit. soluit, et opi. ponit, subdens duo, quæ potest extra diœcesim. in fi. quærit et soluit.

c Terminos. Ex hoc uidetur, ꝙ si legatus exiuit ꝓuinciā ad quā destinatus est. quodāmodo nec excommunicare, nec absoluere, nec causas delegare possit in illa prouincia. & idē de alijs iudicib. ordinarijs uidetur. ff. de offi. præsi. l. iij. & ff. de iur. om. iud. l. ult. Videtur tamen, ꝙ possit absoluere aliquos dum est extra prouinciā: quia ea quæ spectant ad uoluntariā iurisdictionem, exequit extra ꝓuinciā. ff. de offi. procō. l. ij. Ad hoc dicas, ꝙ nullus iudex pōt excōmunicare uel absoluere extra 4 suam prouinciam. nam excōmunicatio fit cū causæ cognitione. ij. q. j. nemo. sed ea quæ causæ cognitionē desiderant, debēt fieri iudice sedente pro tribunali. ij. q. iij. c. si quē. §. si quis. iij. q. iij. c. induciæ. §. à iudice. sed ī aliena diœcesi non pōt sedere ꝓ tribunali, nec aliqd disponere. lx. q. ij. episcopū. Itē nec absoluere potest: qa si posset absoluere, p consequēs & excōicare. xxj. di. deniq;. arg. ff. de re iudi. l. ij. & ꝙ tantum in sua diœcesi habeat iurisdictionem, est arg. xj. q. j. si qsquā. & xcij. dist. si quis episcopus 5 .& ̃j. e. c. pe. s. de rescrip. pastoralis. in fi. argu. de bo. autho. iu. pos. cū unus. §. pe. Dicunt quidam, ꝙ possit extra suā diœce. excōicare. ar. xj. q. iij. si eps. forte sicut Paulus excōicauit Corinthiū absentē. ix. q. iij. §. ult. hoc tñ concedo, ꝙ extra prouinciā existens possit delegare causas in ꝓuincia. ff. de of. præfec. vrb. l. ult. maxime si habet causam necessariā absentiæ. ff. de off. procon. aliqñ. Talis enim delegatio fit sine causæ cognitione: licet qui delegat imperet. ar. s̄. ti. ꝓxi. pastoralis. Sed si ille nollet eā recipere, nō posset excōicare. arg. ̃j. tit. ꝓx. pastora. Itē extra diœce. potest conferre beneficia. ̃j. de conces. præb. post electionē. in parte decisa ̃j. de ap. qua fronte. Io. Item potest quæri, si excommunicauit aliquem dum erat in prouincia, utrum possit eum absoluere postquam egressus est prouinciam? Dicendum est quod non 6 .quia exeundo prouinciam, priuatus est dignitate sua. ff. de off. præsi. l. iij. & statim expirat iurisdictio infra eo. c. ul.

d Volētes. De latere nostro. cū legatus de latere domini Papæ sit maior eo p̄sente, nō exerceat minor officium suum, sed deferat illi tanquā maiori. xxj. di. deniq;. & ̃j. de priuile. antiqua. §. dominicæ. & ff. de officio procon. l. ult. & maior. potestas ad obediendum præponitur minori. viij. di. quæ contra mores.

† In quodā excēp. sic legit, nec p̄iudicet p̄lato uel patrono, si quādo &c.

1 Dicit hic & in decr. cum dilectus. Hostiē. se uidisse & legisse literā papalem directā prælatis Angliæ in qua cōtinebat, quod quādo papa, scribit ꝓ aliquo beneficiādo, nō ē suæ intentionis ꝙ ei conferat ecclesia ī qua laic⁹ obtinet ius p̄rōnatus: cōtrarium tñ huius arguēdo dicebat Vi. ̃j. de p̄b. dilectus. iij. Io. An.

2 Ecclesiæ absolute, Secus sira tiōe castri ꝙ ecclesia teneti feudū siue a laico siue ab alia ecclesia, qa tunc reputat̄ laicū, nec pōt papa præuenire p ea q̄ dixi ī cōsue. Paris. § xlvj. nu. 20. cū seq.

3 Alij. idē Panormi.

4 Extra, hoc uerū si uelit cōtētiose ꝓcedere: secus si sine causæ cognitione, qa tenet licet male faciat. Et quæ expediunt sine cāç cognitione possunt exerceri extra territoriū alias non Pa.

5 Forte non ꝓbat ad quod ī ducit, nisi per hunc modum: qa iubet pēdēte cognitiōe de iniusta ex communicatione ex communicatum uitari: nec ualet qd' de Paulo sequitur, qa aliud est epm intra Diœcesim suā excōicare absentē: & aliud: eū absentē hoc facere: cū ex territoriū &c. de cōsti. c. ij. lib. vj. Io. And.

6 Quod nō. hoc uerū si sit reuocat⁹ uel si uelit de cā cognoscere alias secus. Pa.

Non. l. nihil. C. đ Palati. sacra. largi. li. xij. Co.

mores.in fi.& xj.q.iij.qui resistit. & interim suspensum est officium eius,eo uero recedēte resumit illud, arg.con[illegible].xcv.distinct.ecce.& xj.q.j.peruenit. & C. de dona[illegible]

Excommunicatis. Primo ponit unū dictum. Secūdo aliud : ibi & qui. Tertio excipit ab utroque. ibi,nisi. Abb.

uero ratione dignitatis : nullos tales absoluit.h.d.secundum cōmunem intellectum.

CAP. IX.

Excommunicatis pro iniectione manuū uiolenta,ecclesiæ Romanæ legati qui de ipsius latere nō mittuntur [a] extra prouinciā sibi commissam [b] uel ibidem si huiusmodi manuū iniectores, † illuc contingat aliunde accedere. Et qui ecclesiarū suarū prætextu legationis sibi uendicant dignitatē, etiā subditis (quāuis in prouincia sua existentes) beneficium absolutionis impertiri non possunt. Nisi de speciali gratia illis & istis amplius à sede apostolica concedatur.

† Non subditos. Panormi.

[a] Mittuntur. Ergo a contrario sensu,si missus sit a latere domini Papę, pōt absoluere oēs: siue de sua legatione siue non : quod uerum est, & in eundo & in redeundo secundū quosdam. ex officio enim legationis licet legatis de latere domini Papæ missis excommunicatos pro uiolenta manuum iniectione in ecclesiasticas ꝑsonas absoluere.s.e. ꝙ trāslationē.& J.đ sen. excommu. ad eminentiā. Tales enim legati, postquam egrediūtur urbem quousque in urbem reuertantur, beneficium absolutionis impendunt,& ita obseruāt de facto : & hoc introductum est in fauorem animarum : ut periculum moræ uitetur. Arg.J.de sent.excom.sacro. & sic proconsul ubique insignia proconsularia habet, licet potestatem suam egressus urbem nō exerceat nisi in ea prouincia quæ ei directa est.ff.de offic. proconsul.l.j. & habent iurisdictionem,licet non contentiosam.ff. eod.l.ij. Bernardus.

Glo.seq.tractat de triplici genere legatorum. Secundo quærit.arguit pro et contra.soluit.In fine subdit ius nouum.

[b] Commissam. Per hoc ꝙ dicit hic patet,ꝙ maior est potestas legatorū qui de latere domini Papæ mittuntur,quam aliorum.isti enim de quibus præmittit,nō possunt absoluere excommunicatos propter sacrilegam manuum iniectionem in ecclesiasticas personas: uel aliunde ueniētes:uel extra suam prouinciam existentes : quia nulla potestas est eis concessa extra illam prouinciam.arg.ff.de iuris.om.iud.l. ult. & ff. de offi.præsi.l.iij.nisi eis amplius concedatur:ut dicit in fin.sed illos de sua prouincia absoluere possunt [1] ,dū sunt in prouincia.arg.a contrario sensu. De duplici genere legatorum fit mentio,& primo de his quibus ad tempus committitur officium legationis ratione personæ,& non dignitatis:ut s.e.ti.c.prox.& J.de accu.cum dilecti.& J.de præsum.mandata. Secundo de his qui ratione dignitatis habent huiusmodi legationis officium in sua prouincia.s.e.c.j.& J. de app.c j. isti non mittuntur de latere Papæ:unde minor est potestas eorum.& isti non possunt absoluere excommunicatos etiam subditos:nisi specialiter eis cōcedatur: ut dicit hic in fin. Illi uero qui mittūtur de latere domini Papæ:quia & ipsi pars corporis eius esse intelliguntur:ut j.q.j.in c.si quis cū militibus. C. ad l.Iuli. maie.quisquis. ex officio legationis omnia possunt, nisi illa quæ specialiter sibi sedes apostol.reseruauit. s.e.quod translationem. Sed quos dicemus de latere domini.Pa. missos? an cardinales tantum, an alios etiam existentes in curia:ut puta capellanos,archiepiscopos,episcopos, pro suis negotijs in curia existentes?Sed uidetur quod proprie dicantur de latere Papæ cardinales:quia ad latus eius semper assistunt:sed idem uidetur de capellanis & alijs curialibus : quia & ipsi assistunt ei: licet non in secretis cōsilijs:satis posset dici, quod illi dicūtur missi de latere Papæ, quos inuenit existentes ī curia sua, etiam si nō sunt cardinales, & illos trāsmittit specialiter ad alienam prouinciam concedendo eis generalem legationē. Itē qui potest ex officio suo absoluere, potest cōmittere uices suas alij cum uiderit expedire. ti.prox.ca.ult. Proprie dicūtur missi de latere dñi Papæ cardinales tātum. arg. J. de sent. excommu.ad eminētiam.quia ipsi pars corporis dñi papæ dicunt,ut dictū est.s.& ideo istorū potestas latior est,quam aliorū,quia ēt de sua & aliena [2] prouincia absoluere possunt in eundo, alij uero absoluere non possunt aliunde ueniētes:nisi amplius illis sit concessum,ut dicit in fi. Ad hoc no. quod ecclesiæ Romanæ legati, quantuncunq; plenā habeant legationem,non possunt ex officio legationis conferre beneficia,nisi specialiter eis fuerit concessum : uel nisi sint legati cardinales,qui ampliori debent prærogatiua gaudere.hoc totum statuitur in decr.Inn.iiij. quæ incipit,officij nostri debitum.

[c] No.Io. xciiij. dis. c.ij. ꝙ capiēs legatum,abeo potest absolui:ꝙ intelligas saluo eo ꝙ habes de pœnis. felicis. li. vj.& e. ti. si quis suadente in clem. & de hoc in spe. tit.ij. §. nūc dicamus.V̄sic. sed q̄rit utrum. Ioā. And.

Idem.

Durant legati statuta, etiam legatione finita, finitur tamen sui delegati iurisdictio, si citatio non precessit.

CAP. X.

Nemini dubium esse uolumus, quin legatorum sedis apo. statuta [c] edita in ꝓuincia sibi commissa,durent tanquā perpetua,licet eandem postmodū sint egressi. Secus aūt, si causas duxerint delegandas aliquib. † cùm iurisdictio istorum expiret [d] ,si ante illorū discessum ho-

† Cōcor. l. unica. C.qui pro sua iurisd. & l.ij.C.đ offic. pto.

[2] Quid si sibi resistat læsus; uide ī spe. e.ti.§.nūc dicamus. uers. quid sit læsus. Ioā. And.

[3] Absoluentur tñ ꝑ ordinarios suos si statutū absolutionē maiori nō reseruat.J.đ in sti. ex frequentib. Ioā. And.

Nemini dubiū. Habet duo dicta multum notabilia. Secundum ibi, secus autem Abb.

Glos seq.fortificat textum : secundo quærit,arg.negatiue,contrarium soluit.

[c] Statuta. Sic patet quod statuta quæ faciunt legati in prouincia sibi concessa perpetuo sunt seruanda : & si lata sunt sub anathemate.qui contra faciunt sūt excōicati [3] .J.de lo.& cōdu.ca.ex rescriptis.nā episcopi qui sunt minoris authoritatis,statuta in sua diœcesi.facere possunt.J.de maio.& obe.si quis uenerit. Item de remissionib. quas faciūt locis religiosis siue pontib.quid dices?nunquid & illæ sunt perpetuæ?Videtur quod non:quia præses prouinciæ non pōt interdicere alicui ultra tēpus suū uti arte sua.ff. de pe.l.ulti.ff.de postu.puto.§.ult. sed uerum est, quod ualent perpetuo sicut statuta [4] .licet enim administratio sit tēporalis,illud quod factum est per eum,perpetuū est.unde qui facit cōtra,incidit in pœnā si aliqua pœna apposita est: & præfectus prætorio ad tempus & in perpetuum potest prohibere alicui ne utatur aduocatione.ff.de offi.præfec.urb.l.j.§.ult.

[d] Expiret. Et ita patet, quod recedendo a prouincia sua,expirat iurisdictio, sicut per mortē expirat.s. de offi.deleg.licet.& c.gratum.quia pro mortuo quantum ad hoc reputatur. Multis modis dicitur iurisdictio expirare : ut not.s.de offic.deleg. in literis.

[4] Statuta idem Pā. dic ꝙ statuta semꝑ perpetuo durāt. Idē in snījs q̄ iā iniecerunt uinculū perfectū, secus si momentaneū.l.fi. ff. de pœnis.nisi ad sit cāæ cognitio.Ad de Panor. c.a nobis. j.in fi.J.đ sent. exc. Spe. in ti. de lega.§. iiij.nu.41. Matth.afflict⁹ decisio. Neap. cxxvij.

a Citatio non præcessit. Ergo si citatio præcessit, ualebit commissio post recessum. sic per citationẽ perpetuatur iurisdictio. sic s. delega. gratum. & c. licet. & j. de fo. cõp. proposuisti. sic j. de ap. ut debitus. & sic s. de rescrip. capitulũ sanctæ crucis. in quibus dicitur, quod sola citatione 3 siue cõuentione præuenitur iurisdictio aliorum, presse dicit xj. q. iij. summopere. & iij. q. vij. iudicet. & vj. q. ij. si tantum. & c. placuit. & j. e. c. pro[...]. & C. de iud. rem non nouam. & in authen. de iud[...] uero. col. vj. & in auth. de defen. ciui. §. ius[...]dum. col. iij. & ff. de offi. præsi. illicitas. §. j. contra j. quòd potest iudicare secundũ qđ putat 3. ff. q. s & à quo app. sit. l. appellari. & ff. đ arbit. qualẽ. & xj. q̃stio. iij. tũc uera ẽ. & arg. viij. dist. qui contempta ueritate. In hoc casu q̃n iudex aliud habet in cõscientia, & aliter constat per ꝓbatiões legitimas: dicũt quidã, quod debet alij causam delegare. ff. de iuris. om. iud. prætor. Alij dicunt & melius, quod licet iudex aliud habeat in conscientia sua, quam cõstet per allegata, debet 4 iudicare secundũ qđ facta est fides sibi ĩ iudicio ꝑ iura primo dicta: & non debet sequi cõsciẽtiam: quia non scit illa tãquam iudex, sed tãquã Deus. 5 j. ca. prox. & vj. q. ij. si tantũ. & c. placuit. nec peccat, nec dr̃ facere contra conscientiã 6. & ita nec in condemnando nec in absoluendo sequatur conscientiã. Et quod ita sit procedendum patet, nam dominus omnia sciebat: & tamen nullum uoluit condemnare nisi probationibus conuinceretur. ij. q. j. Deus omnipotens. Aduerte tamen, quod qui contra conscientiam iudicat, punitur secundum tenorem constitutionis Inn. iiij. infra de re iu. cum æterni. lib. vj.

3 Citatione execu tor. Pan.

3 Si dicas ĩformatꝰ ex actis cessat cõtrarium. Ioã. And.

4 Debet. idẽ Card. Flo. Pan. c. pastoralis. §. pẽ. s. de offi. deleg.

Matt. 26 *Marc. 14* *Lucæ 22* *Ioan. 13*

5 Vel tanquam priuatus. Io. And.

6 Supple & contra iustitiam. Ioã. And. Panormi.

rum citatio a non præcessit.

DE OFFICIO iudicis ordinarij.

Visum est de officio ordinarij speciali, ut est delegatus: nunc subijcitur ĩ genere de officio cuiuslibet ordinarij. Ab. Sic. De hac materia tractatur iij. q. vij. et ix. q. iij. x. q. j. ij. et iij. xviij. q. ij. p totũ. et xxx. q. ult. in certa. usq; ad fin. q. quæstione v. quia suspecti.

P Ernicio sam. Primo ponit decisum exordium. Secundo dispositionem: ibi, habeant igitur. Ber.

TITVLVS XXXI.

DE OFFICIO iudicis ordinarij.

Ex synodo Ioãnis Papæ.

Episcopi in suis diæcesib. possunt crimina inquirere et punire, et cùm opus fuerit inuocare brachium seculare.

CAP. I.



Erniciosam: & infrâ. Habeant igitur epi, singularũ urbium, in suis diœcesib. liberã potestatẽ adulteria & scelera inquirere b, ulcisci, & iudicare c secundũ ꝙ canones censent d, absque impedimento alicuius. Et cùm opus fuerit publicũ e conuocent auxiliũ, nõ ad præiudicandũ f, sed potius ad ea quæ Deo sunt placita prosequendum.

Euge. Pa.

Ordinarius qui scit non ut iudex uel homo, sed ut Deus subditum esse criminis reum, indeterminatè poterit, sed non nominatim eum arguere uel punire.

CAP. II.

SI sacerdos sciat, ꝓ certo g aliquẽ esse reũ alicuius criminis, uel si cõfessus fuerit, & emendare noluerit: nisi iudiciario ordine q̃s ꝓbare possit. Nõ debet eũ arguere nominatim h, sed indeterminatè. Sicut dixit Christus: Vnꝰ uestrum me traditurus est. Sed si ille cui damnũ illatũ est, petierit iustitiã, potest excommunicare auto[...]

b Inquirere. Tunc scilicet cum frequens & clamosa 2 fama est contra subditum, quæ obtinet uicem accusatoris. j. de accu. qualiter & quando. & j. de simo. licet heli & tũc possunt testes introducere contra illos. xj. q. iij. præcipue. etiam lit. non contest. j. ut lit. non contest. quoniam frequenter. §. sunt & alij.

2 Clamosa. & sic secũdũ ius Bald. hic. Aret. c. cũ oporteat. ca. qualiter. & quãdo. đ accusa. Andr. Alcia. hic nume. 34. re ꝓbans. An. peru. ĩ l. si uacãtia. de bonis uacan. lib. x. Co. ubi dicebat (& male) ꝑ hunc tex. ꝙ ordinarij in districte inquirunt sine fama licet secus ĩ delegatis. q. a imo idem de ordinarijs.

Episcopi quas causas debeãt ĩquirere.

c Iudicare. Vndecunq; illi sint. præses enim prouinciæ purgare debet prouinciã suam malis hominibus, nec distinguitur undecunq; sint ff. de offi. præsi. præses prouinciæ. & vj. q. iij. placuit. & C. ubi de cri. agi. opor. authen. qua in prouincia.

Glos. seq. dicit de quibus criminibus inquirant episcopi secundo arg. quod iudex secundum allegata etc. allegat ix. iura. & iiij. alleg. in contrarium, ponit ij. opi. & secundam approbat.

d Secundum quod canones censent. Dicũt canones, quod episcopi causas synodales inquirere debent: & testes maturiores in parochia cõstituere, ut causam synodalem ad episcopum deferant. xxxv. q. vj. episcopus in synodo. ad episcopos enim pertinet inquirere de huiusmodi criminibus ecclesiasticis: de adulterijs, de cõsanguinitate inter ui. & ux. ut xxxv. q. vj. episcopus in synodo. & c. ab isto die. & duobus cap. seq. Itẽ de hæresi. j. de hæreti. excõmunicamus. §. adijcimus. Item crimen usurarum, sacrilegij, simoniæ, & similia proprie spectant ad ecclesiasticum iudicem: & de his principalibus inquirere debent episcopi & punire, & etiam de quocunq; mortali peccato. j. de iudi. nouit. Item ex eo quod dixit hic inquirere, ulcisci, & punire secundum quod canones censent, est arg. quod iudex debet iudicare secundum allegata, & secundum canones & leges, & non secundũ conscientiam, ut ex-

e Publicum conuocent auxilium. Scilicet iudicium seculare. sic xxiij. q. v. principes. & xvj. dist. cũ ad uerum uentum est. utraq; potestas per alteram adiuuatur: ut ibi dicitur, & infra eo. quoniam. & posset compelli ad hoc infra. de maledic. ca. ij.

f Præiudicandum. Quia per hoc non acquiritur ius in præiudicium ecclesiæ ut sua authoritate posset in posterum attentare nisi de mandato ecclesiæ: imo tenetur auxilium præstare ecclesiæ, & posset compelli ad hoc. xxiiij. q. v. administratores. & j. de maled. c. ij. & est ar. ꝙ protestatio necessaria est, quando aliqui aduocantur ad ea in quibus ius non habent. vij. q. j. pontifices. & xxiiij. di. presbyteri. ar. contra. supra de elec. cum Vinton. ibi sol.

SI sacerdos. Diuidi põt in duas ꝑtes principales, sicut sunt duo dicta. scđm ibi, sed si ille. Prima sub diuidit. Primo ponit thema ex quo q̃stio. Secũdo decisio ibi, non debet. Tertio rõ ibi, sicut dixit. Ant. Bu.

g Pro certo. Quia forte uidit eum delinquentem, uel quia ipse idẽ ei cõfessus 7 fuit. xxij. q. v. hoc uidet.

7 Confessus. hoc vl timũ maledicit. Pan.

Gloss. seq. ponit brocar. inducit quatuor iura pro & quatuor contra. & soluit.

h Nominatim. ar. est hic, quod aliquid licet in genere, quod in specie nõ licet, si. viij. q. j. quid autem. ff. de quæst.

rem damni, licet etiam ei confessus [a] sit, sed tamen non nominatim [b] potest eum remouere [c] à communione, licet sciat eum esse reum: quia non ut iudex scit, sed ut Deus: sed debet eum admonere, [d] ne se ingerat: quia nec Christus Iudam à communione remouit.

Alexand. Floren. epo.

Si ordinarius subiectus episcopo profert in sibi subiectum iustam censuram ecclesiasticam episcopus illam seruare debet, & illam sine satisfactione & conscientia proferentis relaxare non debet.

CAP. III.

Cum ab ecclesiarum prælatis ecclesiastica [e] sententia in malefactores aliquos promulgatur, rata debet & firma cõsistere: & usque ad condignã satisfactionẽ inuiolabiliter obseruari. Quapropter mãdamus quatenus, si plebanus S. Pancra. in clericos uel laicos parochianos suos interdicti, uel excõmunicationis sententiã rationabiliter [f] tulerit, ipsam facias inuiolabiliter obseruari, & eã sine congrua satisfactione, & absq; eiusdem plebani conscientia non relaxes. [g]

Idem Cantuariensi archiepiscopo, & eius suffraganeis.

Si ordinatio uacantis ecclesiæ etiam patronatæ ex iusta causa differtur, est ibi per episcopum æconomus ponendus.

CAP. IIII.

Cum vos plerunque oporteat ordinationem ecclesiarũ differre, ꝓ eo, quòd quãdoq; personæ [h] verbis minus idoneæ [i] præsentantur, aut inter uos & præsentatores alia

quęst. l. j. §. qui quæstionẽ. ar. s̃. de off. dele. quoniã abbas. ff. de pe. l. moris. §. sunt aũt. ad fi. arg. cõtra. xxiiij. dist. qu[illegible] ff. si quis caut. sed & si qui. §. quæsitum. & j̃. de app. in[illegible] cætera. & C. d̃ iure do imp. l. j. [1] Solu. quod licitũ est in genere, licet in specie, & ecõuerso nisi descensus ad specialia uel gñalitas occasionẽ mali inducant, ut patet per exempla in primo titu. & C. quæ res pig. obl. pos. l. j. & ff. de pig. l. obligatiõe. sed singula exẽpla tã de prima regula, quã secũda suum casum obtinẽt, ut patet in quacunq; cõcordãtia.

[a] Confessus. licet eñ confessus sit in pœnitentia: nunq̃ tñ excõicabit eum ipsum exprimẽdo: q̃a sic ꝓderet peccatorẽ: ꝙ esse nõ debet de pœ. di. vj. placuit. & j̃. de pœn. & remissio. omnis vtriusque.

[b] Nominatim. i. ꝓprio nomine expresso nõ debet eũ arguere uel excõicare, sed in gñe sic dicendo. Quicunq; fecit tale factũ. sit excõicatus. & pinde habetur, ac si ꝓprio nomine expsso eẽt excõicatus, quantũ ad Deum, sed quãtũ ad ecclesiã nõ: quia nõ uitabitur ab ecclesia, & est simile. xj. quæst. iij. eccellentissimus. & insti. de exhær. lib. §. masculos. & §. nominatim. & ff. de lib. & posthum nominatim.

[c] Remouere a cõmunione. simile. vj. q. ij. si tantũ. & c. placuit. Sed quid si eps dicat, excõico unum [2] de illis qui tale factũ fecerunt? Videtur ꝙ nullus sit excõicatus: q̃a cũ ex pluribus seruis eiusdẽ nominis unus liber esse iussus est neuter liber erit. ff. de manumi. testa. cũ ex pluribus. de testa. tut. duo sunt Titij. & nominatim quis est excõicandus. xxiiij. q. ij. sane. arg. contra ꝙ vterq; sit excõicatus. ff. de adi. lega. l. iij. §. si duobus. [3] & ff. de reb. dub. qui duos. Sol. Sed verũ est, ꝙ neuter [4] est excõicatus, quia sententia incerta est. & ideo rei iudicatæ authoritatem nõ continet, sicut sententia quæ certã quantitatem non continet, nulla est. C. de sent. quæ sine cer. quan. l. pen. & ult.

[d] Admonere. in secreto, ne ingerat se communioni suæ. simile. j̃. de sen. excõ. cum nõ ad homine. j. responso. sed publice non debet eũ remouere, sicut nec Christus Iudam remouit: imo ei eucharistiam dedit. de consec. dist. ij. cum omne. & c. si illud. & cum alijs ad prædicandum misit. j. q. j. sicut Christus.

Cum ab ecclesiarũ. Primo ponitur exordiũ, ex quo secundo infert mandatũ ibi, Quapropter. Abb.

Glossa sequens recit. per quæst. an prælati inferiores episcopo &c. arg. ponit opin. & soluit.

[e] Ecclesiastica sentẽtia sic ergo prælati isti possunt excõicare. xvj. q. j. alia causa est, & sic sunt iudices ordinarij. ar. j̃. d̃ exces. præl. ad hæc. & habẽt curã animarum. s̃. de elec. cũ in cũctis. §. inferiora. sic & abbas potest excõicare. & habet iurisdictionẽ. j̃. de simo. sicut. s̃. de off. dele. P. & G. & j̃. de fo. cõp. significasti. & hoc omnes concedunt, nisi cõsuetudo faceret cõtra tales, sed anathematizare nõ possunt, ut dicunt quidam. xvj. q. ij. visis. & xxiiij. qõ. iij. corripiantur. Et tu dicas, ꝙ nõ possũt anathematizare, siue excõicare cũ illa ẽt solẽnitate, de qua traditur xj. q. iij. debẽt. & de illa excõicatione intelligunt prædicta capitula. xvj. q. ij. visis. xxiiij. q. iij. corripiantur. & ꝙ hoc facere possunt isti inferiores prælati. habes. j̃. de eo, qui fur. or. c. j. & quia hoc nõ est ordinis, sed potius iurisdictionis. s̃. de elect. transmissam. & illud generaliter tradit, quod quilibet prælatus collegiatę ecclesię, licet subsit epo: est tñ iudex ordinarius in plebe sua: & habet iurisdictionem cognoscẽdi & excõicandi, ut hic dicit, & in auth. de defen. ciuit. §. ij. col. iij. & xv. q. iiij. c. j. & j̃. de iudi. decernimus. ar. C. de iur. om. iud. l. ult. & illum dico prælatum hoc facere posse, & talem iurisdictionem habere, qui ẽ electus a collegio, siue uniuersitate. s̃. de ele. c. j. & xciij. dist. legimus & idem intelligo, si præficiatur [5] collegio uel uniuersitati ab eo qui habet administrationem cum iurisdictione, puta episcopo.

[f] Rationabiliter. Quod semper præsumitur donec probetur [6] contrarium. arg. s̃. de renun. in præsentia. & infra, de re iud. sicut. & seruanda est a subditis, siue sit iusta, siue non. xj. q. iij. sententia pastoris.

[g] Non relaxes. Sed pone, ꝙ episcopus relaxet talẽ sententiã plebano irrequisito, nec aliqua satisfactione præmissa, nunquid tenet absolutio? Vtiq;, cũ sit superior [7] & ordinarius suæ [8] diœcesis. xj. q. j. de persona. sed male facit: imo & si subditus conqueratur epo, debet illum remittere ad suũ excõmunicatorem absoluendũ. infra eo. ad reprimendã. secundũ tenorẽ illius decre. nisi periculũ esset in mora. infra, de sent. excom. sacro. & tunc recepto primo iuramento, secundum formam ecclesiæ, ut traditur in decre. sacro.

[h] Cum uos. Personæ. Hoc ideo dicit: quia persona ecclesiastica facilius cogit, puta per suspensionem uel subtractionem beneficij. lxxiij. distinct. consuluit. ut sic fiant concordes.

Glossa sequens recitat per quæstionem an patronus &c. soluit quod non, rationem inducens, quam fortificat. In fine ponit contrariam opin. quam reprobat.

[i] Minus idoneæ. Sic patet ꝙ patronus laicus licet p-

[1] Creditor habẽs omnia bona debitoris obligata, non impetrat illorum dominium. secus si certas res habet obligatas. Ioãnes And.

[2] Non dicit illum: sed unum ex illis. Ioã. And.

[3] Adde ꝙ hæc. l. si duobus. facit ꝓ opinio. gl. nõ pro cõtrario ad qđ inducit.

[4] Neuter. idẽ Goffr. ex quo nõ constat de intẽtione excõicantis. Pan.

[5] Vnde dicit Inn. ꝙ archidiacõi habẽt iurisdictionem a canone, etiã si non eligantur ab vniuersitate, & etiã sine cõfirmatione epi. de off. archidia. c. j. & c. ad hæc. & remittit. j̃. eo. quãto. inducit ẽt rõnem uicariæ quæ no. in palle. c. j. in j. gl. Io. An. Pan.

[6] Probetur nisi esset appellatũ. Pan.

[7] Dicit Vincẽt. ꝙ vbi causæ sũt cõmunes minori & maiori iudici: vt in epo & archidiacono p̄fertur maior si citat ff. de iudi. iudicium. viij. dist. q̃ contra maiores. secꝰ ubi nõ habẽt causas cõmunes, ut monachus qui plus obediet abbati quã episcopo: & clericus plus epo quam metropolitano. secundũ fateor: de quo. j̃. eo. pastoralis. d̃ primo dic ut j̃. eo. quãto. Io. An.

[8] Suæ. & sic concurrit accumulatiue alias secus Pan. hic. Gem. Phi. Fran. c. Romana. §. sentẽtias. de appell. in vj.

1 Priuandus. Pan. hic reprobat hanc glo. & tenet ipo iure priuari & deuolui sicut in ecclesiastico sed gl. verior ē, qa iure nō cauetur, igiť ꝑ no. in c. fi. de iure patr. imo nō posset solus papa statuere in ꝑiudicium patronorum laicorū ꝑ ca quæ dixi in trac. reg. cācel. reg. đ īfir. resi. nu. 34 cū sequē.

sentet indignū, non est priuatus nec priuādus 1 potestate præsentādi, sed in collegio seu ecclesiastica ꝑsona aliud est: quia si collegium eligat uel præsentet indignū, est ipso iure priuatus. ĩ. de elec. cū in cūctis. Idē credo de clerico patrono. quod, nō parciť ei, si præsentet īdignū. imo priuatus est eodē mō, uel saltē priuandus est, sicut uides in alio art. clericus patronus variare nō pōt, laicus pōt añquā præsētatus sit cōfirmatus. ĩ. de iure pa. cū aūt. & hæc pōt eē ratio, quare laico patrono dantur tantū quatuor menses a tēpore uacationis. ĩ. đ iu. patro. cū ꝑpter. collegio uero siue clericis dātur sex mēses per illā constitutionē. ĩ. de cōcess. præben. nulla. quia laicus nō priuatur potestate præsentādi, licet indignū præsentet. clerici vero sic. vnde hic fit quędam compensatio hincinde: quia laici grauātur in tempore, & releuantur in alio: quia nō puniunť: & quia clerici puniuntur eligēdo uel præsentādo indignū, releuātur in maiori tēpore: & qa clerici magis debēt esse discreti, & scire iura, ideo puniuntur si peccāt in electionibus seu præsentationibus, & clerici patroni eodē iure utuntur in præsentando, quantū ad pœnā si delinquāt, sicut clerici eligēdo, ar. præd. c. cū autē. Quidā tamen dicunt, ꝙ ad superiorem deuoluitur prouisio ecclesiæ, cū laicus patronus præsentat indignū. in auth. de san. epis. §. si quis oratorij. domū. coll. ix. tamē iure nostro nō cauetur hoc expresse: & ideo standum est canoni, & non legi. Ber.

† Hæc origo custodiarū. Galli deportus vocāt apdᵗ quos (ut carnoti) grādis abusus est quod Archidiacōi non reseruāt, sed in suū lucrū fructus rapiunt, qđ abusiuū ē & omnino corrigēdum, ut tango. ĩ. de insti. c. cum uenissent.

de causa radix dissentionis emergit: & infrà. Fraternitati vestrę mādamus, quatenus si quādo in vacātibus ecclesijs in quibus ecclesiastica persona præsentationem nō habet, uel quia personæ minus idoneæ præsentantur, uel alia de causa a de iure personas non potueritis in eis instituere, appellatione remota, ponatis œconomos, b qui debeant fructus ꝑcipere, & eos aut in ecclesiarū utilitatem expēdere, aut c futuris ꝑsonis fideliter reseruare. †

Idem Cantuarień. archiepiscopo.

Si constat ordinario, quòd absolutus a papa suppreßit verā causam quare fuerat excommunicatus, debet illum remittere ad papam, Si uerò sibi non constat, est tamen sibi vrgens suspicio contra eum, debet cogere eum se purgare.

CAP. V.

EX parte tua, & infra. Quia nos cōsulere voluisti, vtrum illorū absolutio teneat, qui (occultatis excessibus, pro quibus excommunicati fuerant) absolutionis beneficium per sedem apostolicā meruerunt, suæ excommunicationis causam aliam prætendentes. Taliter r. quòd si ita tibi cōstiterit, debes eos ecclesiastica censura compellere cum literis tuis, rei ueritatem cōtinētibus ad sedem apostolicam redire. d Si verò id tibi non constiterit, & eos suspectos habueris, quòd confessi non fue-

a Causa. Puta scandalū magnū. argu. ĩ. de iure patro. c j. & ij. sed pro modico scandalo, non dimittit episcopus ecclesiam ordinare. infra, de iure patr. quoniam. uel quia de iure patronatus vertitur quæstio inter episcopos & præsentatores.

b Oeconomos. Hic cōstituitur œconomus ad conseruandū, non ad agendū. lxxv. di. quoniā quandoque etiam ad agendū cōstituitur. C. de epis. & cle. omnis. §. nihilominus. & ĩ. đ iur. cal. imperatorū. & ĩ. de cap. mona. dilectus. & c. cōstitutus. & hoc intellige, cū de iure patronatus quæstio est inter patronos & episcopum, uel quando patroni non concordāt de præsentādā persona, uel malū præsentāt: tunc debet eps statim ponere œconomū qui cōseruet bona ecclesiæ. Si quæstio ē de iure patronatus inter patronos, usq; ad quatuor mēses expectabit episcopus, illis elapsis ordinabit ecclesiā saluo iure in posterū illi qui obtinebit. ĩ. de iure pa. quoniā in quibusdam. & c. cum propter discordiam. Et ex hac litera notare debes, quod patronus 2 se intromittere nō debet đ rebus ecclesiæ, nisi ad defensionē. xvj. q. vij. decernimus. & c. filijs. Sed episcopus uel alius prælatus ad quem pertinet institutio, debet habere custodiam illius ecclesiæ vacātis. 3

2 Pronus nisi sit ecclesiastic⁹ quia tunc ipse patronus habet īterim custodiā nō autem habens instituere, ut hic a contrario sensu. Panor.

3 Vacātis. glo. singu. laris. Pan. hic. & ca. bonæ. col. iiij. de ap.

c Futuris personis. Not. bona ecclesiæ cōseruāda in tēpore successori. xij. q. ij. hoc ius. placiti. & c. charitatem. & lxxv. dist. quoniam quidam. & [illegible]. si quis episcopus. nisi sint talia. quæ seruand[illegible] seruari nō possunt. C. de admini. tut. l lex quæ tutores. in fin. & ff. de peti hære. diuus. in fi. j. respon. & x. q. ij. si qs episcopus.

EX parte tua. Communis diuisio. Secunda ibi, taliter respōdem⁹. in qua subdistinguit. & secundum membrum ibi, si uero. Abbas.

Gl. seq. arguit. ponit opin. quā reprobat, demū quærit, & dupliciter soluit, et solutioni signat cōtrarium.

d Redire. Ex eo, quod isti cōpelluntur redire ad curiā, patet, ꝙ non sunt absoluti: quia talis absolutio per suppressionē ueritatis obtenta: non prodest. ĩ. de sentēt. ex com. cum pro causa. & c. officij. in fi. & literæ super hoc īpetratæ nō tenēt. Quidam dicunt, ꝙ si pro pluribus criminibus, una tantum sententia aliquis sit excommunicatus, dum tamen aliquod eorum expresserit in absolutione, absolutus est si de alijs postea conteratur. argumen. de consecratione distinct. iiij. tunc ualere. quod non credo 4 verum nisi de illo quod expresserit. Sed illa absolutio non prodest, cum adhuc sit ligatus pro alio crimine, & etiam extra ecclesiam. infra, de sentent. excommunicat. cum pro causa. sed tunc demum ualebit absolutio cū ab alia excōmunicatione fuerit absolutus, sicut si quis de uno peccato pœnitentiā agat, & non de alio, talis pœnitentia non prodest, quo ad uitam æternam, nisi cum alterius criminis pœnitentiam egerit. de pœnitent. dist. iiij. §. ultimo. in fin. Sed si pluribus sententijs ligatus est, oportet ut à qualibet absoluatur, & ultima cōfirmabit omnes præcedentes: quia tunc incipient ualere. argum. ff. ad Trebel. leg. j. §. sed & quoties. sicut dicitur de pœnit. distinct. iij. §. ultim. in fin. infra, de pœniten. & re. quod quidam. & ff. de seruitu. rust. præd. per fundum. Et tot sunt necessariæ absolutiones. quot fuerunt excōmunicationes. Sic. ff. de noui operis nunciatione. de pupillo. §. si in pluribus. & secunda quæstione tertia. cap. si quem. §. si præuaricator. versicu. si plura crimina. Et talis semper est vitandus, quousque sit absolutus ab omnibus: uel si esset excommunicatus a pluribus, & omnes excommunicatores committerent uices suas uni, & ille absoluatur ab omnibus una sententia expressa cuiuslibet excommunicationis causa absolutus erit: & idem erit ac si singulariter absolueretur a qualibet. Et est simile de acceptilatione, quæ capit plures obligationes. ff. de acceptilatio. si pluribus. sed Innocentius non uidetur uelle soluere hanc quæstionem. infra, de sententia excommu-

4 Idem Lau. Tāc. Vincen. & Goffr. Panor. ad ca. tūc ualeť. responde, secundum Ioā. And. hic ꝙ ibi sola fictio baptizati impediebat remissionē peccatorum: qua cessāte, & aduenīete charitate fit remissio. sed in excōmunicatione tollenda non sufficit cōtritio ex quo ergo a principio non fuit absolutus, nunquam cōtritio illū absoluet: sicut nec satisfactio de sen. ex cō. desideres. in fin. nec iurat⁹ tum de parendo. co. titu. quod in dubijs.

rint ueritatem, ipsos compellere debes exinde corã te, ꝙ ueritatẽ confessi fuerint purgationẽ a pstare.

Cælestinus tertius.

Si ex desidia uel malitia delegati papæ quis perseuerat ĩ peccato, ordinarius loci, potest supplere, nõ obstãte quòd causa fuerit delegato commissa. hoc dicit, et est casus notabilis et singularis.

CAP. VI.

SIgnificauit nobis t. f. quòd quidam de parochianis tuis cũ pro illicita consanguinitatis & affinitatis copula excommunicatione notantur b, ad iudices remotiores, ab ap. se. literas impetrãt: per quas cũ ab excõicatione fuerĩt absoluti: quia dicti delegati, ad locũ ubi testes pduci ualeãt non accedunt, nec aliquos pro eorum receptione c transmittunt, in pnominata nefariæ coniunctionis copula remanent & causa debitum nõ sortitur effectum d: & infra. Cùm itaq; pro malitia uel desidia e iudicis delegati, nõ debeat quis ad remanẽdum in copula coniunctionis iniquæ suffragiũ inuenire: tale damus. t. f. responsum, ꝙ quoties ea quæ prædiximus in tua diœcesi euenire, contigerit, licitè potes taliter absolutos in pristinam excõicationis sententiam reuocare f, ipsosq; tandiu eadem sententia tenere ligatos donec causa in receptione g testium, & in alijs legitimum incipiat habere progressum.

Inno. iij. Ausitano archiepiscopo.

Ordinarius supplet negligentiam abbatis, non reuocãtis monachum uagabundum.

CAP. VII.

QVanto deuotio religiosorum: & infrà. Ad audientiam nostram noueris preuenisse ꝙ monachi, canonici & alij regulares tuæ puinciæ cũ deberent potius in claustro h iuxta regularia cõ-

communication. officij. Sed quærit quare absolutus pro falsa causa nõ habetur pro absoluto, sicut pro falsa caus[illegible] excõmunicatus habetur pro excommunicato salt[illegible] quo ad 1 ecclesiam: ut undecima quæstione tertia capitulo primo & secundo? Respond. utrobique consulitur animæ: quia excommunicatio & si sit iniusta non est contemnẽda, ne ex ipso contemptu ligetur. undecima quæstione tertia capitulo, si is qui. §. cũ ergo. in fine, & excommunicatio est medicina animæ. ĩfra de sentent. excommunicatio. cũ medicinalis. libro sexto si nõ contẽnatur. xxiiij. quæstio iij. notandum & potius ei obest qui iniuste excommunicat, quam excõmunicato si contemnit. xj. q. iij. illud. Alia ratio põt assignari, quare nõ psit absolutio ex falsa cã, quia excõicatus fuit p certa causa, & omnis res per quascunq; causas nascit, per easdẽ debet dissolui. ĩ. de reg. iur. oĩs res. sed de illa cã nulla est facta mentio. & ita illa remanet, ergo & eius effectus. & sic remanet excõicatio prima. Pręterea durante priore causa, ex alia cã ex qua excõicatus non fuit, absolui nõ potuit: quia ab illo quod n[illegible] fuit, absolui non potuit & sic talis absolutio nulla, ab illa uero non intendebat 2 illum absoluere, & ab alia nõ potuit absolui. argumen. supra de transla. inter corporalia. & supra de officio delega. cum super. & ff. de hæred. instit. quoties. argumen. contra quod absolutio ex falsa causa teneat. infra de consangu. & affini. quia circa.

a Purgationem. Et ita quos episcopus habet suspectos: potest compellere ad purgationem præstandam. ut hic dicit, dummodo publica laborent infamia. ĩ. de pur. cano. nos inter alios. & si sint infamati apud bonos & graues. ĩ. de purg. ca. cum in iuuentute. & non sit orta ab inimicis. xj. q. iij. in cunctis.

SIgnificatur. Propter periculum animæ supplet ordinarius desidiam uel malitiam delegati. Communis diuisio. Secunda ibi, cum itaque.

b Notantur. Quia noluerunt parere sententiæ diuortij latæ propter cõsanguinitatem uel affinitatem, sed si excommunicati impetrarunt, literas super reuocatione sententiæ quæ non transit in rẽ iudicatam quã dicebant per falsos testes: ut habetur. ĩ. de re iu. lator. & c. consanguinei. secundum unum casum, sed glossæ intelliguntur ante sententiam cum fuit appellatũ. Secundum alium casum fuerunt excommunicati ante sententiam.

c Pro eorum receptione. Hoc intelligendũ est quãdo testes ad iudicem uenire non possunt: quia sunt ualetudinarij, uel alio impedimento detenti, uel etiam sunt in honore cõstituti. ĩ. de testi. c. si qui testium. qui alias compellendi sunt uenire. C. de testi. si quando. dũmodo non per longum iter. ff. de test. l. iij. §. ult.

d Effectum. Vnde postulasti, quid sit faciendum.

e Desidia iudicis delegati. Et ita iudex ordinarius, supplet desidiam delegati, sicut delegatus supplet ordinarij. s. de offi. deleg. prudentiam §. sexta. & ĩ. de fo. compe. licet. & c. ex tenore. sed quod dicitur hic, scilicet ꝙ recidunt in iurisdictionẽ ordinariam, ex eo contingit, qđ non prosequuntur appellationẽ, suã, & ne propter hoc remaneant in incestuosa coniunctione.

Glossa sequens quærit, et soluit dupliciter.

f Reuocare. Post admonitionem ipsis delegatis factã, ut procedant, & ipsis cõiugatis ut causam suã prosequantur: & si postea malitiose uersant̃ ne procedant, tunc reducat illos ordinarius in pristinam excommunicationis sententiam. argumen. s. de offi. delega. prudentiam. §. sexta. Sed quantum expectabit? certe modicum tempus dabitur, intra quod possit componere sarcinulas, & se parare ad causam. ff. ex quib. caus. maio. in integ. restitu. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. Vel hoc intellige, ad arbitrium boni uiri, id est, iudicis. ff. de uerb. obli. continuus. §. cum ita.

g In receptione. Per procuratorẽ, scilicet cum sint illi excommunicati. Arg. ĩ. de iud. intelleximus. Vel ẽt per seipsos possunt causam incipere: quia quodammodo rei sunt 3. & reus bene potest stare in iudicio excommunicatus. ĩ. de excep. significauerunt. & ca. ulti. & prosequi appellationem suam ibi: sed post quam inceperunt habere delegati legitimum progressum, ut hic dicit, poterunt absolui. est simile. ĩ. de uer. sig. ex parte. ubi non absoluitur, nisi quis primo satis aciat, sed hic non statim absoluitur propter maximam suspicionem: alias regulare est quod quilibet primo absoluatur. ĩ. de senten. excommuni. per tuas.

h QVanto deuotio. In claustro. xvj. q. j. si cupis. & sine quo uiuere non potest. xvj. q. j. placuit.

1 Quo ad. dic ꝙ non est differẽtia iter excõicationẽ & absolutionem: quia utraque ob eã causam facta si illa causa proxima & ĩmediata est falsa nulla est. Cardi. Flor. in repet. c. per pendimus de sen. excõ. sequit Fel. ca. ꝙ super his. de fide instru.

2 Nec incedere poterat. ar. ff. de contrah. emp. in l. inspicitur ergo intentio absoluentis sicut baptizandi. de conse. dist. iiij. solet. Ioan. And.

3 Dicit Hostien. hunc esse casum specialem, in quo excõicatꝰ agit: quãdo. s. semel absolutus ĩ eo dẽ crimine & in eadem cõtumacia perseuerat, ut hic & ĩ. de appel. quæstioni. hoc aũt fit in pœnã ipsorum. & sic nõ obstãt contraria. Ioã. And. Panor.

a Principum. Et si ibi in aliqua administratione caperentur. indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat scandalum in ecclesia generari ỹ. ne clerí.uel mona.sacerdotibus.

b Inueneris. Per inquisitionem.ỹ.de simo. de regularibus. uel euidētia rei.ỹ.de coha. cle. & mulie.c.ult.& c. uestra.

c Propriū. Quod nisi in morte resignauerit, in signū perditionis in sterquilinio cū eo subterrēt.ỹ. de sta.regu.monachi.& ca. cum ad monasterium.

d Abbatis.xviij.q. ij.abbates. Not. ꝙ ut testatur Inn. debet esse in textu. secundum arbitrij tui consilium, ubi est secundum abbatis consilium.

Glos.seq.no.allegat duo iura. ponit opinio Hug. quam reprobat.

† Scilicet regulares īmediati si in diœcesi archiepī si uero extra diœcesim, & ī ꝓuincia debent simul cū eis moneri diœcesani ꝓpter. ca. Romana. de foro cō pet. in vj. Pan. Monachi correctio, ad quē spectat.

e Si prælati. Sic patet, ꝙ coerctio & correctio monachi primo loco spectat ad abbatem.ỹ. de ap.reprehēsibilis.in fin. & xxiiij. q.corripiātur.Hugo dicit quod si agatur in figura iudicij, solus episcopus cognoscere debet de eius causa, secus si agatur secundū regulā claustralem.xj.qō.j.de persona. C. de patria potest. l iij. & C.de emenda.propin.l.una. Sed probabilius uidet̄ dicendum, ꝙ prælatus ecclesiæ collegiatæ habet iurisdictionē:ut xvj.q.v.c.j.ut dictum est.ŝ.eo. cum ecclesiarum.& ꝙ abbas siue prior possit excommunicare monachos suos, est expressum.ỹ.de ma.& obe.cum in ecclesijs.& ỹ.de simo.sicut. In omnibus his potissime consideranda est consuetudo cuiuscunque ecclesiæ, q̄ dat iurisdictionē.ix.q.iij conquestus.C. de eman. l.j. & ult.hodie reuocatio taliū ꝑtinet primo loco præsidentibus capitulis abbatum & priorum.ỹ. de regu.c. ult.& ibi adijcitur pœna.s.excommunicationis.

stituta diuinis obsequijs uigilare: de obediētijs & reditib. quorum curā gesserunt pecunia congregata, claustrum abhorrētes, per curias principū [a] & potentum, discurrere non uerentur: & ỹ. Mandamus quatenus, quoscunq; tales inueneris [b] :nisi ad cōmonitionem tuā resipuerint, ut proprium [c] in manib. prælatorum suorū, sine difficultate resignēt, conuertendum in utilitatem domus secūdum abbatis [d] consilium, & regularem uitam obseruent. si prælati [e] † eorum post tuam cōmonitionem id exequi negligenter omiserint: ꝑ suspensionem officij [f] & beneficij appellatione remota compellas.

Idē Rothomag. archiepiscopo & eius suffraganeis.

Ab uno episcopo excommunicatus, ab alijs est uitandus. Et archiepiscopus per querelā aditus, non absoluet nisi primo remittat.

CAP. VIII.

A D reprimendā malitiam [g] peruersorū pœnæ certæ sunt in canonibus [h] constitutæ: quas sicut latas à uobis interdū in subditos uultis inuiolabiliter obseruari: ita latas ab alijs [i] debetis inuiolabiliter obseruare. Ideoq; mandamus quate. sententias quas Lexonen. episcopus duxerit in subditos suos canonicè promulgandas: & uos ipsi [k] seruetis, & à uestris subditis faciatis inuiolabiliter obseruari. Tu uerò [l] frater archiepiscope (cùm excommunicationis sententia, ꝑ appellationis non suspendatur [m] obiectū) si quis excommunicatus ab episcopo, de iniusta tibi fuerit excommunicatione cō questus [n] :ad ipsum (ei quasi coepiscopo deferēs) absoluendum secundum ecclesiæ formā remittas, qui si noluerit ipsum absoluere: tu (recepta cautione iuratoria) absolutionis munus ei poteris exhibere: ita tamen, ꝙ nisi

f Officij. Sic supra de æta.& quali.quæris. & lxxiiij. di.consuluit.

3 Cōcor. tex. in l. si cui. §.j. ff. de accu & in authē. ut iud. si ne quo. suf. §. cōsiderauim⁹. cū gl. illicito. col. ij.

A D reprimendam. Duo facit. Primo præmittit generale exordium: ex quo postea infert speciale mandatum ibi, ideoque. Abb. sic.

g Malitiam. Sic distin.iiij. factæ sunt. Nam per leges nemo bene facere cogitur, sed male facere prohibet̄ xxiij.q.v.ad finem.ut boni inter malos uiuāt quiete. xxiij.q.v.non frustra [1] .& hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. xxiij. quæstione quinta. prodest.

Glos.seq.ponit decem species pœnarum.

Pœnæ uariæ canonum, quæ sint.

h In canonibus. uariæ sunt pœnæ in canonibus constitutæ. Quædam inducunt degradationem, & curiæ seculari traditionem.ỹ.de fal.ad falsariorum. Quædā degradationem & detrusionē in monasterium: ut l.di stinc. si episcopus. Quædam depositionem tātummodo [2] .l.dis. si quis uiduam. Quædam suspensionē solummodo [3] ij.q.v. si mala fama. & c.ꝑsbyter. & xxxij.di. nullus.& c. presbyter. Quædam excommunicationē. xvij.quæstio. iiij.si quis suadēte. Quædam priuationem officij & beneficij. perpetuo. lxxxj.distin. si quis ammodo. Quædam officij ad tēpus. lxxxij.dis.presbyter.si. xxj.qō. ij. placuit. Quædam priuationem officij tātum ad tempus. xxvij. dist. presbyterum. Quædam priuationem beneficij tantum.vij.q.j. si quis de ordine. & ŝ.de elect. cum in cunctis. Quædam priuationem tm̄ communionis. xxxv. dis. ante omnia.lv. dist.nullus.& alias pœnas habes. lxviij. distin. sicut & xviij. distinct. placuit.

2 In homicida postmodū promoto.

3 In ꝑsbytero infamato, donec se purget: & in cōcubinario. Ioan. And.

i Ab alijs. ij.q.vj. qui se scit.

k Vos ipsi. xj. q. iij.curæ.

l Tu uero. supra allocutus est communiter metropolitanum & suffraganeos, & hic specialiter alloquitur metropolitanum. Ioan. And.

m Suspendatur. hoc ideo dicit, quia sententia illa secum trahit [4] executionem. ỹ. de ap. pastoralis. §.j. hinc est ꝙ post.x.dies non transit in rē iudicatā: quia quādocunq; potest peti absolutio. unde si taceat quis per x.dies, non intelligit̄ acquieuisse sententiæ. Vnde concedo: ꝙ post decem dies, uel quandocunq; possit appellari a sententia excommunicationis ad metropolitanum quantum ad hoc quod metropolitanus potest ipsum absoluere præstita cautione quod parebit mandato super eo pro quo fuit excommunicatus coram excommunicatore. Sed hoc non uidetur: quia ex quo non appellauit intra.x.dies, postea non possit appellare. Vnde per appellationem non transfert querelam ad metropolitanum, sed per simplicem querelam posset conqueri etiam post.x.dies [5] .

n Conquestus. sicut potest conqueri de iniusta excōicatione, sic potest appellare qui est iniuste excommunicatus, & prosequi appellationem, & literas impetrare

4 Trahit. hæc ratio nō ualet: sed rō est, quia sponte in śnijs cēsuræ ecclesiasticæ. Pan. c. pastoralis de app.

5 Dies. idē Pan. Fely. c. lator. j. de re iud. & coram iudice qui possit adiri per uiā q̄relæ. Pā. hic.

Excōmunicat⁹ potest appellare, & literas impetrare.

trare

legitime tibi constiterit eum contra iustitiam excommunicatum fuisse [a] ex debito sibi iuramenti præcipias, ut super eo de quo fuerit excommunicatione innodatus, eidem episcopo satisfaciat competenter. Quod si facere contempserit: eum in excommunicationis sententiam, appellatione remota reducere non omittas.

Idem Tyronensi archiepiscopo.

De causis subditorum archiepiscoporum & episcoporũ suorum, patriarcha non cognoscit: nisi per appellationem legitimam, aut uigore consuetudinis, seu priuilegij.

CAP. IX.

CASVS. *Ista quæ petebantur per istum patriarchā. fuerāt olim subiecta ecclesia Constātinopolitanæ. sed cū ista ecclesia laberetur in hæresim seu in schisma, subtraxerunt se ab obediētia patriarchæ & adhæserunt Romanæ ecclesiæ. demum capta ciuit. Constātinopolitana per fideles populos, et patriarcha ibidē constituto per Romæ. ecclesi. petyt idē patriarcha illas ecclesias compelli ad obediendum sibi, papa autem petitionem suam duplici ratione non duxit admittēdam, primo quia ipsi non obediebant patriarchæ antequam ciuitas Constantinopolitana caperetur, & sic ecclesia Constantinopolitana non erat in possessione subiectionis. Secunda ratio, quia in præiudicium illorum quibus illæ ecclesiæ illi obediebant, cum non fuissent citati uel conuicti, non debebat aliquid attentari. Nam patriarcha petebat extra iudicium illas ecclesias sibi subici. Et hoc quo ad primam petitionem, secundo petebat*

Septem id procedebat illis tēporibus quādo clericis soluebant̄ multæ isidiæ, hodie secus qa ēt papa duobus testibus cōuincit̄. Pano. hic Phil. Dec. c. at si clerici in princ. col. j. j. de iudicijs.

a Vbi ex prогatiua militiæ uel dignitatis non eximitur, qs ab ordinarij potestate. Io And.

 patriarcha,

patriarcha, ut dominus pa. faceret sibi impendi obedientiam ab archiepiscopo, & episcopis regni Cypri. & pa. fere idem respondet cum & ipsi ante promotionem patriarchæ exempti extiterant quando Constantinopolitana. ecclesia erat inobediens & rebellis, & in eorum absentia circa statum illorum nihil debeat immutari. si uero iustitiam de illis postulauerit: audiet ipsum, Nota quod contra absentem non citatum non conuictum uel confessum non est procedendum.

ei postulabas, quæ prius quàm Cõstantinopolis ciuitas caperetur a. Constanti. patriarchæ minimè respondebant: duplici ratione non duximus admittendam. Iuris nanq; b ratio postulat, ut in eorum præiudicium c quibus eædẽ ecclesiæ sunt subiectæ nihil ordinemus de ipsis, cũ nec citati d sint, nec conuicti nec per contumaciã se absentent e: & infrà. super obedientia uero, quã ut tibi impendi faceremus ab archiepiscopo et episcopis regni Cypri similiter postulasti, ferè idem duximus respondendum: cùm & ipsi f ante tuam promotionem fuerint exẽpti, quando uidelicet Constanti. ecclesia erat inobediens g & rebellis, & in eorum absentia h contra statutum eorũ: non debuerimus aliquid immutare. Iustitiam tamen non negabimus tibi, cùm eam duxeris postulandam.

Idem.

Abbates et sacerdotes: qui sũt diœcesani epi: ad eius synodũ uenire, et sibi obedire cõpelli possunt per cẽsuram ecclesiasticã.

CAP. IX.

QVòd super his: & j. Abbates & sacerdotes diœcesani i tibi lege subditos, qui ad tuam synodum uenire contemnunt (Dummodo in ipsa synodo non ducas aliquid statuendum, quod canonicis obuiet institutis) per cen. ecc. ad synodum illam uenire compellas: & debitã tibi obedientiã k & reuerentiam exhibere.

Idem sancti Stephani & sancti proculi abbatibus Boñ.

Canonici regulares inobedientes priori suo: per episcopum excõmunicari possunt: et si fuerint incorrigibiles: de fratrum consortio expelli debent.

CAP. X.

CVm in ecclesijs sancti uictoris & sancti Io. de mõte: & infrà. Nos igitur ad reformationem earundẽ ecclesiarũ, diligẽti solicitudine intẽdentes, uniuersis canonicis dedimus in mandatis, ut priori suo in his quæ ad eundem pertinent, obedirent. Cumque oẽs (quatuor dũtaxat exceptis) se obedire uelle concorditer respondisset, prædicti quatuor, se contra priorem in superbiam erigentes, licet de obediẽtia suo priori præstanda præstitissent iuramentum l corporaliter tamen exhibiti iuramenti immemores suo priori per omnia restiterunt: & cùm pro contumacia sua nequiuissent ad debitam obedientiam reuocari di-

---

Venetis. Imo a Frãcis Baldui no comite Flandrẽsi, cũ auxilio exnauigio Venetorũ ad hoc cõduct. Ann. 1202. Balduino uero in Constãtinopolitanũ Imperatorẽ electo & coronato, ueneti laboris participes insulas Aegei maris obtinuerũt. Et thomas Maurocenus. patricius Venetus (ad quem hęc decretalis dirigitur) in patriarcham Constantinopolitanũ electus est, quam electionẽ Inn. iij. ob merã formulã more suo, eo quod laici interfuissent cassauit, & tñ eundẽ elegit & confirmauit, & tãdiu eã ecclesiã sibi subiectã habuit, quandiu Franci ibi regnauerũt, quipartim ob id a Græcis fuerũt expulsi. uide Platĩ. Ant. floren. tit. xviij. c. ij. § iij. Sabelli. ueñ. Enn. ad ix. lib. v.

a Caperetur. a Venetis r.

b Iuris nanque. Prima ratio.

c Præiudicium. Nulli enim auferenda est possessio ante causæ cognitionem. ut xij. q. v. c. j. in fi. arg. xvj. q. vj. placuit. j. qõ. iij. uolumus. & infrà, ut lit. pend. per totum. C. unde ui. si quis in tantam. C. si per uim uel alio modo. l. ij.

d Citati. Vnde sententia nõ tenet, cum citatio non peruenit ad eum: nec fuit publice proposita. ff. quæ sentẽ. si. ap. rescin. l. j. §. item ex eo dicto. Et not. quod ille qui est in possessione obedientiæ conueniendus est, & non subditus qui præstat obediẽtiam & agit pro ecclesijs, & defendit eas sibi subiectas. infra, de relig. do. constitutus. & capitu. cum uenerabilis, Item nota quòd omnes quos negotium tangit uocandi sunt: ut hic patet: quod si non fiat, non præiudicatur absenti: nisi forte sciuerit causam suam agi & taceat. infra de re iudi. quamuis. ubi de hoc.

e Se absentent. Si. iij. q. ix. c. ij. & per totum. & s. de rescrip. ex parte. j. & supra, de constit. ecclesia. nec tenet rescriptum, quod præcipit aliquid fieri absente altera parte: & non per contumaciam. C. unde ui. meminerint. & C. si per uim uel alio modo pos. l. ult.

f Cum & ipsi. Prima ratio.

g Inobediens. Videtur. quod hoc licite potuisset petere. arg. supra de elec. quia diligentia. & ff. de bo. lib. etiam z §. si deportatus.

h Et in eorum absentia contra. alias circa. secunda ratio.

QVod super. Primo ponit decisũ exordium. Secũdo dictum cum inclusa limitatione dictũ est, ibi abbates. limitatio ibi dummodo. Abbas.

i Diœcesana. Sed quare uocantur abbates ad synodum contra illud quod legitur. xviij. dist. episcopus. & xviij. quæ. ult. §. fin.? Respond abbates habẽtes populum z. tenentur uenire ad synodum: de quibus loquitur. xviij. quæ. ij. abbates. sed nõ habentes populum non tenentur uenire, nisi causa rationabilis subsit ut dicitur in illa palea xviij. dist. episcopus. unde Cistercienses etiam si non essent exempti cum non habeant populum, non tenentur uenire. exempti enim qui populum non habẽt, non tenentur uenire. xviij. quæst. ij. quam sit necessarium. in fin. de hoc dictum est. s. de officio ordina. dilectus.

k Obedientiam. quia iudex siue p̃latus, iurisdictionẽ suam defendere potest pœnali iudicio ff. si quis ius di. non obtempe. lege prima.

CVm in ecclesijs. Primo narrat factum. secundo dat iudices, ibi, ideoq;. Prima pars facit tria. Nam primo ponitur papæ mandatum: secundo rebellio. quarto canonicorum, & ipsorum excommunicatio. ibi, cunque. Tertio ipsorum absolutio, & præceptum: ibi, igitur.

l Iuramentum. Nota quod regularis suspectus de inobedientia, cogi potest iurare obedientiam. arg. ff. de iudi. in omnibus. Argumen. contra. supra, eodem, legabatur.

z Inn. alle. hãc. l. p contraria. Dicit Abba. q̃ bene cõcordat huic fini, in quo reseruat iustitia: & dicit q̃ in decr. quia diligẽtia. null9 erat in possessione iuris spectantis ad patriarchã sedhic sec'. facit de præbẽ. licet. ij. li. vj. Io. An.

z Populũ. s. nõ exemptũ, & adhuc si eius curã p capellanum exerceant sufficit capellanũ uenire. Pan.

Excom-

a Excommunicationis. Et ita prior propter inobedientiam, poteſt excommunicare ſubditum ſuum. ſic & electus in abbatem. infra, de ſimo. ſicut.

ramentũ: ut c. nullus. niſi eſſent ſuſpecti: ut ſ. tit. pxi.

g Pro ſcrutinio. Sic infra, de capel. monac. dilectus. vbi de hoc in gloſſ. quæ incipit, ſic ſupra.

Glo. ſeq. ponit duo argum. & primum reprobat.

b Authenticas. Videtur, quod per ſcripturas probetur crimen alicuius & ita per chartam poteſt probari periurium alicuius. ar. v. q. ult. epiphaniũ. quod non eſt verũ. Item eſt argu. hic, quod literis prælatorum credit † in præiudicium aliorum cum uiuæ uoci non credatur. ĩ. de probat. quoniã contra. Item habes hic qđ literæ prælatorum ſcripturæ dicuntur authenticæ. ſic. ĩ. de fide inſtru. c. ij. & cap. cũ dilectus. & ĩ. de probat. poſt ceſsionẽ.

c Certiores. Non reputat probatum, quantum ad depoſitionem: ſed quantum ad abſolutionem. Itẽ non agebatur criminaliter ſecũdũ Inno. Io. And.

d Iuramento. Not. quod à periuro, & ſuſpecto recipitur de nouo cautio iuratoria, qđ eſt contra illud. xxij. q. v. paruuli. & cõtra illud. ĩ. de præſump. literas. & ĩ. de cohabit. cle. & mu. clericos. ſed illud fit in maiorem confuſionem & maius opprobrium, & quia aliã cautionem præſtare non poſſunt, cũ nil habẽt: ut xij. q. j. non dicatis.

e Excludatis. Ecce pœna inobedientium, & nihilominus excõmunicandi ſunt, & ab omnibus euitandi uſque ad ſatisfactionem. ĩ. de reg. & tranſeũ. c. ult. in fin.

His quæ. Duo ſunt dicta. ſecundum ibi, quando. Abb.

f Obedientiam. Hic eñ patet, qualiter ſubditi obedientiam facere debeãt ſuo prælato ſine ſcriptura. ſ. eo. legebat. & ſine iuramẽto. ĩ. eo. tit. nullus. ſic. ĩ. de reſtit. ſpo. olim. & quãdoq; per iu

† Credit. non eſt uerũ niſi ut in ca. poſt ceſsionẽ. ĩ. de probat. Pan. hic & ibi.

† Alias, Damaſco, & infra.

† Scilicet manualẽ. & hoc in clericis, ſimplicib. & ſacerdotibus non curatis, & cõtra hãc nõ currit præſcript. de præſcr. cũ non liceat. Alij cõtra dicẽtes, hoc ſpeciale i cardinalibus, ut eis talis obediẽtia præſtetur uel de cõſuetudine ſic obtinebat ſecundum Innoc. ſed Hoſt. prius dictum uerius putat Ioã. And.

ctus prior, in eos excommunicationis a ſententiam promulgauit. Cùm igitur præfati canonici, ad apoſtolicam ſedem acceſsiſſent, per ſcripturas authenticas b ex multorum teſtimonio prælatorum effecti de ipſorũ cõtumacia certiores, c recepto ſecundũ formã eccleſiæ ab eiſdem corporaliter iuramẽto, d ipſis fecimus abſolutionis beneficium impẽdi præcipientes eis ſub debito iuramẽti, ut ad ſuum clauſtrũ de quo exierant redeuntes, priori ſuo ſecũdũ Deum deuotè ac humiliter obedirent. Ideoq; mãdamus quatenus præfatos canonicos ut ad prioris ſui obedientiã reuertãtur per cenſurã eccl. cõpellatis: & ne de ſua poſsint contumacia uel malitia gloriari, cogatis eos, (ſi uideritis expedire) ut iuramẽtum, quod de parendo mandatis prioris pro abſolutionis beneficio impetrando, ſuperbè negauerunt, humiliter præſtare procurent: alioqui eos de fratrum conſortio, penitus excludatis. e

Honor. iij. G. presbyt. cardiñ. & capitulo ſancti Laurentij in Damaſo. †

Presbyteri & clerici capellarum ſubditarum titulo cardinalatus, debent cardinali obedientiã et reliqua de quibus hic. Et vacante titulo ſuccedit capitulum illius eccleſiæ, niſi pro bono pacis aliquid ſit exceptum.

Glo. ſeq. arg. vacãte ſede, &c. ſignat contr. et ſol.

CAP. XI.

His quæ pro eccleſia ſancti Laurentij in Damaſo ex parte una, & capellis ſibi ſubiectis ex altera, ſuper ſcrutinio alijsq; articulis fuere propoſita, diligẽter auditis, ſententiãdo decreuimus ut earundem capellarum presbyteri & clerici, cardinali qui nunc eſt in ipſa eccleſia, & qui fuerint † p tempora, manualem obedientiã f & reuerentiã & honorificentiã omnem exhibeãt, & ad eccleſiam ipſam pro ſcrutinio, g baptiſmo & capitulo celebrãdis conueniãt temporibus conſuetis, correctionem ipſius cardinalis recipientes humiliter & excommunicationis, interdicti, uel ſuſpenſionis ſententias, quas tulerit in eos & eccleſias eorũdem inuiolabiliter obſeruantes. Quando autem eccleſia ipſa, cardinali uacabit, capellani & clerici memorati eidem eccleſiæ reuerenter exhibeant omnia ſupradicta. excepto quod de correctione & excommunicatione & ſuſpenſione ipſorum, pro bono pacis h noſtræ prouidentiæ reſeruamus.

Idem abbati ſancti Michaelis Abrad. diœceſis.

Licet abbatiſſa ſubditos excommunicare non poſsit, ipſi tamen ſibi obedire tenentur.

CAP. XII.

Dilecta filia in Chriſto Abbatiſſa de

h Pro bono pacis. Ergo videtur. quod de iure † communi, uacante eccleſia prælato, transferatur poteſtas ad capitulum ſed pro bono pacis, papa hoc ſibi reſeruat, cum omnia alia libere capitulo reſeruauerit. Et ita uacante eccleſia, capitulum poteſt iudicare, abſoluere, & excommunicare. ĩ. de hære. ad abolendam. j. reſpõ. ĩ. c. cũ olim. arg. lxv. di. c. ulti. & vij. q. j. pontifices. & xxiij. diſt. in noĩe dñi. Ea uero quæ miniſteriũ cõſecrationis deſiderant facere non poſſunt: imo uocabunt uicinos epiſcopos cum cautelæ ſtudio: ut in d. ca. pontifices. Præbendas tamen vel dignitates, uel curã animarũ, quæ pertinent tantũ ad prælatum, capitulũ vacãte eccleſia conferre non põt, quia nuſquã inuenit qđ vacãte ſede ptãs cõferendi bñficia trãsferat ad c. ĩ. ne ſed. va. illa. arg. cõtra illud ꝙ dictum eſt ꝙ cap. poſsit abſoluere. xj. q. iij. ſi qs eps dãnatur. Illud uerũ eſt, ꝙ ſi excõicatus à prædeceſſore non ſit abſolutus, ꝙ ſucceſſor illũ abſoluere põt, cum ei ſuccedat in onere ac in honore. ſ. eo. off. or. paſtoralis. Sed non negatur, quin capi. poſsit † illũ abſoluer neceſsitate exigẽte: & ita propter periculum animarũ hoc permittitur. Et ſatis põt cõcedi argu. huius c. quod capitulũ uacãte eccleſia (cum cauſa rationabilis ſubeſt) poteſt excommunicare ſubditos ſi fuerint contumaces & inobedientes.

† Iure. de Panorm.

† In pluribus excẽ. ſcriptis ſic legitur, ut earundem capellarũ presbyteri & clerici Cardinali, qui nũc in ipſa eccleſia, & qui p tempora fuerint, manualẽ &c.

† Poſsit. cap. j. eo. in vj.

Dilecta filia. Prima pars ponit querelam. Secunda ibi, quocirca. dat iudices. Abb.

Bubrigeñ. [†] transmissa nobis petitione monstrauit ꝙ cùm ipsa plerunque canonicas suas & clericos suæ iurisdictioni [a] subiectos propter inobedientias & culpas eorũ ab officio beneficioq; suspendat. ijdem confisi ex eo qđ eadem abbatissa excõmunicare eos nõ potest, suspensionem huiusmodi nõ obseruant, propter qđ ipsorũ excessus remanẽt incorrecti. Quocirca mãdamus quatenus dictas canonicas [b] & clericos ut abbatissæ præfatæ obedientiam & reuerentiam debitã impẽdentes eius salubria [c] monita & mãdata obseruẽt, ecclesiastica censura compellas.

Gregorius nonus patriarchæ Grand.

Si metropolitanus a suffraganeo iuramentum exigit ultra formam statutam a canone: in eo qđ est ultra, suffraganeus non tenetur.

CAP. XIII.

Dilecti filij archi. & capitulũ Castellañ. suã ad nos querimoniam detulerunt, quòd cũ à Castella. episcopo exigeres iuramentũ præter formã canonicam, quam cæteri suffraganei metropolitanis suis consueuere præstare, ijdem conspiciẽtes ex hoc ecclesię suæ præiudiciũ generari, ad sed.ap. appellarunt: [d] & infrà. Cùm igitur non deceat alij te fecisse, qđ ab alio fieri tibi nolles: [e] Mandamus quatenus contẽtus forma [f] canonica quam nos à coepiscopis nostris nobis immediate subiectis recipimus, nil amplius à Castellañ. episcopo obtentu alicuius cõsuetudinis [g] exigas prætextu pstiti iuramẽti, [h] sciens

Glossa sequens allegat unam concordantiam, in contrarium allegat tria iura. & soluit.

[a] Iurisdictioni. Sic ergo mulier habet iurisdictioné. j.de arbi.dilecti. Sed cõtra uidetur, quod mulier iudicare non potest. xxxiij. q. v. mulierem. nec ciuilibus fungit officijs. C. de procu. alienam. ff.de reg. iu.l.ij. Dicas, quod abbatissa habet iurisdictionẽ talem qualem: non ita plenam sicut uir habet. Dicas ergo, ꝙ potest suspendere ab officio & beneficio monachas suas, & clericos suæ iurisdictioni subiectos, secundum quod hic satis innuitur si inobediẽtes fuerint. habet enim administrationem temporalium & spiritualium.arg.j. de confir.cum dilecta.j.de his quæ fi. a prælat. sine cõsen.cap. c.ij. Itẽ ratione suæ administratiõis, post suam confirmationem potest conferre ecclesias & beneficia, & instituere clericos in ecclesijs sui monasterij, sicut faciunt confirmati. s. de elect. nosti. & sicut abbates.infra, de his quæ fi.à præl. sine consensu. ca.ea noscitur. Sicut enim abbas de cõsensu capituli repræsentat: ut dicit illa decr. ea noscitur. eodem modo abbatissa. Excommunicare autem non potest uel absoluere.j.de sen.excom.de monialibus. Et potest dici, [1] quod nec ab officio potest suspẽdere, nec interdicere, quia & hoc pertinet ad claues. j.de excef.præl.tãta.& non dicit hic papa, qđ nõ posit, quia sexui fœmineo, sed uirili traditæ sunt claues regni cœlorũ. licet enim beatissima virgo Maria excellẽtior sit apostolis uniuersis: nõ tamen illi, sed illis tradidit claues regni cœlorum. j.de pœ. & re.noua. nec potest uelare moniales.xx.q.ij.statuimus. Præterea mulier non debet habere talem potestatem, quia nõ est facta ad imaginem Dei sed vir, qui est imago & gloria Dei: & mulier debet subesse viro, & quasi famula uiri cum uir caput sit mulieris, & non econuerso. xxxiij.q.v.hæc imago. & c.cum caput. Et ideo quia excommunicare non potest, præcipit papa, quod clerici & moniales qui contemnũt suspẽsionẽ ipsius, compellãtur per cẽs. eccl.ad secundam eius suspensionem & salubria mãdata eius.

[b] Canonicas. Non dicit monachas. loquitur secundum consuetudinem Theutonicorum ubi sunt canonicæ seculares quæ nullam faciunt professionem nec renuntiant proprijs, imo quandoque contrahunt matrimoniũ [2] : de talibus potest intelligi.cxij. quæstione ultima.cap.ult. in fine.

[c] Salubria, si certum est, quod sint salubria, uel etiã si sit dubium.xj. quæst.iij. quid ergo.& xxiij. quæst.j. quid culpatur. in fine. si certum est quod esset mala, non est obediendum. xj. quæst. iij. non semper. c. si dominus. & cap. Iulianus.

Dilecti filij. In prima parte ponitur, quærela. In secunda prouisio. ibi, cum igitur. Abb.

[d] Appellarunt. quia eorum intererat. p tale enim iuramentum, præiudicabant ecclesiæ saltem de facto, quare admissa fuit appellatio.ij.q.vj.non solent.& s.de electio. cum inter R. Et sic episcopus per iuramentum suum non poterat ecclesiam obligare, cum non tenuerit quo ad illa quæ præter formã canonicam continebãtur in eo. si.j. de relig. do. cum dilectus. nam delictum personæ &c. xvj.q. vj. si episcopũ. nec conditionem ecclesiæ in hoc potuit facere deteriorem. infra, de do. fraternitatem. si. infra, de instit. cũ venissent. ubi dicitur, ꝙ iuramentum à prælato. in præiudicium suæ dignitatis præstitũ, non præiudicat ecclesiæ. & inuito prælato & contradicente, ecclesia posset pro defensione ecclesiæ cõtradicere, & repetere quod præstitum esset occasione talis iuramenti.xij.quæst.ij. non liceat papæ. & infra, de iureiur. sicut.ij.

[e] Nolles. Sic.dist. j. in princ. [3] Vnde versus:
Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non, mihi noli.
Sic potes in terris viuere iure poli.

[f] Forma. Quam habes.j.de iureiu.ego N.qua forma papa contentus est: ut ibi dicit, ergo multo fortius & alij debent esse illa contẽti. si. xxij. q. v.de forma. In qua forma debet specialiter inseri iuramentum de fidelitate & obedientia.infra, de priuil.antiqua.

[g] Consuetudinis sic patet, quod consuetudo non habet locum in hoc casu: cum talis consuetudo sit contra generalem ecclesiæ cõsuetudinem. c.distin. cõtra morem. seruare enim debet morem aliorũ etiam metropolitanorum: ut ibi dicit: & quia per usurpationẽ hoc faciebat, non prodest consuetudo.x q.iij. quia cognouimus.& xciij.dist. illud. & xxiiij. q.j. schisma. & j.q j.nullus episcopus. Item est arg. ex eo quod dicit, nil amplius exigas quod sua authoritate potest denegare, quod contra generalem consuetudinem aliorũ metropolitanorum præstitit. x. q. iij. quia cognouimus. licet illud diu præstiterit. C.de agric.& censi.l.litibus.lib.xj.& infra, de censi. peruenit. arg. tempus enim non inducit obligationem, sicut nec tollit. ff.de actio.& oblig. obligationum. §. placet.

[h] Iuramenti. Not. quòd iuramentum non extenditur ad ea, quæ de iure præstanda non sunt, licet super his iuretur. [4] Iuramentum enim non fuit inuentũ, ut esset

[†] Alias, Lumburgeñ.

Abbatissa an possit habere iurisdictionem.

[1] Dici.idẽ Io.An.Hẽric.bohic. Panor. Fely.hic. Sed imo quædã hoc habẽt ex priuilegio.

Mulier nõ est facta ad Dei imaginẽ.

[2] Dicunt hic Ioã.& Vin.idem de quolibet cõuerso uel cõuersa ecclesiæ secularis. s. quod contraherẽ potest nec gaudet immunitate canonis si q̄s suadente. secus ĩ conuersis religiosorũ. de sen. excõ. non dubiũ. ubi de hoc. Ioan. Aud.

[3] Cõcor. l. iustitia. ff.de iusti. & iure & inst.eo. §. iuris præcepta. & ibi gl. no. in vers. alterũ nõ lædere.

[4] Cõcor. l. non dubiũ. C. de legib.& l. non uidetur. §. qui iussu.ff.de reg. iur.

vt esset iniquitatis vinculum. j̃.de iureiur. quanto. & xxij.q.iiij.inter cætera.imo ipso iure non tenet iuramentum quo ad alios articulos qui in forma iuraméti non continentur: ut dicitur hic in fi. & iuramenta contra statuta canonũ præstita,nõ tenent.j̃. de fo.cõpetenti.si diligenti. in fin. & quia iuramentum illud præstitũ fuit in damnũ ecclesię: ¹ vnde nõ tenuit.j̃.de iureiur. sicut.Itẽ habes hic, quod iuramentum tenet pro parte, & pro parte non tenet. sic. xxij. q.iiij. inter cætera. Item argu. quod utile nõ vitiatur ꝑ inutile.

¹ Id autẽ solũ quod post appellationem uel ante pręstitum fuerit: nõ impedit quo minus obliget: dum modo sine interitu salutis seruari posſit. j̃. de iureiu. si vero. Io an. And.

Cvm olim. Primo prouidet circa electionem faciendam. Secundo circa confirmationem: ibi, mandantes. Abb.Sic.

a Priuati. Quia elegerunt indignum. s̃.de electio. cum in cunctis. & cap.cum vinto. & c. congregato. & sic de gratia tantum restituitur eis electio, uel quia non elegerunt intra tempus. supra de elect. ꝓ defectu.

² Fructus. Panor.hic & ca. cum olim. col. j. de iure pat. gl. fi. in ca.cum Bertoldus de re iud. vides ut sensim ratio quæstus irrepsit. ecclesia enĩ primitiua nõ minꝰ hoc quã Simonem magnũ execrata fuisset. hos autẽ fructus Panor. in c. consultationibus. de iure patro.censet esse industriales, idẽ Franc. Ripa.in c. cum ecclesia sutrina nume. 93. de causa poss.& ꝓprieta. de hoc dubitat.

nos eundem episcopum ab huiusmodi iuramẽto, quo ad alios articulos absoluisse, uel denuntiasse potius non teneri.

Idem priori fratrũ prædica. & archi. Rheginẽ.

Vacante episcopatu, capitulum confirmat & infirmat electionem.

CAP. XIIII.

Cvm olim causa: & j̃. Quocirca mãdamus quatenus, licet cõuentus monasterij S. Saluatoris Messañ. sint ipso iure hac vice eligẽdi seu postulandi ꝑtãte priuati: a de gratia tamen eligẽdi seu postulandi detis ipsis authoritate nostra liberã facultatem: Mandãtes eisdem ut cum ecclesia Messañ. vacet ad præsens, electionem suã cõfirmandã, prout de iure fuerit, uel etiã infirmandã, præsentent capitulo b Messañ.

Glossa sequens alleg. duas concor. in contrarium allegat iij. iura. & soluit, respondet ad contraria, & remittit. Finis recit. per quæst. quam soluit, et remittit. Io. An.

b Capitulo. Sic patet hic manifeste, quod vacante ecclesia, potestas siue iurisdictio episcopi deuoluitur ad capitulũ. sic. j̃.de hære.ad abolendam.in prin. & s̃. eod.his quæ. arg. contra multa habes quod potestas episcopi non deuoluitur ad capitulum uacante ecclesia. j̃.ne sed.vacã.illa.& xxiiij.dis.presbyteri secundũ Io.ut ibi no.lxxj.di. fraternitatem. ubi dicitur quod vac.eccle.collatio beneficiorum nõ deuoluitur ad capitulum,& quod capitulum nõ potest dare licentiam alicui transeundi ad aliam ecclesiã si illic eligatur, & hic dicitur, quod capitulum, potest confirmare electũ in abbatem vacante ecclesia. Quæ est ratio diuersitatis hincinde? Ratio illa põt esse, capitulum ideo non potest alicui dare licentiam transeundi ad aliam ecclesiam. quia ibi est quædam alienatio personæ, sed capitulum sine consensu prælati, alienare non potest sede vacãte.xij.q.ij.si qua de rebus. sed maior est alienatio personæ quam rerũ.xij.quæst.j. præcipimus. & ideo non potest dare licentiam transeundi, sed per cõfirmationem de qua fit hic mẽtio, nulla fit alienatio, nec præiudicatur episcopo futuro, & sic loquuntur cap.prædicta, quæ signantur pro contrarijs. Ad illam decre. illa. dicas quod capitulum non potest conferre beneficia, quæ pertinent ad episcopum uacante ecclesia: quia omnes fructus & iura episcopatus, debent fideliter custodiri & reseruari successori. xij. q. ij. hæc huius placiti. & c.non liceat.& s̃.de off.ord.cum uos. Sed collatio beneficiorum inter bona episcopalia, & fructus ² computantur,& magnũ fieret præiudicium episcopo successori, per talem collationẽ, & ideo non potest conferre nec distrahere tales fructus sicut nec alios,& de hoc dictũ est. s̃.eod. titu his quæ. Et quod ibi minus dicitur, supple hic. Et coram capitulo poterit obijci electo quicquid posset corã episcopo: & capitulum cognoscet tanquam episcopus de his quæ obijcientur contra electum, & cassabit electionem si cassanda fuerit. alias non assumet capitulũ iurisdictionẽ episcopi. de hoc not. s̃.de offic.ordi. irrefragabili. Alij dicunt, quod continet gratiã per illam decretalem. j̃. ne sed.vac. illa. ubi dicitur quod non inuenitur in iure, quod collatio beneficij spectet ad capitulum.

Idem archipresbyter. sanctæ Mariæ maioris de Vrbe.

Qui maior est ordine, licet in ecclesia posterius receptus, in loco & portione præfertur. h.d. secundũ uerã lecturã †

† Vide Ias. cons. cxc.ij.lib. ij.

CAP. XV.

Statuimus ut presbyteri primũ locum, c diaconi secundũ, subdiaconi tertium. Et sic de reliquis obtineant ordinatim, etiã si posterius admittantur. Et qui maior est ordine: etiã si postea sit receptus, et in portione percipiẽda, potioré d esse volumus, ac minores

Statuimus. Tria sunt dicta. Secundum ibi,& sic. Tertium ibi,& qui. Abbas Sic.

c Primum locum. quia secundum dignitatem cuiuscunque, quilibet honorãdus est in sede. s̃. de consue. cũ olim. & qui prior est in eodem ordine, uel dignitate ordinatus, in loco & in subscriptionibus præmitti debet.xvij.dist. c.ulti. & ff.de albo scri.l.j.& lxxiiij.dist. episcoporum. sic. s̃. c. j. & lxxv. dist.c. ult. minores enim maioribus obsequium præstare debent.xciij.di. à subdiacono.C.de offi.rect. l.j.arg.contra.xxij.q.iiij.sicut excellentior, ubi dicitur: non gradus excellentior uel elegantior, sed uitæ &c. & xl. dist. non loca uel ordines. Sed ibi loquitur quo ad uirtutes, siue de merito uitæ. xl.dist. c.ult.

Glossa sequens dicit ad partem, quod habenda sit ratio personarum, &c. allegat ix. canones, unam decre. & iij leges, in contrarium allegat duos canones. quinque decre. & unam legem & soluit.

Personarũ ratio an sit habenda in beneficiorũ ꝑceptiõe.

d Potiorem. Sic videtur, ꝙ in ꝑceptione beneficiorũ habenda sit ratio personatuũ siue dignitatum, ut plus percipiãt, qui in potioribus sunt ordinibus cõstituti: & meliora stipẽdia conferantur secundũ dignitatem cuiuscunq;: ut xij.q.ij. nobis.c.vulteranæ.& c.concesso.& di.j.ius militare.& j.q.ij.c.ult.& lxxiij.dist.consuluit.& lxj.dist.miramur. in fi. Et is gradus cæteros antecedat, quem labor prolixior & stipendia meliora fecerint anteire.C.de off. mag. offi. l.nemo. Et ratio stipendiorũ habenda est.ff.de re milita.non omnes.in prin.& in auth.de defen.ciui.in prin. col.iij. vbi nobilitatis ratio habetur. & de pœ.di.iiij.in domo. & j̃.de præben.de multa.§.ult. & xlj. dist. nõ cogantur. Sed contra videtur, ꝙ omnes qui in una ecclesia famulantur æqualiter percipere debent. s̃. de cõsti.cũ omnes. & c.cũ M.nec uni dandũ est, unde alij scrupuloso corde moueãtur.xvj.q.vij.c.j.& dicit apostolus. ³ Non enim uolumus ut alijs sit remisſio, nobis aũt tribulatio.xxv.q.j.§.his ita ad fi.ff.pro socio. verũ. §. si cum tres.ubi dicitur, ꝙ ex eadẽ societate non debet unus plus

³ Secũdæ ad Cor. 8. Casſiodorus episcopi.vij. Iniquũ est ut ex una substãtia quibus cõpetit æqua succesſio, alij abundanter affluant: alij pauptatis incommodis ingemiscant.

plus ꝑcipere,quā alter: nec nobilis ꝑponitur ignobili.ar.j̃.de ap.cōstitutus.nec refert vndecūq; sint.j̃.de insti.ad decorē. & dū q̧s laudabiliter officiū suū exequitur:ex abūdāti requirit suæ notio nationis.j̃.de iudi.cū deputati.Quid ergo est dicēdū? Dico,qđ ab initio cōsideranda est nobilitas siue scientia:ut etiam maioribus & pluribus beneficijs honorēt ab illis, q̧ eos promouēt.j̃.de ꝑb. de multa.& circa eos qui simul sunt in ecclesia honestū esset,ut qui maiores sunt, plus percipiāt & digniores: secundū qđ dicūt iura priora. Sed circa hoc plus cōsiderat uniuscuiusq; ecclesiæ cōsuetudo.s̃.de cōsti.cū oēs. & c. cū M. Sed si nulla sit cōsuetudo,puta quia ecclesia fundatur de nouo: tunc videtur,quod secundum locum & meritum cuiuscunque sint danda stipendia. Sed videtur quod recurrendum sit tunc ad consuetudinem uicinarū ecclesiarū siue prouinciç.j̃.de cēsi. super eos.Iure communi non plus credo dandum maioribus,quam minoribus: nisi consuetudo contrariū inducat: & secundum hoc potest exponi, potiorē id est priorem: ut primo percipiant qui in maiori ordine sunt cōstituti: & hoc seruari potest in ecclesijs ubi nō sunt distinctæ præben.ubi uero distinctæ sunt, qui libet percipit per se suos reditus: & hic nō credo præbendas esse distinctas:sed fructibus collectis,quotidie forte percipiunt quilibet portionem suam.

facere seruitia cōsueta.[a]

Idem archiepiscopo Coloceñ.

Si ecclesia sita in aliquo archidiaconatu,erigitur in cathedralem, à iurisdictione archidiaconatus eximitur.

CAP. XVI.

CVm inferior superiorem soluere nequeat uel ligare, [b] sed superior inferiorem liget,regulariter, & absoluat,& satis absonum videatur,ut filius potestatem habeat in parētem: [c] miramur quòd cùm tu monasteriū de Cheur. constitutum in Firmieñ. archidiaconatu tuæ diœcesis, ecclesiā erexeris cathedralem: [d] archid. Firmieñ. in tantam prorupit temeritatis audaciā,ut in eꝑm ibi cōsecratū & ecclesiā suā iurisdictionem exercere præsumat: & j̃. Mandamus quatenus præfato archidiacono à cuius iurisdictione dictū eꝑm denuntiamus exemptū, [e] id districtè studeas inhibere: Prouiso ut si ex hoc archidiaco. Firmieñ. iura lędunt, in diœcesi tua (ubi expedire videris) absque alieni iuris præiudicio, [f] recompensationem illi

Glossa sequens distinguit duplex seruitium diuinorum,&c. Item reuerentiam & obedientiam.

[a] Seruitia consueta. Nota,quod minores seruitia facere debent maioribus [1] hoc intelligo circa seruitia exhibenda in obsequijs diuinorum: ut secundū quod quilibet minorē in ordine, maiora seruitia faciat,secundum suū ordinem debita: prout dicitur. xxiij.dis. subdiaconus.& c.seq.in quibus ostenditur quid pertinet ad officium cuiuslibet. Alia uero seruitia extra diuinorum celebrationem facere nō tenentur, si quæ non pertinent ad obsequia ecclesiæ. Reuerentiā tamē minores maioribus exhibere tenētur:ut minor assurgat maiori:& cedat ei primū locū in sedēdo & in eundo.xciij. dist.a subdiacono, nisi minori in ordine maior administratio sit concessa.unde archipresbyter archidiacono debet reuerentiā ratione administrationis & officij sibi commissi.xxv.di. perlectis. s̃.de off. archi.ad hæc.in mādato siue iudicio nemo tenetur alteri: nisi ei qui habet administrationem uel iurisdictionem super eū, cui obedire tenetur in his quæ spectant ad officium suum: & eius honesta & salubria mandata obseruent.s̃.eo.dilecta.& s̃.de off.archid.ad hæc. [2] s̃.de off.archipresby.c.j.ij.& iij.& j̃.c.proxi.

[1] Cōcor. tex. in l. potiores. cū ibi not. C.de off. re.pro.

[2] Vel cū minor gerit locū maioris xciij. dist.c.vlt. Ioā. And.

CVm inferior. Primo narrat factum. Secundo prouidet episcopo: ibi,mādamus. Tertio prouidere mandat archidiacono: ibi, prouisio. Abb.

Gloss. seq. ponit tres regulas: & à qualibet illarū excipit, secundo arg. & illud determinat.

[b] Ligare.xxj.dist. inferior sedes. Not. ex hoc loco, quod inferior superiorem non potest ligare uel soluere. Item qui potest ligare,potest & absoluere.Et econuerso qui potest absoluere,potest ligare.sic.ff.de re iudi.l.iij.Primū recipit exceptionem,cum maior subijcit se etiam minori ij.q. vij. nos si incōpetenter.& ff. de iurisdi.om.iud.est receptum. Secundum recipit exceptionē s̃.de off.deleg. quærēti.ubi aliquis potest ligare. sed post annum non potest absoluere. Tertium similiter habet exceptionem,de conse.dist. iiij. sanctum est. ubi ponit quis potest absoluere tēpore periculi, qui tamen, non potest ligare. Item est hic arg.qđ si papa mādat alicui ut excommunicet aliquem, quod potest absoluere illum quia excommunicatio & absolutio pari conditione censentur, vt cui unum committitur,& reliquū. de pœnit distinct.j.verbum. Sed [3] hoc non credo si hoc sibi tantum quasi executori committatur, cum ad certum articulum datus sit executor.argum. s̃. de offic.deleg.super quæstionem. §. j. & c.fin. § fin.

Excōmunicare valēs ex mādato papæ an possit absoluere.

[3] Sed. idē Panormi.

[c] Parentem. Imo ecōuerso filius debet esse in patris potestate.j̃.de conuer.in fi.c.ult. & insti.de pat.pote. §.ius autem.arg.contra.s̃.de renun.ad supplicationē. ubi minor præest maiori, & iurisdictionem habet in ipsum,imo pater debet regere prolem suam. xxiij.q. iiij.duo ista nomina.& C.de emenda. propin. l.una.j̃. de sen.excom.cum uoluntate.§.ult. & filius etiā dum est in potestate patris, agere pro rebus suis non potest, C.de anna.except.l.j.§ j.in fine.

Glossa sequens in princ. & in fin. fortificat textum, in medio signat contrarium.

[d] Cathedralem. De licētia domini papæ.xvj.q.j.præcipimus.& xxij.di.c.j.& j̃.de exces.præla.sicut unire. & j̃.ne sed.vac.c.j.alias authoritate ꝓpria nō potuisset.quia hmōi mutationes,trāslationes, & consimilia debēt fieri de authoritate papæ.vij. q. j. mutationes. arg.cōtra.s̃.de off.ord.qm̄ in plerisq;.§.prohibemus, &c. hoc factū fuit propter longā & latam prouinciā: uel propter diuersitatem linguarū. s̃. de off.ord. qm̄. & c.inter cætera. quod licet ex authoritate illius canonis,quoniam.& s̃.de transla.inter corporalia.

Glossa sequens recit. per obiectionem. & solut. & solutioni signat contrarium cui respondet.

[e] Exemptū. Nam solus papa, eximit episcopos. xvj. q.frater noster.sed per hanc exceptionem,quæ fit ab archid.non intelligitur exemptus a iurisdictione episcopi.& sic uidetur,ꝙ nisi fuisset exēptus [4] a iurisdictione archid.iurisdictionem haberet in eum,sed quia hoc erat inhonestum,ut maior subesset minori,& cōtra iura. xxj. dist. inferior. & xciij. dist.à subdiacono. ideo exemptus fuit omnino à iurisdictione ipsius.

[4] Nō eximit: imo denunciauit exemptum. Io. And. Pan.

[f] Præiudicio. Et sic papa nō intēdit alij per suas literas præiudiciū irrogare.sic.s̃.de consuet.cum olim. in fi.

in fin. & s. de offi. ordi. licet. cum concord. & s. de usu palij ex tuarum. ff. ne quid in loco publi. l. ij. §. merito. & §. si quis a principe. & supra, de offi. delega super eo. & ix. q. iij. nunc. uero.

Humilis doctrina. In compositione super iure primatiæ facienda, debent omnes prælati prouinciæ & capitula ecclesiarum cathedraliũ consentire. Et duo facit, nam primo mandat cõpositionẽ publicari si prælati consentiãt. Secundo ibi, si qui uero, dissentientes mãdat citari, & publicationem non fieri. Abbas.

facias congruentem.

Idem Lemouicen. archi. & priori sanctæ Radegundis Pictauen.

Compositionem super iure primatiæ, unus solus cuius interest, poterit impedire.

CAP. XVII.

Humilis doctrina a magistri: & infra. Mandamus quatenus prælatorum b Burdegalen. prouinciæ ĩ ea præsentiũ, c & cathedralium capitulorum eiusdem, necnon & Bitur. capituli d super ℘uisione quã ĩ ter Bituricẽ. & Burdegalẽ. archiepiscopos in cã primatiæ † duximus faciendam, requiratis assensum: quo habito ℘uidentiam nostrã solenniter publicetis. Si qui uerò cõsensum præstare noluerint e uos supersedentes publicationi prædictæ districtè præcipiatis eisdẽ, ut personaliter f si prælati fuerint: uel si alij g, per procuratores idoneos nostro se conspectui repræsentent, prosecuturi corã nobis ius si quod habere contendunt: & satisfacturi parti alteri si succubuerint, in expensis h.

a Humilis doctrina. Bene dicit humilis, nã magister debet esse humilis & benignus auditoribus, & humiliter docere, nõ cum austeritate & potentia: ut xlvj. dist. hoc habet. austeritatis autem nimiæ increpatio nec correptionem recipit, nec salutem. xlv. di. cum beatus. & nimia sæuitia præceptoris, culpæ comparatur. ff. ad l. aquil. præceptoris. modica tñ & leuis coerctio conceditur magistro, ita ut excommunicationem nõ incurrat. j. de sen. excom. cum uoluntate. & c. ex tenore. & xxiij. q. v. circoncelliones. ad fi. nec sæuienda audacia debet concedi, nec paterna diligentia omitti, ut ibi dicitur. & cap. circuncelliones. in fi. quia dum nimium seruatur humilitas, regendi frangitur authoritas 1. lxxxvj. di. quando necessitas.

Glos. seq. quærit, obijcit quare ex parte Burdegal. nõ sufficit consensus capituli sicut econuerso: cum prælatus cum capitulo litiget donec componat. Solu. quod propter interesse.

b Prælatorum. Sed quare requiritur consensus istorũ prælatorũ? Videtur ꝙ consensus capituli Burde. sufficit in tali prouisione. sicut ex alia parte sufficit cõsensus capituli Bituricen. quia prælatus de consensu capituli sui litigare potest. j. de procu. alia quidẽ. põt etiã donare. j. de do. pastoralis. in fi. & j. de his q̃ fi. a præla. sine cõ. ca. cũ nos. potest etiã compositionẽ facere. j. de transa. cõtingit. & j. de deci. ex multiplici. Dicas ꝙ ideo requirit consensus prælatorum, & capitulorũ cathedralium ecclesiarum Burde. prouinciæ, quia per illam prouisionem reseruabatur ius Bituric. archiepiscopo in Burd. prouĩcia ut possit uisitare. Vnde hoc respiciebat prælatos & capitula, quia tunc eũ procurare tenerentur cum accedit ad eorũ ecclesias. 2 j. de præscri. cum ex officij. j. de sen. sopite. & alia eorum intererat consentire uel cõtradicere, quia ꝙ omnes tangit, ab omnibus est approbãdum s. de offi. archi. ad hoc. in fi. & j. de temp. ord. si archiepiscopus. & lxvj. di. archiepiscopus. & liij. di. c. j. in concedendo haustum aquæ omnes uocandi sunt qui ius habent. ff. de aqua plu. arcen. in concedendo. & ideo requiruntur ut consentiant uel dissentiant. Ex alia parte sufficit consensus capituli Bituricen. quia per illam prouisionem consulebatur Bituricen. archiepiscopo, nec intererat aliquid prælatorum Bituricen. prouinciæ de illa prouisione.

c Præsentium. Arg. ꝙ præsentes tantũ requirẽdi sunt ad componendum, & eodem modo ad litigandum, sicut in alienationibus faciendis. x. q. ij. hoc ius. uer. si autem. ar. vij. q. j. factus. Sed quid esset si modica pars prælatorum esset præsens, & lõge maior esset absens, & eodem modo de capitulis nunquid sufficit consensus illorum paucorum ad consentiendum huic prouisioni, uel ad mouendam litẽ? Videtur ꝙ sic 3 arg. huius. c. x. quæ. ij. hoc ius. Sed quos dicemus præsentes: an illos tantũ qui sunt in ecclesijs suis, an etiã illos qui sunt in prouincia: ꝙ uidetur. C. de præsc. lon. tẽp. l. ulti. Vnde credo. ꝙ requirendi sunt: dũmodo sint in ℘uincia: quia pro præsente ibi habentur. Item credo si minor pars capituli sit præsens quod debeat uocare alios qui sunt in prouincia, si commode uocari possunt, quousq; saltem sit ibi maior pars capituli. Si autem sint extra prouinciam, aut ita remoti ꝙ commode uocari non possunt, præsentes disponant de reb. eccle. quia tota potestas & ius uniuersitatis remanet penes illos quotcunque sint. ff. quod cuiusque uni. l. sicut.

d Capituli. Per hanc decreta. probatur, ꝙ prælatus sine consensu capituli non põt agere nec componere, secundum ꝙ no. s. de rescrip. edoceri. & j. de proc. ca. j. Arg. ad hoc. supra eo. dilecti. Ber.

e Noluerint. Nota quod ille cuius interest, impedit prouisionem papæ sicut aliquis retardat executionẽ sententiæ. infra de testi. ueniens. ij. & infra de re iud. cum super cõtrouersia. arg. quod nõ intendit papa alicui præiudicare per suas literas.

f Personaliter si prælati. Cum. n. quis citat̃ ut personaliter ueniat ad cãm, non sufficit tunc mittere ℘curatorẽ: ut hic vr̃. Si uero simpliciter citetur, tunc põt mittere procuratorẽ. C. de ℘cu. l. ult. in prin. uel ipse debet ire infra de do. & contu. cum dilecti. & C. de proc. l. ult. Sed cũ personaliter quis citatur, & ipse ire non põt, uel etiã in alio casu cũ simpliciter citatur si causa sua ardua sit: nõ compellitur mittere procuratorẽ. C. de procu. l. ult. sed debet in utroq; casu nuntiũ destinare, ad allegandas cãs quare uenire non possit. j de ℘cu. querelam. & ibi dr̃ de hoc. Et illud scire debes, ꝙ legatus a sede apostolica non potest iubere alterutram partem corã se personaliter cõparere, si de hoc nõ habeat speciale mandatũ: nisi causa sit criminalis, uel ℘ ueritate dicẽda, uel pro iuramento calumniæ faciendo iuris necessitas hoc exigat. in dec. In. iiij. j. de iud. iuris esse ambiguũ, sed papa hoc facere põt, quia non adstringitur legib. uel canonibus 4, ut hic patet. B.

g Vel si alij. Vt capitula quæ non nisi per procuratorem uenire possunt.

h In expensis. Sic uidetur per literam istã, quod uictus uictori cõdemnandus est semper in expensis. arg. j. de pe. calumniam. de hac materia tractatur plene infra de do. & contu. finem. Sed hoc ideo, quia iam quasi intentio actoris fundata erat per compositionem: & ideo si succumbant, quasi calumniose uideantur hoc fecisse.

1 Vnde non patiatur se contẽni. ff. de off. præsi. obseruandum tenẽdũ ẽ ergo mediũ. de offi. cust. c. j. Ioan.

3 Idẽ ex iure primatiæ ipsorũ causæ ad ipsũ deferri poterũt pap pellationem gradatim, itẽ per negligentiã de uoluerĩt ad ipsos beneficiorũ collatio & his similia.

† Infra dẽ dila. c. ult. j. de dol. & cõtu. c. ul. & secũdũ Alb. in rub. de statu. hominũ col. ulti. archiepiscop' Bituricẽsis, ẽ primas in Burdegalensi ℘uincia. & Card. Alexã. in ca. diffinim'. xxij. dist. ponit Bituricensẽ primũ pr̃iarcham, post quatuor antiquos pr̃iarches. Nic. Boeri. late in additio. ad trac. dẽ authoritate & pemĩnẽtia magni cõcilij ubi dicit in consessu Turonẽsi. tẽpore Lud. xij. factã iniuriã Bituric. post magnã cõtẽtionem in sessiõe post posito Lugdunensi, qui etiã exinde dẽ facto est in possessiõe primatiæ.

3 Quod sic. idẽ Pa.

Citatus an possit mittere ℘curatorẽ?

4 Vnde ex plenitudine ptãtis cogit. eos hic personaliter uenire: uel ℘pter psonarũ legalitatẽ. ff. dẽ procura. si actor uel ℘pter magnitudinẽ causę. j. dẽ procu. c. ij alias prælatus etiã ante li. cõtest. dat ℘curatorẽ. j. de iu. calum. cum causam. secũdum G. Ioã. And,

fecisse, quia tunc demum consueuit dici, q̃ uictus in prima causa uictori sit condemnandus. & quasi ad terrorem hoc dixit papa: ut si dubitarēt de iure suo non litigarent. Et est arg. op. quod uictus uictori semper sit condemnandus in expensis.

& multo minus isto tempore. Sed quod dicit hic hodie non tenet: & episcopi qui non seruant hanc constitutionem, non dicuntur transgressores: quia non fuit moribus[x] utentium approbata huiusmodi treuga.iiij.di.c.in istis.§.leges.Vin.

DE TREVGA & pace.

Quia iudicum est ad pacem discordãtes reducere.xc. dist.per totũ, ideo quia est tractatum de officio iudicum, merito annectitur hic titu. Vel aliter sic: quia maiorum & superiorum est treugas & pacem inire, subditorũ uero obedirẽ. ergo etc. De hac materia tractatur xc.di.per totum xxiij. q. iij si quis romipetas. & ca.illi.

TITVLVS XXXIIII.

DE TREVGA & pace.

Alexander iij.in concilio Lateran.

Statuit tempora treugarum & pœnas uiolantium.

CAP. I.



Treugas[a] a quarta feria post occasũ solis, usq; ad secũdã feriã in ortu solis, ab aduentu dñi usq; ad octauas Epiphaniæ, & à lxx. usq; ad octauas paschæ, ab omnib. inuiolabiliter obseruari p̃cipimus. Si quis aũt treugas frangere[b] præsumpserit, post tertiã admonitionẽ, si non satisfecerit, suus eṗs sententiam excommunicationis dictet in eum, & scriptam uicinis[c] eṗis annuntiet, quorum nullus excõicatum in communione recipiat, imo scriptã sententiã quisq; cõfirmet[d]. Si quis aũt hoc uiolare prę sumpserit ordinis sui periculo[e] subiaceat. Et quoniã funiculus[f] triplex difficile rũpitur, præcipimus ut episcopi ad solum Deũ & ad salutem populi habẽtes respectum, omni trepidatione seposita, ad pacẽ firmiter tenendam mutuũ sibi consilium[g] & auxiliũ præbeant, neq; hoc alicuius amore[†] uel odio prætermittant. Quod si quis in hoc opere trepidus inuentus fuerit, damnũ propriæ dignitatis incurrat.

Idem.

Personæ hic enumeratæ plena securitate gaudẽt tẽpore guerræ

CAP. II.

Nnouamus[h] ut p̃sbyteri, monachi, cõuersi, peregrini, mercatores, rustici, eũtes uel redeũtes,[†] uel in agricultura existentes[i], & animalia quibus arant, & semina portant ad agrum, congrua securitate lætentur.

Treugas. in prima parte determinat tp̃s feriarũ in actu bellãdi. In secũda ponit pœnã rumpẽtiũ treugam. In tertia instruit omnes quid facere debẽt ut treugæ & paces seruentur, & ponit pœnam eorum ratione negligẽtiæ. Anto. de but.

Treugæ definitio.

[a] Treugas. Treuga est securitas præstita reb. & personis discordia nondum finita[z].

Glos. seq notabiliter obijcit, per locũ à diuisione, & dupliciter soluit.

[b] Frangere. No. q̃ hæc treuga canonica est[a], & non conuentionalis. si enim esset conuentionalis, semper seruaretur. nam fides hosti seruanda est. xxiij.q.j. noli æstimare. Sed qualiter intelligitur quod dicitur de ista treuga? Si intelligitur de iusto bello, à tali nullo die cessandum est etiam dominico die. xxiij.q.ult. si nulla. ĩ. de re.iu. quod non est citatum. Si uero de bello iniusto, hoc nullo tempore faciendum est. Solut. potest intelligi de iusto bello. & licet nunquã sit cessandum a tali minus tamẽ uacandũ est ei in hoc tempore quam in alio. unde capitulũ illud, si nulla intelligit quando ineuitabilis urget necessitas. Vel potest intelligi de iniustis bellis, uel papa respexit ipsum factum ut non semper darent operam bellis: & ideo ob reuerentiam dierum tunc cessarent: & nullo tempore debent fieri.

[a] Pax uero ē finis discordię, quę debet haberi in uoluntate guerra in necessitate vñ bellamus. ut pacem habeamus. [b] xxiij q. j. nisi bella. ca. noli æstimare. Ioã. And.

[z] Quæ dissidera iuř seruanda nõ est: ut scripsi de homi. pro humani. li.vj. super uerbo perpetuo. Io. And.

[c] Vicinis. xj.q.iij. ca.curæ.

[d] Cõfirmet. Id est obseruet. & ita ipso facto confirmat eã. alias nec ĩfirmare põt, cum nõ habet imperium par in parem. xxj di. in ferior. & c. deniq;. & melius. s̃. đ ele. ĩnotuit. & ff. đ arb. l. nã magistratus.

[e] Periculo. Id est excommunicationi subijciatur. xxiiij.q.iij. illi q. ubi hoc idem dicitur.

[f] Funiculus. Primus est excommunicatio proprij episcopi. Secundus est uicinorum episcoporum obseruatio seu confirmatio. Tertius consilium[†] & auxilium eorundẽ: & ideo q̃n fortior est, difficilius rumpit. C. cõia. de suc. auth. itaq;. ff. đ lib. leg. l. iij. in fi.

[g] Consiliũ. Nota, quod prælati tenẽtur sibi mutuũ prę stare consiliũ. & auxiliũ. xciij. di. p̃cipimus. & ca. per atũ.

[h] Nnouamus. Quia iam statutum est xxiiij q. iiij. si quis romipetas. & capit. paternarum.

[i] Existens ergo dũ uacant agriculturæ tantum habent priuilegium[4]: sicut militi non currunt tempora dum est in militia. C. q. nõ obest lõgo tẽp. præscrip. l. ult. sed[4] animalia semper habent: unde pignori dari non possunt. C. quæ res pig. ob. non possunt. l. pignorum.

[x] Moribus. idem Pan. Feli. hic Ange. Cla. ĩ uerbo, cõsuetudo. §. x. Iaso. l. si filius qui in ptãte. col. iiij. đ lib. et posth. Præpos. c. leges. iiij. dist. Ioan. Gerson in reg. mora. colla. iiij. Alex. cõs. cxxxij. li. j. ubi tetigi.

[†] Alias, timore.

[†] Infero quod securitas data ad eundũ, intelligit etiã data ad redeundũ. l. sicut. ff. ex quibus cau. maio. & in l. utimur. & ibi Bar. ff. đ sepul. uio. Phil. Frãc. c. cũ nõ deceat. de elec. in vj. Phil. Dec. cons. xlviij. col. ij. ubi tetigi. Hierõ. Grat. cõs. xcij. num. 13. cũ seq. lib. ij.

[4] Idem in pegrinis. s. quandiu peregrinãtur secundum Hos. sicut & legati priuilegiũ habent, quãdiu ĩ legatione sunt ff. de iud. l. ij. §. legatis. Ioan. And.

TITVLVS XXXV.

DE PACTIS.

Ex concilio Aphricano.

Pacta quantumcunque nuda, seruanda sint.

CAP. I.



Ntigon⁹ eṗs dixit: et ĩ. Aut unita pacta suã obtineãt firmitatem, aut conuẽtus (si se nõ cohibuerit) eccłasticam sẽtiat disciplinã. Dixerunt uniuersi, pax

DE PACTIS.

Supra uisum est de pace: sed quia pacta et transactiones sunt quędam conuentiones ex pace factæ, ideo &c. Abb. Sicu.

De hac materia habetur xxij.q.iiij. in multis capi.



Ntigonus episcopus. Iudex ecclesiasticus prouidet seruanti pactum contra nõ seruantem. h.d. Diuiditur. Nam primo ponitur dictum Antigoni epi. Secũdo ap̃probatio concilij. ibi, dixerunt. Ab.

Glossa

Glossa sequens notat pacta seruanda. allegat tres canones. & unam legem, ponit quatuor casus quibus non ualet pactum. In fin. argu. ex nudo pacto, etc. rationem reddit & remittit.

a Pax seruetur. Reformata per pacta inita inter episcopos, qui contendebant ad inuicem de iure parochiali. Et ita est arg. quod pacta legitima custodiantur. xx. q. j. puellæ. in fi. xxij. q. quarta. Innocens. & xviij. q. ij. Eleutherius. Pacta enim legitima, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, neque quibus fraus alicui fiat, facta sunt, seruabo, ait prætor. ff. de pact. l. iurisgétium. §. ait prætor. Pactum uero quod dolo initum est, nō valet. j. de rerū per mu. cum uniuersorum. C. de except. & præscript. aduersus. Item si alteri sit captiosum. ff. de rescin. ven. si id quod pure. in fin. Item si sit contra bonos mores. C. de inutil. stip. ex eo. Item quod obseruatum uergit ad dispendium salutis æternæ, non tenet. j. eod. pactiones. ubi de hoc. Itē habes hic arg. quod ex nudo pacto oritur actio. 1 xij. q. ij. quicunq; suffragio. & q. v. quia Ioā. licet sit cōtra, secundum leges. ff. de pact. l. iurisgētium. §. quinimo. igitur nuda pactio obligationem non parit. sed parit exceptionem: quia mortaliter peccat recedēdo à pacto. argu. xxij. q. j. prædicandum. quia inter simplicem loquelam & iuramentum non facit Deus differentiā. xxij. q. v. iuramēti. De hoc dic ut habes. xxij. q. ij. c. quicunque suffragio.

1 Actio. falsum: quia hic debet itelligi quod seruentur pacta secūdum eorū vim ut simile in l. iurisgentiū. §. prætor ait. ff. eo.

seruetur: a & pacta custodiantur.

Gregorius.

Conuentio inualida, per cōsensum superioris validatur.

CAP. II.

QVoties in cōuentionibus noster expectatur assensus, ne in dubium ueniāt quæ geruntur, ratihabitio b eas debet pro securitate partium solidare. c

Idem.

Iudex debet studiose agere, ut promissa adimpleantur.

CAP. III.

QValiter in Sardinia: & infra. Studiosè agendū est, ut ea quæ promittuntur, opere compleantur. d

Alexander tertius Exonen. & Vigor. episcopo.

Non ualet pactū, per quod beneficium ecclesiast. cum debet pecunia resignari.

CAP. IIII.

CVm pridem S. clericus procurator prioris & monachorum de Acra, & P. clericus pro causa quæ inter eos & prædictum P. ac fratrem eius cuius vicem se gerere dicebat e super ecclesia & capella de L. vertebatur ad nostram præsentiam accessissent, inter se (nō tamen nobis mediantibus) conuenerunt quod eidem P. pro expensis quas fecerat, tres marchæ argēti soluerentur, et idem P. liti cederet, f & à monachorum infestatione cessaret. Cumq; cōpositionem istā authoritate apo. peterent confirmari nos eam non duximus g admittendam, pro eo quòd videbatur prauam illicitæ h pactionis speciem continere: & infrà. Ille igitur nostris monitis acquiescens, & eidem liti pro se ac fratre suo renuncians, authentica instrumenta quæ super hoc habebat, in nostris manibus

Q quicunque suffragio. Voties.

b Ratihabitio. Id est cōfirmatio: & ita si pactū ab initio etiā non teneat, per ratihabitionem superioris fit validum j. tit. proxi. c. j. Arg. est ergo quod ratihabitio retrotrahitur. & mandato comparatur. argu. j. de clan. despon. c. ij. Sed contra uidetur. ff. de ijs. qui not. infa. quid ergo. Sed distingue utrum tale sit, quod ab initio mandare uel cōcedere potuit qui ratum habet, & tunc mandato cōparatur: aliàs non, ut potes colligere ex fi. illius. l. ff. de offi. procon. obseruare. & ff. de ser. rust. præd. per fundum. & j. de reg. significatum. & c. cū virum. sed quasi regulare uidetur ut ratihabitio retrotrahatur, & confirmet præcedētia. ff. de pign. si fundus. §. si nesciente. j. de his quæ fi. à præla sine cōsen. c. cum nos. Ratihabitio tamē habet exceptiones in filia quæ nubit tempore luctus, postea patre ratum habente. ff. de ijs qui not. infa. quid ergo. fallit in pupillo ubi non ualet ratihabitio tutoris, nisi præsens sit in ipso negotio. insti. de auth. tuto. §. tutor. & ff. de autho. tuto. l. obligari. §. pupillus. fallit in seruo. ff. de acquir. hæred. l. si quis mihi. §. iussum. vbi debet præcedere iussus domini.

c Solidare. Id est cōfirmare. & intellige cū causæ cognitione. j. de cōfir. vtil. uel inutil c. j. & ij. vbi de hoc alias parum ualeret confirmatio in forma communi.

Q Valiter.

d Compleantur. Si. xxiij. dist. psalmi sta. & illud, 3 & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Et est argumē. quod uerba cum effectu sunt intelligē da. j. de cler. non resi. relatū. Item nec sufficit uolūtas, nisi sequatur effectus. j. de eo qui mit. in pos. cau. rei. ser. c. j. fi. j. de re iud. cum aliquibus. arg. contra. s. de biga. nup. & c. a nobis.

C Vm pridem. Primo ponitur factum, sub quo cōtinetur processus causæ, partium transactio, ipsius reprobatio, papalis ordinatio & intercessio. secundo dat iudices: ibi, cæterum. Abbas.

e Dicebat. Iste enim cum esset coniuncta 3 persona, etiam sine mandato audiretur, agens pro fratre. ff. de procu. sed hæ personæ. & l. Pomponius. §. ulti. & C. eo. tit. exigendi. & s. de rescript. nonulli. tamē cauere debet de rato: alias nō obesset. C. qui. res iudi. nō nocet. l. j.

f Liti cederet. Hæc renuntiatio fratri non noceret, licet esset procurator eius, & generalem administrationem haberet. ff. de procu. mandato generali. & C. eo. titu. si procurator. & C. de transact. transactionis.

g Non duximus admittendam. j. titu. proxi. statuimus. contra. sol. ibi compositio super decimis facta licita est: vt j. de deci. ex multiplici. & c. nup. hic uero simonia expresse cōmittebatur recipiendo pecuniam pro re spirituali quam renuntiauit. 4 Itē arg. cōtra j. de præben. nisi essent. Ibi nulla compositio uel pactio turpis inter partes interuenit, sed iudices pro bono pacis, in quos cōpromissum fuit, statuerunt ut ad tēpus certa pecunia solueretur: & ideo papa illam cōstitutionem ex causa prædicta tolerauit. sed hic pactio turpis inter partes interuenit.

Gloss. seq. recit. per q. an authoritas papæ purget simoniam, ponit duas oppo. contra secundam alleg. & soluit demum opin. distinguendo concord.

h Illicitæ pactionis. Quia ius spirituale pro pecunia remissum fuit. Quidam dicunt quod pactum ualuisset si authoritas papæ interuenisset. arg. ff. de ijs qui not. infa. furti. §. qui iussu. T. dixit, quod propter authoritatem

3 Psalm. lxxxviij. Misericordias domini &c. Io. And.

3 Cōiuncta. hoc esset falsum hic: quia causa spiritualis ē requirens speciale mādatum Pan. hic & bene quāuis gl. sequat. Fel. in c. corā. col. ij. de off. deleg.

4 Replicat & declarat cōtrariū nō soluit. vnde dic secundū Tā. Vincen. & Inn. quod hic erat suspicio turpis pacti: quæ semper præsumit nisi per aliā suspicionē tollat. ibi vero superioris authoritas illam tollit. vel ibi amicabilis cōpositio hic. transactio, secundū Goffr. vel secundū Host. ibi cōpositio super fructibus, hic super iure spūali. Ioā. An.

tatem ſuperioris ſimonia nō purgatur ex quo aliquis eſt ſimoniacus. ſi uero cum ius habeo, dedero tibi pecuniam redimendo uexationem meā, non pecco. arg. j.q.iij. quæſitū. & ͞j. de ſimo. c. dilectus. iuxta illud apoſtoli, Redimentes tempus, quoniā dies mali ſunt. arg. eſt tamen contra. ͞j. de ſimo. Matthæus. Sed ibi data fuit pecunia ijs qui ius habebant in electione. Sed videi quod ſi cōpoſitio eſſet cōfirmata per papam, quod excuſati fuiſſēt iſti fratres quia papa habet plenitudinem poteſtatis, & poteſt ſupra ius diſpenſare. infra, de conceſ. præb. propoſuit. & de eo quod nō eſt ius, facit ius. iij. q. vj. hoc quippe. Item ipſe naturam rei immutare poteſt. C. de rei uxo. act. l.j. in princ. Poteſt dici, quod in ijs quæ in ſui natura ſimoniaca ſūt in veteri teſtamento, ut uendere ſacramenta, & huiuſmodi ſpiritualia, ibi nō excuſat authoritas papæ, & ſecundum hoc intellige quod dixit Tanc. in ijs uero quæ per cōſtitutionē eccleſiæ ſimoniā inducunt, excuſaret authoritas papæ, quia poteſt diſpēſare in talibus. Et de hoc dicitur. ͞s. de offic. deleg. ex parte ij.

a Reſignauit. Ad cautelā & ex ſuperfluo, quoniam facta renunciatione ipſo iure irrita ſunt, inſtrumenta. C. de cōdi. ex le. diſſolute. & ͞j. titu. proxi. c.j. & aduerſarius poteſt illa petere. C. ad exhi. l. ulti.

bus reſignauit, a quæ nos priori & monachis deſtinantes, mādauimus ut eidem P. & fratri eius in aliquo ſtuderent beneficio prouidere, de quo maius lucrum ualeāt apoſtolica interceſſione percipere, quàm eis deberet ex illa pacti[illegible] illicite prouenire. Cæterū quia prior & fratres acquieſcere noluerāt: mandamus quatenus moneatis eoſdem, ut præfato P. & fratri eius competens beneficiū cōferāt & aſsignent: alioqui ſi uobis cōſtiterit, dictos clericos à prænominata eccleſia & capella abſq; ordine iudiciario uiolēter eiectos, ipſas eidem reſtitui faciatis: b nō obſtātibus literis noſtræ confirmationis, quas prędicti prior & monachi à nobis impetraſſe noſcuntur.

r Simoniaca. Panor. hic & ī repet. §. qui uero. c. extirpādæ. col. penul. & fin. de præbē. Hēr. Boy. in c. j. ne p̄latiuices ſuas. Cōr. ſummans tract. d̄ cōtrac. q. xlix. oppoſ. iij. Philip. Deci. c ſignificaſti. num. 15. de elect. ubi in annotat. ad Deciū dixi.

Simonia an excuſetur ꝓpter papæ authoritatē.

Idem archiepiſcopo Eboracen̄.

Non ualet pactum de ſuccedendo. poſt mortem prælati in ipſius eccleſia.

CAP. V.

ACcepimus quòd quædam ſunt eccleſiæ clericis tali tenore cōceſſæ, ꝙ poſt eorū obitū alij nominatim c ſuccedāt. Verum qm̄ hoc iniquū eſt, & ſacris canonibus d inimicū, & ideo non debet aliquatenus tolerari: Mādamus quatenus huiuſmodi ſucceſsiones tā deteſtabiles & iniquas, appellatione ceſſante prohibeas, & omnino friuolas. & inanes eſſe decernas.

Glossa sequens signat contrarium. ponit opin. demum soluit. in fine quærit, argum. negatiue contrarium soluit.

b Reſtitui faciatis. Arg. contra. vij. q. j. quā periculoſum. ubi habes quod Eſau recipere poſtea non potuit quod ſemel ceſsit. Poteſt dici, quod nō tenuit renunciatio, cū eſſent eo tēpore ſpoliati arg. ͞j. de reſt. ſpol. ſolicite. Dicas melius quod iſti implorauerūt beneficiū principis, & de gratia reſtituuntur, & illa renūciatio tacitam habebat conditionē annexā. ſ. ſi monachi adimpleuent quod mandauit papa. ſic. ͞s. de renū. ſane. de hoc dictū fuit. ͞s. de electi. cū inter R. Sed pone qđ ſi monachi iā cōtuliſſent eccleſias alijs: quid fieret? Arg. quod non remoueantur inſtituti. vij. q. j. eos. imo remouendi ſunt, & monachi tenentur prouidere illis. vij. q. j. præſentium. infra, de præb. inter cætera.

ACcepimus. Pone caſum in eccleſia debitis onerata, quam ſenex & diues clericus nolebat acceptare ad exonerandum niſi fieret ſibi pactū ut ipſius conſanguineus forte nepos in ea ſuccederet poſt mortem ipſius. Diuiditur. Prima pars narrat factū, quod ſecunda præcipit corrigi: ibi, verum. Abbas Sic.

c Nominatim. Hoc etiam improbatur à iure ciuili, quia non poſſumus paciſci de hæreditate alterius: niſi eius uolūtate. 1 C. de pactis. l. ulti.

d Canonibus. Qui prohibent ſucceſſiones in eccleſia Dei fieri. viij. q. j. apoſtolica. ſupra de filijs presby. ad extirpandas. cap. præſentium. & cap. ex tranſmiſſa. & quaſi per totum.

1 Sed nec hoc ſufficit in bñficijs, d̄ hoc de cōceſ. præb. c. ij. in iij. glo. Ioā. And.

Idē Cantuarien̄ archiepō & eius ſuffraganeis.

Qui per pactum augendæ penſionis conſecutus eſt eccleſiam, debet ea priuari, & alias canonicè puniri.

CAP. VI.

CVm clerici veſtræ iuriſdictionis (ſicut accepimus) decedētibus eccleſiarū pſonis: paciſcantur e ex ipſis eccleſijs maiores ſolitò ſoluere pēſiones f ut facilius poſsint eaſdē eccleſias adipiſci, Nos † ad tā deteſtabile vitiū extirpandū. f. v. mandamus quatenus ne id attentare præſumant. diſtrictius prohibentes ſi contra prohibitionem veſtrā venire præſumpſerint, ap. ceſſante eos taliter adeptis eccleſijs ſpolietis, alias pro tātæ præſumptionis exceſſu, ſeueritate eccleſiaſtica g punientes eoſdem.

Innocentius tertius in concilio generali.

CVm clerici. Diuiditur. Prima narrat factum. Secunda corrigit: ibi, nos. Abb. Sic.

e Paciſcantur. Pactum iſtud non valet, quia eſt contra canones. ͞j. de cenſ. prohibemus. infra, de præb. auaritię. 3 & pactum turpe nō ualet. infra eodem. pactiones. & iuramentum ſuper hoc præſtitum non tenet. infra, de cenſ. grauis. infra de iureiurando. tua nos. argumen.

f Penſiones. Sed pone quod facultates eccleſię ſint augmentatæ, nunquid penſio debet augmentari? 4 Argumen. eſt quod non, infra de cen. prohibemus. Sed contra argumen. infra de cenſ. quāto. & ſupra, de cōſtit. cum M. poteſt dici, quod ſi diligentia clericorum bona ſunt augumētata, non debet augeri penſio, ne diligentia ſua ſit illis damnoſa. C. de allu. leg. ult. Si uero aliunde bona eccleſiæ augmentata fuerint: tunc poteſt & debet augeri penſio: quia iuſta cauſa ſubeſt ut augmentetur. argum. infra, de cenſi. quanto. De hoc dic. ut infra, de cenſi. prohibemus.

† Alias, additur intendētes.

3 Cōcor. tex. cū gl. in l. pacta. quæ cōtra C. de pact. & l. iuriſgētium. §. ſed & ſi quis. ff. e.

4 Augmētari. dic ꝙ ſi ab initio ſuit cōſtituta pēſio habito reſpectu ad facultates eccleſiæ tūc au ctis facultatib⁹ pōt augeri, ſicut econtra minui: ſi vero ob aliam cauſam, ut recognitionis uel ꝓtectionis, non debet augeri. Panormi.

g Eccleſiaſtica. Quæ erit depoſitio, cum ſimoniaci ſint. quæſtione prima. reperiuntur. & capitulo erga ſimoniacos.

Plerique

Plerique. Primo narrat factum. ſecundo corrigi præcipit. ibi, cum autem. Abbas.

a Reprobamus. Pactum enim tale non nocet eccleſiæ quin a quolibet poſſeſſore poſsit petere decimã. ff. de pactis. inter debitores. ff. de inſtitoria, ſi cũ uillico.

Si eccleſia rem ſuam locando uel in feudũ concedẽdo apponit pactũ in præiudiciũ iuris parochialis alterius eccleſiæ, nõ tenet et quicquid hac occaſione perceperit, redere cogitur illi eccleſiæ.

CAP. VII.

Leriq; (ſicut accepimus) regulares clerici & ſeculares, interdum cùm uel domos locãt, uel feuda concedunt, in præiudiciũ parochialiũ eccleſiarum pactũ adijciunt, ut cõductores et feudatarij, decimas eis ſoluant: & apud eoſdẽ eligant ſepulturam. Cùm autem id, de auaritiæ radice procedat, pactũ huiuſmodi penitus reprobamus a ſtatuentes ut quicquid fuerit occaſione huiuſmodi pacti perceptũ, ecclĩæ parochiali reddatĩ.

Gregorius nonus.

Non ualet pactio in ſpirituali uel quæ pactum inducit, uel turpis ſeu de re turpi, uel impoſsibilis de iure uel de facto.

CAP. VIII.

Actiones factæ à uobis (ut audiuimus) pro quibuſdam ſpiritualib. obtinendis: cùm in huiuſmodi omnis pactio omniſq; conuentio debeat omnino ceſſare c, nullius penitus ſunt momenti. Quod ẽt de alijs eſt dicendum, quæ obſeruatæ uergunt in animæ detrimentũ. Nam etiã iuxta legitimas d ſanctiones, pactũ turpe uel rei turpis e aut impoſsibilis de iure uel de facto, nullam obligationem inducit †.

TITVLVS XXXVI.

DE TRANSActionibus.

Grego. iij. A. ſubdi. & domi. Abba.

Inſtrumẽta et alia iura partiũ cõtraria trãſactione tolluntur.

CAP. I.



Icut grauè: & infrà. Poſt ſalubrẽ deciſionẽ de cõtrouerſia ueſtra factũ, decernimus † ut oĩa inſtrumenta uel quicquid eſt, quod partibus quoquo modo, aut ex temporis præſcriptione ſeu aliter opem de lege aut quocunque priuilegio ferre poterat, ſit uacuum f &

Et argu. ad hoc xvj. q. j. ſi quis laicus. & hoc patet ex eo ꝙ dicit in fin. eccleſiæ parochiali reddatĩ, arg. contra. ff. de pactis. epiſtola. §. pactũ. ubi dr̃: ꝙ tale pactũ iuſtũ eſt. Sol. tale pactum iuſtum eſt ut creditor qui poſsidet pignus tributum ſoluat. ut dicit §. pactũ. quia & ſine tali pacto poſſeſſor conueniendus eſt. Si uero in contrariũ fieret pactum quantũ ad ipſos paciſcentes ualet pactum: ſed non quantum ad dominum tributorum: quia pactũ priuatorũ formã iuris fiſcalis non tollit, ut dicit lex prædicta, inter debitorem. & infra de foro cõp. ſi diligenti.

b Reddatur. Et ita eccleſia poteſt agere contra regulares uel ſeculares clericos ut ei reddant quod perceperunt occaſione talis pacti. poſſet etiã agere cõtra poſſeſſores ſi uellẽt. arg. duodecima queſtione ſecũda. apoſtolicos. & C. ſi tutor. uel cura. l. iij.

Actiones. Primo ponit dictũ & eius rationẽ. Secũdo ampliat illam, & probat ibi, quod etiam. Abbas

c Ceſſare. In ſpiritualibus enim omnis pactio illicita ſeu conuentio ceſſare debet, ut prima quæſtione prima, quam pio. & infra de ſimonia. capitulo, tua, & infra titulo proximo, præterea. & capitulo ſuper eodem. & infra ut eccle. benefi. ut noſtrum. quia huiuſmodi pactiones ſimoniam inducunt: ut ſupra cum pridem. tacite etiã uel expreſſe. xvj. q. vij. per laicos. Itẽ ſi huiuſmodi pactum ſiue promiſsio aut etiam iuramentum uergat in animæ detrimentum ut hic dicit. ſi ſolus hominẽ ſpoliare non poſsit, inueniat ſocium cũ quo paciſcatur, ut ſimul id faciant, & diuidant ſpolia. xxij. q. iiij. ſi ad peccatum. & ca. mulier. non enim fert opem, qui adiuuat ad peccandum. xxiiij. q. vj. ſi res. de iuramento habes multa exempla. xxij. q. iiij. ſi aliquid. & c. nõ eſt obſeruandum. & in pluribus alijs. cap. ibidem.

d Legitimas ſanctiones. Sẽcundum leges turpe pactum non tenet. ff. de uerborum obl. generaliter. Turpe pactum dicitur ſiue turpis rei puta ſi quis promittat ſe facturum homicidiũ uel ſacrilegiũ. ff. de uerb. obli. ueluti. & inſti. de inuti. ſtipu. §. quod tur. Item pactum quod continet turpem cauſam, non tenet. puta ſi paciſcar ne furti agam uel iniuriarũ. ff. de pact. ſi unus. §. pacta ſecundum canones etiã turpes promiſsiones nõ tenent. xxij. q. iiij. unuſquiſque. & ca. in malis promiſsis. & c. non ſemper promiſſa. & cap. diffinitio. & c. ſi ad peccatum. & c. mulier. & hoc eſt pactum turpis rei. Pactum turpe dici poteſt, quod fit de turpi re: ut ca. ſi ad peccatũ. Et pactũ dr̃, turpe, quod fit etiã de re ſacra ſiue ſpirituali: ut hic & in omnibus quæ in ſua natura bona & licita ſunt: ſed per pactum fiunt illicita. Item pactũ de re cuius cõmercium per rerũ naturã haberi non põt, nullius eſt momẽti. ff. de regulis iu. impoſsibiliũ. & ff. de uerb. obli. ſi ſtipuler. & inſt. de inuti. ſtipu. circa prin. Et generaliter pactũ qđ contra leges & conſtitutiones uel contra bonos mores fit, nullius eſt momẽti. C. de pac. pacta quæ. ff. ſolu. matr. alia. §. j. Vel cõtra ſenatuſc. plebiſcita, decreta, edicta prĩcipum. ff. de pact. iuriſgentium. §. prætor. Sic & impoſsibile præceptũ nullum eſt, ſiue ſententia. ff. q̃ ſñiæ ſine. ap. reſcin. Paulus.

e Rei turpis. Rei turpis nulla eſt obligatio. ff. man. ſi remunerandi. §. rei turpis.

DE TRANSACTIONIBVS.

Continua hanc rubricam, ut dictum fuit in præcedenti titulo, Eſt autem tranſactio de re dubia et lite incerta pactio non gratuita. Et unam differentiam inter tranſactionem & pactum habere potes in his uerſib. Incerta de re tranſactio dicitur eſſe: Sed fiunt certa pacta fauore rei.

De hac mã tractatur. v. q. ij. ſi primates.



Icut graue. Diuiditur. nã prima pars diſcernit. ſecunda ſupplet: ibi, cui ſi quid. Abbas Siculus.

f Sit uacuum. Ergo licet poſtea reperiantur inſtrumẽta, non tamen lis reſtaurabitur. C. de tubtran acſſ. prætextu,

Si cũ uillico meo cõtraxiſti in me nõ datĩ actio: quia non ꝑpõſitum, ſed ad fructus colligendos ꝑpoſitus erat: ſecus ſi ẽt diſtrahendis rebus illum ꝑpoſuiſſet. Ioan. And.

Pactũ turpe & rei turpis.

† Cõcor. l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. & l. impoſsibilis. ff. de uerb. obl.

† Alias, decreuimus.

textu,& j̃.de re iudi.inter monasterium.& c.sequen. arg.contra.ff.de iudi.licet.& insti. de inuti. stip.circa prin.Super hoc ita notabis, est petitio specialis generalis,& indefinita.Specialis. Hic transactio specialis non obest in alijs specialibus.C.e. age. cū geminiano. Hic transactio generaliter restringitur ad hoc de quo specialiter actū ē. ff.eod. qui cum tu. §.j.& C.e. tit.si de re certa.Hic generalis transactio nō restringitur. C.eo. sub prætextu. hic specialis transactio in uno ca. non impedit processum aliorum. C.e.l.pen. Indefinita: hic generalis trāsactio de rigore iuris tenet, sed replicatione doli rescinditur. ff.de pac.tres fratres.ff. de admi. tu.lucius. §.tutor. Hic indefinita, ut specialis transactio in alijs non obest, quæ in iudicium deducta non sunt C. de iudi.licet.R.

Petitio potest eē triplex.

† Vel etiā sine eo qū ius antiquū ecclesię recuperatur. c.j. de pact.in vj.Panor. c. ueniēs. de præsc.

omni uirtute cassatum, & sola pactorum inter uos nūc habitorum a pagina ualidum perpetuumq; robur obtineat b. Cui si q̃d fortè ex incuria uel imperitia minus firmitatis īsertū est, uires plenissimè notionis c ex hac nostra authoritate d suscipiat.

Alexander tertius.

Tenet cōpositio super decimis facta, cùm assensu superioris. †

CAP. II.

STatuimus, ut si super decimis e inter uos & aliquam personā ecclesiasticam f de assensu episcopi uel archiepiscopi sui, cōpositio facta fuerit: rata & incōcussa persistat.

a Habitorum.arg. nouissima pacta duntaxat ualere. C.de pac. pacta. & ff.eodem.si unus §.pactus. & supra, de rescrip. cæterum. in fine.

b Obtineat Nisi dolo transactio talis sit extorta, quia tunc non ualeret. C. eo. sub prætextu. ff. de pact.emptor.§.lucius.

c Notionis. Factæ cum causæ cognitione, ut dicitur supra tit.prox.c.ij.& ca.proxi.

d Authoritate.Nota ꝙ si transactio uel pactum ab initio inualidum sit, per confirmationem papæ sumit uigorem,ut hic.arg.s̃.ti. prox. quoties. sic & sententia quæ non tenet,per confirmationem papæ efficitur ualida.iij.q.vj.hæc quippe.& omnia nostra facimus(dicit imperator)quibus authoritatem nostram impartimur.C.de uet. iure enucl.l.j.§.sed neque.sic testamētum omnium testamentorum solennitatem superare uidetur,quod conscientiam 1 principis tenet. C. de testa.omnium.

1 Vt præsētii, secūdū Tāc.& Vinc. qui pro hoc dicebāt sententiam uel transactionem factā p̄sente papa oī solēnitate munitam. Io. And.

Glo. seq.arg.alleg.v.iura.in contrarium alleg.x. sol.respondens ad iij iura.de primis.

e Super decimis.Hic est arg.quod in spiritualibus potest interuenire transactio.liiij.dist.generalis.& ca.ex antiquis.& x.q.ij.casellas.in fin.& xxiij. quæ.iiij.si illic.& infra, de rerum permutatione, ad quæstiones. Sed contra.j quæst.ij.quam pio. & s̃.de pac.cumpridem.& c.pactiones.& j.eod.constitutus.&infra.de rerum permuta.ad quæstiones & c.ul.& xvj.quæ.vij.de cimas quas.&xiij.quæst.ij.in ecclesiastico.&j.q.j.placuit.& j̃.eod.super eod. Solutio.in spiritualibus transactio propriesumpto uocabulo, interuenire non potest, ut aliquod temporale detur pro spirituali,quia simoniacum esset. & sic intelliguntur contraria hic signata. Quod dicunt duæ primæ concordantiæ de seruo ordinato, quod ibi potest interuenire transactio, non est uerum, quia ibi non datur temporale pro spirituali: quia licet detur ne reuocetur in seruitutem,nihil datur pro ordine,nec aliquod spirituale emitur,sed emitur libertas & seruitium corporale redimitur ut libere posit ministrare, quod licet. xxvj.q.j.de raptoribus.sicut enim emitur terra ut ibi ædificetur ecclesia: quod licet: quia non debet propterea emi ecclesia,uel simonia cōmitti. Capitulum, casellas nō obstat, nec dicit hoc, sed dicit, quod res ecclesiæ alienari non debēt excepta causa captiuorum: ut ibi dicitur, sed non dicitur transactio. sed proprie captiuorum redemptio. & datur pecunia recepta de rebus & uasis ecclesiæ,& redimuntur captiui. Et amicabilis compositio, potest interuenire in spiritualibus: ut hic dicit,& j̃. de deci. ex multiplici. & c.nuper.& ca. dilecti.& j̃.eod. decætero.& c.super eo.in fin.& j̃.eo.ueniens.

Idē Dulmē. episcopo.

Si capitulum consensit translationi quam fecit prælatus nomine ecclesiæ,ulterius dissentire non potest.

CAP. III.

COntingit interdum ꝙ licet abbas uel prior alicuius conuentualis ecclesiæ cum ecclesiastica uel seculari persona, super his de quib. īter eos controuersia uertit,coram delegato uel ordinario iudice transigat, capitulū tñ eandem transactionē nititur reuocare. Vnde quia nos consulere uoluisti. t. r.ꝙ si abbas uel prior à capitulo suo de ratihabitione literas g habuerit, transactionem quam fecit

f Personam ecclesiasticam. Quasi dicat cum laicis non possent taliter componere: ut ex illo spirituali quod ecclesijs debent,aliquid retinere possent.cum laicis spiritualia possidere sine periculo animarum non liceat.j̃.de deci.prohibemus.& xvj.q.vij. decimas.& j̃.de præscrip.causam.quæ. Et sic uidetur, quod cum laicis non posit fieri compositio ut minus soluant,nisi papa authoritatem præstaret.infra de cō fir.uti.ca. ult.tamen propter utilitatem ecclesiarum, uidetur licere saltem de authoritate episcopi 2, quia sic multum consulitur ecclesiæ.argu.infra de ijs quæ fiunt a præla. sine consen. cap. cum apostolica.

2 Episcopi.hāc gl. sequit Hosti.Io. an. hic Anto. in ij.part. sūmæ.tit. iiij.ca.iij. §. fi. Phi. Dec.c.pē. col. ij nu. 5.de confir.uti.uel inutil.

C Ioan.Andreas.
Ontingit.

Glos.seq primo notat,secundo ponit opinio. Vin. contra quam alleg.et remittit,tertio ponit differentiam quam improbat.

g Literas. Nota ꝙ abbas 3 simpliciter ad agendum cōstitutus sine licentia capituli transigere nō potest. C.de transact.transactionis.unde procurator transigere non potest, etiam si haberet generale mandatum ad agendum.ff.de procu.mandato. Vin.dicit quod licet abbas uel alius prælatus non posit transigere sine speciali mandato,ad hoc tamen potest exercere actionem.ff.quod cuiusque uniuer.l.ult Arg.contra expressum.ff.de iur.deli.ait prætor.ubi dicitur,quod ille qui non potest alienare.non potest rem in iudiciū deducere.de hoc dicitur. j̃. de procu. ca.j. Si tamen abbas præter mandatum procuratorium habeat literas de rato à capitulo suo,cōtinentes simpliciter ꝙ quicquid super tali negotio fecerit,ratum habebit potest transigere:ut sic notentur differentiæ 4 inter literas procuratorias,& literas de rato.j̃.de reli. do. cū dilectus,ubi de hoc,& hic idem uidetur. Quod dicit literas de rato:expone ut ibi dixi.i. mandatum procuratorium continens quod etiam abbas transigere posset super quæstionem de qua coram delegato agebatur

3 Abbas. dic ꝙ pōt p̄lat⁹ sine cōsensu capituli agere sed nō trāsigere nisi eo modo quo potest alienare.Pan. facit Frā. Rip de rescrip. Rñ. vij. col.v.

4 Differētia inonō est differētia. Bar.l. j.de off. p cur. Cæsaris. Pan. hic.

cum

cum illa clausula, & quicquid super his per abbatem factum fuerit, capitulum ratum habere promisit: alias non ualeret talis transactio: ut dictum est. Vel abbas habuit simplex mandatum transigendi tantum coram delegato, & ita capitulum non poterat reuocare trãsactionẽ ex eo quòd non cõsenserat. Vel dic ut in no. seq.

Trãsactio ecclesiæ, an posit rescindi?

(si fuerit aliquot annis [a] seruata) capitulũ ac si [b] non consenserit † in eam, non poterit reuocare.

† Alias, litera hẽt ac si cõsenserit. Hos.]

Idem abb. de Stra. & priori S. Euse.

Super ecclesiastico beneficio, transigi non potest etiam cum iuramenti interpositione.

CAP. IIII.

CONstitutus in nostra præsentia G. cleric⁹ sua nobis assertione monstrauit, quòd cum inter ipsum, & A. clericum super capella de Stratis controuersia emersisset, tandem per transactionem sopita fuit: & licet hincinde fide præstita [c] firmata fuisset: eam tamen præfatus A. seruare recusat. Quia igitur huiusmodi transactiones, speciem continent simoniæ mandamus, quatenus reuocata transactione in irritum, causam audiatis [d] &c.

[a] Aliquot annis. Hoc ideo dicit, quia si transactio fiat secundum formã iuris, post quadriennium rescindi non potest, ante uero potest, si ecclesia probaret se læsam. j. de in integ. resti. requisiuit. alias nõ potest uenire contra transactionem etiam statim. C. de transac. quamuis & secundum hoc supple maxime: quia idem esset si non fuisset seruata. & hoc innuit litera quæ dicit capitulũ, ac si non consenserit in eam non potest reuocare, quasi diceret, non poterit eam reuocare, tanquam non consenserit: quia consensit concedendo literas de rato, uel potius consensit eã obseruãdo. Si enim abbas non habebat mandatum de transigendo, statim debebant contradicere monachi, & ideo cum impugnare nõ põt, quasi nõ consenserint. Et quod dicit aliquot annis supple maxime: quia idẽ est ac si semel consenserint. j. de arb per tuas. vñ de iure cõi, non põt reuocari, sed per in integ. restitutionẽ si non fuit aliquot annis, i. quatuor seruata. & hæc expositio probaẽ. C. de temp. in integ. resti. l. ult. ubi habes, quod omnis restitutio tã maioris quã minoris intra quadriennium debet fieri. & hoc est contra opinionem illorum qui dicunt, quod restitutio semper est danda & ante quadriẽnium & post, & quandocunq; arg. illius aduerbij semper. & infra de in integ. rest. ca. j. Ber.

Restitutio, intra quadriennium, debet fieri.

[b] Ac si. Idem tanquam si non consenserit: quia re uera consensit dando literas de rato.

COnstitutus. Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudicem: ibi, quia. Abb. Sic.

Glos. seq. ponit duas lecturas. deinde arg. alleg. duo iura, unum allegans in contrarium.

[c] Fide præstita. Id est iuramento, quod nõ fuit obligatorium, quia super re illicita & contra leges & canones. C. de leg. non dubium. & xxij. q. iiij. inter cætera. & j. de iurem. tua. & s. tit. prox. c. ult. & ff. de pact. iurisgentium. §. sed & si quis. uer. & generaliter quoties pactum a iure communi &c. Vel proprie intelligitur: quia æque punitur transgressor fidei, ut iuramẽti, ut infra de fideius. peruenit. & j. quòd me. cau. ad aures. Itẽ arg. quòd si non tenet principale, nec accessoriũ. si. j. de fo. comp. si diligenti & j. de fi. instr. inter dilectos. arg. contra, quod accessorium tenet, sed non principale infra de iureiur. debitores.

[d] Audiatis. Sed cum sit transactio simoniaca, quare non deponitur, imo contra iuramentũ siue fidẽ suam audiẽ? Dicas [g] quòd de gratia tñ audiẽ ad pristinã causam, quia de iure deponi debuit, cũ ipse cõfiteretẽ peccatũ suum & turpitudinẽ suã: imo audiri non debuit contra factum suum & turpitudinem suã. j. de concess. præbẽ. cum super. & j. de dona. inter dilectos. Sed vr̃ obstare huic exceptio doli, cũ utraq; in culpa fuerit uolendo seruare trãsactionẽ. ff. de dol. exceptio. apud celsũ. §. marcel. pterea in pari cã turpitudinis, potior est condi. possidẽtis. ff. de cond. ob tur. l. si ob tur. §. porro. Sol. uterque de iure cõi puniri debet, sed de iure poli auditur: ut quod prauũ est corrigatur. j. de re iu. lator. & cap. consanguinei. infra de collu. c. j. & causam præstitit dispensationi, ne alter dẽ dolo suo damnum alter uero commodũ sentiret, & ideo nõ admitteretur hæc exceptio doli: quia alius remaneret in dolo & simonia: & propter hanc rationem contra exceptionem doli non datur replicatio: ut in §. Marcellus.

[g] Secundum Pan. hic quod ob transactionẽ super beneficio factã non debet clericus deponi: quia nõ est mera simonia, sed species simoniæ.

Idem Carnoteñ. epõ.

Per transactionem factam sine authoritate episcopi, põt prælatus, sed non ecclesia constitui censualis.

CAP. V.

DEcætero noueris, quòd cum aliquis ad extraordinarium [e] iudicem literis impetratis cum aduersario suo cõponit, postmodum in ecclesia de qua agitur, ius aliquod habiturus: Si compositio non est iuri cõtraria [f], non est à loci episcopo reprobãda. Sed census absq; episcopali authoritate cui præest ecclesiæ sub hoc prætextu solutus, uitam eius qui soluerit non excedit.

Idem Eborac. archiepiscopo, & Vigoren. episcopo.

Si beneficium quod per trãsactionem habetur, impetratur ut uacãs, ab eo qui fuit transactionis mediator: non ualet impetratio. h. d. quo ad titulum.

DE cætero. Transactio facta sine authoritate episcopi, super ecclesia si non est iuri contraria, nõ est per epm reprobanda: sed si per eum census ecclesiæ imponitur, non excedit uitam transigentis. Primo ponitur quæstio. Secundo solutio ibi, Si compositio. Et ibi duo dicta: secundum ibi, sed census. Abb.

Thema secundum intellectum glos. hic in fi. quæ est uerus et necessarius, reiectis alijs secũdũ Egi. bellemerã hic, q. i. col. iij. Prior uel rector ecclesiæ prætẽdebat decimas uel aliud intra fines, uel super prædijs alterius ecclesiæ, cuius parochiã traxit, in ius coram delegato Papæ, pendente lite componit reus cũ actore pro certo annuo censu ei rõne eius ecclesiæ soluẽdo. Cumque aliquot annos solutũ fuisset, cepit cessari et dubitari, quia non authoritas epi, & Papa respon. ut hic. & sic superfluunt glo. Inno. & Hostien.

[e] Extraordinarium. Id est delegatum. sic iij. q. iij. c. induciæ. §. spatium. uer. ei autem.

[f] Cõtraria. Quia si esset cõtraria iuri, nõ toleraretur.

ĩ.delec.ſacroſancta.& ſ.de offi.deleg.ſi quando.ar. ſ.ti.prox.accepimus.& c.cum clerici.& j.de collu.audiuimus.& ſ de maior.& obe.dilecti. ſi autem conſona ſit iuri,tenet.ſ.eod. ſtatuimus.& j.eo.in fi.Et poteſt intelligi, quod dicitur hic quando de prouiſione ipſius iudicis ex officio ſuo ſine aliqua pactione partium ſtatutum fuit factum,& iuſta cauſa interueniente,alias ſimoniaca eſſet. j. de præb. niſi & talis compoſitio perſonalis erit,nec tranſit ad ſucceſſorem illius qui ſoluit j.eod. ueniens. & c. prædicto, niſi eſſent.quia cenſualem eccleſiam conſtituere non potuit j.de cenſi. prohibemus. niſi facta fuerit de authoritate epiſcopi,ut dicit in fin. Vel dic, quod hoc.cap. locum habet cum una eccleſia agit contra aliã de ſubiectiõe, uel pro aliquibus iuribus coram delegato, & compoſitio inde fiet coram delegato. & quod dixit j.cui præeſt.ſcilicet imperator.

CAP. VI.

Ex literis ueſtris accepimus quòd cum olim inter R.& A. clericos ſuper eccleſia de Vult. corã te frater epiſcope iudex fueras delegatus authoritate G. qui tũc eidẽ A.patrocinabatur [a] in cauſa & teſtis [b] inſcriptus † fuerat,tranſactio [c] facta fuiſſet,poſtmodũ idem G. ſe mentiens clericum, cùm nondum eſſet in clericũ tõſuratus, ſuper eadẽ eccleſia, tacito de tranſactione literas noſtras impetrauit. [d] Cùm autem idem G.nõ inficiaretur [e] ſe tranſactioni iterfuiſſe,& nondũ fuiſſe tonſuratum, [f] cum literas iſtas obtinuit †,ei ſuper prædicta eccleſia ſilentiũ duximus imponẽdum.

EX literis. Qui fuit tranſactionis mediator,contra eam non auditur.Prima pars narrat factum.Secunda definit:ibi,cum autem.

[a] Patrocinabatur.Per hoc iuri ſuo [1] tacite renuntiare uidebatur. qui. n. ſcienter patrocinatur petenti rem ſuam,ſibi præiudicat:ut hic,& ff.de inoff.teſt.l.ult.ſecus ſi ignoranter.ff.de rei uẽ. inter officium. & C.de rei uen.re tua.& C.de præſcrip.lon. tẽp. nec petentẽ.

[b] Teſtis inſcriptus. In inſtrumento tranſactionis, & non in cauſa in qua patrocinabatur: quia & teſtis & aduocatus,in eadem cauſa eſſe non debet.ij.q.vj. ſtatuẽdum.Sed quæritur an ob hoc ſolum ꝙ teſtis inſcriptus fuit poſsit à petitione repelli? Videtur quòd nõ: quia non ob hoc iuri ſuo renuntiare intelligitur.ff.de pig. act. Caius. ſed ibi ignorabat quid continebatur in teſtamento, quod ſignauit Caius cum annulo ſuo. ſecus ſi authoritatem præſtitit.ff.de pig. fideiuſſ.§.pater Seij.& hic.

[c] Tranſactio.Id eſt amicabilis cõpoſitio. ſ.c.prox.in fi.& c.ſtatuimus & j.c.prox.in fi.alias tranſactio proprie de re ſpirituali fieri non poteſt ſupra eo. conſtituimus.& j.c.proxi.quia quid ſimoniacum eſſet.

[d] Impetrauit. Contra ipſum R.contra quem fuerat aduocatus.

[e] Non inficiaretur. Et ita ex confeſsione conuincitur: quia confeſſus in iure pro conuicto habetur j. de confeſ.c.j.& ult & C.eo.tit.l.una. Ex duobus enim debet iſte ſuccumbere: quia præſtando authoritatem tranſactioni,iuri ſuo renuntiauit, & quia mendacium dicit impetrando,& ueritatem occultando, merito ergo ſilentium ei imponitur.

[f] Tonſuratũ.Ergo licet poſtmodũ tõſurã acceperit nõ ꝓfuiſſet ei ar. ſ.de reſc.cũ adeo. principiũ.n.in talib. cõſiderãdũ eſt.ſ.de ele.dudũ.ubi de hoc. & j.q.j.princ.

† Singulare eſt ſecũdum Pan. Quod Aduocatus põt eſſe teſtis ĩ inſtrumẽto trãſactionis factæ ſuper re litigioſa in qua fuit aduocatus.

[1] Subiectione. ſcilicet feudali cenſuali uel alias tẽporali prę diorũ non aũt de ſubiectiõe ſpirituali, qa falſus eſſet ĩtellectus & cõtra.c. ꝓterea. j. eod.

† Alias, ĩpetrauit.

[2] Sed quia ſe ius habere poterat q clericus non erat? unde non placet hæc lectura. Ioann. And.

Super eo.

Gloſ. ſeq. diſtinguit an eccleſia ueniat ut proprietas,an ut beneficium.

[g] Super re ſacra. Hic euidenter patet, quod de re ſacra ſiue ſpirituali tranſactio interuenire non poteſt. ſ. eod. conſtitutus.& j.eod.præterea. & c.ex parte.neq; pactio. ſ. de pact. pactiones.& c.cũ pridẽ. & duob.ſeq.ca. ut dictum eſt.& ſupra eo. ſtatuimus. ut det tẽporale pro ſpiritualibus. j. de re.permu.c ult.ſed ſi ſpirituale detur pro ſpirituali, bene tenet,& ualet talis permutatio ſeu tranſactio. j.de re. permu.ad quæſtiones. & ſic tantum detur ſpirituale uel remittatur pro alio ſpirituali. Sed diſtingue utrum agatur de re etiam ſpirituali quæ petatur tanq̃ beneficiũ, an tanquã proprietas ſi agatur ſuper beneficio ut aliqs recipiat ad beneficium eccleſiæ uel quantũ ad prælationẽ,tunc nulla põt interuenire trãſactio ꝓprie,& hoc notauit dũ dicit eccleſiaſtico bñficio in litigiũ deducto:qa ſimoniacũ eſſet,& qa talis titulus non habetur ex tranſactione,ſed per canonicam inſtitutionẽ.infra de inſti. ex frequentib. & ſ.de renun.admonet.& xvj.q.vj.nullus omnino.arg.ff. de decu.Herennius.Si uero res ſacra ſiue ſpiritualis in litigiũ deducatur,tanquã proprietas [3] :tunc bene poteſt interuenire tranſactio:puta duæ eccleſiæ ſiue duo epiſcopi litigant ſuper aliqua eccleſia uel aliquibus: quia alter dicit illas ſibi ſubiectas, alter negat qui poſſidet.ibi poteſt interuenire trãſactio:quia & permutatio.j. de rer.permu.ad quæſtiones ut ſi unus haberet unam eccleſiã, & alter aliã per tranſactionẽ, uel quia unus epiſcopus aliqua ſpiritualia in eccleſia perciperet,& alius alia,hoc totum poteſt fieri per tranſactionem,ſic etiam poteſt intelligi ſ. eo. ſtatuimus.potuit fieri diuiſio decimarum inter partes. Quædam tamen ſunt in quibus non admittitur tranſactio ſeu compoſitio.ut infra eo.ca.ult.ubi de hoc.Ber.

Idem.

Super eccleſiaſtico beneficio nõ poteſt tranſigi,ſed amicabiliter componi.h.d.et quotidie allegatur.

CAP. VII.

SVper eo quod quæſiuiſti,utrum de eccleſiaſtico beneficio in litigium deducto,poſsit fieri tranſactio.Tale damus reſponſum, quod tranſigi ſuper re ſacra [g] & litigioſa non poteſt. etenim res ſacræ, ut poſsideantur aliquo dato [h] uel retento ſeu promiſſo, ſpeciem credimus habere ſimoniæ [i]. Alias ſi gratis & amicabiliter [k] inter ſe litigãtes cõponãt: ſacris canonibus [l] nequaquam dicimus obuiare.

Idem Abb.de Strapho.

[h] Dato.Tranſactio non procedit uel nõ fit, niſi aliquo dato uel retento uel promiſſo:ut hic dicit, & C. eod. titu. tranſactio. qui enim tranſigit, quaſi de re dubia & lite incerta,neq; finita,trãſigit.ff.eo.l.j. Et ideo dixi,dubia & ẽt lite incerta, quia credit ſe habere bonã cauſam,alioqui ſi euidẽs eſſet calũnia [4],nõ tenet trãſactio.ff.de cond.inde.l.indebi.l.in ſumma.j.reſp.Neque finita ideo dixi,qa ſi finita eſſet cauſa per ſñiam a qua non eſſet appellatũ,poſtea non teneret tranſactio ff.de condi.inde.eleganter.§.ſi poſt rem iudicatam.

[i] Simoniæ.ſ.eo.cõſtitutus.& j.eo. præterea.& c.ſeq.

[k] Amicabiliter.ſ.eo.ſtatuimus.& ca. decætero.& j.eo.ca.prox.& j.de deci.ex multiplici. & ca.nuper.

[l] Canonibus.Qui ꝓhibent illicitas pactiones in ſpiritualibus:

Trãſactio an ſupre ſacra fieri poſsit.

[3] Idem Panorm.

[4] Calumnia Et qc quid dicat Ioã. And. hic nõ eſt differẽtia inter actorem & reũ ut tenet. Bartol. in dicta. l. in ſũma.Iaſ. Alc. Phil. dec. ĩ l.ij. (ubi in annot. ad deciũ dixi) C.de trãſactio.

ritualibus: ut j. q.ij. quam pio. & q. j. eos. & quæſt. iij. ſi quis præbendas. cum ſuis concor. & ſupra titu. proxi.cap. fin.

V Eniens. Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudices: ibi, mandamus. Abbas.

Gloſſa ſequens declarat, quæ ſint ſacramenta neceſſaria, quæ uoluntaria, & quare ſic uocantur.

& priori de Phebi.

Tranſactio facta de rebus eccleſiæ per prælatum, ſine ſuperioris conſenſu, non obligat ſucceſſorem. †

CAP. VIII.

V Eniens ad apoſt. ſed. clementiã magiſter G. de Fauil. ſua nobis inſinuatione monſtrauit, ꝙ monachi maioris monaſterij terras in parochia ſancti M. de Marchia excolunt, & ab eadem eccleſia coloni eorũ omnia eccleſiaſtica, tam neceſſaria,[a] quam voluntaria ſuſcipiunt ſacramẽta, & tamen eidem eccleſiæ decimas ſoluere contradicunt: & infrà. Arbitrantur autem ſe poſſe tueri cuiuſdam tranſactionis prætextu inter præfatos monachos & quendã ſacerdotem memorati Gu. prædeceſſorem factæ, ut đ duabus carruatis terræ, quas in dominio ſuo monachi tenent, tertiam tantùm decimarum partem exoluant: & infrà. Mãdamus quatenus, niſi præfati monachi trãſactionem[b] præſcriptã authoritate apoſtolica confirmatã[c] eſſe docuerint: cùm aliàs inter perſonas facta potius, quã inter eccleſias videatur, ne pacta inter alios[d] acta, alijs obeſſe patiamur: ipſos[e] & agricolas decimationes ex quibuslibet rebus prouenientes ex integro,[f] & illarum quas illicitè detinuerant iuſtam æſtimationem reſtituere eidem eccleſiæ compellatis.

Lucius. iiij. Ormeñ. epõ.

Sicut ſuper iure præſentandi, ita ſuper annexo nõ poteſt trãſigi ut recedatur à lite interueniẽte aliqua tẽporalitate.

CAP. IX.

P Ræterea, quãdo inter laicos & viros religioſos de præſentatione alicuius eccleſiæ quæſtione ſuborta tranſigit,[g] ita ꝙ præſentationẽ laicus obtineat: religioſi uerò nouã uel maiorẽ ꝑcipiãt in eccleſia in qua prius nullam[h] uel minorẽ habere cõſueuerant portionem, an hmõi tranſactio teneat, quæſiuiſti. Cũ igitur ipſa pactio ſimoniaca[i] merito uideatur. † Reſpond. ꝙ de iure non tenet, nec ex ea religioſi vllum debẽt commodũ obtinere.

Celeſtinus tertius.

Super ſpirituali ſubiectione, licet tranſigi.

[a] Neceſſaria. quædã ſacramẽta ſunt neceſſaria, quædã uoluntaria. hæc diſtinct. ponitur. j. q. j. §. notandũ eſt. Sacramẽta neceſſaria ſunt iſta, baptiſmꝰ cõfirmatio, pœnitẽtia, ultima vnctio, corpus Chriſti. & ideo dicũtur ſacramẽta neceſſaria uel neceſsitatis: quia ſine iſtis homo ſaluari non poteſt, ſi ex contemptu omittũtur & haberi poſſunt. ſacramẽtũ uero baptiſmi in neceſsitate a quocunque poteſt recipi. dũmodo in forma eccleſiæ cõferatur. ſ. de ſum. tri. c. j. in fi. & de conſec. diſt. iiij. a quodam. Et etiã pœnitẽtia. nam cõfiteri poſſunt cuicunq; in neceſsitate: iuxta illud. Confitemini alterutrũ peccata veſtra. Sacramenta uero voluntaria ſunt illa, quæ omittere non eſt peccatum, quæ dignitatis ſacramẽta dicuntur. ut in §. ſed notandum. vt ſunt ordines, qui a dignioribus conferuntur. i. epis. Vel quia non niſi digni ad ordines aſſumendi ſunt. Item matrimonium, & ſine huiuſmodi ſacramentis poſſumus ſaluari. xxij. q. iiij. §. ult. ad fin.

[b] Tranſactionem. i. compoſitionem. infra eo. ſtatuimus. & infra, de deci. ex multiplici. ubi ſimilis eſt compoſitio. uel proprie tenetur.

[c] Confirmatã. Sed nunquid cõfirmatio papæ tranſactionẽ perſonalem facit realem, ut ſic immutet eius ſubſtantiam? videtur quod ſic: quia authoritas principis facit quandoque ex nudo pacto actionem dari, & authoritas legis hoc facit. argu. ff. de pactis. legitima. & ꝙ confirmatur, datur. ff. de verb. ſign. l. lege obuenire. & princeps unit duas res in unã naturam. C. communia de leg. l. ij. arg. contra. xij. diſtinct. præceptis. & j. de confir. cum dilecta. & c. ulti. Dic quod hæc trãſactio ab initio quantum ad intentionem tranſigentiũ, fuit realis, ſed ſacerdos ille hoc facere nõ poterat ſua authoritate, nec ſucceſſorem poterat obligare ſine authoritate ſuperioris. ar. ſ. eo. de cætero. & c. cõtingit. ſi. habes. j. de cõfir. util. c. pe. & ita cõfirmatio papę facit realem trãſactionem, quæ quantum ad ipſas perſonas ꝑſonalis erat ſi ex certa ſciẽtia hoc facit: quia poteſt facere, ꝙ illa quæ nulla eſt ſit aliqua. argu. xvj. q. j. c. vlt. & j. de his quę fi. a pręl. cum apoſtolica. & plus eſt de nihilo aliquid facere, quam de aliquo aliud. ar. de conſe. di. ij. reuera. arg. C. de rei vx. actio. l. unica. circa princ.

[d] Inter alios. ſi. ff. de pac. ſi unus. §. itẽ ne experiar. in fi. & ita pactũ prædeceſſoris, non obligat ſucceſſorẽ. arg. j. de preca. c. ij. ſic & cõfeſsio inter alias ꝑſonas nõ nocet alij. ij. q v. interrogatũ. j. de adul. ſignificaſti. Sed nũquid ille ſacerdos poſſet reuocare talẽ tranſactionẽ anteq̃ cõfirmet a pa. cum ſit ꝑſonalis? Argumẽt. quod ſic. xlv. q. ix. quod quis. & cap. quiſquis. & j. de rebus eccleſ. nõ alie. ſi quis presbyterorum. credo, qđ licet ſit perſonalis tranſactio, ipſe tamen quandiu vixetit. nõ poterit reuocare, ſicut nec monaſteriũ eam poſſet reuocare. infra, de deci. ex multiplici, niſi per in integrũ reſtitutionem, ſi eccleſia eſſet læſa. infra, de in integ. reſtitu. cap. j

[e] Ipſos. Scilicet, monachos de parte ſua. infra, de deci. tua nobis. & colonus de ſua: ut ibi. Ber.

[f] Ex integro. Sic infra, de deci. cum homines. & c. tua nobis.

P Ræterea. Non valet tranſactio ſuper iure præſentandi, per quam nouus cenſus imponitur eccleſiæ uel antiquus augetur. hoc dicit. Communis diuiſio. ſecunda ibi, cum igitur. Abbas.

[g] Tranſigitur. propria authoritate.

[h] Nullam. Imo etiam authoritate ſuperioris, non poſſet de nouo conſtitui cenſualis iſta eccleſia, nec vetus cenſus augeri. infra de cenſibus. prohibemus. & capitu. ſcientes.

[i] Simoniaca. cũ non liceat trãſigere de re ſpirituali,

† Fely. c. præſenta. i prin. đ teſti. gl. c. cũ veniſſent. verſ. probatũ. de teſtib. Conrad. đ Summeh. tracta. de contract. qõ. xviij. conclu. v.

* Hoc ca. & ꝓcedẽs loquũtur, de alienatione quæ nõ tenet: iſta vero tẽporalis pactio tenebat ad tẽpus. Io. And. & gl. ſeq. Pan. hic.

† Adde ꝙ hoc verbũ uideatur, eſt fictum. nec denotat ꝓciſam veritatẽ. ſi. eſt in l. j. §. de ieciſſe. ff. de vi & vi arma.

interuentu pecuniæ, ut dictũ est. s̃. cod. super eo. & c. statuimus. fi. s̃. de pact. cum clerici. ĩ. c. proxi. quia ius patronatus est spirituale.

a Præterea. Quarto loco. Primus habetur. ĩ. de mu. peti. c. prudentiã. secũdus & tertius. ĩ. de ap. secũdo requiris. & quartus hic. quintus & sextus. s̃. de off. delega. c. prudẽtiam.

b Eximi. Contendendo in iure, ꝙ nõ debeat subesse: non priuilegium allegãdo. Lau.

c Confitentes. similem cõfessionem habes. ĩ. de except. cũ uenerabilis. sed illa eis non obfuit: qa excipiendo hoc fecerũt. per hãc cõfessionem fundata fuit intẽtio alterius partis, poterant sic rñdere, olim fuit quæstio de subiectione, sed illa fuit transactione. i. amicabili compositione terminata.

d Censum. Qui. s. census licet esset cognitio debitæ subiectionis: ut ĩ. de cen. omnis anima. argu. xviij. q. ij. Eleutherius. non tamen debuit sic trãsigi. Imo videtur, quod non possit eximi, sicut nec eps pleno iure eximit etiam ecclesiam. ĩ. de dona. pastoralis. sed si gratis uellet quis ecclesiã sibi subiectam non per transactionem eximere, bene posset remittere quicquid iuris habeat in ea retinendo etiã pensionem annuatim soluendã maiori ecclesiæ, nec esset simonia. ĩ. de reli. do. cõstitutus. ita tamẽ, ꝙ illi de Cella deberent obedientiã & reuerentiã matrici domui. ĩ. de cen. cũ uenerabili. quia sine capite esse non debet: quia in hoc non posset maior ecclesia illos eximere. xciij. dist. nulla ratione.

e Subiectione. Nõ poterat hic allegari præscriptio: quia contra subiectionem nõ currit præscriptio. ĩ. de præscript. cum non liceat. & quia malam fidem præsumebantur habere propter confessionem propriam.

f Cõfessione. in iure facta, & coram iudice suo. ĩ. de iudi. at si clerici. & ff. de interrog. act. voluit. & ita cõfessio cõtra se præiudicat. infra, de confess. cum super & c. ult. vbi de hoc. & intellige, quod per syndicum confessi sunt quamuis dicat hic fratrum confessione, nec reuocauerunt confessionem.

g Simoniacam. supra c. proxi. & c. constitutus. & supra, de pact. cum pridem. & c. pactiones.

Ex parte tua. Super matrimonio transigi non potest. Diuiditur, nam primo hortatur legatum, ut componat etiam in casibus expressis a iure. In fine dicit quid de casibus non expressis: ibi, in his. Abb. Sic.

CASUS. *Quidã Græci furtiue recipiebãt sacros ordines à non suis episcopis. Quidã etiã celebrabãt in ecclesijs interdictis, nec volebãt obedire latinis. Et quidã alij Græci & latini episcopi consecrationes celebrabant in episcopatu aliorum: & decimas percipiebant ibidem in eorũ præiudiciũ & grauamen Item quidam laici et græci proprias uxores authoritate sua dimittebãt, alias illis viuentibus recipientes. Et quidam alij abbatias & ecclesias cum hominibus ecclesiarum detinebant, & in alijs pluribus excedebant, ut dicitur in integra. super his excessibus, Cardinalis cõsuluit papam qualiter esset cõtra istos agendũ, & ipse hic respondet prout sequitur.*

† Eo tempore galli tenebant imperiũ Constãtinop. ut di xi s̃. d̃ maiori. & obed. c. inter quatuor.

CAP. X.

Præterea a quarto loco quæstio talis accessit, ꝙ quædã Cella eximi b voluit à subiectione qua matrici domui tenebatur: & ĩ. Fratres illius Cellæ se cõfitentes c in iure illi domui quondam fuisse subiectos referebãt quæstionem olim de hac subiectione fuisse motã, & trãsactione sopitã, eatenus ut quendam annuũ censum d ecclesiæ matrici reddendo essent a subiectione e principalis domus exempti: & infra. Prior consequenter pro maiori ecclesia, proponebat, quòd de spirituali subiectione trãsigere non liceret. Respondemus igitur, quòd ex prædicta fratrũ confessione f cõtra eos sententia procedere debeat, præsertim cũ illa transactio (licet nobis de illo ꝙ Cella determinatè reddere tenebatur, constare nequiuerit) iniquitatem simoniacam g continuisse putetur.

Honorius tertius I. tituli sanctæ Praxedis præsbytero cardinali. †

Iudex potest & debet se interponere pro trãsactione inter partes facienda præterquã in casibus in quibus iura hoc non admittunt, ut super matrimonio. hoc dicit.

CAP. XI.

Ex parte tua: & infrà. Poteris ad componendum h interponere partes tuas, interdum aliqd seueritati i detrahere. prout (statu Imperij, & excedentium multitudine k prouida deliberatione pensatis) videris expedire, exceptis nimirum casibus, qui compositionis seu dispositionis remedium non admittunt, ut pote coniugij sacramẽtum, l quòd

h Ad componendũ. Sic enim iudex prius debet concordare partes, quã ad iudicium venire, ĩ. si põt. v. q. ij. si primates. & xc. di. studendũ. xxiij. q. ulti. si quis membrorũ. & q. iiij. si illic. & de simo. querelam.

i Et sic ꝑ partiũ cõcordiã remanebũt crimina ĩpunita. solue ut not. xc. distin. cap. j. Ioã. And. Alias, dispensationis.

i Seueritati. Quãdoq; enim detrahẽdũ est seueritati, ut maioribus malis sanãdis charitas syncera subueniat. l. di. cõstitueretur. & ubi saluti nil detrahebatur, humilitati. posteriores doctores aliquid addiderunt, ut ibidem dicitur.

k Multitudine. quia quod peccatur a pluribus transire solet inultum. j. q. vj. quoties a pluribus. & xxiij. q. iiij. non potest. supra, de tempo. ordin. sane. & cum multitudine peccantium magis docendo, quam iubẽdo agendum est. seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. xliiij. distinct. comessationes. infra, de cler. excommu. min. latores.

Glossa sequens rationem reddit, & dat simile. obijcit, & soluit.

l Sacramentum. Sic patet, quod in matrimonio non habet transactio seu cõpositio locum, ut cõtra matrimoniũ aliquid statuatur. i. cũ sit statutũ a domino in paradiso: Quia quos Deus cõiunxit, homo non separet: ut xxvj. di. deinde opponitur. & s̃. de trãslat. inter corporalia. & xxxiij. q. ij. an quod. & c. quos Deus. & causa matrimonialis per arbitros tractari nõ potest. ĩ. de in integ. rest. causa. in fi. sed ꝑ iudices discretos, qui potestatẽ habeant iudicãdi. ĩ. de consang. & aff. ex literis. in fi. nec dispẽsatio locũ habet, ut dicit hic. Sed contra uidetur: quia circa matrimonium dispensatur. xxxv. quæstio. iij. quædã. l. & c. quod scripsi. & q. viij. de gradibus. Dicas in matrimonio, circa gradus constitutione canonica interdictos, dispẽsatio adhibetur

Trãsactio non fit super matrimonium.

cùm non solùm apud Latinos & Græcos: sed ēt apud fideles & infideles a existat, à sæueritate canonica circa illud recedere nō licebit. In his uero sup quib. ius non inuenit exp̄ssum, ꝑcedas (æquitate b seruata) semper in humaniorē c partē declinādo, secundum quod personas & causas d loca & tempora postulare uideris.

ex iusta cā. ut simul remaneāt, in quo casu loquuntur cōtraria. Circa gradus lege diuina prohibitos, uel ut matrimonia legitime cōtracta i separētur, nulla dispēsatio adhibet ab ecclesia. & de tali dispēsatione hic intelligit. Nam ut patet in integra. quidā uxores legitimas dimittebāt, & alias ducebāt, cū talib. nulla dispēsatio adhibetur ut sic remaneant cum secundis. De gradib. diuina lege prohibitis, habes. infra de rest. spo. literas. Hodie uero de facili nō dispēsaret ecclesia, circa consanguinitatē: cū usq; ad quartū gradū restricta sit copula cōiugalis. j. d̄ cōsan. & affi. nō debet.

i Carnali copula cō summata. qd̄ dic ut no. j. d̄ cō uer. cōiu. expublic. lib. vj. Io. And.

a Et infideles. xxvj. di. deinde opponitur. & xxviij. q. j. per totum. sed apud infideles non est ratum, quin possit separari altero ueniente ad fidem catholicam. in infidelitate reliquo remanente infra de diuor. quanto. & cap. gaudemus.

b Aequitate. Quam iudex præ oculis semper debet habere. ff. de eo ꝙ cer. lo. ꝙ si Ephesi. in fine. Et ita vr̄ ex eo quod dicit: in quibus ius non inuenitur expressum, procedas æquitate &c. quod ius semper sit præferendum æquitati. arg. contra. C. de iud. placuit. sed potes intelligere illud de æquitate scripta, quæ debet præferri rigori iuris. hic de æquitate non scripta, quæ tunc solum seruanda est, cum ius deficit. hoc uerbum sumptum fuit de lege illa. ff. de aqua plu. arcen. in summa. §. item uarus. in fine. sic dicitur de consuetudine, quæ seruatur cum deficit lex. j. dist. consuetudo. & ubi ius scriptum non est, de similibus ad similia est procedendum. ff. de leg. nō possunt. & infra de re iud. in causis. & j. de sta. reg. super quodam. in fine. & ca. recolentes & supra de rescri. inter cæteros. & supra de transla. inter corporalia.

c In humaniorem. Quia semper debemus proniores esse ad absoluendum, quam ad condemnandum. ff. de actionibus, & obligationibus. Arrianus. & ff. de pœ. respiciendum. & infra de probationibus, ex literis. xxvj. q. vij tempora pœnitudinis. & promptiores ad misericordiam, quam ad rigorē: quia melius est præstare causas pro misericordia. quam prætendere inclementiam lxxxvj. di. non satis. ad finem. post me. colum. & melius est pro ueritate pati supplicium. quam pro adulatione beneficium. xj. quæs. iij. nemo. per totum. & sententia quæ misericordiam uetat, fugienda est l. di ponderet. & xxvj. quæs. ultima. alligant. ubi dicit, quod si dominus est largus, dispensator eius famulus non debet esse tenax. & ix. di. sana. & prima, quæstione septima, cap. exigunt.

Glossa sequens prosequitur quatuor in pœnis consideranda.

d Causas. In omnibus pœnis inferendis considerantur ista quatuor principaliter. Persona primo consideranda est, quæ sit, quia aliter proceditur cum maioribus quam cum minoribus. supra, de officio delegati. sane. & cap. pastoralis. & xlv. dist. cum beatus. & uigesimaquarta quæstione prima, qui contra pacem, & infra de symo. per tuas. Causa etiam consideranda est infra de uo. & uo. redemp. magnæ. in fine. & infra de accusationib. cū dilectus. & xxiij. q. ult. occidit. & ff. de fur. uerum. & xvj. q. vj. cap. j. in fi. Et op. arg. vj. dist. testamentum. Et locus consideratur in iudicijs. arg. s̄. de rescriptis. nonnulli quia cōsuetudo loci attēdi debet. iij. dist. erit aūt lex. & xxxj. dist. ante trienniū. & c. aliter. et j. de clericis coniu. cum olim. Et tempus etiam consideraī, quia est tempus tacendi, & tp̄s loquendi. xxxvj. dist. c. qui ecclesiasticus. §. ecce. In quo statu sit princeps loci, ut hic dicit, prout status imperij & c. qa in turbatiōe regni, rigor iuris seruari nō potest. Et propter nouitatem gētis tempus consideraī: ut xxxv. q. iij. qd̄ scripsi. & j. de pœnis & remi. Deus qui ecclesiam. propter nouitatem fidei, multa ibi attenduntur, & hoc totum habes xxix. dist. sciendum. j. de homi. sicut dignum. j. respō. ubi ista quatuor considerantur, & quædam alia. Vnde uersus. Causa, locus, tempus, personaq; perspicietur, In pœnis dandis, ut eas iudex moderetur.

TITVLVS XXXVII.

DE POSTVlando.

Ex concilio Laterañ.

Clericus in sacris uel minoribus beneficiatus, in seculari foro postulare non debet, nisi ꝑ se uel sua ecclesia, uel miserabilib. personis.

CAP. I.



Lerici in subdiaconatu, et suprà ī ordinib. quoq; minorib. si stipēdijs e ecclesiasticis sustentētur, † corā seculari iudice, aduocati in negotijs secularib. f fieri non præsumant: Nisi propriam cau-

† Alias secus. Cep. cau. ciuil. consil. xx. consi. xxj. Postulādi officium, est multis īterdictū.

DE POSTVLANDO.

Si uocati ad iudicia non paciscuntur neque transigunt, solēt sibi quærere aduocatos & procuratores. ideo post duos titulos præcedentes subijcitur ista & sequens quæ præmittitur ante tractatum de iudicijs: quia hæc sunt præparatoria iudiciorum. Quid autem sit postulare, habes tex. in l. i. ff. eo. et per gl. in c. ul infrà. eod. Et aduerte quòd multæ sunt personæ quæ postulare prohibentur: ut patet in his uersib. Non cuicunq; datur quod postulet, imo negatur. Addictus pœnæ, seruus, puer actor arenæ, Luminibus carēs, mulier, muliebria passus.

De hac *materia tractatur iij. q. vij. xv. q. ij. de pœni. di. i nemo xiij q. v. denique.*



Lerici Diuiditur, quia prima pars ponit ꝓhibitionem, a qua secunda excipit ibi, nisi. & adde etiam de personis sibi coniunctis: ut probatur infra eo. cap si. Abb.

Glos. seq. arg. à contrario quod approbat distinguendo inter criminales et ciuiles causas: constitutos in minoribus in sacris, et professos.

e Stipendijs. Videtur ergo a sensu contrario, si stipendia non habeant ꝙ possint aduocare 2, ꝙ uerum credo de minoribus in causis ciuilibus, quia in criminalibus causis uel ubi de pœna sanguinis agitur, interesse non debent infra ne cle. uel mona. sentētiam. & xxiij. q. ult. his a quib. De ijs qui sunt in maioribus ordinib. aliud 3 est dicendum, quia illi coram seculari iudice aduocare nō debent: & si sine titulo sunt promoti, episcopus eis debet prouidere infra de præben. non liceat. & cap. episcopus si aliquem. & ca. cum secundū. de regularibus planum est, quod aduocare non debent infra ca. proxi. quia & negotijs secularibus se immiscere non debent infra ne cle. uel mona. nō magno. et xvj. q. j. alia est causa. ca. placuit. & ca. mona. de sacerdote habes infra ca. ult.

2 An debeat maternis uerbis loqui, sic qd' aduersarius intelligat no. xxviij. q. j. sic. n. ad finē. & ē quæstio dominicalis clericꝰ quidā. in Spe. de aduo. §. nūc de exordijs. in fi. Ioā. And.

3 Alind. imo idem Pan. hic.

f Secularibus. Imo opprobriū est clericis si se peri-

 tes so-

tos forensium disceptationum ostendere uoluerunt. C.de episcopis & clericis, repetita. & C.de testa. consulta. pro miserabilibus tamen personis possunt postulare infra eo.c.ulti.

sam uel ecclesiæ suæ fuerint prosecuti, aut pro miserabilib. fortè personis quæ proprias causas administrare non possunt.

Innocentius iij. Compo. archiepiscopo.

Canonici regulares postulare non possunt, sicut monachi, nisi pro utilitate ecclesiæ uel sui monastery et præcepto abbatis.

CAP. II.

EX parte, tua nobis fuit propositum quod quidā canonici regulares non solum in ecclesiasticis uerumetiam in forensibus causis præsumunt aduocati officium exercere. Cum que obijcitur eis quòd nō debent esse forensis uel ecclesiastici [a] negotij susceptores uel executores, nisi fortè id monasterij exposcat utilitas abbate nihilo minus imperante [b], ad suam proponunt insolertiā [c] excusandam, ꝙ capitulū illud, per quod prædicta prohiberi uidentur: de monachis, non de canonicis regularib. loquitur manifestè. Vnde con.t.t.r. ꝙ idē [d] iudiciū de canonicis regularib. quod & de monachis quantū ad supradicta credimus obseruandū, licet de monachis in canone specialiter sit expressū.

Gregorius nonus.

CAP. III.

CVm sacerdotis sit officiū, nulli nocere, [e] omnib. aūt uelle prodesse. Non nisi pro seipso [f] uel ecclesia sua, uel (si necessitas immineat) pro personis coniunctis aut miserabilib. sibi licitum est postulare [g] :& infra. Clericus aūt qui contra [h] ecclesiā, a qua beneficium obtinet,

[a] EX parte tua. Ecclesiastici. ut xvj.q.j.c. mona.& c.de præsentium. & ĩ. ne cle. uel mona. non magno. opprobrium est talibus, si uelint uideri periti forēsium disceptationum. C.de test. consulta. & C.de epi.& cle. repetita.

[b] Imperante. xvj. q.j. monachi ij. non sufficit utilitas monasterij: nisi hoc faciat de mandato abbatis, propter bonū obedientiæ. ar. ff de re mil.l.iij.§. in bello. nec auditur eo prætextu, ꝙ est coniuncta persona: nisi habeat speciale mādatum. leges enim de hoc loquentes intelligūtur de factis priuatorum. ff.de procura. sed & hæ personæ. & l. Pomponius. in fi.

[c] Insolertiā. Idem uerbum habes. s. de sup. negli. præla. c. ij.& ibi exponitur.

Glossa seq. dat v. similia.

[d] Idem iudicium. Similis habetur extensio, per interpretationem. xxviij.q.j. idolatria. sic nomen uenditionis ad alias alienationes extenditur. [1] ff.quib.mod.pig. uel hypo.solu. sicut. §.uēditionis. & uerbum alienationis, ad alios contractus extēditur, per quos etiam dñium non transfertur. ĩ. de reb.eccle. non alie. nulli liceat. sic & id quod dicit de simo. extenditur ad alios. xvj.q.vij.& hoc scripsimus. uer. & arbitror conuenire uerbum &c. sic & prohibitio de legibus audiendis, de monachis & regularibus, extenditur ad prælatos seculares ĩ. ne cle. uel mona. super specula [2] .& regulares canonici æquiparantur monachis: nisi quia regulæ inseruiunt laxiori infra de sta. reg. quod Dei timorem.

CVm sacerdotis sit. Primo ponitur ratio, secundo dictum cum clausula exceptiua, ibi: non nisi. tertio pœna ibi, clericus. Abb.

[e] Nulli nocere. Ista uerba sumpta fuerunt ex illo canone. xiiij.q.v. denique. Ad hoc autem tenetur quilibet christianus: sed magis sacerdos, qui debet uelle prodesse omnib. ut ibi dr̄, & hoc qa quisq; ꝓhibetur alij inferre quod sibi nolit fieri. j. dist. in princ.& s.de maiorit.& obe. dilecti filij. Et est arg. quod nulli consulendum est cum alterius iniuria. xxij.q.ij. primum. ff.de cond. inde. nam natura.& xj.q.iij. si quis uero nō obediat. xcix. dist. nullus.& non debet alteri per alterum iniqua conditio afferri. ff.de regu.iur. non debet. & cauendum est, ne prætextu nocentis innocentes puniantur. C.de his qui latro. occultauerūt l.ij. & sanctius est nocentem impunitum relinqui, quam innocētem damnari. ff.de pœ. absentem. & pœna debet suos authores tenere. ĩ. de ijs quæ fi. a maio. part. cap. quæsiuit. & C.de pœn. sancimus. Et sic patet, quod sacerdos aduocare nō debet, nec se negotijs secularibꝰ immiscere, nisi pro cura miserabiliū personarū. lxxxviij. dist. ca.j.& per totam dist.

[1] Infero ꝙ prohibitus. uēdere ꝓhibetur donare & ꝑmutare. concor.l. statui liberis cæteris. ff. de sta. lib. no. in l. sancimꝰ. C. de re. ecc. non alien.

[2] Quod dic ut eo. ti.c.j.lib. vj. sic & ex iij. capite l. Aquil. Vbi rupti, extendit ad scissū, collisū, effusum uel aliquo mō pereptū, uel deterioratū. in sti. ad le. Aquil. §. item in oībus. secundum. Ioā. And.

[f] Pro seipso. Sic quædam sunt personæ quæ pro se tātum & pro quibusdam personis possunt postulare. iij. q.vij.§. sunt autem ubi habes, quæ personæ possunt postulare & quæ non, & pro quibus. sic & sacerdos pro se et ꝓ quibusdā alijs personis hic enumeratis postulare potest: ꝓ ecclesia sua, & pro personis cōiunctis: sed non indistincte, nisi necessitate instāte, puta quia sunt minꝰ potentes, uel quia nō possunt habere ita bonum aduocatū. & sic restringitur quodam modo ad necessitatem, quantum ad coniunctas personas. Quę sunt cōiunctæ personæ, dicitur. ff.de proc. sed & hæ personæ. & iij. q.vij. c. infames. §. sunt autem. uer. alij enim. inter quas personas satis credo intelligēdos confratres suos eiusdem ecclesiæ [3] .& pro coniūctis personis posset etiam literas impetrare sine mādato. s.de rescr. nonnulli. & agere. & ff.de procu. Pomp. in fi. dum tñ non appareat contraria uoluntas: ut ibi dicit, & pro personis miserabilib. de quibus habes lxxxvij. dist. per totum. lxxxviij. dist. c.j.& c. episcopus gubernatione. & in pluribus alijs. ca. ibidem.

[g] Postulare. Postulare est desiderium suum uel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præest exponere, uel alterius desiderio contradicere. iij.q.vij.c. infamis. §. sunt autem. & ff.de postu.l.j.§. postulare.

[h] Contra ecclesiā clericus ergo qui cōtra ecclesiam a qua beneficiū habet, aduocat, uel est procurator, tanquā ingratus beneficium ipsius perdere debet. argū. bonum. j.q.vij. cap.j.& xcvj. distin. si imperator. iij.q.j. nulli. sicut uasallus tenetur domino. xxij. q.v. de forma. alias perdit feudum: ut in libro feudorum, quemadmodum feudum amittitur. & milites rempublicā de qua aluntur, ab omni necessitate bellorum defendant. C. loca. milites. Sed si habet clericus beneficia in pluribus ecclesijs, nunquid pōt præstare patrocinium uni contra aliā? Non uidetur, in eo casu neutrā iuuet uel offendat, ar. huius. c. et xiiij.q.v. denique. sed si esset ꝑlatus in una ecclesia, & in alia habuisset simplex beneficiū, uī, ꝙ ratione prælationis posset contra aliā postulare. ar. ff. de in ius uoc. quæsitum. & iij.q.vij.§. item si contra patrem, sic & libertus ecclesiæ si cōtra ipsam agat uel testificatur, tanquam ingratus in seruitutē redigat supra de ser. nō or. de famulis ecclesiæ.& xij.

Sacerdos pro quib. postulare potest.

[3] Ecclesiæ. hoc falsū, quia debet intelligi de coniūctis, coniūctione carnali. Pa.

Postulare quid est.

Clericus habēs duo beneficia, an posit pro uno cōtra alterum postulare.

xij.q.ij.octaua discutio. sic & donatio propter ingratitudinē reuocatur. ĩ.de dona. propter eius ingratitudinem. C.de reuo.do.l.j.& ult.& in aut.de nupt. in §. si mater.col.iiij.& in auth.ut liber.decætero aureo nō indigeant annulo.§.istud.col.vj.Et iustū est,ut ecclesia in sinu suo non retineat fraudatorē quem suscepit extraneum. xij.q.iiij. sacerdotes. & ecclesia sua mater eius est.ij.q.vj.ad Romanam. quæ ipsum domino sociauit. ĩ.de pœ.c. ij. sic propter ingratitudinem pater pōt filiū exhæredare in totum. xix. q.ult. & in auth. ut cū de ap. cognoscitur.§.causas. colla. viij. sed si cōtra aliquem de ecclesia in propria causa quæ non tangit ecclesiā postulauerit uel ꝓcurator fuerit, non puniretur. xij. q.ij. qui manumittitur. sed si ecclesia eēt ei ingrata: [1] tunc cōtra ipsam aduocare posset,nec succederet ei ab intestato, etiam ,si non haberet propinquos. C. de inoffi. testa. liberi.ubi mater excluditur a filij successione propter ingratitudinem commissam erga filium.

[1] Ingrata. Ioan. Imol. reprobat. Sed vide Ant. Corset. i sing. ver. ingratitudo. Fr. Ripa. in l. fi.q. xlvij. C.de reuo cand. do.

pro extraneis aduocatus vel procurator esse præsumit: tanquā ingratus potest (maximè si clericus sit eiusdem ecclesiæ) bñficio huiusmodi spoliari.

TITVLVS XXXVIII.

DE PROCVRATORIBVS.

Grego. Maximo Saloneñ. episcopo.

Non auditur quis tanquam alterius procurator, nisi habeat mandatum legitimè factum.

CAP. I.



Lia quidem: & ĩ. Scripsisse te quibusdā comperimus, ꝗ prædictos viros, tunc [2] ad causam nō miseris: & ideo quæ cum ipsis facta sunt subsistere non debere: sed & Thomas sibi hoc [a] te dictum præbuit, ex qua re, nec præsentium portitoribus [a] iudicauimus esse credendum, ne de ipsis similiter diceretur. Quia ergo hoc cautiores nos esse præmonuit, [b] instructam personam cum mandato [c] legaliter [d] facto, & presbyterorum seu diaconorum, testiumque subscriptionibus roborato, gestisque ex

[2] Alias, nunc.

DE PROCVRATORIBVS.

Dic ut suprà in præcedenti titulo pro continuatione tituli. Et quid sit procurator. in l.1.ff.eod. Abb.Sic.

De hac materia tractatur v.quæst. iij. per totum. lxxxix. distinct. per totum. ix. quæst. iij. cum simus. ij. quæst. vij. infamis.



Lia quidem. Primo præmittit motiuum. Secundo submittit mandatum: ibi, quia ergo. Abbas Siculus.

Glossa sequens distinguit tria membra, & in tertio tres opiniones ponit.

[a] Portitoribus. Quia constabat istos non habere mādatum ad agendum, non fuerunt admissi. Vnde circa procuratorem actoris distingue, utrū certū sit procuratorem habere mādatū: ut quia reus hoc cōfitetur, uel ipse ostendit mandatū sufficiens, uel si neget, probet hoc procurator per testes uel instrumentū: & secundū hoc procurator nō tenet satisdare dominū ratū habiturū, sicut nec debet satisdare procurator præsentis & confirmatis, uel apud acta procurator factus. C.de satisd.l.una. An certū sit eum non habere mādatum, aut dubitatur utrum habeat uel nō habeat mandatum, si certū est eū non habere mādatum, repellit: ut hic, & si uelit satisdare, nō est audiēdus: nisi sit cōiuncta persona quæ admittit cū satisdatione, nisi appareat de contraria uolūtate domini. ff. de proc. Pomponius.§.ult.& l.sed & hæ personæ. in casibus tamen admittit cōtra uoluntatē pro libertate. ff.de lib. cau. l.j.ij & iij.& pro defensione condēnati. ff.de app.non tantum.ubi aūt dubitatur de mādato, dicebat P. semper esse in electione rei, an uelit exigere probationē mandati, an satisdationē. B. dicebat distinguēdo utrū reus diceret procuratori, nō habes mandatum: & tūc procurator tenebatur probare mādatū. an diceret dubito an habeas mandatū: & tūc est in optione procuratoris, quod facere uelit. Azo dicebat ꝙ in arbitrio ꝓcuratoris est, an velit probare mandatū, aut cauere de rato: quia cū quis tenetur ad alterū duorū, s. probare uel cauere qđ uoluerit præstando liberatur. ff.de iure do.plerunq;. §. ult. & C.de condit. ind. si quis seruum. Hæc satisdatio dāda est, quando de mādato dubitatur. C.eo.l.j. & ff. ut in poss. leg. si is à quo. §.j. [3] idē in actore uniuersitatis. ff.qđ cuiusq; uniuer. itē eorū. §. actor. itē clerici [4] inter cōiunctas personas numerantur. arg.xij.q.ij. non liceat. Item no. quod licet procurator actoris nō caueat de rato, quando constat de mandato, cauere debet de defendendo. C. de satisd. l.una. alias denegatur ei actio. ff.eo.ti. mutus & surdus. §. pœna. & de omnibus etiam quæ contra ipsam mouentur, defendere debet. ff.de procu.omnium. & duabus legib.seq.

[3] Procuratori de cuius mādato cōstat, & petit satisdationē legatorū, cauēdum est. sed si dubitetur de mādato: cauet de rato. Ioan. And.

[4] Clerici. falsum est Panor. hic & s. tit. j. cap. ult.

[b] Præmonuit. Arg ad cautelam futurorum habendā xxiij.dist.in nomine. & exempla præsentia nos cauere præmonent in futurum. lxxxiij. dist. plurimos. in fi.& arg.ff.loc.si quis domū.§.j.& j.q.vij. conuenientibus. hic præsumitur ex præteritis circa futura. sic infra, de præsumpt.mandata.& c.scribam.

[c] Mandato. Tria debet continere mandatū, s.nomen eius, qui procuratorē eū constituit, & causam ad quā constituitur, & ꝙ ratū habebit. quod cum eo factum fuerit: ut ff.eo.ti.si procuratorem. Sed pone ꝙ de mādato dubitetur: quia sigillū incognitū est: quid erit? De eo fieri debet fides.argu.ff. quod cuiusq; uniuer.l. item.§.actor.& ff.de admi.tu.uulgo. & C. de fi. instr. quidam.& arg. ff. de publi.quicunque.

Glossa sequens notat. prælatum sine capitulo uel econtra litigare non posse. ad contrarium inducit quatuor leges, unum canonem & duos decret. ponit opin. & soluit, respondens ad contraria.

[d] Legaliter. Litera sequens exponit hoc uerbum, legaliter. Ex eo ꝙ hic dicit & legitur. ĩ. de iud. causam quæ colligitur euidenter, ꝙ nec prælatus sine cōsensu ca. nec capitulū sine cōsensu prælati, potest iudiciū exercere, nec cōueniri: q̃a nec alienare pōt alter sine aliquo. xij.q.ij.sine exceptione.nec cōmutare, nec donare, ut ibi dicit: & ĩ.de do.pastoralis. & ĩ.de ijs, quæ fi. à præla.sine cōs.cap.per totū.& eodē modo nec capitulū sine cōsensu prælati, cū omnes unū corpus intelligant. ĩ.de ijs, quæ fi.à præla.nouit. Et præterea dicit lex, quod qui nō potest alienare, nō potest rem in iudicium deducere. ff.de iure deli.ait prætor.& per iudicium quædam alienatio fit. in iudicio enim contrahit, sic in stipulatione. ff.de pecul.licet. §.sed si filius. in fi. præterea si prælatus sine cōsensu capituli posset agere uel cōueniri, & præiudicaret ecclesiæ factū prælati, fraus posset fieri ecclesiæ & præiudiciū: quia permitteret, imo procuraret quādoq; prælati se cōueniri,

more indicto a transmittere: ut quicqd cū ea actū fuerit, iure subsistat.

Alexander tertius.

Non ualet sententia etiā expensarū condemnatoria, lata contra absentem ex probabili causa legitimè per nuntium excusatum, hoc dicit. quantum ad verum intellectum.

CAP. II.

Querelam b A. clerici accepimus: & infrà. Mādamus quatenus, si uobis cōstiterit, quòd Vigoreñ. episcopus præfatum A. in restitutione expensarum, c pro nulla alia rationabili causa d condemnauerit, nisi pro eo tantū, quòd in termino constituto ad eius præsentiam non accessit infirmitate detentus, e cū non possit quis cogi, nisi velit in graui-

Prælatus sine cōsensu capituli, aut ecōuerso, nec conuenit, nec conuenitur.

& facerent collusionem. Sed contra uidetur, quod solus prælatus cōuenire & cōueniri possit. ff. quod cuiusq; uniuer. l. ult. ubi dicit, utilis actio administratori ciuitatis debetur. & ff. de cond. & demon. municipibus. & ff. ad muni. municipes. & C. de iu. cal. l. ij. §. hoc etiam. in fi. & xij. q. ij. non liceat. & j̃. de reb. eccle. nō alie. si quis presbyterorū. & s̃. de præscri. edoceri. ubi de hoc. Dicunt quidam, quod prælatus potest cōuenire & cōueniri sine cōsensu capit. per iura prædicta. Ego dico contra, quod nec prælatus sine consensu capi. nec capitulum sine consensu prælati agere uel conueniri potest per priora iura: tamen concedo, ꝙ si prælatus uel collegium agat sine cōsensu alterutrius, & uellet cauere de rato, debet audiri, cum sit administrator. & teneatur negotia ecclesiæ procurare: ut s̃. de rescri. edoceri. si uero conueniatur, non debet audiri sine consensu cap. nisi caueat de iudicato soluēdo, cū quilibet alter se possit offerre defensioni, si uelit cauere de iudicato soluendo, & periculo suo litē suscipere. & illa cap. si quis presbyterorū. & nō liceat. in speciali casu loquuntur. s. cū agitur de reuocatione rei alienatæ indebite & male: quia per hoc cōsulitur ecclesię, nec potest lædi: quod cōtingere posset in alijs casibus, ubi nō agitur specialiter de reuocatione rei alienatæ indebite, nō obstantibus legibus pro contrarijs signatis: qa intelligi possunt, s. ut cōpetat actio administrāti, non quantū ad hoc ut agere possit solus, nisi caueat de rato, uel nisi habeat speciale mandatū ad hoc, nec in rebus ecclesiasticis stamus legibus illis, sed canonibus. Et quo iure non potest cōponere seu transigere, sine consensu cap. s̃. de maio. & obe. c. si. s̃. de transact. contingit. eodem iure non potest agere uel respōdere sine consensu. cap. ar. ad hoc. s̃. de maio. & obed. c. ult.

a Indicto. Idest, instituto uel redacto, vel habente superioris authoritatem.

Querelam. Reuocatur sententia, qua condemnatus fuit in expēsis ex iusta causa absentis legitime excusatus: quia in ardua causa procuratorem constituere noluit. ita communiter summatur. Prima pars decise ponit partis querelam. Secunda dat iudicem: ibi, mandamus. Abbas Sic.

b Querelam. Et ita non per appellationem, ut notatur in fine.

c Expensarum. Quas fecerat aduersarius veniendo ad terminum coram Vigoreñ. delegato à papa ad petitionem Salubri. episcopi super ecclesia ipsius.

Glossa seq. alleg. concor. ponit opin. ad quam inducit vnum capitulum, eam reprobat &c. respondet, demum obijcit de duabus leg. bus et soluit. Item obijcit de duabus decre. & soluit. Notat à contrario, querit, argu. proponit opin. & soluit.

Reus ad citationē ēt primā nō veniēs, est in expēsis condemnandus.

d Rationabili causa. Si em̄ nō fuisset infirmitate detentus, uel alia iusta causa rationabilis fuisset, quare ꝓcessit cōtra eū, s. cōtumacia, bn̄ tenuisset statim cōdemnatio expēsarū. j̃. de dolo. cū dilecti. & C. de iudi. sancimus. & j̃. de ap. reprehensibilis. Sed nūquid reus, si nō venerit in prima citatione, cōdēnari debet in expēsis? Hic uidetur ꝙ sic: quia propter infirmitatē tantum excusatur: & nisi cōstiterit hoc, nō reuocabit̄ sententia. & ita pōt quis cōdemnari in expēsis pro prima cōtumacia. ar. ff. si qs in ius vo. nō ier. l. ij. §. j. & actor cōdēnaretur, si nō ueniret. ff. de iud. eū quē temere & in cōci. Lug. idē dicit̄. j̃. de do. & contu. actor. li. vj. & actoris & rei est æqua conditio. ff. de reg. iur. nō debet. 1 Dicunt quidā, ꝙ si reus non ueniat in prima citatione uel in secunda etiā non debet cōdemnari: quia nō dicitur adhuc contumax, nisi post perēptoriū. Dico 2 ꝙ ēt pro prima & pro secunda citatione puniri debet in expēsis, si ad trinā citationē veniat. si uero nō veniat ad citationem peremptoriā: tunc alias punitur: quia mittit̄ actor in possessionē rei petitæ, uel excōicatur, si missio fieri non pōt. j̃. ut lit. nō cont. tuæ. Et si postmodū reuertitur, intra annū restituit omnes expēsas factas ab eo tēpore quo fuit contumax. & si nō uenit ad aliquā citationē, ad omnes expēsas cōdemnabitur, quas fecit aduersarius veniēdo ad primā citationē & ad secundā & tertiā. & sic punitur prima cōtumacia. & eodem modo dico ꝙ debet puniri prima cōtumacia, licet veniret ad secūdam: alias deberes dicere, ꝙ quando nullo modo uenit, non debet condemnari in expensis, nisi factis ad terminum peremptorium.

1 De materia huiꝰ gl. uide ꝑ Bar. in l. j. ff. d̄ diuer. & tempo. præscrip.

2 Idē not. lxxiij. distin. Honoratus. & iiij. q. v. in summa. & hanc opinionē sic itellige ꝙ vna citatio maneat gratuita, sit prima uel ultima. Ioā. And.

e Infirmitate detētus. Iusta fuit causa nō veniēdi, vnde probata causa debet reuocari quicqd fuit actū cōtra absentē. ff. de iud. si ꝑtor. & j̃. de re iud. cū Bertoldus. & ff. de re iud. q̄ sitū. §. j. quartana tn̄ nō excusat. ut ibi dicit. & ar. v. q. iij. si ægrotās. xviij. di. placuit. & xciiij. di. iusta. Dicūt tn̄ quidā, ꝙ tenet̄ mittere procuratorem ex quo uenire nō pōt, si ita fuerit citatus ut ueniat uel responsalem trāsmittat. j̃. de do. & cōtu. cū dilecti. sed hoc nō credo, ꝙ propter citationē iudicis teneatur mittere procuratorē, si uenire nō pōt. maxime q̄ in grauibus causis qs cogi ad hoc non possit, ut hic dicit, & iudex hoc ei auferre nō potuit: quia bn̄ficiū iuris nemini est auferendū. xxvij. dist. de his. & in auth. de nup. §. sed hoc quidē. col. iiij & ff. de re iudic. l. iiij. §. si quis condēnatus. Iudex delegatus nō potest iubere alterutrā partem cōputare coram se personaliter, nisi in delegatione hoc contineat: nisi in certis casibus in cōcil. Lug. j̃. de iudi. iuris esse ambiguū. li. vj. & illa decre. cum dilecti. nō cōtradicit: quia papa hoc fecit ex plenitudine potestatis. Et alia ratio est: quia ille nō allegauit, nec ostendebat, nec probauit iustam excusationē, unde uel debuit ire, uel sufficientem mittere: quia neutrum fecit de contumacia fuit condēnatus. Et illud scire debes, ꝙ qui ad iudicium uocatur, pōt indistincte in pecuniarijs causis cōstituere procuratorem, licet in citatione hoc non dicat: nisi in duobus casibus, puta si dominus iustior est, quam procurator, & si causa sit vehemētior administratione. C. de procur. l. ult. Et ideo non cōpellitur constituere procuratorem: quia nec reciperetur si ueniret: puta si ageret de administratione sua uel tutela: uel etiā si alias esset ardua, nec ita cōfidit de alio. ad hoc enim ostēdendum, debet mittere excusatorē, ne procedatur contra eum, quæ sententia non reuocabit̄, nisi causa probata, & cum maiori difficultate. Sed videtur, ꝙ quis compellatur cōstituere procuratorem etiam in infirmitate detentus, ff. de diuer. & temp. præscript. l. j. & ff. de mino.

bus a † causis procuratorem cōstituere, & ipse ad probandum infirmitatem suā presbyterū & diaconum destinauerit eum ab soluere b ab eadem sententia minimè differatis.

Clemens tertius.

Sententia lata cum procuratore reuocato, & de hoc certificato, non præiudicat domino. hoc dicit secundum communem intellectum.

CAP. III.

EX insinuatione archidiaco. Sagieñ. accepimus, quòd cū inter ipsum & magistrū G. super quadam præbēda Lexo. ecclesiæ cōtrouersia mota fuisset: & infrà. Licet ab eodem archid. procuratori suo, duobus clericis præsentibus expresse fuisset inhibitū, c ne causæ cognitionem susciperet, d ipse nihilominus in causa procedens, sententiā contrariā reportauit. Cæterū quia alter deprædictis clericis dicitur obijsse. Mandamus quatenus, si per ipsius archid. & superstitis clerici e iuramentū constiterit de præmissis, sententia contra eum lata f nequaquā obstante prædictæ præbendæ possessionem cum fructibus inde perceptis (si eius restitutioni aliquid canonicū g non obsistat) authoritate nostra restitui faciatis eidem. Restitutione uero facta archidiac. ipse suam canonicam institutionem probare h potuerit, ipsam ratam permanere appe. postposita decernatis.

Innocentius tertius Cabiloñ. & Cathalañ. episcopis.

Rescriptum super consecutiuis iudicijs impetratum à procuratore reuocato et de hoc certificato, non ualet, nec processus uel sentētia lata per ipsum, si reuocati peruenit ad aduersarium. hoc dicit secundum glos.

CAP. IIII.

mino. Papinianus. vbi cōpellitur q̄s agere indirecte, ne currat ei p̄scriptio. Sed à iudice nō cōpellitur: sed ille qui nō potest agere ad hoc ut nō currat ei præscriptio, constituet procuratorem ad agendū: ut litē contestetur, sed reus nō cōpellitur dare procuratorem: & ita nō cōtradicunt leges illæ. Itē signatur aliud contrariū s. de elect. bonæ. & j. de ap. cōstitutus. ubi dicit: sicut misit nuntium, ita potuit mittere procuratorē, sed ibi non suberat iusta causa: q̄a semp̄ tenet̄ quis ire uel mittere, nisi sit iuste impeditus: & tunc debet mittere excusatorē ad allegandum impedimentum: ut hic contingit. Ser.

† Matth. afflic. dec. Neap. 50.

a In grauibus. Qualis erat ista: quia super ecclesia ipsius.

b Absoluere. Videtur, ꝙ non fuerit absoluēdus: quia q̄ non appellat à sententia iudicā=is, acquieuisse videt̄: & sentētia ēt interlocutoria à qua nō appellatur, transit in rē iudicatā. j. de testi. significauerunt. & j. de re iud. ad cōsultationē. sibi ergo imputandū uidebatur: quia non appellauit. potest dici quod iste fuit auditus beneficio restitutionis: quia iustā causam habuit absentiæ, 1 qua ꝓbata absoluitur: quia & diffinitiua sententia reuocatur iusta causa absentiæ probata. j. de sen. & re iudic. cum Bertoldus. imo uidetur ꝙ sententia non teneat. ff. de re iudica. quæsitum. & interlocutoria licet transeat in rem iudicatam à qua non appellatur quantum ad litigantes: non tamen quo ad iudicē quin possit eam reuocare, cum uiderit eam iniustam. ff. de re iudic. quod iussit. prout notatur infra, de appella. cum cessante. & ideo auditur iste. Bern.

1 Absentiæ. quod ꝓcedit q̄ñ iudex non fuit certificatus de īpedimento, sed q̄ñ fuit certificatus ipso iure nō tenet Panorm. hic gloss. Bar. Pau. & omnes in l. quęsitum. de re iudi. Bart. in l. ij. in fin. & ibi Ias. nu. 10. de in ius uocā. in l. ij. §. q̄ ī iudicio. vbi Paul. Ang. Ro. Alex. si q̄s cautio. Bart. Bal. Saly. Pau. l. pen. C. quomodo & q̄ñ iudex. Matt. afflict. decis. Neap. 182. nu. 7.

c EX insinuatione. Inhibitū. Vnde eoipso procurator literas reuocauit. j. eo. c. proxi. quod indistincte potuit cum lis non fuerit cōtest. & res sit integra. ff. eo. l. ante litem. arg. s. de elect. in causis. nam depositum quandocunque potest repeti. ff. depositi. l. j. §. pen. & sciente aduersario hoc fecit. de hoc dicetur infra eod. mandato. & ita sententia nulla fuit lata cum falso procuratore. infra c. proxi.

d Susciperet. Id est, ne ad suscipiendum iudicium in iure, suis literis uteretur: prout in antiqua decretali continetur.

e Clerici. Ar. ꝙ dicto unius testis sit credēdū. ar. j. d̄ testi. in omni negotio. si. viij q. iij. talia. & xxviij. di. de Syracusanæ. & arg. op. ꝙ uni iurato testi credit̄. ff. de dot. præle. Theopōpus. & ff. quēadmo. te. a p. l. j. §. ult. ar. ff. de iureiu. si duo patroni. j. Ar. cōtra. iiij. q. iij. c. si testes. §. itē unus uero. & ver. itē ubi numerus. & j. de testi. licet. & c. veniēs. Item arg. ꝙ dictū archid. istius ꝓ teste uno recipiat̄. & sic erunt duo testes. j. de test. in omni negotio. sed dictum illius non debet sibi prodesse: q̄a nullus idoneus testis in re sua intelligit̄. iiij. q. iiij. ver. nullus in re. Potest dici 1 ꝙ hic erat p̄sumptio pro archid. & erat reus. unde fauorabilior. ideo delatum ei fuit iuramētum, quod fieri potest & debet. C. de re. cred. & iureiu. in bonæ fidei. & ff. de iureiur. admonēdi. & quia per hoc modicum præiudicatur actori cum salua sit ei actio sua. & in talibus nō requirit̄ ita plena ꝓbatio. ar. j. de re iud. cū Bertoldus. vers. licet aūt. & j. de in inte. rest. ex literis. & iniquū esset, ut per talem fraudē puniret̄. vnde merito debuit ei deferre sacramentū cū uno teste: quia inspectis circunstātijs personarum & causæ iudex quandoq; debet deferre sacramētum actori quandoq; reo. j. de iureiu. c. ult. in fi. & hic talis cā est, & talis persona: & op. facit ad hoc. ff. de legit. tut. legitimos.

1 Secūdū Lau. Bart. dicit hoc fuisse, q̄a præmortuus clericus in alio iudicio fuerat introductus: & sic faciebat fidem in secūdo. C. de test. l. fin. Ioā. And.

f Sententia contra eum lata. Cū sit lata cum falso procuratore, & ideo nulla. C. de procur. licet. & infra cap. proxi. in fin. & supra, de rescript. ex parte decani.

g Aliud canonicum. Puta excommunicatio uel pactum de non petendo restitutionem post sententiam, uel res iudicata. uel si ratam habuit sententiam, latam cum fals procuratore. Ber.

Glossa sequens obijcit, ponit opinionem quam reprobat & soluit. & iterum duas solutiones, subdit, quas non approbat.

h Probare potuerit. Sed quare iste cōpellitur probare titulū, suæ possessiōis, cōtra illud. ij. q. v. §. j. & actore nō probante reus debet absolui vj. q. vlt. §. accusator. j ut eccl. bñfi. ut nostrū. & j. de cau. pos. cū ecclesia. ff. d̄ prob. l. ij. & C. de edē. qui accusare. & C. de rei ven. res alienas? Dicūt quidā, ꝙ iste archi. cōfidens de iure suo, sibi onus probādi assumpsit. sic. j. de rest. spo. licet. & xxix. q. ij. cuius rei gratia. & ita mos probare uolenti, gerendus est. ff. de proba. circa eum. §. fi. Hāc non credo uerā solutionem, propterea dicas, ꝙ ideo iste tenetur probare canonicā institutionem: quia cū esset archid. in illa ecclesia, de iure cōmuni illam præbendā cū archidiaconatu habere nō poterat, nisi probaret secū dispensatū fuisse. ar. op. c. di. cōtra morem. ar. op. j. de deci. dudū. & ꝑ eū qui potuit dispēsare. j. de schisma.

Possessor bñficij tenetur, q̄ñque suā canonicā institutionē probare.

de schisma.fraternitati.& j.de præb.præterea.& c.cū non ignores.& j.de conces.præb. litera. & c.cum nostris. & quia in pluribus ecclesijs intitulatus esse non pōt.s.de elect.dudū.ij.lxx.dist. sanctorū. vnde ꝓpter huiusmodi præsumptionē debet ostendere suam canonicam institutionē. Præsumptio enim transfert onus probandi ad reū quandoque.C.de proba. siue possideris.& j. ut eccle.benefic. ut nostrum. sola enim possessio non sufficit in beneficijs ecclesiasticis, nisi adsit canonica institutio.j.de insti.ex frequētibus. uñ debet habere literas suæ institutionis. ij. q. j.legū. [a] sicut nec sola possessio facit aliquē decurionē, sed iusta electio. ff. de decur.Herēnius. & præscriptio hæc non prodest, cū habeat malā fidem ex quo non fuit legitime institutus: quia bona fides exigit.j. de præsc.si diligentia. & cap. quoniā omne. sed hoc non prodesset aduersario, nisi ius haberet [a] s.de rescrip. olim. Alij dicunt,s. Papa. ꝙ ex quo est in possessione, non cōpellitur probare suā canonicā institutionē. nemo eñ cogitur probare titulū suæ possessionis.C.de peti.hære. cogi. Sed litera ista contradicit: sed posset suppleri, maxime secundum hoc,uel dic eoipso quod aduersarius non probat contra archid. satis intelligitur probare suam canonicam institutionem.C.qui milita.nō poss. super seruis. lib. xij. litera tamen contradicit. quod prius dixi, verius credo.

Possessio sola non sufficit in bñficijs.

[a] Adde ꝙ quis non compellit ostendere aduersario titulū sui beneficij.l. finali.C. đ rei vendi.

[a] Vel nisi ita coram papa conuenisset secundum Host.Ioā. And.

CAP. IIII.

IN nostra præsentia [a] Tulleñ. episcopus est cōquestus, ꝙ cùm ad causam quæ inter episcopū & decanum Tulleñ. super dilapidatione,excōmunicatione, & periurio, ac quibusdā alijs criminibus vertebatur,T.& G. presbyteros procuratores [b] instituens, ipsos ad sed. apost.duxerit destinādos, cùm de ipsorum fide post modum titubasset, [c] mādatum quod eis dederat, intra modicum temporis spatiū reuocauit: [d] sed ipsi licet mandati literas reuocatorias recepissent, nihilominus in negotio processerunt, & pro procuratoribus se gerentes,cum aduersario ingressi iudicium cū eo ad Parisiensem archidiac. & collegas suos in eiusdem præiudicium nostras literas impetrarunt: & infrà. Cumq; prædictus episcopus ad probādum ꝙ falsi [e] procuratores fuerāt,ab ipsis iudicibus inducias postulasset,ipsi exceptionem oppositam inutilem [f] & superuacuam reputantes, ad probationem ipsius dilationem cōcedere noluerunt: propter qđ ad appellationis beneficiū cōuolauit. Sed ijdem nihilominus,lite nō contestata, & iuris ordine prætermisso,testes contra eum recipere præsumpserunt,ipsum à Tulleñ. ecclesia per sententiā remouēdo. Nos uerò licet vix fidem [g] adhibere potuerimus, ꝙ dicti iudices utpote viri literati, prouidi & honesti taliter processissent, maximè cùm in sua relatione quam ad nostram præsentiā transmittere, de huiusmodi exceptione nullam fecerint mentionē: [h] quia tamen

IN nostra. Prima pars narrat factum. Secunda definit ibi. nos vero. Abb.

[a] Præsentia.Per inquisitionem quā iste decanus prosequebatur, uel denuntiationem eiusdē decani uel exceptionē: alias procurator interuenire non posset in criminali.v.q.iij.in criminali.& j. de accu.ueniens.

[b] Procuratores. Simul. & tunc occupantis melior est conditio.j.eo.non iniuste.ubi de hoc.

[c] Titubasset. Titubare dicitur is, qui suspitionē habet super eo de quo contenditur.ar.C.de acquir.poss. l.nemo.in fi.& C.de condi.inde. l.ult. & potest suspectus remoueri indistinctè ante lit.cōtest. siue sit suspectus,siue non.arg.s.eo.c.proxi.ff.eo.tit.ante lit.contesta.de hoc dixi s.de rescript.ex parte decani.nisi sit procurator constitutus in rem suam, & nisi uelit uti aliqua retentione, & hoc post lit.contesta. quia tunc de facili non transferretur ab eo causa. ff. eo. tit.quæ omnia ad fi.versic.plane.

[d] Reuocauit. Et ideo non valuit, quod cū eo factum fuit.Arg.contra.C.de satisda. l.una.& ff. eo. si procuratorē.ubi dicit,quod licet procurator reuocetur,iudicium tamen quod cum eo factum est,ratum esse debet.illæ leges intelligunt cū vetitus est procurator agere ignorante aduersario uel iudice: quo casu nihilominus ualet,quod idē quasi procurator postea fecit. j.eo. mandato. ubi de hoc. & s. de rescrip. ex parte decani. Si uero aduersario sciente reuocatum est mādatum, nō ualet [3] iudiciū post reuocationē, in quo casu intelligo quod hic dicit, & s c.proxi.

[3] Accur. l.in l.una. C. de satisda.no.ꝙ si iudex sciuit reuocationē: tunc nulla est sententia, cū eā tulerit in nō legitimā ꝑsonam.Si uero aduersarius tm̄: tunc quia iudex nil de contingentibus omisit,tenet sentētia, sed ꝓpter suam scientiam repellitur ille a commodo sententiæ ope replicationis. Ioan. And. Pan.

[e] Falsi procuratores.Si.j. đ in integ. resti.ex literis.s.de off. deleg. cū olim.

Glossæ sequentis princip.recitetur ꝑ obiectio. & solut. secundò obijcit de decret. super literis.& soluit.

[f] Inutilem. Cum in literis cōmissionis cōtineretur ipsos fuisse procuratores. patet ꝙ procuratio fuit præsentata domino papæ, & ꝙ reuocatio non peruenit ad ipsum. quæ ad ipsum uel ad aduersarium peruenire debet.j. eo. mandato. potius ꝗ̃ litera de rato, quæ semꝑ iudici uel aduersario exhibenda est.ff.rem rat.habe. ne satisdatio. & ff. eod.si procuratorē. quare uidebatur iudicibus, quod calumniose proponeret huiusmodi exceptionem. sed per hāc rationem repellit: quia ipse probare uolebat, quod essent falsi procuratores: quia poterat esse quod reuocatio peruenit ad aduersarium: & hoc uult probare quod sufficit.infra eodem,mādato.unde appellatio eius tenuit. Sed uidetur quod literæ istæ deberent ualere saltem quo ad hoc ut procederēt secundum veritatem negotij: quia hoc fuit tale falsum quod si fuisset dictum,nihilominus obtinuisset literas decanus.supra,de rescr. super literis.Sed isti falsi procuratores, reuocato mādato iudicium sunt ingressi cū aduersario, & de consecutiuis [4] literas cū aduersario impetrauerūt. & ideo nihil ualuit quod fecerūt: quia si nō ualuit ingressus iudicij, nec commissio super futuro processu. & quia in fraudem hoc fecerunt,& unus alterius odio nō debet prægrauari.C.de inoffic.testa. si quis in suo.si. infra, de simo.nobis.& dignus est misericordia,qui alieno uitio laborauit. C. de nat. lib. l. legem Anastasij. sic xvj. q.j. frater noster. in princip.

[4] Exponit abbas, idest đ cōsequentibus partibus iudicij.Io.An.

[g] Fidem. Simil. supra,de renuntiat.in præsentia. & capitu. super hoc. argum. & infra, de præbend. nisi essent argument.

[h] Mentionem. Hoc faciebat præsumptionem pro eis, cum nil dixerunt & hanc præsumptionem elidet probatio in contrarium.& est notabile, quod iudices

in sua

in sua relatione debēt facere mentionem de exceptionibus propositis & alijs quæ rationabiliter proponuntur arg. infra de re iudi. inter monasterium.

a Religiosos. Imo per seipsum & unum testem posset hoc probare. s̃. e. c. prox. & j̃. de iureiur. c. ult. in fi. C. de re. cre. in bonæ fidei.

b Obliti. De nemine præsumendū est, quod sit immemor suæ salutis. j. q. vij. sancimus. qa quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus. s̃. de scru. c. uno. & j̃. de præsum. dudum.

episcopus, per uiros religiosos, a prouidos & honestos de quibus non est uerisimile, quòd suæ salutis obliti b ac iuramenti religione contempta, falsum testimoniū tulerint, nobis fecit super ijs quæ proposita sunt plenam fidem attendentes etiam quòd falsi procuratoris exceptio c non solùm ante sententiam, uerum etiam postea potest obijci, utpote qua probata, iudicium nullum d & nullius momenti e controuersiæ reputantur, processum supradictorum iudicū sententialiter duximus irritandum f.

Glos. seq. tractat de duplici exceptione procuratoria.

c Exceptio. Quando dicatur falsus p̄curator, dixi s̃. de rescrip. ex parte decani. & illa ē exceptio falsi p̄curatoris. Est & alia exceptio procuratoria. s. cū quis non potest esse procurator, ueluti miles: 1 & non potest opponi post lit. cont. cū sit dilatoria. ff. eo. filiusfam. §. ueterani. & C. eo. ti. ita demum. & hāc potest omitteř fideiussor. ff. mā. si fideiussor. §. quædam. Est & alia exceptio procuratoria, scilicet non habere mandatum: de qua hic dicitur, quia plus est mandatum fuisse reuocatum quam non habuisse mandatum. supra. de rescrip, ex parte decani. in fi. & hæc exceptio post litem contestatam potest opponi. & hanc exceptionem non debet omittere fideiussor. ff. manda. inter causas. §. mandato. & talis exceptio non potest opponi post 2 sententiam: ut hic. & C. eo. ti. licet. Ber.

d Nullum. Ex eo tamen iudicio quod nullum est, solutum non repetitur. ff. de iudi. de qua re. §. ij.

e Momenti. Non est hoc speciale in hoc casu, sed idē est in omni exceptione per quam probatur retro nihil actū esse, ut puta a non suo iudice. xj. q. j. c. j. & pen. C. si a non compe. iudi. l. ult. fi. j̃. de re iud. ad probandum. j̃. de excep. exceptionem. & si quid donetur ab eo qui non potest dare, non ualet. j̃. de iure pat. quod autem. & si donetur ei qui capax non est infra de ele. excom. mi. postulasti. & s̃. de æta. & quali. cum bonæ fi. C. de inoffi. testa. fratres.

f Irritandum. Irritat hic Papa factum iudicis altera parte absente, ut uidetur: quia non apparet quod altera pars fuerit præsens, & lit. non contest. & hoc facere potest iudex appellationis. j̃. de app. sæpe. sed ibi peremptorij loco est terminus statutus, & ad prosequendum appellationem. C. de temp. ap. l. ult. §. illud. & illud obtinet cum iam est lata diffinitiua sentētia. & ij. q. vj. ei. qui appellat. & op. arg. s̃. de renuntia. ueniens. sic ubi agitur de surreptione j̃. de re iudi. cū olim. Sed credo, quod altera pars fuerit præsens, quia nunquam proceditur contra absentem nisi citetur tacite uel expresse, & præsumitur ex hoc quod iudices retulerunt negotium ad Papam & sic pars altera fuit præsens in alijs quæ acta sunt coram Papa uel contumaciter absens, quæ forte procurauit relationem fieri domino papæ. & quod dixit, duximus irritandum i. irritum esse ostendimus. j̃. ut lit. non cont. accedens. ad hoc probat litera ista, qua probata. &c.

1 Hoc nō hēt locū in militibus nostri temporis, licet cingantense, secundum G. ī Spe. đ p̄cu. §. i. uers. item q̄ est miles. & sex q̄ sunt necessaria in ueris militibus, not. ff. ex quib. cau. ma. l. pe. uide q̄ dixi post Hostiē. de sen. excō. cū desyderet. ī prin. Ioā. And.

2 Post. Imo qa ē falsus p̄curator. Pan.

Idem Brixien. episcopo.

Si agitur de adulterio coram iudice seculari ad pœnam legalem non interuenit procurator. secus si coram ecclesiastico ad separationem thori.

CAP. V.

TVæ. f. & infrà. Consulta. tuæ. t. r. q̄ si uir accuset uxorē de crimine adulterij corā iudice seculari ad pœnam legitimā g infligendā, quia tūc inscriptionis uinculum debet arripere †, seq; ad pœnā talionis h adstringere, non per procuratorem, sed per seipsum præsentem oportet † præsentialiter accusare. Si uerò uir accusare uelit uxorem de adulterio coram ecclesiastico iudice, ut ab eius cohabitatione discedat, quia tunc & si forsan i oporteat eum inscribere, ut designet inscriptis, nomen k, locum l & tempus m & omnia quæ comprehenduntur in lege n ciuili: ad talionē tamē nō debet se aliquatenus obligare: ne fortè cùm ī probatione defecerit, intentionis suæ consequatur effectum o: sustineri po-

† Alias, accipere.

† Alias, decet.

TVæ fraternitatis. In prima decisa consultatio. In secūda respōsio, ibi, consultationi. quæ distinguit & secundū membrū prosequitur: ibi, Si uero.

g Legitimam. Per leges ueteres puniebat mulier cōuicta de adulterio, ad pœnam sanguinis. C. đ adul. castitati. & etiam secundum legem Mosaicam lapidabatur. xxxiij. qō. v. hæc imago. Hodie uero detruditur in monasterium. C. de adul. authen. sed hodie. & j̃. de conuer. coniuga. gaudemus. Et potest uir uxorem conuictam de adulterio & condemnatam retinere 3 si uult, & uxor uirū: ut dicitur in prædicta authen.

h Ad pœnam talionis. Olim intra lx. dies utiles a tempore diuortij uir accusare poterat uxorem iure mariti 4 sine metu calumniæ. C. de adul. quamuis adulterij. & l. iure mariti. & ff. de adul. is cuius. §. ult. & l. mariti §. præterea. Hodie uero cōstante matrimonio potest eam accusare, & tenetur inscribere ad pœnam talionis obligando se. in authen. ut lice. ma. et auiæ. §. causas. & §. quia uero plurimas. colla. viij. & hic.

i Si forsan. Hic non notat dubitationem, sed expressiuum ueritatis. sic. xxxiij. quæs. ij. admonere. circa medium. & de pœni. dist. j. quamobrem. & ff. de rei uen. item si. §. j.

k Nomen. Adulterij.

l Locum. In quo commissum fuit adulterium.

m Tempus. scilicet annum & mensem admissi criminis 5.

n In lege ciuili. Quam habes. ij. q. viij. libellorum. & ff. de accu. & inscrip. l. iij. Quid contineri debeat in libello accusationis, notatur his uersibus: Consul, mense, die coram prætore professus. Te deferre reum crimen, loca, pone sodalem. Et licet hora, dies, non mensis prætereatur.

Glos. seq. sol. dubium, ponit brocar. alle. iiij. iura ad primam partem, & unum in contrarium.

o Effectū. Quod esset, si separentur: pōt tamen teneri ad

3 Retinere nisi ipse nolet meliorē uitam ducere, qa tūc incideret ī crimē lenocinij tex. in l. castitati. l. sine metu. C. đ adul. Augu. de arimino ī addi. ad ang. Aret. trac male fi. perche mi hai adulterato collu. xxj.

4 In quibus consistat hoc ius: no. iiij. q. iiij. cap. nullus. §. aliquādo. Ioā. And.

5 Adde gl. in l. ī causis. C. đ accusa.

ad aliam pœnam ut perpetuo ei adhæreat qua carere uoluit.xxxij q.v.hæc imago.uel ad pœnam extraordinariam se alligabit.j.de accu. super his. Item habes hic, quod si quid prohibetur una uia, altera uia non debet admitti. C.si manci. ita uen.l.ult. & ff.de tu. & cu.scire.ff.de cōdi. insti. quæ sub conditione.§.si quis.& ff.de bo. lib.l.quæritur.argu. contra. iiij.q.iij.c.si testes. §.serui.

Via una si denegetur alia nō cōcedatur.

a Mista. sicut soler dici de querela inoffi.testa.quæ est mista inter ciuilem & criminalem. Ciuilis est: quia qui eam proponit, proponit hæreditatis petitionem. ff. de inoffi. testa. qui de inofficioso. & in eo accedit ad criminalem,quia si nōuenit die statuta, postea non auditur.ff. de inoffi.test.Papinianus.§. j. arg.C. qui accu.non poss. si ea.& j. de accus. licet.

Cum pro causa. Prima pars ponit decisam partis querelam. Secunda dat iudices, ibi discretionis Et incipe casum literalē, quod inter istū G.qui erat procurator capituli, & archidiaconum erat contentio super expēsis factis per istū archidiaconum in causa quam susceperat promouendam de mandato capituli, & Papa pronuntiauit ut habetur in litera:potest tamen casus figurari alijs modis.Abb.sic.

test, si necessitas id postulauerit, ut per procuratorē accuset, quoniā huiusmodi accusatio & si de crimine fiat, nō est tamen criminalis, sed quasi mista [a] inter ciuilem & criminalē, quanquā in præsentia principalium personarum, securius procedatur.

Idem.

Qui de mādato domini causam procurauit, ab eo repetit expensas propter hoc factas.

CAP. VI.

Cum pro causa quę inter G.& F.Cabilon. ecclesiæ archidia. uertebatur: et j.Disc.v.mādamus, quate. expensas archidiacono restitui faciatis, si legitimè ꝓbare potuerit se de mādato [b] capituli suscepisse prædicta negotia promouenda, & propter hoc [c] ad se.ap.accessisse.

Idem scholaribus Parisi.

Vniuersitas etiam scholariū, potest ad agendum et defendendum procuratorem constituere.

CAP. VII

Quia in causis, quę cōtra uos & ꝓ uobis mouent, uestra uniuersitas ad agendū & respondendū commodè interesse nō potest, postulastis à nobis ut procuratorē instituere super hoc uobis de nostra ꝑmissione liceret. Licet igitur de iure cōi [d], hoc facere ualeatis, instituendi tamen procuratorem super his authoritate præsentiū uobis concedimus [e] facultatem.

Hono. iij. epo Egitañ.

Restitutio denegata ecclesiæ ulterius sibi non cōceditur, nisi ex noua causa: restituitur tamē ad appellandum à sententia denegationis.

CAP. X.

Beneficio restitutionis in integrum, ecclesiæ tuæ in alio iudicio denegato e restitutio (pterquā ad appellationē omissā) vr̄ eidem ecclesiæ posse denegari, nisi nouis f defensionib. ad hmōi sit beneficium admittenda.

Restitutio in integrum. an possit examinari p delegatū.

a Delegatis. Et sic delegati ab ordinarijs hoc edicto possunt cognoscere de causa restitutionis, siue principaliter mandetur eis, siue incidēter eis contingat quæstio restitutionis, & multo fortius delegatus a principe sicut hoc totum traditur. C. ubi & apud quos resti. in integ. postu. l. ul. quæ ponit totum tenorem huius decre. Sed uidetur, quod esse non possit, s. quod ordinarius possit alij demādare cognitionem istam, cum in integrum restitutio causæ cognitionem desiderat. ff. de in integ. rest. l. iij. & supra eodem. tum ex literis. & ff. de minor. in causæ. §. causa. sed quę officio iudicis causa cognita expediuntur, alteri demandari non possunt ff. de offi. procon. nec quicquam. §. ubi decretum 1. Solut. restitutio in integrum competit iure magistratus, & transit cognitio restitutionis siue specialiter siue generaliter committatur. C. ubi & apud quos. l. ult. sed ea, quæ competunt iure magistratus, delegātur. ff. de off. eius cui man. est iurisd. l. j. j. resp. Sed contradicit lex: quia ea quæ magis sunt imperij quam iurisdictionis, magistratus facere non potest, sed restituere est magis imperij quam iurisdictionis, ergo non permittitur magistratibus. ff. ad muni. ea quæ. ergo multo minus possunt delegare. Potest sic responderi. Omnia quæ competunt iure magistratus, delegari possunt, sed non omnia quæ delegantur specialiter, competunt iure magistratus, ut in hoc exemplo, & in mero imperio cuius cognitio specialiter demandatur, si contingit præsidem abesse: ut in l. prædicta. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. j. Vel dic, potest delegari non cuilibet, sed magistratui municipali. Verius est quòd hodie huiusmodi cognitio possit delegari. ut C. ubi & apud quos. l. ult. & l. ea quæ corrigitur.

1 Dicit Goffre. illud gnāle. fallit in restitutione minorum propter ipsius fauorem: uel licet regrat cognitionem: non tamen decreti ĩter positionem. Ioā. And.

Gloss. seq. recitetur per quæstionem.

b Administrationem non habent. Vt illi qui dantur a principe ad aliqua officia exercenda, puta ut cognoscant de appellationibus uel de sententijs, uel etiā de alijs quæstionibus, si qui uolunt se subijcere eorum iurisdictioni possunt cognoscere de in integ. restit. & de alijs causis, sed neminem cōpellere possunt coram se litigare, & de talibus possunt intelligi ff. de iudi. l. j. uer. uel aliam iurisdictionem & c. C. de iud. rem non nouam. uel ut possint dare tutores & curatores, uel emancipare. isti dicūtur ordinarij sine administratione à talibus delegati, & arbitri de restitutione cognoscere non possunt principaliter si directe agatur de restitutione: quia nec talis iudex sine administratione etiam si esset ad hoc electus a partibus posset committere causam restitutionis, sed maiores tantum.

c Incidenter. Principaliter enim isti cognoscere non possunt de restitutione, cum causa ista requirat maiores iudices qui hoc ex officio suo faciant. si autem inciderit quæstio restitutionis, in negotio de quo cōpromissum est, uel qđ est alijs delegatis commissum, pñt tūc de restitutione cognoscere. sic C. de iud. quoties. & c. de ord. iu. l. j. ibi. n. iudex cognoscit de causa stat⁹ incidenter, qui alias cognoscere nō ualet. Nec dicitur arbiter tunc facere extra cōpromissum: quia hmōi restitutio 2 non est alia causa siue negotium ab eo de quo compromissum est, sed oritur ex illo, & ei cohæret de quo compromissum est, utputa si omisit probationem, arbiter pōt de hoc cognoscere, uel de similib. quæ incidunt in causa.

2 Restitutio quę sapiet potiꝰ factū quā iuris ministeriū. Pi.

d In matrimoniali. Causæ enim matrimoniales per iudices discretos debent tractari, qui potestatem habeant iudicandi. infra de consangui. & affini. ex literis. & est expressum supra, de transac. ca. ult. ubi de hoc. Itē causa liberalis & criminalis maiores iudices requirūt. ff. de arb. non distinguemus. §. Iulianus. & §. de liberali. unde sumptum est hoc. Argumentum contra. ff. de ijs qui not. infa. quid ergo. §. ex cōpromisso. ubi dicitur, quod sententia arbitri non infamat, unde uidetur, quod possit compromitti de crimine. quod dicit lex illa, quid ergo. §. ex compromisso. 3 non intelligitur de famoso delicto, sed de tali quod nullo modo infamat, & quia non per omnia sententia est ut ibi dicitur, hic uero & in l. non distinguemus. intelligitur de famoso delicto, de quo arbiter assumi nō potest. Item arg. contra infra de præsump. literas. sed ibi non fuit simpliciter arbiter: quia retinuit sibi delegatam potestatem.

3 Ibi ciuiliter agebatur.

e Beneficio. Denegato. Si aliquis petat restitutionem in integrum, & contra ipsum lata fuit sententia, denegando restitutionem, si iterum petat restitutionem, denegari debet, tamen potest restitui ad appellandum contra sententiam, a qua non appellauit: quia denegata fuit restitutio: ut hic dicit, & C. si sæpiꝰ in integrum restitutio. post. l. j.

f Nouis defensionibus. Tunc enim propter nouas defensiones, iterum auditur. C. si sæpius in integrum restitutio. postu. l. j. l. ij. & l. iij. ex illis tribus ll. sumptū est, quod hic dicitur. Sed qualiter intelligas, ꝙ dicit nouis defensionibus? Nouæ 4 dicuntur defensiones, siue quæ tunc erant. sed allegatæ non fuerunt: quia occultæ erant: siue quæ postea emerserunt. Sed quidā intelligunt de omissis primis tantum, quasi non possint de nouo aliæ superuenire, quod credo uerius: & ita propter nouas defensiones quæ tunc erant, admittitur iterum ad beneficium restitutionis, non obstante, quod in alio iudicio fuit denegatum. Sed contra uidetur: quia ex noua causa recusatur iudex post litem contestatam. supra de off. deleg. insinuante. si. infra de excep. pastoralis. quarta quæstione tertia. capitulo, si testes. §. si quis testibus. & quæ de nouo emergunt, auxilio nouo indigent. ff. de interroga. actio. de ætate. §. ex causa. princeps uero ēt contra res bis iudicatas restitutionem in suo auditorio admittit. ff. de minoribꝰ minor autem magistratus. §. si autem princeps. argumentum supra eodem, tum ex literis. Item uidetur, quod pluries possint dari. ff. de minoribus. & si fine. §. restitutus. ubi sæpius restitutus fuit minor. Solutio. Potest dici, quod illud speciale ē in hæreditate, uel etiam ibi non fuit denegata, sed sæpe concessa, puta

4 Nouæ dic ex mẽte Pa. hic quoddicitur nouę quæ tunc erant, sed omissę uel supuenerũt sed et consequenti læsione antiquę.

puta petij restitui in integrū, quæ contra sententiā cō cessa fuit mihi: iterū lata fuit sentētia cōtra me ī principali, iterū dabitur mihi in integrū restitutio nō cōtra primā sententiā, sed contra secundā, quod potest fieri, nisi in casu. C. de bo. quæ lib. l. ult. §. ubi aūt. hic vero fuit denegata. vnde ammodo non auditur, nisi nouæ defensionis &c. & est speciale quod dicitur in §. ubi aūt. propter paternam verecundiam, & ne leges ludibrio fiāt.

DE ALIENA. iudi. mu. cau. fac.

Supra visum est de beneficio seu remedio restitutionis per quod prouidetur læsis, tam minoribus, quàm ecclesiis & maioribus ex causa. Nunc competenti ordine annectit aliud remediū, per quod prouidetur illis in quorū præiudicium est facta rei alienatio cū futuri iudicij mutandi. Abb. siculus.

†Alias a iudicibus.

De hac materia *tractatur xj. quæst. j. c. vlt. & in multis capitulis.*

TITVLVS XLII.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANdi causa facta.

Alexander tertius.

Is in quē facta est alienatio rei, causa mutādi iudicij, conuenitur per rescriptum impetratum contra alienantem.

CAP. I.



EX quorundā relatione audiuimus, quod cū aliqui literas a nobis cōmissionis impetrauerint: aduersarij eorū (ut mandatum nostrum eludant) antequam literæ ad iudicem perueniant, uel etiam postea priusquā citentur ab eis, † in uocem appellationis prorūpunt: [a] & ī. Nos igitur contra prædictā calliditatem & versutiā, prouidere uolētes, [b] Mandamus quatenus, si aduersarij eorum pro euacuādo nostro mādato taliter appellauerint, [c] aut de possessione de qua cōtrouersia uertitur, [d] cōmutationem fecerint, [e] uel se malitiosè duxerint absentandos: [f] eos qui in possessionem se ingesserint, ap. cess. cogatis sub vrō examine iuris æqtati pareř. †

EX quorundā. Prima pars narrat factum cōtra quod secundo prouidet: ibi, Nos igitur. & est casus singularis. Abbas Sicu.

[a] Prorumpūt. Supple uel possessiones super quibus cōtrouersia verti speratur, in alias personas transferūt uel malitiose absentāt ut patet inferius in textu.

[b] Volentes. quia malitijs hominum est obuiandum. si. supra, de rescript. sedes. cum suis concordantijs. & ff. de rei vendica. in fundo.

[c] Taliter appellauerint. Tali appellationi nullatenus est deferendum, cum non nisi a manifesto grauamine sit appellandum. infra, de appellat. ut debitus.

[d] Vertitur. i. uerti speratur alias pertinet ad tit. de lit.

Glo. seq. ponit contra quem detur hoc edictum. item quod ad translationem possessionis pertinet. Itē tria, quæ in eo requiruntur. s. quòd sit iudicium futurum, quòd dolo fiat. & quòd intersit. Item duos casus, quibus cessat signat contrarium, & soluit.

[e] Commutationem fecerint. in trāsferēdo seu alienādo rē in aliam personā causa mutādi iudicij. Et ex hoc edicto datur actio tā cōtra alienantem, quā cōtra emptorē, ut quē nolueris, poteris cōuenire. C. eo. ti. l. vna. cōtra alienantē daī actio in factū ad interesse. ff. e. l. j. & l. iij. §. opus. vers. ex quib. contra emptorē datur rei vendic. ut hic in fi. C. e. l. una. Itē non solū ad translationē dominij pertinet hoc edictū, sed etiā possessionis. ff. e. l. nō solū. Itē no. quod tria necessaria sunt, ad hoc vt ex hoc edicto actio competat, quod sit alienatio facta causa mutādi iudicij futuri, & nō eius quod iā sit. ff. e. tit. ex hoc edicto. §. ait prætor. Futuri iudicij, ideo dicitur: quia si fiat alienatio rei litigiosæ, incidit in edictum de litigiosis. C. de liti. l. ult. & hoc dbet fieri libello principi dato, & per eū reo insinuato. in auth. ibi posita. C. de liti. tūc res alienari non potest sine pœna litigiosi: vt C. de liti. l. ult. ī. vt lit. pē. ecclesia sāctæ Mariæ. Item quod dolo fiat alienatio ratione loci & personæ: quia potētioribus pares esse nō possumus &c. vt duriorē aduersariū cōstituat etiā alterius prouinciæ, & quod mea intersit. ff. e. l. j. ij. & iij. in prin. & l. non solū. §. hæc actio. & daī ad interesse: ut dixi de offi. iud. quanti interest actoris. & si quas fortè fecerit expensas, uel aliā incōmoditatē passus sit. ff. eo. l. iij. §. opus. ī fi. & l. non solū. in fin. Itē qui ex necessitate alienat, hoc edicto nō tenetur. ff. e. nō solū. §. si quis. † Item si paratus sit subire iudiciū ac si possideret. ff. eo. quia etiā. in fin. Item notandum quod hic fit prorogatio iurisdictionis delegatæ de persona ad personam, etiā inuita altera parte & est contra id quod habes. s. de offi. deleg. p. & g. ubi dicitur quod delegata iurisdictio nō potest prorogari ad psonas alias, quā in rescripto cōtineatur: sed hoc est speciale in odium illorū: quia eis inuitis hoc fit, cū alias prorogatio fiat de cōsensu partiū. s. de off. deleg. de causis. & ff. de iud. l. ij. §. si iudex. de hoc dictū est supra, de off. deleg. p. & g. & est prorogatio iuris beneficio huius decre. cum alias rescripta non possunt prorogari ad personas, quæ ibi non continentur: ut in c. p. & g.

[f] Absentandos. Qualiter contra tales sit procedendum, dicitur supra, de off. deleg. consultationibus. & infra, ut lit. non contest. quoniam. §. in alijs.

Gregorius. ix. abbati sancti Nicolai & decano Furnen. Morinē. diœces.

Clericus causa mutandi iudicium non debet recipere cessionem à laico.

CAP. II.

EX parte scabinorum Hipretis † fuit propositum, quòd inter laicos eiusdē loci quæstionibus emergentibus dirimendis per iudicium seculare, quidam clerici sibi dono uel pretio ab aliquibus laicorū ipsorum, cedi faciunt actiones: ut aduersarios ad ecclesiasticum forum [g] trahant, & prædam ex huiusmodi

EX parte. Duæ sunt partes. Prima ponit querelam. Secunda prouidet: ibi, Cum igitur. Abb.

[g] Ecclesiasticū forū. In hoc facit ad titulū: quia per hoc mutaī iudiciū. per ea enī quæ sequūtur, spectaret ad tit. ne li. po. & ad ti. mādati. & sic materiæ legū diuersorū ti. hic cōprehēdunī. Itē est hic ar. quod clerici alias possunt laicos cōuenire in foro ecclesiastico. Item arg. ex hac decre. quod clerici maiores † reputātur, quā laici, & est de consuetudine illius loci: quod clerici trahere possunt ad ecclesiasticum forum laicos, alias de iure nō.

† Franc. cur. senior cōs. lxxij. col. v. not. in c. bonæ memoriæ. infra, de appel.

† Hipreti.

† Ponit casum in eo, qui propter inualetudinem uel ætatē, uel occupationem aliquā litem in alium transtulit. Ioā. And.

† Maiores. cōtra Rom. consil. ccccxviij.

Glossa sequēs de cessione actionis distinguit, aut sit in ultima uoluntate, aut inter uiuos ex pacto. secundo casu, aut sit potentiori, aut non potentiori, & hoc casu, aut est dubitata, aut indubitata: & secundo casu aut est vera, aut simulata, aut dubitatur.

[a] Sanctiones. C. mand. l. pe. & ult. Et nota. ꝙ huiusmodi cessiones quādoq; tenent, quandoque non tenent. Si cessio actionis fit in ultima uoluntate, tenet cessio. ff. de leg. iij. nomen. & in casibus. C. mā. per diuersas. & l. ab Anastasio. nisi res uel actio legata sit litigiosa. C. de litigio. quicunq;. & in authen. nūc. si hæres. sed legatarius pōt adesse liti ne colludatur, ut ibi dicit. Si vero ex pacto siue inter uiuos fiat cessio uel donatio potētiori, nulla est: nec agere potest ille ex ea cessione: imo iactura causæ afficiuntur q hoc faciunt: ut hic dicit. & C. ne lic. pot. l. j. & ij. & l. fi. Si uero fiat cessio non potentiori, si actio sit dubitata. i. in iudicium deducta, nō tenet cessio: nō tamē admittitur actio, si agit ille qui cessit, in casibus nō tenet. C. de liti. l. ij. & l. ult. Si uero actio sit indubitata. i. nōdum in iudicium deducta, tenet. C. de hære. uel act. ven. per totū. Itē distingue, uerum etiā si sit simulata: quia tunc nulla est. C. plus va. quod agi. per totū. Et dicitur simulata, si id actū est inter cedentē & illū cui fit cessio. Si uero dubiū sit, an sit simulata uel uera prę sumitur ꝙ sit simulata ex eo ꝙ actio pro parte donata pro parte vēdita uidetur. C. mād. l. ult. & in tali casu. nō agit is cui ceditur, nisi ad id ꝙ dedit in superfluo, nec is cui cessit, nec is cui ceditur: ut ibi dicitur. §. si quis. Itē præsumitur, si modicū pretiū datur, & hic nō agitur nisi ad id quod dedit: & ex quātitate pretij simulata præsumitur. Itē si dubitatur an sit uera uel simulata præsumitur simulata: in quo casu loquitur. C. mand. l. penult. exceptis quibusdā casibus ibi positis.

commercio assequantur: & j. Cū igitur cessiones & emptiones litium legitimè prohibeāt sanctiones, [a] ita ꝙ iactura causę afficiāt [b] illos, qui sibi potentiorū patrociniū taliter aduocare præsumūt, & ex eo sint etiā odiosæ, qđ ex fonte cupiditatis videntur procedere: Mādamus quatenus clericos memoratos à pręsumptione [c] huiusmodi per censurā eccle. compescatis.

TITVLVS XLIII.

DE ARBITRIS.

Ex concilio Aphricano.

Arbitri sunt in dispari numero assumēdi, et eis discordātib. statur sentētiæ maioris partis.

CAP. I.



Anè: & infrà. Si autē ex communi placito episcoporū inter quos causa versat, arbitros elegerint, aut unus eligatur, aut tres: [d] vt si tres elegerint: aut omnium sequantur sententiam, aut [e] duorum.

Glossa sequens recitetur per duas quæstiones, an ipso iure, & de quibus potentioribus &c.

[b] Afficiant. C. ne lic. po. l. j. & ij. & dicas afficiant. per sententiā, nō ipso iure: ut patet per l. prædictā. C. ne lic. po. ubi dicit iactura causæ mulctētur. i. afficiantur per sententiam intelligendū est, huiusmodi cessiones odiosæ sunt: quia de uitio cupiditatis ꝓcedūt: ut hic. & C. ne lic. po. l. ult. Et no. ꝙ titulus iste de alie. iudic. &c. intelligitur de potētioribus, qui nō sunt in aliqua dignitate, siue administratiōe: sed tit. ille, ne lic. potē. patrociniū litigatoribus impertiri, intelligitur de potētioribus qui sunt in dignitate siue administratione cōstituti, [f] & eodē modo intelligitur lex illa. C. qđ me. cau. si per impressionē. & tamē sub isto titu. interserit breuiter naturā huius ti. ne liceat. & de natura illius tit. mandati. ut dicit in primo no.

[c] A præsumptione. sic patet, ꝙ clerici nō debent recipere hmōi cessionem: quia si simulata sit cessio, non ualet. C. mand. l. pe. & si esset vera cessio, vel datio præsumitur nihilominus in fraudē facta & auaritiæ causa. clerici enim ab illicita negotiatione prohibentur. xiiij. q. iiij. clerici. & cap. canonum. quia sic negotiari iam facto clerico non licet. lxxxviij. dist. fornicari.

[f] Ita ꝙ ratione officij, terribilem & minacē uultū inferāt, ī his ergo quæ alias sed non ratione officij potentiores sūt & terribiliores forte non habet id locum: cū & aduocans possit habere iustitiam: nec sit verisimile quē in terra iustitiæ uiolentiā pati. ff. quod met. cau. nō est maxime ꝗa si ille ita uellet terrere posset sine ꝓcuratione sicut cū illa, secūdū Innocē. & Host. Ioā. And.

Alexander tertius Eboracen. archiepiscopo.

Nullum est arbitrium seu arbitramentum continens peccatum per partes nō remissibile.

CAP. II.

NOn sine multa necessitate, A. presbyter nobis proposuit, quòd cùm in ecclesia sancti Alphridi per manum R. archidiaconi de Suella personæ illius ecclesiæ capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo M. nepos eius, qui sibi in ecclesia iā dicta successit, eundem presbyterum capellanum ibidem iterum ordinauit: [f] & infrà. Cùm autem idem presbyter extra prouinciam

DE ARBITRIS.

Suprà visum est de præparatorijs iudiciorum, meritò de ipsis iudicijs erat uidendum. Sed quia arbitria sunt redacta ad istar iudiciorū: ut l. i. ff. de arb. præmisit compilator istum titulum. Ita cōmuniter continuatur. et in C. et ff. seruatur iste ordo. nam præmittitur ibi de arbitris, & postea sequitur de iudicijs. Et quid sit arbitrium, dic ut not. per Innoc. & alios in c. quintaualłis. de iureiur. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur, ij. quæst. vi. c. si quis episcopus § arbitrari. & c. à iudicibus. & §. seq. iij. q. vij. c. infamis. §. tria prope fin.

[d] 

Ane. Vnus eligatur, aut tres. Vnus vero aut tres sunt eligendi, & nō duo: quia res fere sine exitu futura est, ꝓpter naturalem hominū facilitatem ad dissentiendū. ff. de arbi. l. itē si unus. §. si principaliter. tamen, si cōpromittatur in duos, tenet arbitrium. & si nō cōcordauerint, cogendi sunt, ut uel cōcordent. uel tertiam personam assumant, ut ibidem dicitur, & supra, de offic. deleg. suspicionis. §. ulti.

[e] Aut duorū. sufficit duorū sentētia, præsente tertio, licet ille dissentiat. eo uero absente nō ualet. ff. e. l. si ī tres. nisi in cōpromisso expressum sit, in duo sine tertio procedant. ff. eo. non distinguemus. §. cum in plures. sic obtinet in iudicibus. supra, de off. deleg. prudentiam. & de utrisque hic cauetur. s̃. de offic. deleg. uno delegatorum seu arbitrorum.

NOn sine. Non valet arbitriū simoniacum uel dolosum. In prima parte ponit̄ facti narratio. In secunda causæ commissio: ibi. Quoniā igitur. Abb. Si.

[f] Ordinauit. i. institutionem prædictā cōfirmauit ad

caute

e Tenuit. Imo etiā tūc tenet sed dat̄ exceptio doli, quia est stricti iuris Pan.

† Alias, obseruationem.

2 Ibi obstabat testium periuriū: hic non. dicebat Host. cū de intētione iniq̄tatis q̄ritur, ad ipsos recurri in defectū probationū: ut sequit̄ in gl. Si uero de corruptione q̄ritur, nō est eis credēdū, cū per alios probari possit. adde ꝙ dixi ī tex. Io. An. & decis. tho. q. cxlij.

3 Restituas. imo ad restituendū agat. Inn. Pan.

cautelam supple, & illum fecit postea prædicta ecclesia spoliari.

a Dolum. dantem causam contractui, unde non tenuit e .ff. de dolo. & eleganter. secus esset si incidit in contractum. ff. de act. emp. & uen. Iulianus. §. si uenditor. & si. s̄. de renū. sane. ubi dolose ille inductus fuit, ut eorū misericordiæ se subijceret.

b Sacramentum. quod interuenire in arbitrio siue in compromisso prohibetur. C. e. tit. auth. decernimus. ex quo tamē interuenit seruandum est dummodo arbitriū sit licitū uel æquum, ut hic in fi. j. e. cū tēpore.

c Fauentes. & ita per gratiam arbitrati sunt. unde cōpetebat huic exceptio doli, si ageret ex illo arbitrio. C. eo. arbitrorum, non obstante ipsorum iuramento: quia iuramē tum ad hoc non extenditur nisi ad ea quæ legitimæ arbitrarentur. alias illicitum esset & non seruandum. j. de iureiu. quanto. & cap. quintauallis.

d Quinque marchas. & sic continebat simoniacam prauitatem. s̄. de pactis cum pridem. & s̄. de transac. præterea. j. & ij. & ca. constitutus. & ideo arbitrium non ualuit, nec etiam pœna si esset apposita committeretur si nō staretur tali iniquo arbitrio. ff. eo. non distinguemus. §. cum quidam.

e Cognouerint, id est, confessi fuerint coram archiepiscopo. & ita creditur istis in iure eo quod male fecerunt arg. s̄ de elec. cum dilecti. Argu. tamen contra. j. de test. sicut 2 . sed hoc uidetur admitti propter inopiam probationum, quoniam forte per alios constare non potest, ut in decre. cum dilecti. & ar. ad hoc. C. de hær. l. pe.

f Absoluas. supple & ipsum absolutum restituas, 3 & potest exponi absoluas, id est absolutum ostendas: quia iuramentum non extenditur ad istum casum, ut dictū est. & ita retractatur arbitriū superioris authoritate: ut j. c. prox. sed non fuerunt isti ueri arbitri, sed mali compositores & arbitratores, & ideo dictum eorum boni uiri arbitrio potest corrigi. ff. pro soc. societatem. alias iniquæ sententiæ arbitri statur. ff. eodem. diem. §. stari. sed in hoc casu non ualeret sententia talis propter simoniam.

exulans, de suo beneficio non posset iustitiā obtinere, nec suam ulterius inopiam substinere, per dolum a & fraudē ipsius M. ab eo est sacramentū b extortū, ut arbitrium clericorum duorū exinde susciperet & seruaret: qui iā dicto M. fauentes c præsbytero præceperunt, ut quinq; d marchas ab eodē susciperet, & toti cederet quęstioni. Quoniā igit̄ nō decet aliquatenus sustinere, ut quod perperam arbitrati sunt, debeat incorrectum relinqui, Mandamus quate. si cognouerint e præfati clerici tam nequiter arbitratos fuisse, dictū presbyterum ab obseruātia iuramenti authoritate nr̄a prorsus absoluas f : uel si arbitrium ipsū noueris æquitate subnixū, ad obseruātiam † ipsius utranq; partem appel. cessante compellas.

Idem.

Arbiter assumptus in patrimoniali causa clerici non potest adiudicare rem ecclesiæ possidendam, etiam ad uitam clerici. h. d. et est casus notabilis.

CAP. III.

PEruenit ad nos ꝙ cū G. de Cal. sororē G. clerici duxisset in uxorē, idē G. fidei interpositione firmauit ꝙ v. solidos sterlinguorū annuatim daret eidē. vnde cū super eidē v. sol. inter ipsos controuersia mota fuisset, in qua tuor cōpromisere personas: quæ taliter arbitratæ fuerunt, ꝙ idem G. decimas g ī parochia de Cal. præfatus G. habere digno scitur pro v. prætaxatis solidis ꝑciperet annuatim. Vnde quoniā huiusmodi arbitrium ecclesiæ posset in posterū perniciosū existere h : Mandamus quatenus si ita inueneris, prænominatum G. diligenter cō moneas, & ecc̄ia. distric. cōpellas ut prælibatas decimas liberas omnino dimittat, nec sibi occasione hmōi aliquid ulterius uendicare i præsumat. Clericum uerò moneas, ut cùm eodem G. amicabiliter studeat conuenire.

Inno. iij. cancellario & magistro Loth. canonico Parisien.

In mulierem singularem, tanquam in arbitratricem compromitti non potest. secus si mulier habet alias iurisdictionē de iure cōi uel consuetudine. Nam tunc etiam super reb. temporalib. ecclesiæ potest in eam ualide compromitti. h. d. clare.

CAP. IIII.

DIlecti filij abbas & conuentus de Scarduna Cisterciensis ordinis sua nobis querela mō strarunt, quòd cùm inter eos ex una parte ac hospitalarios ex altera super usuario k cuiusdam

PEruenit. Arbiter sua authoritate spiritualia laico adiudicare non potest. ita cōmuniter summatur. Primo ponit factum. Secundo corrigendum cōmittit: ibi, Vnde. Abb.

g Decimas, id est fructus decimarum.

h Existere. in hoc arbitriū posset esse in posterum damnosum ecclesiæ: q̄a occasione illius arbitrij iste G. uellet decimas illas post decessum illius clerici retinere, & ita ecclesiæ præiudicaret: quia & si non de iure, de facto tamen damnū substineret & compelleretur litigare cum illo, & expensas facere: q̄a interest ecclesiæ ne sumptibus uexetur ff. de mino. minor uigintiquinque annis.

i Vendicare. occasione huiusmodi arbitrij, nil potest uendicare ab ecclesia, uel decimas illas retinere: quia non licuit illi clerico conditionem ecclesiæ facere deteriorem. j. de dona. fraternitatem. nec alienare potuit rem ecclesiæ in damnum ipsius ecclesiæ. xij. quæ. ij. sine exceptione. & ita ipso iure non tenuit arbitrium. sic ergo ad factum tantum respicit reuocatio huius arbitrij.

DIlecti filij. Clerici de temporalibus compromittere possunt in mulierem, alias de consuetudine iudicantem. Ioan. Andr. Prima pars narrat factum. Secunda dat iudicem: ibi, Quamuis. Abbas siculus.

k Vsuario, id est usu. Quid sit usus, habes institu. de usu & habi. in prin.

nemoris quæstio uerteretur, in reginá [a] Francorū † fuit cōpromissū utrinq;: quæ causæ meritis intellectis, arbitriū duxit per diffinitiuam sententiam promulgandum: & infrà.

Quamuis autem secundum regulam iuris ciuilis, fœminæ a publicis officijs sint remotæ [b], & alibi dicatur quòd licet summæ opinionis existant, si arbitrū in se susceperint, uel si patronæ inter libertos suos interposuerint audientiam, ab omni sint iudiciali examine separándæ ut ex earū prolatione nulla pœna [c] aduersus earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur: quia tamen iuxta consuetudinem [d] approbatam, quæ pro lege seruatur in partibus Gallicanis, fœminæ præcellentes in subditos suos ordinariam iurisdictionem habere noscuntur, mandamus quate. hospitalarios, ut arbitrium ipsum (præsertim cum episcoporum fuerit pſentia & consilio roboratum) sicut prouide latum est, & ab utraq; parte spōte receptum obseruent, per pœnam [e] in compromisso statutam app. postpo. compellatis.

Idē abbati & conuentui de Pigrauia.

Ecclesia exempta non potest in præiudicium exemptionis compromittere. h.d. et clarè.

CAP. V.

Cum tēpore C. papæ præ. n. & infrà. Super controuersijs quæ inter te & Mersburgeń. episcopum & quosdam tuos monachos uertebant, te ꝓmisisti arbitriū Magdeburgeń. [f] † archiepi seruaturū: & j. Quia legitimè constitit, ꝙ fide [g] hincinde data cōpromissum est in archiepiscopum memoratū, nos arbitrium ab ipso prolatum, decernimus obseruandū [h], illis duntaxat capitulis [i] exceptis, quæ contra libertatem

[a] Reginam. ar. quod de rebus [1] ecclesiasticis, possit compromitti in laicū. arg. j. e. per tuas. arg. contra infra eo. contingit. ubi dicitur de hac materia.

Glos. seq. ponit regulam, & tres casus excipit.

[b] Sint remotæ. uerū est, quod fœminæ a ciuilibus officijs sint remotæ. iij. qō. vij c. īfamis. §. tria & xxxiij. q. v. mulierē. & ff. de re iu. l. ij. nisi princeps sciente eis delegauerit causam. ij. qō. v. Mennam. & xxiij. q. iij. si quis xij. qō. ij. cum deuotissimā. [2] & argu. ff. de re iu. quidam tamē in ueteri lege populum iudicabant xv. q. iij. §. j. Item tutelam gerere potest, si renuntiat Velleiano, & secundis nuptijs. ī auth. de hære. quæ ab intestato deferūtur. §. ex his. co. ix. item constituitur procuratrix a dño papa j. de confir. cum dilecta.

[c] Nulla pœna. simile. C. eo. l. ult.

[d] Consuetudinem. quæ pro lege seruatur. Et ita est arg. quòd consuetudo dat iurisdictionē, & derogat iuri scripto. arg. supra, de consue. ex literis. C. de emanci. l. j. & ult. & C. quæ sit lon. consue. l. ij. & xj. di. in his.

Glossa seq. ar. alleg. iij. iura in contrarium alleg. ij. primo dat unam solutionem, secundo distinguit triplicem pœnam. In fine querit, arg. negatiue, & soluit.

[e] Per pœnā. sic ergo religiosi uiri possunt petere pœnam conuentionalem [3]. xxv. q. ij. quæcunq;. & xij. q. ij. episcopus qui mancipium. & xxiij. di. quanquā. & xxj. q. v. si quis cuiuslibet. arg. contra. j. de dolo & contumac. ca. j. & ij. & j. de pœ. suam. & xij. q. ij. fraternitas. Dic ꝙ pœnam a iure permissam petere possunt, ut xvj. q. j. statuimus & j. q. ult. quoties. & c. sancimus. in fi. x. q. ult. c. ult. & satis uidetur, quod possunt petere pœnam per iura priora, nisi auaritiæ causa extorqueāt ut j. de simo. nemo. ar. Vel melius dicas, ꝙ si pœna apponitur loco interesse, secundum hoc potest petere pœnā quāti sua interest [4]. ff. de emp. & uen. prædia. sed si pœna apponitur loco contumaciæ, tunc potest peti pœna. & res. ff. de col. bonorum. l. ij. §. si cum duobus. & ff. de tab. exhib. locum. §. condemnatio. si autem apponitur in fraudem usurarum, peti non potest. j. de emp. & uen. ad nostram. & ff. de act. emp. & uen. Iulianus. §. idē Papinianus. Et ita isti per pœnam compellendi sunt stare arbitio, uel etiam per res depositas ut eas darent uictori. ff. e. litigatores. §. quid ergo. siue ergo pœna promissa fuit a parte parti siue ꝓmissa ipsi arbitrio quia tunc compellitur mihi cedere actionem, quia quod causa mei fit, meū est. ff. de eden. prætor. §. j. & si contēplatione alicuius aliquid fit: eius est periculum. ff. de præscri. uer. si gratuitam. §. ultimo. Sed nunquid pœna recepta potest peti ut stetur sententiæ? Argu. quod non. ff. eo. l. ij. & C. e. l. j. & ij. quia contrarias actiones intendit, & ideo nec auditur. arg. s. de ele. cum inter r. & b. & C. de fur. l. j. & j. de app. solicitudinem. & in auth. de iud. §. quia uero. col. vj. ubi de hoc dicitur expresse. & hoc est uerum nisi in compromisso dictum sit ut pœna soluta stetur arbitrio. ff. de transa. l. penulti. & C. de transact. cum proponas. & xxv. q. ij. quæcunque. ubi de hoc. & prædicto ca. qui mancipium.

Cum tempore. Minor ecclesia in præiudiciū papæ de libertate cōpromittere non potest. Et diuiditur: nam in prima recitat factum compromissi. In secunda laudū latum: quod pro parte approbat, & pro parte reprobat: ibi, Quia legitime. In tertia rōnem reprobationis: ibi, Cū & si. Abb.

[f] Magdeburgen. archiepiscopi. ex hoc uidetur, ꝙ ordinarius possit esse arbiter [5]. ar. s. de elec. causam quæ. & in auth. ut differentes iudices. §. si uero contingit. col. ix. item & delegatus. j. de presump. literas. de præben. nisi. & j. e. cum olim. lex tamen uidetur contradicere. ff. e. sed & si inseruum. §. ij. & iiij. q vij. c. infamis. §. tria. uersi. si quis uero. sed hic solum prohibet quod ordinarius non potest iubere ut partes in se compromittant. ff. de tu. & cu. l. iiij. §. prætor.

[g] Fide hincinde data. sic. j. eo. ex parte. & C eo. ne in arbitris. sed iurare arbiter non debet. C. e. auth. decernimus. secundum quosdam. sed uerius est, quod nec etiam partes. j. eo. c. ij. ubi de hoc.

[h] Obseruandum. metu pœnæ si apposita fuit. s. eo. ca. proxi. uel metu iuramenti. xxij. q. j. omne quod. & vj. q. iiij. quod bene semel. idem esset si neutrum prædictorum interuenisset, si partes arbitrio consensissent uel uerbis intra x. dies non contradixissent. C. e. cum antea.

Glos. seq. not. pro parte &c. alleg. tria iura: signat unum contrarium, & soluit.

[i] Capitulis exceptis. No. ꝙ arbitriū pro parte tenet, & pro

[1] Rebus. scilicet tēporalib.

† Facit tex. ī l. certi. C. de iudi. & ī l. j. & ibi Bar. C. de mu. & in quo lo. mu. ex. lib. x.

[2] Per ꝙ capi. dicit Inno. hic, quod etiā d iure fœminæ iudicare pos. sunt si habēt regnū uel comitatū. idē Hos. de alijs q pñibus in magna terra succedūt ex testamento uel ab intesta to. & ꝓ horum dicto bene facit depriuile. ex pte. iij. d maio. & obed. dilecta. Ioan. And.

[3] Ad hoc facit stil⁹ curiæ, qui semper sic scribit cō tra nō seruantē arbitriū factū sub pœna. ad idē. j. e. ꝑ tuas Ioā. And.

[4] Dicit. Inno. j de pœnis. suā in fi. quod licite petitur tota pœna etiā si excedat interesse. Ioā. And. Sed dicendū ut nonne scripsi ī extra labyrinth. de eo qd' īterest, q.

† Magdebur. in Saxonia ad Albin fluuiū, factus est epatus anno 780. per Carolū magnū, deinde totius Saxoniæ metropolis dicta est ēt parthenopolis. ut per Frā. Ireni cum Germaniæ exegeseos li. iij. c. xxviij. & lib. ij. lra. M. Hanc Carol. 5. arte magis quā armis subacta Germania. captiuosq; tenēs Fridericū Saxoniæ ducē (a cuius patre elect⁹ fuerat) & Phil. Landranium hessum sū mos toti⁹ Germaniæ pricipes, nec arte nec armis ēt S. Mauritio duce fere quatuor annis obsessam subigere potuit, nec ad fœdus secū ineūdū pellicere. ī ea stetit & hoc ann. 1551. stat uetus libertas statutū imperij toti⁹que Germaniæ.

[5] Arbiter hoc uerū iure canonico: secus iure ciuili Hēr. bohi. hic Bart. l. sed & si in seruum. ff. eo.

& pro parte nō tenet. sic ĵ. de præbē. dilectus. & c. nisi & ij. q. vj. c. post appellationem. §. si quis ex pluribus. licet uideatur quod arbitri sententia non debeat pro parte ualere, pro parte non. ff. de arbit. quid tamen. in princ. Sed illud obtinet, ubi simul de pluribus debuit ferre sententiam, & non tulit de omnibus, sed in uno capitulo non potest tenere pro parte. ff. famil. ercisc. in hoc iudicio. Sic & sentētia pro parte tenet, & pro parte non, imo corrigitur. ĵ. đ testa. Raynutius. & c. Raynaldus.

ipsius monasterij & duarū capellarū, eiusdem in arbitrio sunt expressa. Cū & si sponte uolueris, de iure tamen nequiueris [a] sine licentia Ro. pont. renuntiare priuilegijs uel indulgentijs libertatis, [b] quæ monasterium illud indicant ad ius & proprietatem Ro. eccl. pertinere.

Idem epo S. Andreæ, & abbati de Bechor.

Arbiter non habet potestatem iudicādi ultra comprehensa in compromisso. ideo coram eo non fit reconuentio.

CAP. VI.

CVm dilectus filius: & ĵ. Vtrum corā arbitris, reconuentioni sit locus, postulasti per sedem Apostolicam explicari. Nos igitur respōdemus, ꝙ licet in iudicio conuenientem recōuenire valeat is, qui corā iudice cōuenitur, corā arbitris tñ recōuenire nō potest: [c] cum arbitri iudicare non valeant, nisi [d] de his tantum super quibus in eos extiterit compromissum.

Idem rectori & fratribus hospitalis Sancti Barto. Lucani.

Qui per arbitrium tenetur eligere cū aliquorū consilio tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non adstringitur.

CAP. VII.

CVm olim super eligendo in hospitali vestro rectore, & fratribus inter uos & priorem sancti Barto. Lucañ. coram iudicibus delegatis quæstio verteretur, & vtraque pars in eos compromittens, [e] ipsorum arbitrium se promiserit seruaturam super prolato ab ipsis arbitrio, utrinque dubitatio est exorta quam petistis per sedem apost. declarari. Nos igitur, publico instrumento arbitrium continente diligenter inspecto, cognouimus, quòd secun-

[f] Quia q̃ nō potest alienare ñ potest cōpromittere. Io. An. Ant. Butr. Pano. hic. Card. cōs. lxxv. col. pe. Philip. Dec. cōsil. xxxix. nu. 4. vbi teti gi. & late do. An. Tiraq. de legib. connub. gl. iij. q. xix.

[a] Nequiueris. argumen. ff. de lib. causa. si vsumfructum. & l. j. & ij.

[b] Libertatis. Nec etiam poterat arbiter in hoc īteruenire: quia in causa liberali arbiter interuenire non potest. ff. eo. nō distinguemus. §. de liberali. & supra, de in integrum resti. causa restitutionis. in fine. Sed contra. infra, de præscripti. cum olim. Sed quantum ad se potuit renuntiare. & non quantum ad papā [z] priuilegijs libertatis: ut infra, de re iudi. suborta. & infra, de donatio. inter dilectos. alijs autem priuilegijs bene posset renuntiare. infra, de priuileg. si de terra. & c. accedentibus.

[z] Papam. imo ibi nō agebaẗ de iure papę, quia non erat immediate subiecta pape Henricus Bohic. Panor. hic.

CVm dilectus.

Glossa sequens ponit quatuor uel quinque casus in quibus non procedit reconuentio.

Reconuētio cessat in multis.

[c] Non potest. Cessat reconuentio coram arbitro. ut hic dicit. Item in criminibus non habet locum reconuentio. iij. q. xj. c. j. quia non relatione criminum, sed innocentia reus purgatur. ff. de publi. iudic. is qui Item in causa spoliationis. ĵ. de restit. spol. ex cōquestione. & melius. infra, de ord. cog. super spoliatione. nisi de alia spoliatione ubi est hoc expressum. Item in omni momentanea possessione. C qui legiti. person. l. ulti. Item in spoliatione facta ecclesijs & ecclesiasticis viris. arg. infra, de iure patr. relatum. §. ad hoc. & est expressum. ff. de iudi. l. ij. §. item si agatur.

Glossa sequens potuisset apertius recitari, distinguendo cū Io. et Vinc. quod arbitraria & iudiciaria conueniunt in principio, medio, & fine causæ.

[d] Nisi de his. Vel eis cohærentibus sine quibus causa cōmode expediri nō potest. unde potest statuere diē solutioni faciēdæ. ff. eo. si cū dies. §. ult. & l. quid tamē. §. solutioni. & l. Celsus. Itē potest cognoscere de causa in integrū restitutionis, quæ incidit in negotio de quo cōpromissum ē. s. de in inte. rest. causa restitutionis. Sed nūquid potest cognoscere super petitione dupli. vt ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. pen. Videtur ꝙ sic: [3] quia sequiẗ ex delicto in arbitrio cōmisso. Sed cōtra ar. est ꝙ non cognoscit super pœna cōtumacis. ff. eo. quid tñ. §. ult. arbitria tamen redacta sunt ad similitudinē iudiciorū: ff. e. l. i. Circa istā materiā no. ꝙ arbitria stricta via incedūt. nil enim extra compromissū facere potest arbiter. ff. e. nō distinguemus. §. ul. nam solum id venit in arbitriū de quo dictū est, ut ueniat. ff. eo. si cum dies. §. plenum. saluo eo ꝙ dicitur in princ. notulæ. sed in iudicio veniunt omnia quæ expresse non prohibētur. ĵ. de cau. possess. cum ecclesia. & ff. de iudi. solemus. Itē arbiter non potest punire cōtumaciā litigatoris nec testes potest cogere. ff. eo. quid tamē. §. j. nisi in casu quē habes s. de off. dele. suspicionis. & hoc est verū, ꝙ non potest punire cōtumaciam, nisi in cōpromisso hoc actū sit. ff. de iudi. l. ij. §. ult. & ff. e. nō ex omnibus. [4] quæ intelligitur secundū illam de iud. quia arbiter nullam habet iurisdictionē. ff. de re iudi. prætor. Itē arbiter nō pôt pronuntiare, nisi utraq; parte pñte, nisi hoc inter litigatores conuenerit. ff. eo. diē. §. si quis litigatorū. Item nō potest citare partes, nisi ad locū ī quo cōpromissū factū est. ff. e. si cū dies. §. si arbiter. Itē arbiter nō pt delegare arbitriū. ff. e. in cōpromissis. & l. nō distinguemus. §. quæsitum. Itē satisdatio nō præstatur corā arbitro: quia sufficit pœnæ promissio. in authen. de liti. §. ad excludēdas. in fi. col. viij. Itē in arbitrio nō pôt mora purgari, ubi dies præfixus est ab homine. ff. eo. Celsus. secus in iudicijs. C. de fi. instr. sancimus. & ff. si qs cau. & si post tres. Itē sentētia arbitri nō infamat. ff. de ijs qui not. infa. quid ergo. §. ex cōpromisso. & hoc ideo quia nō pôt cognoscere de crimine quod infamet. ff. eo. nō distinguem⁹. §. Iulianus. & s. đ in inte. rest. causa. in fi. in his oībus discrepāt arbitria à iudicijs. Item & in alio si partes renuntiāt appellationi, & pactū faciūt de nō recedēdo ab arbitrio, nihilominus recedere possunt. C. eo. l. pe. secus circa iudicia. C. de tēp. ap. l. ult. in fi. & in quibusdā conueniūt: quia per utrunq; interrumpiẗ præscriptio. C. e. l. ul. in fi. & quantū ad iuramentum calumniæ. C. de iur. cal. l. j. & ij. §. sed quia.

[3] Sic. Idē Hos. Pan.

Arbitria in multis differunt a iudicijs.

Arbitro multa sūt interdicta

[4] Dic per l. istā qd' contumaciā punire nō potest mulctādo, sed in expēsis condemnādo bene: nā de interesse cognoscit. ff. eo. l. nō distinguemus. § item non est cogendus. in fi. secundum Inno. ĵ. e. ex parte. & Hostiē. dicebat Ioā. & Vincen. l. non ex omnib. intelligendā đ actione arbitraria: in quā arbiter cōtra contumacem facit in litē iurari. Io. And.

CVm olim. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, Nos igitur.

[e] Compromittens. Sic s. eo. cum tēpore. vbi de hoc.

a Discordet, per interpretationem huiusmodi arbitrij possumus illud decretū interpretari.lxiij.dist.obeuntibus.Plerūq; enim tenetur quis quærere cōsiliū: sed non tenetur sequi illud.j.de regu.licet. C.de iure emphy.l.ult.ff.de admi.tut.quidam decedens.§.Papinianus. ff. ubi pup. edu.deb.l.j.Item & secundum hanc interpretationem videtur intelligenda illa decre.s̄.de elec. cum in veteri. vbi de hoc. Sed uidetur quod superfluum sit petere cōsilium quod quis sequi non tenetur. argu. C. de prob. ad probationem. Sed certe potest esse, quod tale cōsilium sit utile: quia potest mouere priorem ad aliquid faciendum, ꝙ forsitan per se non fecisset. argu. xxxj. dist.Nicena. & ff.e. item si unus.§.ulti. alias est lex.& incipit, si in tres. Et ꝙ à pluribus queritur facilius inuenitur. xx.di. de quibus. & C.de fideic.l.ult.ad fin. & argu. ad hoc lxiiij.distinct. extra conscientiam. Et diligens inquisitio facienda est in electionibus. s̄.de ele. cum terra. Et habito consilio deliberet, an expediat ei sequi consilium. ff. mand.l.ij. in fin. Et præterea sufficit, ꝙ ita scriptum est. ff. qui & à quib. prospexit. & vj. qō iij. scriptū est in lege. & j.de præscrip. ad audientiā. Et quia istud arbitrium approbatū fuit à partibus, ideo seruandum est.

1 Et est simile quod dicitur in regula beati Bñdicti. cap.ij.ubi sic dicit, Conuocet Abb. oēm congregationem:& audiēs cōsilium fratrum, tractet apud se:& quod vtilius iudicauerit: id faciat. Seneca li. de quatuor virtutib⁹. Prudentis est, ꝓpriū examinare cōsiliū. Ioā. And.

† Alij libri nō habēt super hoc.sed loco eius habēt de inueniendo rectore: secundum Hostien.

dū formam arbitrij prior sancti Bartholom. Luca. tenetur habere consilium cū familia hospitalis eiusdem, & tractare cū ea de inueniendo rectore. Propter quod dicimus, ꝙ nisi prior super inueniēdo rectore tractauerit cū familia hospitalis: & ipsius cōsilium requisierit, nō habet potestatē eligēdi rectorem: & si alio modo eum elegerit, eius electio haberi debet irrita & inanis. Verū habito cū familia super hoc † cōsilio & tractatu, prior liberè pōt rectorē eligere duntaxat idoneū siue cōcordet, siue discordet a familia cum ipso super inuentione rectoris.

Idē in cōcilio generali.

De rebus spiritualibus, in laicum compromitti potest.

CAP. VIII.

Contingit interdū, ꝙ cum actori: & j. Ad hoc generaliter prohibemus, ne super rebus spiritualibus b compromittatur in laicum: quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur.

C Ontingit.

Glossa sequens fortificat textum per tria iura alleg. quinque iura in contrarium, soluit distinguendo ciuiles & spirituales causas, laicos solos & mistos clericis authoritate papæ & inferiorum.

b Spiritualibus. Sic enim patet quod de rebus spiritualibus, in laicum compromitti non potest etiā incidenter quia laicus de talibus cognoscere nō potest. j. qui fil. sint legi. lator. Et ecclesiastica negotia tractare nō debent laici. j. de iudi. decernimus. Et de vniuersa ecclesia male iudicat, qui quærit iudiciū laicorū. xj.q. j. placuit. Sed cōtra. ij.q.vij.nos si.& xvj. qō.j. plures. xxxij.dist.c.præter hoc.§.verū.& ij.q. v.mennā. nā & in infamē cōpromittit.iij.q.vij.c.infamis. §.tria in fi. Dicas ꝙ de rebus mere ciuilibus quibus nullū spirituale est annexum, bene potest compromitti in laicū arg. huius c. cū tm̄ tantū prohibeat de spiritualibus, de tēporalibus permittit.arg. quia quod de vno prohibetur, de altero concedit.xxv di.qualis. j.eo.exposita.Si uero compromittatur in laicum de rebus etiā spiritualibus, non tenet arbitriū, ut hic. Sed si cōpromittatur in clericum & laicū, authoritate tamen superioris uidetur ꝙ ualeat: tum quia non simpliciter i laicū, tum quia au.horitate superioris. j.e.c. proxi. alias authoritate propria hoc facere non possent, & magis dignū trahit ad se minus dignum: ut sic potius res ualeat, quā pereat. j. de cōse. eccl. vel alta. quod in dubijs.& j.de verbor. sign. Abbate. sed in laicum tantū cōpromitti ēt authoritate epi non pōt sicut credo 2 nisi authoritate papæ: ut xxxij.di c. præter hoc. §.verū.ij.q v.men nam. & c. nos si.eo. c. quæst.vij.quia episcopus etiam causam spiritualem laico committere non posset, cū ius spirituale nō cadat i laicum.xcvj.dist.bene quidem.& arg.s̄.de elec. sacrosancta. & c.messana. 3 Vnde dico, ꝙ laicus de rebus spūalibus nullo modo iudicare potest nec principaliter nec incidēter. Et quod ecclesiasticis personis tātum causa spiritualis sit committēda, est argu.s̄.de offi. deleg. cum te consulente. & c. super quæstionū.§.fi.ver.quod si.

2 Credo sed bene i arbitratorem Host. Ioā. And. c.fi.d'reru pmu. Roma. cōsil. ccxc. Pet. Ancha. cō si.xxiij.cō sil. xcvj. Alexan.in l. quoties. C.de iudi. consi. cxj. col.ij.li.ij. & ē cōmunis. Phil. Deci.c.ij. colū. ij.de iudic. Hierony. Gratus consil. lxxxvij.nume. 10. li. br.j.

Idē Pisano archiepō.

Authoritate iudicis causæ etiam delegati, potest de causa spirituali in clericū & laicum compromitti: & si arbitrium est a partibus receptū, debet à partibus executioni mandari, licet per generalem procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, & pœna fuit apposita, agitur ad pœnā, alias ad interesse, hoc dicit, generaliter inhærendo literæ.

CAP. IX.

PEr tuas literas intimasti, ꝙ cū super executione arbitrij, qđ inter hospitalarios S. Ioannis & plebanū de Piscia, super hospitali S. Allucij latum erat à nobis literas accepisses: & infrà. Plebanus proposuit, quod ad causam tractandam procuratori dedit generale mandatum, c non tamen ei mandauit, ut sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere super eo. Et præterea procurator iam dictus, de assensu canonicorū d suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbi-

P Er tuas. In prima parte ponitur consultatio. In secunda diffinitio, alias distinguēs responsio: ibi, Super quo. Abb.

c Generale mādatum. Bene allegabat: quia licet haberet generale mandatū, transigere tamē nō poterat seu componere. ff. de procu, mādato. & C. de transact. transactionis. Sed si clausula de rato fuit apposita: tunc 4 videtur, quod transigere posset, aliter nō: quia adiectio illius clausulæ aliquid operat. arg. ff. de usur. si stipulatus. & j. de relig. do. cum dilectus. & videtur expressum s̄. de transact. contingit. Sed obstare uidetur. ff. mand. creditor.§.ulti. Dic de hoc ut notatur in prædicto c. dilectus. & ut dixi s̄. de transact. contingit. in gloss. quæ incipit, not. in fine.

Glossa sequens cum sequenti ordinatim iustificat primam, secundam & tertiam allegat. plebani.

d Canonicorum. Vnde non ualuit quod per eum factum fuit: si consensum eorū non habuit 5 s̄. de procura. c.j. & capitulum sine consensu prælati agere nō potest

3 Per quæ iura patet, quod etiā super electionē priuati uel clerici nō possent in laicū compromitti, secundum Inno. Ioā. And.

4 Tunc, imo nisi, data sit libera. Pan.

5 Habuit. quia erat causa ardua. Pan.

potest.j.de iud.causam quæ.De hac materia dictũ est s.de rescript.edoceri.& supra,de procur. c.j.

a Fines mandati excesserit.unde non valuit quod ultra fecit.s.de offi.deleg.cũ olim.& C.de procu. si procurator.& ff.mãd.si diligẽter.& s.de rescript.cũ dilecta.

Glo. sequẽs iustificat mãdatũ papæ dicens id sumi ex tribus legib. in fi.quærit opponendo,& soluit.

b Ratum haberi debet.Licet procurator non habuisset mandatum ad hoc, ex quo tamen clerici ratum habuerũt arbitrium est obseruandũ: & ualet. ff. de procur. mãdato. & s.de transac. contingit.Idem esset si egressus fuisset fines mãdati, ex quo ratũ habuit dominus factũ procuratoris.s. de off.lega. cum olim.Idem esset,& si nullũ mandatũ habuisset postquam ratum habuerunt, quod eorum nomine fecit. ff.de iud.licet verũ. ideoque debet arbitriũ executioni mandari,ut hic dicit. Et quod dicitur hic colligitur de tribus legib. Si enim arbitrium à partibus approbatur,uel etiam silentio x.dierum, ex eo datur actio & exceptio.C.eo. cum antea.Si uero arbitriũ non fuit receptũ,& pœna fuit apposita: tunc agitur ad pœnam.C.eo.l.j. & ita per pœnam ad seruandum arbitrium quis cõpellitur. s. eo. dilecti. Si nulla fuit pœna statuta, sed simpliciter compromiserãt stare arbitrio agi potest ad interesse ex stipulatu. & hoc vltimum colligitur. ff.e. diẽ. §. ulti. ff. si quis in ius voca. non ierit. l.ulti. unde iste procurator tenetur secundũ istam di. ad pœnam uel ad interesse, cum ipse seipsum etiã suo iuramento personaliter obligauit, si non habebat ad hoc mandatum.Sed qualiter agitur cõtra procuratorem,cum ipse non intenderit se obligare, nec aduersarij intendebant eũ sibi obligare? Sed ideo conuenitur: quia se obtulit defensioni alienæ,cum nõ haberet mandatum sufficiens ad hoc. ff.de procu. Plautius. &

† Iuramẽtũ nil addit: qa intelligit se cundũ materiã subiectã.l. diẽ proferre.§. fi.ff. eo secundũ Innoc.hic & bene quãuis Host. hic eũ reprobet per tex.i c. ij. c. cũ tempore. iuncta gl.j.e. quem late sequit Roma.in l.stipulationes nõ diuiduntur. nu. 69. de verb.obli. & male.

trium non valere: præsertim cùm procurator fines mãdati a excesserit, & arbitriũ fuerit per unum clericum & duos laicos promulgatũ, licet ipsi de assensu Genu.archiepiscopi cui causa cõmissa fuerat arbitriũ protulissent: & infrà. Super quo f.t.t.r. quòd si ex parte plebani arbitrium receptũ fuerit, indistinctè ratũ b haberi debet, ac per hoc iuxta tenorem mãdati app. executioni mãdari.Si uerò receptũ non fuerit,refert utrum fuerit uel nõ, de obseruãdo ipsum pœna statuta. Et quidẽ si pœna apposita fuit, agi põt ad pœnã. at si nulla statuta fuerit sed simpliciter fuit, quod staretur sententiæ compromissum: procurator ad interesse poterit cõueniri: quia iuramẽto † suo seipm personaliter, non ecclesiã poterat obligare. Quod aũt à duobus laicis & uno clerico dicitur esse prolatũ, nequaquã obuiare videtur: cũ authoritate c dicti archiepiscopi factũ sit,cui causa de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

Hono.iij.archiepiscopo Coloñ.

Si per duos electos ad eandem prælaturã, in discordia cõpromittitur in ordinariũ, morte alterius compromittentium, expirat compromissũ: ordinarius tamen ex potestate ordinaria procedit super iure superstitis, antequam fiat transitus ad aliam electionem, hoc dicit.

Significauerunt nobis olim abbas & cõuentus S. Mariæ de Florẽtia, ꝙ Florentina potestas ꝑ eis contra cõmunitatem castri de Signa, super possessione vel quasi iuris ibidem eligẽdi rectorem (quod ad se pertinere dicebãt) definitiuã sententiã promulgauit. a Sed postmodũ abbatem & cõuentũ præfatos, ipsa potestas coegit communitati prædictæ super proprietate uel quasi memorati iuris, in seculari iudicio respondere. Vnde vobis iniunximus, vt (si ita esset) cogeretis cõmunitatem eandem electũ ab eisdem monachis in rectorem admittere, audituri postea, quæ partes super proprietate b uel quasi prædicti iuris ducerent proponẽda: & infrà. Verum pars altera inter alia excipiendo proposuit se tunc corã uobis respondere de iure nõ teneri, cũ tempus propter vindemias c existeret feriatũ: respondẽte syndico monasterij hoc malitiosè ꝑponi, vt uidelicet causa protracta tempus regiminis electi prædicti inutiliter elabatur: & infrà. Mãdamus quatenus hoc nõ obstãte, in negotio ratione præuia procedatis.

Significauerunt. Non obstante exceptione temporis feriati propter vindemias, mandãda est sententia executioni. hoc dicit secundum unum intellectum uel secundum alium ita communiter summatur: Cum actor & reus sunt diuersi fori: causa proprietatis & possessionis potest coram diuersis iudicibus agitari. sed hoc non uidetur indistincte verum, secundum Panor. Sunt duæ partes. In prima partis conquestio. In secunda papæ prouisio: ibi, Mandamus. Abb. Sic.

a Promulgauit. Et hoc bene fieri potuit cum causa ista non fuit spiritualis, sed super iurisdictione temporali, & abbas & conuentus fuerint actores: unde debuerant sequi forum rei. ꝟ. tit. proxi. cum sit generale. & xj. q. j. experientiæ. & c. seq. & C. de iurisdi. om. iud. iuris ordinem & à sententia lata super possessione diffinitiua appellatur. ꝟ. ut lit. non contest. c. ij. & hic.

b Super proprietate. Sed uidetur quod isti monachi tenebantur respondere aduersæ parti super proprietate coram iudice qui cognouit de possessione, quia iudex ille qui cognouit de possessione, cognoscere debet de proprietate. ꝟ. de cau. pos. c. j. & est illi audiẽtia deneganda, qui continentiam causæ nititur diuidere, ut coram uno agat de possessione, & in alio iudicio de proprietate. C. de iudi. nulli. præterea causæ conuentionis & reconuentionis coram eodem iudice fieri debent. C. de senten. & interlocu. om. iudi. cum Papinianus. & iij. q. viij. cuius. ubi dicitur, Cuius in agẽdo quis obseruat iudicium, ipsum in eodem negotio habere contra se iudicem non dedignetur: ut in l. cum Papinianus. & iij. q. viij. c. accusatores. §. cuius agẽdo. & illud quasi uidetur idem negotium. ꝟ. de mu. pe. c. j. Sol. verum est, ꝙ continentia causæ diuidi non debet, & ille qui cognouit de possessione, debet cognoscere de proprietate siue sit ordinarius siue delegatus, cui causa simpliciter quo ad vtrunque fuit commissa. ꝟ. de sequestra. ad hæc. & hoc locum habet cum actor & reus sunt eiusdem fori. sed in casu præsenti non sunt eiusdem fori. 2 vnde monachi ꝙ primo egerunt de possessione debebant sequi forũ rei: quod fecerũt & obtinuerunt. & si aduersarij volebãt postea conuenire monachos super proprietate, debebant sequi forum monachorum. Et causa possessionis & proprietatis bene possunt tractari coram diuersis, maxime ubi causa talis subest: quia nihil commune habet causa possessionis cum causa proprietatis. ff. de acquiren. possess. naturaliter. §. nihil. Et si aliquis postulauerit alium iudicem super proprietate, & alium super possessione, non est audiendus. & sic loquitur. ꝟ. de cau. pos. c. j. & C. de iudic. nulli. & ita non contradicũt huic decre. quia hoc isti monachi non fecerunt. Alia iura cuius in agendo, &c. nõ tangunt causam istam: quia illa loquuntur in reconuentione, quæ debet fieri simul cum cõuentione. ꝟ. de mu. pe. c. j. & ꝟ. de ord. cog. cum dilectus. & tunc etiam si uellent reconuenire de alia re non poterant, cum quæstio spoliationis de qua agebant monachi priuilegiata sit. infra, de ord. cog. super spoliatione. nec de proprietate simul tunc cum possessione poterat agi. C. de rei vendi. ordinarij.

2 Sed obijcit. istud castrũ dicit esse de feudo cõmunitatis Florẽtiæ, ergo i hoc cõitas castri & monachi erãt eiusdẽ fori. ꝟ. tit. j. ex trãsmissa. & c. verum. Solu. licet ponamus quod sit castrũ feudale: electio tñ nõ est feudalis. uel dic ut dixi sup verb. rñdere lo an. And. & gloss. seq. Pan. Fely. & omnes hic.

Glo. seq. tractat de ferijs, fauore hominum introductis, & quomodo illis renuntiatur, alijs non. & quomodo ex causa quis tunc cogitur litigare.

c Propter uindemias. Tempore enim vindemiarũ & tempore messium, non compellitur quis in iudicio respondere, ita quod sententia lata contra absentem non tenet. Tamen si consentiunt partes: bene ualet iudicium. ff. de fer. l. j. & de feriatis. & de illis ferijs habes. C. de fer. omnes die. in prin. sed illis ferijs quæ inductæ sunt ob reuerentiam dei & aliorum sanctorum. nullus potest renuntiare, etiam si partes uellent. Alijs vero inductis in fauorem hominum, bene renuntiatur hoc

Ferijs an posſit renuntiari.

hoc eſt expreſſum. j. de fer. c. ult. & de conſec. diſt. iij. c. j. Et arg. ad hoc. ff. de arbit. ſi feriatis. xv. q. iiij. c. j. & ij. poteſt tamē tali die (ut uidetur) libellus offerri. ff. de adult. l. miles. §. ſexaginta. & §. illius. ſed ex cauſa tali tempore aliquis compellitur litigare: ut hic dicit in fi. ne tēpus illius electi, ad regimen illius loci elabatur.

1 Et idem credo ſi finiretur iuriſdictio iudicis tempore illo: qđ tunc poſſet ꝓcedi, ne iudicialis inſtantia euaneſcat. 2 arg. s. đ off. deleg. conſuluit.

1 Idem Hoſt. uel ſecundum Guill. na. qui dicit ſe fuiſſe ad uocatū in hac cauſa, ideo fuerunt compulſi, quia tota communitas circa vindemias, non poterat occupari, & ꝑ vnū ſyndicū litigauit. ff. ꝗcu iuſq; uni. l. j. Io. An.

2 Euaneſcat. niſi eſſent feriæ in honorē Dei. Pan. Fely. hic.

DE FORO competenti.

Quia rei ad iudicia vocati frequēter excipiunt de foro, & plerunque dubitatur quòd forum ſic excipientes ſequi debeant: ideo &c. ſecundum Goffre. Sed ego continuo ſic: Tractaturus author de ſingulis actibus et partibus iudicij. Quia ante omnem alium actum iudicialem debet diſcuti de cōpetentia fori, iuxta not. in cap. inter monaſterium. de re iudic. & in c. pen. de exceptione. ideo præmittit iſtum titulum quia poſito fundamento ponitur ædificium. i. quæſt. i. cum Paulus. Et forum proprie neutri generis, prout hic ponitur, ſignificat territorium cuiusq; iudicis, intra quod poteſt in facinoroſos animaduertere. ff. de verb. ſigni. l. pupillus. §. territorium. Vnde tota diœceſis dicitur territorium epiſcopi. xvi. quæſt. vij. omnes baſilicæ. extra quod territorium impune non paretur de conſec. c. ij. lib. vi. De hac materia habetur xcvi. diſtin. iij. quæſt. vi. & vi. quæſt. iij. xi. quæſt. i. xxi. q. v. per totum reperitur in vi. & clemen. Abb. Sic.

TITVLVS II.

DE FORO compet.

Ex concilio Chalcedon.

Clericus coram ſuo epiſcopo conueniri debet.

CAP. I.



I quis clericus aduerſus clericū negotiū habeat, epiſcopum propriū nō deſerat, [a] ſed prius apud ipſum actio [b] vētiletur: uel ex cōſilio eiuſdē [c] apud alios, [d] quos utraque [e] pars uoluerit, iudicium obtinebunt.

Ex concilio Pariſienſi.

Iudex ſecularis ſi clericum per ſe diſtringit uel condemnat, excommunicari debet.

CAP. II.

NVllus iudicū [f] ſecularīu, neque presbyterū, neque diaconū, aut clericū vllum, aut minores, [g] eccleſiæ ſine ꝑmiſſu [h] pōtificis ꝑ ſe diſtringere aut condemnare [i] præſumat. Quod ſi fecerit, ab eccleſia Dei cui iniuriā [k] irrogare dignoſcitur, tandiu ſit ſequeſtratus, [l] quouſque reatum ſuū cognoſcēs emendet.

Ex concilio Aphric.

Ratione rei de qua agitur, ſortitur quis forum ibi ubi res eſt. Sic cōmuniter ſummatur.

CAP. III.

SAnè ſi epiſcopi inter quos cauſa verſat̄, ſint diuerſarū prouinciarū: ille primas [m] det iudices, in cuius prouincia [n] eſt locus de quo contēditur.

Gregor. Bonifacio defenſori Corſi.

Epiſcopus ut ſuſpectus recuſatus, de cuius ſuſpicione notoriè conſtat, poteſt dare delegatum partibus non ſuſpectum: cuius ſententiam poterit per ſe executioni mandare.

CAP. IIII.

SI quis clericus.

a Non deſerat. Quod ſi fecerit puniri debet prout dicitur xj. q. j. inolita. & c. placuit. & infra eo. ſi diligenti.

b Actio. Id eſt petitio, quia ſecundum canones, actionem proponere non tenetur ſupra c. proxi. dilecti. ubi de hoc. & c. examinata. 3

c Conſilio eiuſdem. Aliter enim nullo modo poſſunt eligere in præiudicium aliorum, imo de licentia epiſcopi iudicium ſeculare non poſſunt eligere, ſed eccleſiaſticā perſonam bene de licentia epiſcopi. j. e. ſignificaſti. alias nec uolentes nec inuiti poſſunt deſerere epm, etiā ſi iuramētū interueniret. j. eo. ſi diligēti

3 Cōcor. l. ſi pupilli. §. uideamus. & ibi gl. & doc. ff. de neg. geſt. & l. ſi Titius. ff. de verbo. obliga.

d Alios. Id eſt, eccleſiaſticos. infra eo. ſignificaſti. uel epiſcopus committat alicui.

e Vtraq; pars. Honeſtū & iuſtum eſt iſtud, ut ambæ partes ſi præſentes ſint, eligant iudicem cōmuniter: ut hic, & ij. q. vj. placuit. ar. cōtra. s. de off. deleg. cū R. ſed illam intelligo, quando altera pars eſt abſens uel cum non uult concordare reus, ut ibi dicitur: alias iniquum eſſet illud quod daretur ad uoluntatē alterius altero præſente: & ſic obſeruatur in curia Romana. cōtra. xj. q. j. c. iudices. & xv. q. vij. c. ſi autem. ſed illa intelliguntur in criminali, & non tenet hodie.

NVllus iudicū. Duo facit. Primo prohibet. Secūdo adijcit pœnam: ibi, Quod ſi. Abb.

f Iudicum. ſcilicet ſecularium.

g Minores. Quos appellat hic minores? Poteſt dici, ꝙ ſcholares ſiue ſeruientes eccleſiæ deputatos ad eius obſequium, quia illi eodē priuilegio cēſentur. arg. xij. q. ij. eccleſiarum ſeruos.

h Sine permiſſu pontificis. Hic vocat arg. a contrario ſenſu, ut probatur. infra eo. ſignificaſti. vbi de hoc.

i Aut condemnare. Niſi forte in cauſa reconuentionis, quia bene reſpondere tenentur de ciuili, ſed non de ſpirituali, ut dictū eſt. s. c. proxi. & s. de iu. at ſi clerici. c. ult. Argu. j. de mu. pe. c. j. ij. & iij. q. viij. c. accuſatores. §. cuius in agēdo. C. de ſenten. & interlo. om. iud. cū Papinianus. in auth. & conſequenter. ſed in criminali non habet locum reconuentio coram iudice ſeculari. nec etiam coram quocunque: ut dictum eſt. ſupra titu. proxi. at ſi clerici.

k Cui iniuriā. Qui iniuriā facit eccleſiæ, debet priuari communione ipſius xvij. q. iiij. ſicut antiquitus. nec ad ſupplicandū debet admitti ubi ſacrilegium cōmittere nō dubitauit. ea. cau. q. iiij. frater et coepiſcopus xij. q. ij. de uiro nefando. ut ſic puniatur in quo peccauit. ſic. j. de iur. pa. paſtoralis. in fi. et s. de off. delega. cum olim. & s. de transla. quanto. & s. de tēp. or. literas. & j. de iude. ad liberādum. & j. de immu. eccl. c. fi.

l Sequeſtratus. Per ſentētiā ſi. xxx. di. quaſi ꝑ totum.

SAne ſi. Epiſcopus ratione rei conuenitur coram archiepiſcopo, in cuius prouincia res ſita eſt. hoc dicit magis ſpecifice. Abb. Sic.

m Ille primas. & hoc intellige cum ipſe non poteſt 4 ſiue non uult per ſe cognoſcere.

n Prouincia ſic patet, quod ſub illo iudice agere debet actor, in cuius ꝓuincia res eſt litigioſa: ut ex ipſa re ſortiatur forum. ff. de cēſi. forma. §. ſi uero. & j. eo. ult. & xj. q. j. experientiæ. & C. ubi in rem actio. actor. & C.

4 Vel remotus eſt a partibus ultra duas dietas tūc dabit iudices ꝓpinquiores: niſi impediat̄, ex iuſta. cauſa: puta quia ſubditi ſuffraganeorū, nolunt recipere. s. đ off. ordi c. paſtoralis. ſecū. dum Vin. Ioā. And.

& C.de præd.mino. si prædium. & C. de præscriptio. longi temp. l.ultima.

Delegat⁹ ab ordinario an possit suā sententiā exequi.

SI quis contra. Coram suo episcopo, conueniendus est clericus: qui si recusatur, dabit delegatū partibus non suspectum. sic solet communiter summari. Sed Panormi. summat aliter, considerata potius mente legis quam cortice. Episcopus si recusatione contra eum proposita, ad arbitros venire nō uult potest etiam partiū non requisito consensu, causam principalem alicui non suspecto cōmittere, cuius sententiā executioni mandabit. Et secundum intellectū meliorem diuiditur: quia primo prouidet quando iudex ut suspectus recusatē a reo. Secundo quando delegatus in locum recusati recusatur ab actore: ibi. Aut si. Tertio prouidet circa executionem ibi, a quibus. Abb.

SI quis contra clericū causam habuerit, epm ipsius adeat: q si ut suspectus a fuerit recusatus, executor b ab eo deputetur. Aut si hoc actor c refugerit, ab eodem episcopo est deputādus qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat eligere. A quibus quicquid fuerit definitum: ipsius episcopi solicitudine d (seruata lege) e modis omnibus compleatur.

Alexander tertius.

Super re ecclesiæ uel clerici potest laicus corā ecclesiastico iudice conueniri. sed si probabiliter negat rem esse ecclesiæ vel clerici ad iurisdictionem ecclesiasticam declinandam conuenitur coram suo iudice.

CAP. V.

SI clericus laicū de rebus suis uel ecclīæ impetierit: & laic⁹ res ipsas nō ecclīæ esse aut clerici, sed suas proprias asseuerat: debet laicus de rigore iuris ad forensem iudicē trahi. Cum actor forū rei f sequi debeat: Licet in plerisque partibus aliter de cōsuetudine g habeat.

Idem.

Si quæstio feudalis est inter clericū & laicum cognoscet dominus feudi. sed eo negligente cognoscet delegatus papæ † et ante negligentiā datus. hoc dicit secundum lecturam glo.

CAP. VI.

EX transmissa nobis insinuatione B. C. & Vu. militum ecclesiæ tuæ intelleximus, quòd cum R. h de Cassauillæ eos

1 Episcopū. idem Pan. Sed falsum est quia non potest inferior sibi multiplicare gradus iurisdictionis ut not. in cōsue. Paris. §.x.nu.25 ideo ad superiorem epi appellandū est, nisi non causæ cognitionē sed nudū ministerium cōmisisset, & ita practicat ut etiā not. in ca. fina. super tex. ne clerici. uel monac. in vj.

2 Ipsemet etiā partibus inuitis. Pan.

3 Exequi. ipse delegatus, & hoc verū de iure canonico & eo modo quo delegans pōt exequi: secus de iure ciuili ī inferiori a principe. Ianor.

a Vt suspectus. Quid tenendum sit cum iudex ordinarius recusatur ut suspectus. plene dicitur. j.de appel. cum speciali. quæ uidetur hanc decret. interpretari. & illi standum est.

b Executor. Id est delegatus: quia ordinarius, cum fuerit recusatus, debet causam committere personæ neutri parti suspectæ: ut dicit constitutio illa. j.de appel. cū speciali. & ij.q.vj.placuit.ij. & xj.q.j peruenit. Sed si appellatur à tali delegato ad quem appellabitur? Potest dici quod ad papam, cum ad ordinarium recusatum non uideatur appellandum. nec ad metropol. omisso medio: quia talis appellatio non tenet. j. de app. dilecti. sed satis posset appellari ad episcopū, 1 nō obstante tali recusatione, non quod ipse cognoscat, sed ut alij personæ non suspectæ committat. arg. contra c. prædicto. placuit. ij.

c Aut si hoc actor. Supra dixit, ꝙ reus potest recusare ordinarium, & actor similiter: ut hic dicit. & tunc episcopus committit alicui, ꝙ cōpellat partes eligere iudices super causa illa: quibus episcopus committet causam. hoc ipsemet 2 facere posset, sed causa vitādæ suspicionis hoc dictū est. & idem iuris credo esse siue reus siue actor recusauerit ordinarium & est simile huic. xj.q j. peruenit. Vel sic potest intelligi, quod dicit si hoc actor, &c. i. si actor recusauerit istū executorem ab episcopo datū, tunc eps debet aliquem eligere qui compellat partes ut in aliquē conueniāt, ne postea ipsum ualeāt recusare. s. de off. dele. super quæstionū. §. j idē esset si reus recusaret istū executorem.

d Ipsius solicitudine. Hoc ideo dicit: quia delegatus ab ordinario non potest suā sententiā executioni demandare, sed ille ordinarius Illam debet exequi. ff. de re iudi. a diuo pio. j. responso. nec potest possessionem dare. ff. de iurisd. om. iud. iubere. Sed non credo illam subtilitatem seruandam, quin possit exequi 3 suam sententiam: quia ex quo causa sibi committitur, intelliguntur sibi omnia esse commissa, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur: & sine quibus causa expediri non potest. s. de offic. deleg. præterea. & c. suspicionis. & lex illa, a diuo pio. & hæ decret. non prohibent hoc. licet dicatur in eis quod ordinarius hanc sententiam exequatur. & hoc etiam notauit Ioannes. ij. q. vj. quisquis. Sed si uelles hoc seruare, posset dici, quod hoc habet locum cum ordinarius est præsens, sed eo absente delegatur uel officialis eius exequatur sententias suas, alias perniciosum esset hanc subtilitatē seruare. B.

e Seruata lege. quæ loquit̄ de tempore executionis sententiæ, quæ facienda est in personali actione post quatuor menses. C. de usur. rei iudi. l. ulti. & ff. de re iudi. l. ij. & iij. § si quis. supra, de offi. delegat. quærenti. ubi de hoc.

SI clericus laicū. Laicus à quo clericus uel ecclesia rem uendicat: debet coram iudice laico conueniri. sic cōmuniter summatur. Primo ponit dictum. Secundo rationem dicti: ibi, Cum actor. Tertio localem contrariam consuetudinem: ibi, Licet. Abb. Sicu.

† Sed hoc ante ducētos annos desijt tolerari in regno Franciæ ut teti gi. s. de offic. & pōt. iud. deleg. c. cū olim.

f Actor forum rei, &c. Hæc regula generalis est infra eo. cum sit. & xj. quæst. j. experientiæ. & c. seq. & iij. quæstione vj. cap. ij. & c. neminē. & C. de iurisdic. omnium iudic. in criminali. & C. ubi in rem act. l. ultim. & ff. de alie. iud. mu. causa fa. quia etiam. in auth. ut cler. apud proprios episcopos. collat. vj. fallit hæc regula in casibus notatis infra, eodem cum sit. & c. licet. & c. ex tenore. 4

g De consuetudine. Talis consuetudo contra omnia iura prædicta est, sed introducta est propter negligentiam laicorum 4 in exhibenda clericis iustitia. infra eodem cum sit generale. & c. licet. & capitu. ex tenore. sed papa siue sint negligentes siue non, quotidie concedit literas clericis contra laicos, super quacunque quæstione. & ita assumit sibi iurisdictionem aliorum contra id quod dicit. supra titulo proximo. nouit. in princip.

EX trasmissa. Quæstio feudi debet per dominum terminari: qui si negligit, ecclesiasticus iudex alias superior eius hoc faciet. ita cōmuniter summat̄. Vel summa sic secundū alium intellectū. Quæstio feudi debet terminari per dominum feudi immediatum. & hæc lectu. incidit cum prima, sed est magis clara & no. Et primo ponitur partis conquestio. Secūdo ibi, Per dominum papæ prouisio. Abb. Sicu.

h R. forte clericus erat iste R. quia alias papa non dedisset ei literas: quia licet concedat clerico cōtra laicum, non tñ concedit laico cōtra laicū, dum tamē habeant alium superiorem, cum consuetudo curiæ sic se habeat, nisi de consuetudine & sponte se subijciant

ciant iurisdictioni ecclesiæ. sic potest intelligi. ꝯ. de arbit. innotuit. & consimilia. & s. ca. prox. in fin.
a Dominus. Quo ad feudum illud, alias uidetur, quòd erant milites ecclesiæ, ut supra dicitur in litera.
b Ne in iudicio ecclesiastico. Quod quidem facere potuit, cum papa talem prohibitionem admittat, qualiter causa feudi debeat tractari, dicitur. s. ti. prox. cæterum.
c Distulerit. Et sic per negligentiam iudicis secularis: iurisdictio quæ prius erat inefficax apud delegatum, modo est efficax. sic. ꝯ. e. licet. & ca. ex tenore. sic etiam delegatus per negligentiam perdit iurisdictionem: & transfertur ad ordinariũ. s. de off. or. significauit. s. de of. dele. prudentiam. §. sexto. in fi.

super quadã possessione corã Trecensi epo traxisset in causam, nobilis uir de campis, eorum dominus [a] sub debito fidelitatis eis inhibuit, ne de seculari feudo in iudicio [b] ecclesiastico respõderent: & infrà. Per dominũ feudi, causam iubeas terminari. † Et si ipse malitiosè distulerit [c] : tu ei debitum finem imponas.

Idem.

Per dominum feudi seculare sine ecclesiasticum: quæstio feudalis terminari debet etiam si uasalli sint clerici: et si plures ꝑtenduntur domini, nõ potest unus cognoscere maximè alio absente an feudum ad eum pertineat. h. d. secundum lecturam magis notabilem.

V Erum. Dominus feudi siue sit ecclesiasticus siue secularis, causam feudalẽ cognoscit, sic cõmuniter summatur. Primo ponitur factũ. Secundo statutum: ibi, Statuimus.
d Quæstio mota fuit. Vacante ecclesia, unde non erat qui de illa quæstione posset cognoscere, nec tũc aliqd fieri potest in præiudiciũ uacantis ecclesiæ. ꝯ. ne se uac. per totum. Vnde præpositus non tenebatur nec debebat respondere de feudo ecclesiæ coram alio iudice. s. c. prox. & s. ti. prox. cæterum. Et ideo papa mandat. ꝙ differatur quæstio illa, quousque ecclesia prælatum habuerit.

CAP. VII.

V Erùm quoniam de quibusdam feudis aduersus præpositum quæstio mota [d] fuit: Statuimus ut ex quo episcopus fuerit in ecclesia cõsecratus [e] : de feudis [f] ipsis sub suo iudicio cognosca

e Consecratus. Idẽ esset si electus esset & cõfirmatus: quia tunc habet plenam administrationem quantum ad ea quæ pertinẽt ad iurisdictionem. s. de elect. transmissam. ar. ad idem. s. de transla. inter corporalia.
f De feudis. supple cognitio de feudis.

Glos. seq. reci. per q. quid scilicet si episcopus feudi dominus negligit &c.

g Cognitionem. Quia forte dicebatur ab aduersarijs, quod non erat feudum ecclesiæ sed potius imperatoris: unde dicit hic sub cõditione, & si episcopus esset negligens in quæstione feudi procedere, secularis iudex postea procederet: sicut econuerso. s. eo. c. prox. non enim cognitio feudi ecclesiastici semper ad iudicium ecclesiæ spectat: ut not. s. tit. prox. cæterum [1]. Sed contra uidetur potius, quod secularis iudex non possit supplere negligentiam episcopi, sed per papã tunc supplenda est illa negligentia: quia non ad iudicem secularem de hac causa pertinet, etiam si laici sint. arg. supra, de iudi. cæterum.

† Not. in l. j. §. post opis. ff. de noui ope. nũciat. et Cy. in l. si qui ex cõsensu. C. de epis. aud.

[1] Secũdũ Tancr. & Vincẽ. idẽ Hosti. nec obst. s. tit. j. qualiter ꝙ intelligit in actionibus personalib. non feudalib. sicut de re spũali cõꝑmittinõ põt in laicum: de tẽporali sic. de arbi. cõtingit. & cap. exposita.

h Alioqui. Id est, si ad ecclesiam non pertineat.
C Vm sit generale. Primo ponit regulam. Secundo casum exceptum & triplicem ipsius causam. Ab.
i Forum rei. Supra, eod. si clericus. & in concor. ibi positis. & C. de iurisd. om. iud. iuris ordinem.

tur, si ad ecclesiasticam cognitionem [g] pertineant: alioqui [h] imperiali beneplacito (sicut iustum fuerit) ralinquatur.

Lucius tertius.

Malefactores ecclesiarum, in utroq; foro cõueniri possũt †.

CAP. VIII.

C Vm sit generale, ut actor forum rei [i] sequatur: & infrà. Verùm qm̃ seculares iudices in exhibenda iustitia personis eccl'iasticis, sæpe ĩ iudicio sunt remissi [k], in fauorẽ ecclesiæ est introductum, ut malefactores [l] suos, qui sacrilegi sunt cẽsendi, uenerabiliũ locorũ rectores possint sub quo maluerĩt iudice cõuenire.

Cœlestinus tertius.

Causæ clericorum secundũ iura, non secundũ consuetudines laicorum terminantur. Vel sic: In loco temporalis iurisdictionis ecclesiæ, causæ clericorũ sũt secundum ius canonicum terminandæ. h. d. secundum glos. & utranque summarium recipit determinationem.

k Remissi. In quo casu possunt ꝑ excõmunicationem compelli iustitiam exercere. xxiij. q. v. administratores. imo iudex qui negligit facere iustitiã, litẽ facit suã. xxiij. q. ij. dominus noster. & iij. q. vij. qui sine peccato. Argu. in auth. ut diffe. iu. §. hoc autem. col. ix. & C. de app. si appellationẽ. Et si per dolum uel gratiam uel inimicitiam iudicauerit, in ueram litis æstimationem condemnari debet. ff. de iudi. si filiusfamilias. & in decre. noua. infra de sent. & re iudi. cap. cum æterni. lib. vj. Bern.

Glossa sequens tractat de pœna & foro sacrilegiorum. Secundo ponit quinque crimina ecclesiastica. tertio arguit à contrario.

l Malefactores. i. raptores rerum ecclesiasticarum & inuasores. xij. quæsti. ij. de uiro. Et isti qui sic bona ecclesiarum arripiunt, tanquam sacrilegi iudicantur, & possunt excommunicari usque ad condignam satisfactionem. xij. quæstio. ij. nulli liceat ignorare. & cap. quicunque. & cap. prædia. & est expressum infra, eodem, conquestus. & quasi homicidæ reputantur. xij. quæst. ij. qui abstulerit. & quia isti sacrilegium committunt, ut dicũt iura prædicta. coram ecclesiastico iudice sunt trahendi: cum istud crimen sit ecclesiasticum, ut hic dicitur & hoc sacrilegium quandoque per iudicem secularem punitur. C. de episcopis & clericis. si quis in hoc genus. Item crimen usurarum. infra, de usur. cum tu. hæresis, simoniæ, periurij, & adulterij, hæc pertinent ad ecclesiam, & consimilia, & de quocunque peccato. supra, de iudi nouit. & hoc quod hic dicit, introductum est in fauorem ecclesiæ. Et quia hoc dicit specialiter de malefactoribus, quod possint conueniri sub quo iudice uelint: secus uidetur intelligendum de alijs, quod coram suo iudice sint trahendi, dummodo ibi possint suam iustitiam consequi, ut dicitur supra eodem, ex transmissa. quia quod de uno conceditur, de alio prohiberi uidetur. uigesimaquinta distinctione, qualis cum suis concordantijs, nisi cõsuetudo contrarium inducat: ut dicitur supra, eod. si clericus in fin.

† In regno Franciæ forum rei adhuc ad indicẽ secularem ibi spectat prima cognitio ꝑrehensio interrogatio & prouisionis necessariæ adiudicatio etiam ĩ clericos ut deinde (nisi in casibus exceptis) remittat ad forum ecclesiæ.

Crimina quædam sunt ecclesiastica.

Quod

a Parisius imo ibi nō habet eps iurisdictione tempo ralem nisi in certo li mitato loco q forū epi uocāt ubi duos habet gradus iurisdictiōis de īde ad parlamētum regium appellatur. Iudex ecclesiastic'. iter laicos cognoscit in multis casibus.

Imo q a habent ne dum iurisdictionē sed etiā regalia p pacem Constātiæ quæ (quicquid ibi Bal. & post eū omnes Italici feudistæ in ca. unico de natura feudi scripserint eam tēporalē esse) ppetua est: ut primus nouereq; in consuetud. paris. ti.j.nu.38 Et īter urbes Lombardiæ in dicta pace cōprehensæ Vercelle p cæteris oībus primo nominat, ut est tex.d. pacis. §. noīa uero ciuitatū. Sed postmodū contra tam salutaris pacis & libertatis pñæ fœderamilites Gre.

a Quod clericis. Aliquos. Etiam laicos & est speciale Parisius, a ubi eps hēt tēporalem iurisdictionem, & gerit uicem comitis: unde & præco bannum ibi nuntiat nomine episcopi & regis. alias laici debent in causis pecuniarijs coram suo iudice cōueniri, nec tractaretur ibi causa iure canonico, sed ciuili, siue iure gentium, uel iure municipali. & sic causæ tractantur inter clericos & laicos q conueniunt, uel si conueniantur iure canonico non obstante consuetudine.

Licet ex suscepto. Diuiditur. Primo ponit dictū cū sua modificatione. Secundo ibi Liceat. ꝓuidet contra grauamina consulum. Tertio ibi, Si uero prouidet cōtra recusationes ipsorum. Abbas.

b Iustitiæ complementum. Ergo quousq; ad sniam peruenitur semper est in pendenti, an ualeat rescriptū. j.c.prox. & s.eo. ex transmissa. quandoque.n. rescriptum est in pendenti supra de resc. si autem.

Glos. seq. ad casum quē ponit litera, addit quinq; casus quibus etc.

c Vacante imperio. Iste ē ergo unus casus, in quo iudex ecclesiasticus pt se immiscere seculari iurisdictioni. s. cū superior non inuenit. Alius est cū iudex secularis negligit facere iustitiā: ut hic, uers. dummodo &c. & j.c.prox. & ca.ij. arg. xxiij.q.v. administratores. Tertius est, cum aliquid ambiguū fuerit & difficile, & inter iudices uariatur. j. qui fil. sint leg. ca per uenerabilem. circa medium. Quartus est in omni crimine ecclesiastico, puta usura, sacrilegio, & similibus, ut vj.q.ij.c.j. & xij.q.ij. nulli liceat. & infra, de usur. quoniam. Quintus est, cum per denuntiationem criminis causa defertur ad iudicem ecclesiasticum. supra tit. prox. nouit. Item ratione connexitatis, ut in dote. infra, de dona. inter uirum & uxor. de prudentia. Istos casus cum multis alijs comprehendit Host. his uersibus: Hæreticus, simon, seuus, periurus, adulter: Pax priuilegium, uiolentus sacrilegusque. Si uacat imperium, si negligit, ambigit an sit. Suspectus iudex, si subdita terra, uel usus. Rusticus, & seruus peregrinus, feuda, uiator. Si quis pœniteat, miser aut sit, causaque mista. Si denuntiat ecclesiæ, quis iudicat ipsa.

CAP. IX.

Quod clericis: & j. Mādamus quate. si quas causas pecuniarias clerici Parisius cōmorantes habuerint contra aliquos a, uel aliqui contra eos, ipsas iure canonico decidatis.

Innocentius iij. Vercellen. episcopo.

Laicus à laico super re ciuili corā iudice ecclesiastico, conueniri nō potest, nisi in defectu iustitiæ secularis, uel nisi consuetudo id exposcat.

CAP. X.

Licet ex suscepto: & infra. Mādamus quatenus si qñ à laicis Vercellen. literas super reb. præcipuè quæ forum seculare contingunt, à se. apo. contigerit impetrari sublato appellationis obstaculo decernas authoritate nostra irritas & inanes: dummodo consules et commune de se conquerentibus in iudicio seculari exhibeant iustitiæ complemētum b. Liceat tamē ipsis, qui sub eisdē consulib. taliter duxerint contendendum, si se in aliquo sensefarint prægrauari: ad tuam (sicut hactenus seruatum est) uel ad nostram si maluerint audientiam appellare, hoc præsertim tempore, quo uacante c imperio ad iudicem secularem recurrere nequeunt, † qui à superiorib. in sua iustitia opprimūtur. Si uero consules iustitiæ tanquā meritò suspecti fuerint recusati, corā arbitris cōiter electis, de causa suspicionis agat: quæ si probata fuerit esse iusta, ad te uel ad nos d pro iustitia recurratur: sicut superius est expressum.

Idem archiepiscopo & thesaurario Turonen.

Vidua laicū coram iudice ecclesiastico conuenire non potest nisi super causa ecclesiastica, uel in defectum iudicis secularis.

CAP. XI.

Ex tenore literarum comitis † Britāniæ, nostris est aurib. intimatū, qcū causam quæ inter mulierem nobilē F. & I. de Meduano, super hæreditate sua noscitur agitari, uobis commiserimus terminandam, ipse comes, eidē mulieri cum tam ipsa, quam prædictus I. essent de foro ipsius, mandauit ut causam deferret ad ipsum, promittens eidem, quòd faceret ei iustitiæ plenitudinem exhiberi: e & infrà. Nos igitur attendentes, quòd sic sumus uiduis in iustitia f debitores, q alijs iniustitiam facere non debemus, Mādamus quate. nisi sit talis cā,

d Ad te uel ad nos. contra infra de app. cū speciali. & supra eodem. si quis cōtra clericum. ubi ordinarius recusatus committit causam. Sol. illa continent ius commune. & q hic dicit, locale est. De recusatione iudicis ordinarij & de legati: de illis habes j. de ap. secundo requiris. & capi. cum speciali.

Ex tenore. Diuiditur. nā in prima ponitur comitis cōquestio. In secunda Papæ prouisio. Secunda ibi, Nos igitur quæ tria facit. reddit causam supersederi mādat, duos casus excipit. Abbas Sicu.

e Exhiberi. Et quia iudices nihilominus procedebāt in causa comes significauit hōc domino Papæ.

f Iustitia infra de dona. inter uirum & uxor. nuper. Per hoc patet, quòd causa uiduarum nō pertinet principaliter ad ecclesiasticum iudicem, licet pertineat ad ecclesiam quantum ad protectionem. ut lxxxvij. dist. cap.j. & ij. imo ad iudicium seculare spectant primo causæ uiduarum, pupillorum, & orphanorum. xxiij. quæstio. v. regum. & quæstione tertia, ab imperatoribus. & C. quando impe. inter pupil. lege una. secundario quātum ad defensionē, ad ecclesiā spectant. xxiij. q. v. administratores. & infra, de censi. licet. & causa uiduarum & aliarum miserabilium personarum, spectat ad ecclesiam ubi agitur de iniuria, siue de uiolentia eis illata. uigesimaquarta quæstione tertia, si quis de potentibus. Et sic intellige infra, eodem. ex parte. ubi Papa committit causam uiduæ super uiolentia irrogata. & sic potest intelligi infra, de uerborum significationibus. super. §. ultimo, & præcipue circa dotes, ut in prædicta decreta. nuper, causa pœniten-

rr. hāc urbem cum xl. castris a Galeatio (qui postea dux primus Mediolani factus est) & Barnabone, quitūc Mediolano dñabātur ui eripuerūt de inde Robert' Gregorij xj. legatus (qui postea in papatu successit uocatus Cle. vij. quem Rom. Vrbano suo fauentes antipapā uocāt) eādem urbē dictis Galeatio & Barnaboni uēdidit quia ciuiū spolijs ꝑtium solue runt ut refert Theodori. anie. d schisma te li.ij.ca. iij.

† Idem. j. ut lit. non cont. c. accedens. ij. Quod mirum est cū ab inuasione Normanorum & Danorum anno 900. semp fuerint duces cum prius fuerint Reges in hac Britannia minore seu Armorica ut Alanus bouchard. annal. Britā. lib. iij.

pœnitentium ad eccleſiam pertinet.xj.q.j.aliud.hære ſis,ſimoniæ,adulterij,cũ agitur ad ſeparationem matrimonij.j̃.ut lit.nõ conteſt.c.j.& s̃.de procu. tuæ.& aliæ de quibus dicetur in ſeq. notula. & indirecte ratione peccati omnes cauſæ pertinent ad eccleſiam: ut s̃.tit.proxi.nouit.

[a] Eccleſiaſticum iudicem. Sicut ſunt cauſæ matrimoniales.s̃.de offi. deleg. cauſam matrimonij. & j̃.de cõſang. & affinit.ex literis. Item cauſa natiuitatis alicuius. j̃.qui fi.ſint legi. lator. & c.cauſam. Item ius patronatus. s̃.de iudi.quanto.Item decimarum.j̃.de deci. per totũ. Item cauſa uſurarum . infra, de uſur. quoniam. & per totum.& alia plura, ut dictum eſt ſuprà eo. cum ſit.& cap.licet.

quæ ad eccleſiaſticũ [a] iudicem pertinere noſcãt, ei ſuperſedere curetis : dummodo per iudicem ſecularem,ſuã poſsit iuſtitiã obtinere : alioqui non obſtãte ipſius cõtradictione, cauſam ipſam ratione præuia terminetis. [b]

Idem Piſano archiepiſcopo.

Clericus non poteſt conſtituere ſibi iudicem laicum, etiã ſi proprium iuramentum & aduerſarij conſenſus accedat.

CAP. XII.

Glo.ſeq.reci.per quaſtio.an comite negligente,procedant iſti delegati virtute primarum uel ſecundarum, &c.

[b] Terminetis.Per literas prius impetratas , ut incipiant ualere ex tunc,quo ad effectum. s̃.de off.deleg. c.iij.§.j.ff.de leg.iij l.j.§.j.C. de don.inter vir.& uxo. donationes.& s̃.de reſcrip.eam te.Interim enim iuriſ dictio dormit.ſic.s̃.de reſcrip.paſtoralis. in fi.Videtur enim committi cauſa ſub conditione , ſi iuſtitia corã ſeculari haberi non poſsit.argu.j̃.de iureiu. quemadmodum.ſicut cognitio principalis cauſæ ſub cõditione committitur in cauſa appellationis.j̃.de appell. ut debitus.ſic.s̃.de off.deleg.inſinuante. & ff.de iure do. ſtipulationem. Quod autem literæ quæ ab initio non valent,poſtea conualeſcant eſt argu.s̃.de reſcrip.ſi autem.j̃.de conuer.cõiug.placet.ff.de iniuſto rup.& irrito teſt.cum in ſecundo.ff.de liber.& poſthu. ſi quis poſthumos.in princ.& ff.de pig.act.ſi in rem. §.ult. & s̃.de elec.quod ſicut.arg.cõtra.s̃.de elect. dudum.ubi de hoc,& j̃.de proba.poſt ceſsionem.Item hic habes, quod iuriſdictio perditur per negligentiam. ſic. s̃. de offi.deleg.prudentiam in fi.& s̃.de offi.ord. ſignificauit.& c.licet.& ſic literæ iſtæ ſunt in pendenti quouſque appareat de negligentia iudicis ſecularis.s̃. eo. c. proxi.ſicut in pendenti eſt an in ſenatuſcon. macedo. commiſſum ſit.ff.ad maced.l.j.§.ſi pendeat.

SI diligenti. Pars huius. infra,de præſcript. ſi diligenti. Diuiditur in tres partes.In prima ponitur falſa opinio archiepiſcopi Piſani . In ſecunda ipſius impugnatio : ibi, Immemor. In tertia concluſio : ibi, Manifeſte . Abbas. Sicu.

Gloſſa ſequens ad id quod dicitur hic. ius publicum non tollitur pacto priuatorum allega.xij.iura pro concor. In contrarium allegat xi.iura. Sol. Diſtinguendo inter ius publicum fauorabile tantum , & fauorabile & odioſum . & ponit exempla . Subdit etiam quatuor rationes , quare clericus non conſentit in non ſuũ iudicem , dicens ſecus de laico in ciuilibus , dicit deinde aliud in arbitris .

[a] Et melius. ff. de regu. iu.l. neque pignus. §.priuatorem . Ioã. And.

[c] Pacto priuatorum.Sic ergo patet, quod priuatorũ pacto iuri publico non derogatur.ff.de pact. ius publicum.& l.inter debitorem. [†] s̃.de arbi.cũ tempore.& j̃.de ſen.excom.contingit.j.nemo enim ius publicum remittere poteſt aliquibus pactionibus : nec mutare formam antiquitus conſtitutam.ff. de admi.tut. quidam decedens.j̃.de teſta.requiſiſti. & nemo poteſt facere,quod leges in teſtamento ſuo locum nõ habeãt. ff.de leg.j.nemo. & ff.ad leg.falci.quod de bonis. §. j. & C. de condi. inſer. l.ij. & C.de iura.calum. l.ult. §. ſed quia. & x.q.j. ſi quidam. ff. de poſtu. quos prohibet. j̃. de except. c. exceptionem. ar. contra. ff.de pactis. paciſci.& l.pactum. inter hæredes. ff. a quibus appel. nõn licet l.j.in fi. & §.j. & C.de temp.appe. l.ult. in fin. & ff. de fer. l.j. & ff. de mino.ſi iudex. & j̃. de regu.ad apoſtolicã. & j̃. de priuileg. ſi de terra. & c. accedentibus . & C. de pact.ſi quis in conſcribendo.ubi uidetur expreſſum.& j̃. eo. dilecti. Super hac contrarietate dicas,quod illi iuri quod eſt tãtum introductum in fauorem aliquorum,bene poteſt quis renuntiare. ſed ſi aliquod ius introductum eſt in fauorem quorundam,pro publica utilitate ipſorum , & odio aliorũ, nullus poteſt tali iuri renuntiare . tale eſt hoc de quo hic agitur : quod introductum eſt non tam in fauorem clericorum, quam in odium laicorũ . ipſi enim clericis oppido ſunt infeſti.vt ij.q.vij.laicos & c.laici.& tale eſt illud.xvij.qõ.iiij.ſi quis ſuadente. quia ei renuntiare non poteſt.j̃.de ſen.excom.contingit. Sicut potes videre in ſimili.mulier poteſt renuntiare Velleiano, quia in fauorem ipſius tantum introductũ eſt.ff.ad Velleia.l.ult.§.pe.& C.e. tit. iubemus. propter infirmitatem ſexus.C.ad Velleia.ſi ſine. & ff. e.l.ij.§.uerba.ſed macedoniano nõ poteſt renuntiari. quia illud in fauorem quorundam introductum eſt , & in odium creditorum. ff.ad macedo. ſed & ſi pater. in fin. Similiter beneficio reſtitutionis,nõ poteſt renuntiari: quia tam in fauorem quam in odium introductum eſt : licet ſit argu.cõtra.ff.de mino.ſi iudex. [z] Item & alia ratio conſueuit aſsignari, quare non poſsit clericus in aliũ iudicem conſentire: quia præiudicatur epiſcopo ſuo,ſine cuius conſenſu iurare non poteſt,nec aliũ iudicẽ habere. xj.q.j. clericũ. & iij.q.vj. non liceat.j̃.de iura.calũ.c.j.in fi. Item ab alio nõ poteſt recipere ordinẽ,niſi ab epiſcopo ſuo:ergo nec iudicium , quod eſt maius. Sic argumentatur canon.ix. q.ij.nullus primas.& j̃.de paro.c.iij.Item non poteſt ab alio prælato petere animæ iudicium quod eſt occultum, multo fortius non poteſt petere iudiciũ perſonæ.j̃.de pœni.& re.omnis utriuſq;. & de pœn.di. vj. placuit.ſic poſſet contingere,quod omnes ſubditi epiſcopi alium ſibi iudicem eligerent. Laicus uero bene poteſt alium iudicem ſibi eligere in ciuili negotio.ff. de iudi.l.j. & ij.ſed in criminali non.xj. q.j. ſi quis cũ clerico.& C.de iuriſdi.om.iud.in criminali. clerici tamen arbitros bene poſſunt eligere præter conſenſum epiſcopi.s̃.de arbi.c.j.& ij.& c.dilecti. & per totum titu.Idem dixi, quod illi priuilegio , ſi quis ſuadente , renuntiare non poteſt : tamen clericus verberatus à laico , uel ab alio poteſt ei remittere iniuriam quantum ad ſe, ſed nõ quantum ad eccleſiam. xxiij.quæſt. iiij. ſi is qui. lxiij.diſt.ſolennitate.

SI diligẽti: & j̃. Aſſeruiſti te vſque ad hæc tẽpora tenuiſſe, quod licitum ſit clerico renuntiare ſaltem in temporalibus iuri ſuo,& ſibi laicũ iudicem cõſtituere, præſertim ubi aduerſarij uoluntas accedit, ac tenere iuramentũ ſuper hoc interpoſitũ reſpondiſti. Immemor cõſtitutionis , qua cauetur pacto priuatorum [c] iuri publico minimè derogari. [†] Cùm ergo hoc ius in Mileuitaneñ. & Ca-

[†] Cõcor. l.iuriſgentiũ.§.ſi paciſcar.& l. paciſci.ff. de pactis. Iuri ſuo , an poſsit quis renũtiare.

Velleiano renuntiari poteſt,ſed non Macedoniano.

[z] Ibi renuntiat ipſo facto , nolendo uti reſtitutione ſibi cõceſſa.& uide ibi glo. hoc & in Spe.ij.parte.de reſt. in integ. §.qualiter circa finẽ. Ioã. And.

Concilijs.

thaginensi concilijs a sit specialiter promulgatū, ne clerici b clericos relicto suo pontifice ad iudicia publica protrahāt, c alioqui cām perdāt d & a cōmunione e habeant extranei: & tam epi, f q̃ diacones seu quilibet clerici in criminali seu in ciuili negotio, si derelicto ecclesiastico iudicio publicis iudicijs se purgare g voluerint, etiā si ꝓ eis sit lata h sententia, locum suum amittāt, & hoc in criminali actione: in ciuili verò perdāt i quod euicerint, si locū k suum maluerint obtinere. Manifestè patet, l ꝗ nō solum inuiti, sed etiā uoluntarij pacisci non possunt, ut secularia iudicia subeant, cùm non sit beneficium hoc personale, cui renuntiari valeat, sed potius toti collegio ecclesiastico sit publicè indultum: cui priuatorum pactio derogare non potest. Nec iuramentum

a Concilijs. Quæ concilia tu habes. xj. q. j. inolita. & c. placuit. quorum verba hic ponuntur.

b Ne clerici. Hic ponit tenorem. c. inolita. & cap. placuit. quorum uerba hic ponuntur.

c Pertrahant. Et sic trahuntur inuiti, & ideo punitur ille qui eos trahit, & sic loquitur c. inolita. in actore.

d Causam perdāt. Sed nunquid per sententiam, an ipso iure? H. dicebat quod ipso iure perdit causam, sed videtur potius, ꝙ per sententiam, ar. prædicti. ca. inolita. ubi dicit, conuentus, & causam perdat. & C. de iurisd. om. iud. in criminali ubi dicit, actor actione causæ mulctetur, reus pro condemnato habeatur. & arg. prædict. cap. placuit. ubi dixit, locum suum amittat reus. quod verius uidetur opp. ad hoc arg. ꝟ. de exces. præla. grauem. hoc dicit Io. H. cōtra. Sed nunquid intelligimus hanc pœnam imponendam statim uel post conuētionem, uel post litis contestationem, uel tantum si perseuerat vsque ad finem causæ? Et uidetur certe quod postquam vocatus est ad iudicium. xj. q. j. inolita. ubi dicit, ad iudicia publica non pertrahant: si contra fecerint, causam perdant. & ca. placuit. ubi dicit, qui de seculari iudice posit auxilium, &c. & C. de iurisd. om. iud. in criminali. ubi dicit, qui inuocauerit in vetito examine. Sed uidetur quod ante litis contestationem possit pœnitere, nec incidit in pœnā. ff. rem ra. ha. amplius. & ff. de in ius voc. l. quamuis. ff. de iuris. om. iud. si conuenerit. Et arg. illius. c. placuit. ubi dicit, si crimen fuit intentatum, uel ciuilis causa cōmota: per quæ uerba innuitur, quod lis fuit contestata. imo etiā videtur quod quādocunque ante sententiā licitū sit pœnitere. ar. ff. de inoffi. testa. Papinianus. §. meminisse. & C. de ijs. quibus. ut indig. alia causa. & ff. quod met. cau. si cū exceptione. §. hæc actio. & §. satis. Hu. dicebat quod hic nō est locus pœnitentiæ, benignius tamen est & tutius dicere, quod ante litis contestationē sine pœna desistere potest: ar. illius. c. placuit. quia promptiores esse debemus ad misericordiam, quam ad rigorem. ff. de act. & obli. l. Arrianus. Post litē vero contesta. non potest uitare pœnam. arg. prædictarū legum, amplius. & l. quamuis. & l. si conuenerit. Sed in causa spirituali sola depositio quærimoniæ sufficit, ut ab ecclesia tanquam membrum putridum abscindatur, & beneficia alijs conferantur. ꝟ. de exces. præla. grauem. Sed potest dici, quod illud est propter excessum nimium, eo quod in suum episcopum tantum facinus attentare præsumpsit, ut merito augeri debeat pœna. ff. de re milit. omne delictum. §. j. sed de rigore debent puniri qui in vetitum examen alios trahunt.

Potius. Idē Pan.

Arg. ad hoc. C. de asser. toll. l. j. in fi. & de hære. c. quicunque. ante fin. Ioan. And.

Possit. idem Bal. Saly. Ioā. Fab. in dicta l. in criminali.

e A cōmunione. Sacramentorū, quia in pœnam remouebuntur à sacramentis ad tempus. arg. ij. q. vj. catholicus. uel potius a communione, id est, officio & beneficio si clericus est priuetur: ut dicit H. sed nimis rigida esset hæc pœna, nec etiam talis expositio cōsonat literæ: & ita dicit quod nō perdit locum suum, si perdere uult quod euicit. Et hucusq; loquitur in actore. sequentia verba, & tam episcopi, &c. in reo.

f Tam episcopi. Hic ponit tenorem illius. c. placuit.

g Purgare. Et sic loquitur in reo. ca. placuit. & ideo quia sponte eligit uetitum iudiciū punitur: & expone purgare, id est examinare causam suā. Et dic quod uoluerint cum effectu, id est fecerint, quod examinaretur ibi causa. nā si inuiti traherētur nō punirētur. ar. cōtra. s̃. de iudic. at si clerici. & xj. q. j. in clericorū. Vnde versus: Clerice si quæris examen q̃d prohiberis: & deponeris, & causa destitueris.

h Pro eis sit lata. Sed quid si contra eos lata sit? Videtur quod nō teneat quia sentētia à non suo iudice lata non tenet. s̃. de iudi. at si clerici. xj. q. j. clericorum. satis patet quid dicendum sit. nā si obtineret sententia non ualeret. Sed si contra eos lata est, de iure tenere non deberet: tamen quantum ad se, & in odium illorum seruabitur talis sententia, & compelletur ad hoc propter culpam suam, imo multo fortius pro condemnato debet haberi. argumen. supra, de renuntiat. quod in dubijs.

Glossa sequens tria dicit. finis de qua causa, princip. cui applicetur. medium quid cum uterque fuit in culpa.

i Perdāt quod euicerint. Id est, rem quæ ab eis petebatur, de qua fuerunt absoluti, & habebuntur pro condemnatis: & res illa dabitur actori cui facta est iniuria: quia reus aliter se cōueniri nō patiebatur: quia forte potens erat, & actor ipsum timebat, unde non audebat illum conuenire corā suo iudice, & sic actor inuitus & coactus conuenit illum. Sic in præsenti casu, actor perdit quod euicit, & datur reo qui inuitus tractus fuit ad iudicem alienum. Sed si vterque fuerit in culpa, tunc debet dari illi ecclesiæ cui facta est iniuria, & iurisdictio eius spreta. Et quod dicit, perdant quod euicerint, intellige cum causa est propria clerici: secus si negotium sit ecclesiæ: quia delictum personæ, &c. xvj. q. vj. si episcopum.

k Si locum. Ecce reus habet electionem, ut uel perdat causam, uel amittat locum. Si potius uult perdere locum, nunquid habebit quod euicit? Sic, si actor fuit in culpa, alias nō: quia factum istius, non debet obesse actori innocenti, & sic est casus in quo tenet sententia à non suo iudice lata.

Culpa, imo indistincte locū habet hęc opīo Panor.

l Manifeste patet. Hic ergo patet. ar. ex præcedētibus cōcilijs, q̃d nec inuiti, & hoc ex cōcilio Mileuita. xj. q. j. inolita. nec uolētes, & hoc ex cōcilio Cartha. placuit. pacisci possunt ut iudicia secularia subeant. Sed nūquid tacite possunt renūtiare suo foro? Videtur q̃d sic, respondēdo corā laico. arg. iij. q. vj. pulsatus. nā & Papa renūtiauit suo foro. ij. q. vij. nos si incōpetenter & q. v. mādastis. multa enim possumus tacite, ad quæ nō possumus nos pacto adstringere. ff. de procu. filiusfami. §. veterani. & C. de pact. l. ult. & C. de iur. cal. l. ij. in fi. Dicas, q̃d neq; tacite neq; expresse pōt clericus aliū iudicē cōstituere, imo in ecclesiasticā p̄sonā sine licentia speciali epi sui cōsentire non pōt, nec illū in iudicē eligere, ut iij. q. vj. non liceat. ꝟ. eo. significasti. ubi determinatur ista dubitatio, ut ibi dicit.

Dicas. idem Pan. Clerici, nec que tacite neq; expresse possunt suo foro renūtiare.

Glossa

Glos.seq. notat, & dupliciter probat. argu. quod si principale &c. alleg. in contra. deinde ad casum conuersum pro & contra. in fi. ubi dicitur, quod ubi factũ lege prohibente non tenet, non tenebat stipulatio, mandatum uel iuramentum adiectum.

a Iuramentum sic ergo patet, quòd si contractus non tenet siue pactum: iuramentum de obseruando ipsum contractum uel pactum non tenet nec obligat. C. de legi. non dubium. & quia iuramentum contra bonos mores, & uim legum & authoritatem iuris, nullius est momenti. ff. de leg. j. si quis inquilinos. §. si quis. & quia iuramentũ non debet esse uinculum iniquitatis. xxij. q. iiij. inter cætera. & j. de iureiu. quanto. Itē arg. quod si principale non tenet, nec accessoriũ, ut C. de usur. eos. & C. depositi. l. si deposita pecunia. & l. prædicta, non dubium. & j. de fid. instr. inter dilectos. & quia idem iuris est in principali & accessorio. s. de off. deleg. prudentiam. in fin. arg. contra. j. de iureiur. debitores. & ca. cum contingat. Similiter quod iuris est in accessorio, & in principali: arg. xxiij. q. j. paratus. uersus fi. uer. nam si Christiana. in fi. alias est. c. arg. contra. quod aliud est in accessorio quam in principali. ff. de pact. l. iij. arg. contra. quod sublato accessorio tollitur principale. ff. de pact. l. ij. arg. contra. C. de remis. pig. creditricem. Item signatur cōtra. infra de iureiu. cum contingat. ubi iuramentum super contractu contra legem facto præstitum seruatur, & ibi de hoc. Ber.

a licitè seruari potuit, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur.

Idem. Beluacen. episcopo.

Clerici super excessib. coram suo episcopo conueniri debent, non coram ijs quibus seruiunt, nisi consuetudo uel priuilegiũ aliud inducat.

CAP. XIII.

Cum contingat interdum: & j. Insuper postulasti an cũ aliqui clerici deputati seruitio capituli Beluacen. aut aliorũ clericorum tuæ diœcesis super excessib. impetuntur, sint cogendi corā te, uel potius coram illis quibus seruiunt, querelantib. respondere: cum illi sibi iurisdictionem huiusmodi uendicare contendāt, licet illos excommunicare non ualeant, uel alias etiā coercere. Super quo fra. tuæ taliter respondemus, quod ad te (utpote tanquam ordinariũ) de talib. debēt conquerentes habere recursum: maximè b si super his impetunt, quæ i tua noscunt diœcesi commisisse. Nisi fortè ij quib. delinquentes ipsi deseruiunt, ex indulgentia uel consuetudine c speciali, iurisdictionē huiusmodi ualeant sibi uendicare.

Cum contingat. Sunt duæ partes, consultatio, & responsio. Secunda ibi, Super quo. Abb.

b Maxime. Id est, tantum. sic. xvj. q. iij. si quis episcopus damnatus. nam tantum ab illo puniendus est ubi deliquit. vj. quæstio. iij. placuit. infra de rapt. capitu. j. ubi de hoc. Vel dic, quod licet alibi possit excommunicari, non tamē ab alio potest deponi quàm a suo a diœcesano. secus si ciuiliter ageretur de beneficio. infra, eodem. postulasti. Quando reus sit remittēdus ad suũ iudicē, dr iij. q. vj. cap. j. & j. de rap. cap. j.

a Suo. imo pōt. Panor.

Glos. sequens notat, allegat v. iura. secundo obijcit & soluit per tria similia.

[4] Puta Velleiani, Macedon. vel ꝙ pecunia non sit uersa ī vtilitatē ecclesię & huiusmodi, secundum Inn. Ioā. And.

tes principales. Nam primo decidit quid iuris, quando reus est absens per contumaciam. Secundo ibi, si uerò. ponit quid quãdo est absens sine cõtumacia. Et ista secunda subdiuiditur in tres. Nam primò tractat de matrimonio spirituali iam contracto. Secundo de contrahendo: ibi, quod si. Tertiò de carnali: ibi, si autem. Abb. Sicu.

bus casualiter est aliud obseruandum, ut (verbi gratia) si super alicuius [a] electione, [b] uel copula [c] maritali, quæstio moueatur: tunc enim (ne propter longam morã in spiritualibus & tẽporalibus patiatur ecclesia læsionem, uel uiro siue mulieri fornicationis occasio præbeatur, maximè cum propinquitatis gradus opponitur lege diuina prohibitus [d]) in huiusmodi [e] casibus (si cõtumax apparuerit is in quèm fuit actio dirigenda, seu peremptoria [f] citatione recepta, venire cõtemnit, seu quia malitiosè seipsum occultat, [g] seu quia impedit, [h] ne possit ad eum citatio peruenire) testes lite nõ contestata, sunt meritò admittendi, & nihilominus (si de causa liqueat) ad diffinitiuam est sententiam procedendũ. Si verò aliter [i] absens fuerit, & agatur de spirituali coniugio inter prælatum & ecclesiam iam contracto, electione maximè [k] confirmata, illud in hoc articulo uolumus obseruari, ꝙ super expectatione taliũ personarũ, in sacris est canonibus [l] diffinitum. Quòd si forsan agatur de spirituali coniugio cõtrahendo: is qui est in prælatum electus, per spatium sex mensium expectetur, nisi (pensatis negotij circunstantijs) per superioris pro-

a Alicuius. electi, non cõfirmati, qui nondũ cõsensit. [1] b Electione. Puta quod non sit canonice celebrata, uel quod electus sit criminosus. & licet uideatur loqui capitulum in prælato, potest idem dici in electiõe cuiuslibet clerici: [2] qa ibi læditur ecclesia ex lõga mora, uel etiam si uocatur ut cõsentiat, & non ueniat. s. de ele. statuimus. in concil. Lugdũ.

1 Consensit imo qñcunq; agitur de fœdere spirituali. Pan.

2 Clerici. idẽ Pan.

c Copula. Contrahenda, uel cõtracta: sed is qui abest, contumax est: & sic uariat a sequẽti. §. si autem. secundum Host. Ioan. And.

d Prohibitus. j. de restitut. spol. literas. & xxx. q. iij. pyctacium.

e In huiusmodi casibus. Superfluunt isti ablatiui: quia hoc aduerbium, tunc, quod præcessit, sufficeret.

f Peremptoria. Ergo quo ad hoc nõ sufficit prima, licet secus quo ad condẽnationem expensarum, & dicur no. s. de procu. querelã. & quo ad iurisdictionis præuentionem & perpetuationem: ut dixi. s. de fo. compet. c. pen. de offic. deleg. licet. Io. And.

g Malitiose seipsum occultat. Si. v. q. j. quidã supra de alien. iud. mut. cau. fact. c. j. & supra, de offic. delegat. consultationibus.

h Impedit. Talis habetur pro citato, denuntiatione facta publice ad domũ [3] suã. j. de cle. nõ resi. ex tuæ. & j. de do. & contu. c. ult. ff. de euict. si dictũ. §. si præsente. & l. si ideo. §. præsenti. Et ita sufficit, ꝙ publice edictum proponatur ad domum suã uel ecclesiam, ut dicũt iura prædicta, & citari potest literis uel edictis. ff. de fideicõ. l. cũ uero. §. penul. & sunt tres modi contumaciæ, & quocunq; illorũ aliquis contumax sit, habetur pro contumace. Primum modum habes hic: & alios duos modos contumaciæ habes xj q. iij. certum est. Vnde versus: Casibus in tribus quis dicitur esse rebellis. Impedit, occultat, iussis parere recusat.

3 Domũ. idẽ Pan. adde cle. j. de iudic.

i Aliter. i. non per contumaciam. supra, de offic. deleg. consultationibus. Ber.

k Maxime. proprie. sic. supra de elect. causam inter iij. versicu. ut per mutuum &c. Alij exponunt maxime. id est, tantum.

Glossa sequens ponit sex varietates temporum, de quibus loquuntur iura super absentia clericorum, distinguens, aut scitur ubi est clericus absens, aut ignoratur. Et ad hanc distinctionem opponit & soluit. subdit de expectatione electorum, & suorum aduersariorum, & de absentia accusatorum uel denuntiatorum. Ioan. And.

l Canonibus diffinitum. De hac absentia varie loquuntur canones. Quidam dicunt de duobus mensibus: vij. q. j. præsentiũ. Quidã de tribus septimanis: ut ea. causa. q. j. si quis in clero. Et quidam de quinque annis. j. de cle. nõ resi. c. ij. Quidam de tribus. Quidã de quinq; mensibus. c. dist. quoniã. & lxxv. di. quoniã. Quidam de una hora. xcj. dist. clericus. xcij. di. c. vl. sup hac expectatione dicendũ est, ꝙ si aliquis est absens in eo loco unde possit citari, uel in studio uel in aliquo loco ubi apparet manifeste: quia nõ latitat, prælatus illius ipsum legitime monere debet, ut ad suam ecclesiã reuertatur intra tps conueniens secundũ locorũ distantiã, & tẽporis [4] qualitatem ab ipso prælato præfigẽdũ. Quod si nõ uenerit, poterit postmodũ suo bñficio spoliari, nisi rationabilem cãm ostẽdat, quare uenire nõ possit. j. de cle. non resi. inter quatuor. & c. ult. j. de appel. ꝑuenit. ij. uel si alias de licẽtia prẹlati sui se absentat usq; ad certũ tps sibi statutũ intra ꝙ reuertatur: tũc si nõ reuertatur ad terminũ, eps potest illũ priuare bñficio, & officio: nisi iusta causa impediatur. & sic loquitur illud ca. vij. q. j. præsentiũ. Dico tñ ꝙ siue clericus sit absens de licentia epi ad certũ tps, siue præter licentiã, eps semper ipsum primo monere [5] debet ut redeat per iura prædicta. j. de cle. nõ resi. c. inter. & c. ult. & j. de app. ꝑuenit. ij. alias non teneret sentẽtia lata contra absentem non uocatũ neq; citatũ: & iura antiqua, q̃ hic signãtur, sic intelliguntur. Verum est, ꝙ clerici ab ecclesijs suis abesse non debent: tamẽ si hoc contingat, taliter sunt vocãdi, antequã spolientur: & ita seruandum est circa eos qui comparent, & citari possunt. Si uero nescitur vbi sint, [6] nec citari possunt personaliter, trinæ citationis edictũ apud eorũ ecclesias publice proponatur, ut reuertãtur. & si ultra sex menses uenire distulerint, suis beneficijs postea spoliẽtur. j. de cleri. non resi. ex tuæ. & sic qualitercũq; sit aliquis absens, semꝑ citari debet prædicto modo. Itẽ uidetur, ꝙ melior sit conditio illorum qui malitiose se absentãt, quã conditio illorũ qui comparent & citari possunt ꝑsonaliter: quia illi habent sex mẽses, isti citantur ad arbitrium prælati uel ad mensem, uel duos, uel plures, uel minus, secũdum ꝙ requirit & exigit distantia locorum. sed illud contingit: quia nescitur ubi sunt: quia potest esse q̃r sunt multũ remoti uel impediti, nec in breui possunt ꝑ consanguineos reuocari uel amicos. Et ideo maius tempus, & certũ datur eis ultra quod ecclesia uacare nõ debet. j. de cõces. præb. nulla. & hoc locũ hẽt in his clericis

4 Et ideo diuersa tẽpora sunt statuta ꝑ canões, ut denotetur id arbitrarium, secũdũ Hosti. Ioã. And.

5 Monere & sufficit una monitio extra iudicialis, uel etiam synodalis. Pan. adde Ias. l. unũ colu. v. si certũ pet.

6 Vnde dari non debuit tps arbitrariũ de quo de elect. c. cupientes. j. rñso. li. vj. ignorato enim loco impossibile foret illud arbitrari. Ioã.

clericis & prælatis qui iam confirmati sunt, & possessionem diutius habuerunt, uel etiam cōsenserunt. De his uero qui solummodo electi sunt, nec confirmationem uel possessionem habuerunt. teneas quod hic dicitur, quia expectatur per sex menses plus uel minus, secundum ꝙ uisum fuerit superiori, cū per contumaciā nō est absens. Si uero ille qui accusabat electionem, aut excipit contra electum, non comparet anno elapso: electus potest cōfirmari. ff. d mu. & ho. reus. Sed non credo quod tantum sit expectādus: imo superior præfigit ei certum terminum, intra quem compareat, prosecuturus intentionem suam: alioqui confirmabit eū. ȷ. de accu. licet. & ȷ. de clan. despon. cū inhibitio. & ȷ. qui matri. accu. pos. cum in tua. & hoc totum expeditum est s̃. de elec. statuimus. sed in episcopatu danť accusatori tres menses. in auth. de san. episc. §. si q̇d aūt. col. ix. sed potius ista in arbitrio superioris consistunt. ȷ. de do. & contu. cum olim. j. contra. sed ibi soluitur. si uero contra prælatum absentem agatur criminaliter uel ēt ciuiliter, per denuntiationem alicuius: tunc citetur ut ueniat ad defendendum se. si non ueniat, excommunicetur propter contumaciam, & expectabitur per annum, & post annum procedatur contra ipsum super bonis, non super crimine: secundum quod traditur xj. q. iij. rursus. & c. quicunque. & infra de do. & contu. ueritatis. ubi de hoc.

† Alias, uerisimile aliquid.

uidentiam magis uel minus fuerit expectādus [a]: Si autem de carnali coniugio sit agendum [b]: tādiu alteruter coniugū expectetur, donec de ipsius obitu uerisimiliter† præsumatur [c]: quia cū sine culpa sit absens ut si captiuitate, uel ægritudine, aut alio iusto impedimēto forsitan teneatur, aut ēt propria, sed non malitiosa [d] uoluntate, in remotis partib. morā faciat, ut de facili uel in breui citari non possit [e]: ei quidē præiudicari non debet [f]: cùm habeat forsan exceptiones legitimas ad intentionē contrariā elidendā: eo nequaquā [g] obstante, ꝙ de lapsu carnis posset opponi: quoniam in coniugio multi casus [h] occurrunt, in quibus coniuges sine culpa, sed non sine causa, continere cogunť.

Ad perpetuam rei memoriā, uel cū agitur per uiam inquisitionis, possunt testes sine litis cōtestatione recipi: et etiam publicari. h. d. usq; ad §. ī alijs uerò.

Sunt & alij [i] casus similiter spāles, in quib. absq; litis cōtestatione, legitimè possunt testes ꝓduci, ut qñ excessuum inquisitio [k], uel testiū publicatio [l] imminet facienda.

Si reus lite non contestata est contumax, et agitur reali, mittitur actor in possessionē rei petitæ causa custodiæ: quā tamen recuperat reus ueniens intra

[a] Expectandus. Postmodum proceditur contra eū, & recipientur testes, & diffinitiue procedetur: uel alius eligatur si non uult consentire, & nil ei opponitur.

[b] Sit agendum. Cum non sit absens per contumaciā.

[c] Præsumatur. Per famam. quia senex erat, uel etiam quia in acie fuit nec redijt, præsumitur ꝙ his casibus sit mortuus, & si contrahat credēs ita, excusatur ab adulterio: etiam si uiuat: propter ignorantiam. xxxiiij. q. ij. cum per bellicam. quia non committitur adulterium sine dolo. ff. de adul. l. pe. uel si receperat literas illorum cum quib. militauit. C. de repud. auth. hodie. dic tamen, quod non debet contrahere nisi primo sit certa de morte ipsius. ȷ. de secun. nupt. dn̄s. ȷ. de spon. in præsentia. sed satis certū est illi, per solas huiusmodi uiolentas præsumptiones postquam aliquanto tempore duxerit expectandum, forte per annum uel etiā quinque annis, ut in prædicta authen. hodie. [‡]

[d] Malitiosa. iiij. quæst. iij. §. item is qui non detractandi causa.

‡ Hodie Dic ꝙ ad effectū huius. c. uide l3 ut possit ꝓcedi parte absente lite non cont. sufficiūt p̄ dicta: sed si agit ad hocut possit contra hi coram alio, tunc certa & uera mortis probatio requiritur Pan.

Glos. sequens arg. quod non tenet &c. tenet contrarium, quod postea moderatur.

[e] Citari non possit. Si non potest citari contra ipsum procedi non potest. Et sic est arg. ꝙ non tenet sententia, cum peremptorium non peruenit in notitiam absentis. iij. q. ix. caueāt. ff. quæ sent. sine āp. rescin. l. j. §. item ex eo edicto. [2] C. quomodo & quando iud. ea quæ. & ff. locati. l. itē quæritur. §. exercitu. Sed uerius est, ꝙ sufficiat, si diligens sit inquisitio facta, licet non sit inuentus. ȷ. de do. & cōtu. causam. & ca. ult. & ȷ. de cler. nō resi. ex tuæ. & vij. quæst j. præsentium. & C. de iud. properandum. §. si quidem. ff. de euic. si ideo. §. præsenti. & l. si dictum. §. si præsente. & hoc uerum est, quando malitiose est absēs: alias non procedit contra eum, quantū ad causam [3] præsentis literæ.

[2] Ibi non peruenit: quia nec propositū fuit, secūdum Ioā. q̇ hoc notatum in canone statim alleg. & facit ꝙ not. s̃. d̄ postu. ca. j. i iiij. glo. Ioan. Andr.

[3] Casum. sed bene ad missionē in possessionē. c. fin. ȷ. de eo q̇ mittit. in pos. Inn. Ioan. Andr.

[f] Non debet. Argu. contra. ȷ. qui fil. sint legi. perlatum. sed ibi agebatur tātum de prole, an esset legitima uel non & non contra absentem. uel ille fuit requisitus, ut ibi innuitur. Contra. ȷ. qui ma. accu. pos. c. j. illa corrigitur per istam. Præterea ille fuit absens culpa sua propter maleficium quod commiserat, unde non præiudicat mulieri. & sic differt casus ille ab isto: & ibi soluitur.

[g] Eo nequaquā &c. Rn̄det tacitæ quæstioni. Diceret aliquis, si mulier tantū compellitur expectare, incideret forte in fornicationem, & papa rn̄det ad hoc.

[h] Multi casus. Vt si alter de fidelibus labatur in hæresim. ȷ. de diuor. quanto. uel si alter coniugum incidatur, uel si mulier impotens casu reddatur ad reddendū debitum. xxxij. q. vij. illiqui sani. uel si alter furiosus factus sit. xxxij. quæstio. vij. neque furiosus. & ca. ij. qui. uel si in captiuitate alter teneretur. infra, de spon. in præsentia, uel si uir incidat in casum lepræ. infra, de coniugi. lepro. ca. j.

Coniugū alter quādoq; etiā inuitus cogitur continere.

Sunt & alij. Hic excipiuntur duo alij casus a regula. Abbas Siculus.

[i] Sunt & alij. Alium casum habes, quando agitur de bono ecclesiastico obtinendo, in decret. noua infra de eo qui mit. in pot. causa rei seruan. eum qui. lib. vj.

[k] Inquisitio. Et hoc est, cum absens est per contumaciam ille contra quem fit inquisitio. ȷ. de accu. qualiter & quando. ij. §. debet. & infra de simo. licet heli.

[l] Publicatio. Hoc tunc fit, quando aliquis timet quòd sibi in posterum super aliquo contractu controuersia moueatur, tunc potest petere à iudice, ut testes qui interfuerunt negotio, publicentur, i. eorum dicta redigantur in publicam formam, ad æternam rei memoriam. infra, de testi. significauit. in auth. de testi. §. pen. colum. vij. & in hoc casu omnes testes recipiuntur, siue senes, siue debiles, siue iuuenes. & statim publicantur, & in hoc est differentia inter hanc receptionem, & illam de qua præmisit in principio capituli: quia ibi recipiuntur tantum senes & infirmi, uel de quorum absentia timetur, & illi non statim publicantur, ut dixi.

In alijs

In alijs. Totus iſte textus uſque ad finem, loquitur iuxta regulam ſecundum quam lite non conteſtata non debet procedi ad ſententiam uel ad receptionem teſtiũ ideo dicit, in alijs uero caſibus. quia ſupra proſecutus eſt compilator, quid faciendum quando poteſt procedi lite nõ conteſtata: diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponit modũ procedendi cum agitur reali, in ſecũda cum agitur perſonali: ibi, ſi autem ſuper pſonali. Abb. Sicu.

annum, ſi offerat cautionem de ſtando iuri, et reſtituat expẽſas. poſt annũ uerò his non ſeruatis nõ auditur, niſi ſuper proprietate. Sed ſi cõuenitur reali qui noĩe alieno poßidet noĩnabit dominũ in iudicio, et ſtatuetur ei terminus ĩtra quẽ faciet dominum cõparere, qui ſi intra terminũ non uenerit, iudex illũ citabit. quo adhuc non ueniẽte, iudex mittet actorẽ in poſſeſſionẽ uerã. Si uerò reus contumax cõuenitur actione perſonali, mittetur actor ĩ poſſeßionẽ bonorũ ipſius rei, p modo debiti declarati, et primò mobiliũ, ſecũdo immobiliũ, ſi mobilia nõ exiſtant: uel excõicabitur reus. hoc dicit uſque ad finem.

In alijs uerò caſib. prudenter eſt attendendũ, utrũ contumax actione [a] reali, an perſonali conueniat. Si reali mittẽdus eſt actor in rei petitæ poſſeſſionẽ, ut tædio affectus [b], reus ueniat reſponſurus. Qui ſi uenerit intra annũ (iudicio ſiſti pſtita cautione [c], ac exhibita ſatisfactione cõgrua expenſarũ [d]) poſſeſſionẽ [e] recuperet. Quòd ſi cautionẽ offerre neglexerit [f] ĩtra annũ, actor poſt annũ, uerus [g] conſtituet [h] poſſeſſor: ſuper proprietate dũtaxat aduerſæ parti defenſione legitima reſeruata. Quòd ſi ſuper reb. immobilibus [i] quiſq; conueniatur qui eas poſsidet nomine alieno, debet ſtatim [k] in iudicio dominũ nominare,

[a] Actione reali. Duo ſunt gñа actionũ, aut ſunt in rem, aut in perſonã, qualiter hoc ſit intelligendũ, traditur bene inſti. de actio. in princip. Ber.

[b] Tædio. affectus. Tædium erit in hoc caſu, quia actor miſſus in poſſeſsionẽ, expellet reũ de poſſeſsione, & erit poſſeſſor, & percipiet fructus, & conſeruabit eos. ĩ. de ſequeſt. c. ij. & iij. & ſi reus uenerit intra annum, præſtita cautione iudicio ſiſti, recuperabit rem cum fructibus deductis expenſis, ut ĩ. ſequitur. ſed in perſonali actione tædium erit, quia cum cultura ſpectet ad contumacem, ille admiſſus erit cum eo in agro ut cuſtodiat fructus ne ille conſumat illos. ff. ut in poſ. leg. is cui. §. qui legatorum. [1] & ff. de dam. infec. ſi finita. §. ſi quis autem. de hoc dicetur plenius infra de dol. & contu. contingit.

[c] Cautione. Ex eo quod dicit ſimplici cautione, uidetur ſufficere nuda cautio. C. de uerb. ſig. ſancimus. ſed non eſt uerum, imo ſufficientem cautionem præſtare debet infra de ſeque. ad hoc. in fin. [2] & ita pignora uel fideiuſſores. ff. man. ſi mandato. §. ult. & ff. de fidei com. lib. leg. ergo. §. adijcit. Ber.

[d] Expenſarum. Primo ergo debet ſatisfacere in expẽſis, antequã audiatur uel abſoluatur. ſic. C. de bo. aut. iud. poſ. auth. qui iurat. C. de iud. ſancimus. C. quomodo & quando iud. auth. qui ſemel.

[e] Poſſeſsionem recuperet. ergo uidetur, ꝙ eam amiſerit & ſic alter erat uerus poſſeſſor [3], quod eſt contra nos. ff. de acqu. poſ poſsideri. Sed expone poſſeſsionẽ, i. detentionem poſſeſsionis recipiat, quã ille habebat, & talis poſſeſsio eſt facti, & non iuris. & imaginaria. Vel dic recuperet, i. retineat ueram poſſeſsionem, quam non amiſit. ſi. iij. qõ. v. quia ſuſpecti. xxvij. q. ij. priuſquam. in fi.

[f] Neglexerit. Nec ſufficit offerre niſi eam præſtet ĩ. de eo qui mit. in poſ. c. j. arg. ſ. de offi. ord. paſtoralis. in fi. ꝙ ſi ea non poteſt præſtare iudici, præſtet epiſcopo uel alijs publicis perſonis, ut eo. ca. paſtoralis. arg. contra. ĩ. de eo qui mit. in poſ. c. ij. ſed ubi iudex uoluerit recipere eam, in capitulo, paſtoralis. nullus fuit iudex cui poſſet uel deberet offerri.

[g] Verus. i. uere & incommutabiliter. nam & ante ſecundum quoſdam eſt uerus poſſeſſor, ſed non incommutabiliter: quia intra annum tenetur reſtituere poſſeſsionẽ, & ita ſtatim eſt uerus poſſeſſor. ar. C. de præſcrip. xxx. uel xl. ann. ſi quis emptionis. §. pen. Nos [4] tamen contrarium dicimus ſecundum iura canonica. arg. ſ. de offi. ord. paſtoralis. & ĩ. de do. & contu. contingit.

[h] Cõſtituetur. Et ita eſt argum. ex eo quod dicit conſtituetur, quod ante annum non ſit uerus poſſeſſor, ut dictum eſt in proximo not. Sed qualiter conſtituit? forte ab ipſo iudice ſi petatur, & ſine forte. ĩ. de eo qui mitti. ĩ poſſeſ. cap. j. & ff. de dam. infec. ſi finita, §. ſed & ſi quis. & §. ſeq. & argu. ſupra de offi. or. paſtoralis. in fi. Verius eſt. ꝙ in realibus actionibus [5] non habet locum ſecundũ decretum, niſi aliquis ad cautelam illud impetret, quia ſolus tranſcurſus anni, conſtituit aliquem poſſeſſorem uerum: ut ſ. de offi. ord. paſtoralis. & ĩ. de do. & contu. contingit. In perſonalibus uero ſecundum decretum locum habet, ſed non uniformiter. De hoc plenius dicitur in prædicta decr. contingit.

Gloſ. ſeq. tractat an in rebus mobilibus ſufficiat dominum nominare, & an in rebus immobilibus ius habens id poßit.

[i] Rebus immobilib. Secus. n. uidetur in rebus mobilibus, ubi non uidetur prodeſſe nominare dominum in iudicio, cum habeat facultatem reſtituendi rem. ff. de rei uen. officium. in fi. Idem iuris eſt etiam in reb. mobilibus [6]: quia poteſt & debet dominum nominare in iudicio. C. ubi de cri. agi opor. authen qua in prouincia. ſed in rebus immobilibus, quas aliquis poſsidet nomine alieno, ubi nullum ius habet, ſi conueniatur ſtatim debet in iudicio dominũ nominare: ut hic, & C. ubi in rem actio. l. ij. ſi enim ius habet in re, non prodeſt dominum nominare, quia ipſe poſſet agere pro iure ſuo. ergo tenetur ſe defendere. argumen. op. ĩ. de fi. inſtr. G. perpetuus. poſſeſſor enim ſemper conueniendus eſt. xij. q. ij. quicunque [7]. & xvj. q. j. in canonibus. arg infra de appel. ad audientiam. & ſupra de alie. iud. mu. c. j. & ff. quod met. cau. l. ſi cum exceptione. § aliquando. ff. de noxa. de illo. & ff. de admi. re. ad ci. pert. Imperatores. §. j. arg. contra. xij. q. ij. de rebus & ff. de ſer. cor. in hoc. & ff. de contrahen. emp. l. ult. §. Lucius. & ff. de ijs quæ in frau. cred. qui a debitore. argu. ĩ. de præſcrip. auditis. & xvj. q. iij. inter memoratos.

[k] Statim. Id eſt, ante libelli oblationem, uel etiam poſt, antequam reſpondeat. Tenor iſtius § ponitur quaſi de uerbo ad uerbum. C. ubi in rem actio. lege ſecunda.

1 Nec mirũ ſi aliud ĩ uno quã ĩ alio, quia in reali dico me ius habere in re, in quã ſum miſſus: quod nõ eſt in perſonali, ſecũdum Gof. de hoc ĩ Spe. de priuil. cred. §. iã dicto effectu. versi. ſed q eſt ratio. Ioã. And.

2 Quod ergo hic omittit ibi ſupplet: & ſic ceſſat contrarium. Ioã. And.

3 Poſſeſſor. hęc uera in reali ſed in perſonali pcedit ꝙ ſequitur per l. ſi quis emptionis. §. pẽ. C. de præſcri. xxx. uel xl. & ibi Bart. Pal.

4 Nos. idem Pan.

5 Vinc. dixit, quod ſi miſſus ĩ reali decimum recaui ſa cuſtodiæ: poſt annũ ſine iudice uerus eſt poſſeſſor. Si uero non detinuit: p iudicẽ efficietur poſſeſſor, alle. de reſti. ſpol. ſępe. Ioan. And.

6 Mobilibus. idem Panor.

7 Et ibi de hoc. & ibi notat. Ioã. And. quod licet conuentus rei uend. poſsit dominũ i iudicio noĩare: conuẽtus poſſeſſorio nõ. Ioã. And. in nouel.

Perdu-

certo dierum ſpatio a iudice ſtatuendo, eoque ad eius notitiam perducēdo, a ut uel ipſe ueniens uel idoneum dirigēs reſponſalem, actoris intentionē excipiat b .Si uero poſt tempus, quòd diſpoſitum eſt, noluerit adimplere: tanquam lite quæ ingeritur, ex eo die quo poſſeſſor ad iudicium uocatus eſt, ad interrumpendam præſcriptionem longi temporis cōteſtata c : dominū poſſeſsionis iudex tribus edictis d legitimis euocabit: & tunc ipſo in eadem uoluntate manente, negotium ſummatim e examinans, in poſſeſsionē ipſarum rerū actorem mittere non tardabit: omni allegatione abſenti, ſuper principali quæſtione reſeruata f . Si autem ſuper perſonali actione conueniatur: uel mittēdus eſt actor in poſſeſsionem mobilium bonorum ipſius, uel immobiliū g ,ſi forte mobilia non habeat pro modo debiti declarati h :uel in contumacem eſt eccleſiaſtica ſententia proferenda: ita uidelicet, quòd alterutra pœna, quæ magis timeri i debeat, iudex a principio ſit contentus, ad alteram k nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas contumacis, qui ueniens intra annum, uel poſt annum, etiam audietur iuxta diſtinctionem l in alio ſuperius annotatam.

a Vel per iudicem ſi forte noīnās minus idone⁹ eſt ſecundum Innoc. & Hoſt. & quia periculoſū eſſet domino, quod interpellatio facta, colono cōſtitueret ipſum dominum in mora contra id.ff. dē peti.hēred. itē ueniūt. §. petitā. ideo tutū cōſiliū eſt ꝙ actor denūciet uel faciat iudicē denunciare.nam ſi colonus non nūciaret dn̄o:ſibi nō præiudicaret: per palle. §. Io. An. Miſsio in poſſeſsione, an ſtatim ſit faciēda propter cōtumaciā alteri⁹ partis.

a Perducendo. Alias producendo: per illum qui a qui in iudicio dominum nominauit.

b Excipiat.i.ſuſcipiat ſic.xxiiij.q. v.non eſt noſtrum. j.ti.prox.Imperatorem.& j.de plus peti.ca.uno.

c Cōteſtata.ſ.ne currat præſcriptio poſſeſſori:quoniā præſcriptio poſſeſſoris: interrupta eſt per hanc denuntiationem, licet uideatur lis quaſi conteſtata, non tamen actor audiretur uolens producere teſtes ſuper proprietate, ac ſi lis eſſet conteſt. quia illud locū habet quādo lis eſt uere conteſ.per narrationem & reſponſionem: ſed hic nō eſt uere conteſtata: ſed quaſi quo ad interrumpendam præſcriptionem: ut hic dicit.

d Edictis. i. citationibus ad domū eius miſsis. j.de do. & contum. cauſam quæ.& ca.ult.

e Summatim. Sic C. ubi in rem acti. l. ij. & ff.ut in poſ. leg.ſi is a quo. & ff. de carb.edi. l.iij. §. cauſæ. & C. de bo. au. iudi. poſ. auth. & qui iurat. Et dic ſummatim. i. ſemiplene.non enim ſtatim iudex propter contumaciam alterius partis conſtituet præſentem poſſeſſorem, uel etiam mittet eum in poſſeſsionem cauſa rei ſeruādæ: niſi aliquā uideat primo præſumptionē pro eo: quia poſſet eſſe, ꝙ ſic aliquis calūnioſe peteret. unde iudex primo recipiet ab actore iuramentum de calumnia.ff. de carb.edi.l.iij.§.cauſæ.& ſic obſeruatur. & iſtud iuramentum ſufficiet, ita ꝙ aliud ulterius nō præſtabit ſi reus intra annum rediret uolēs in cauſa procedere. ar.ff.ad exhib.theſaurus. unde petet ab actore iudex ut ſuper hoc.ſ.ꝙ non calumniæ cauſa petat, hoc exhibeat calumniæ iuramentum.ff.ad exhi.theſaurus.& j. de reſti.ſpo.literas.& s̃.de elect. cum dilecti.nō enim debet iudex feſtinare ad miſsionē faciendam: quia ſi reus probabit iuſtam abſentiæ cauſam reſtituetur ff. de dam.infec.ſi finita.§.item ſi forte.& j.de re iud.cū Bertholdus a & ſic obſeruatur hodie de facto:& iſtud iuramentum ſufficiet: ita ꝙ illud actor ulterius nō pręſtabit ſi reus intra annum redierit uolens procedere in cauſa: ut in §.j.ſed in caſu huius. §.iterum iurabit actor, tanquam reūs quando conuenitur: quia primo iurabit ut actor, poſtea ut reus: & idem eſt ſi poſt annum agere uelit qui primo conueniebatur, ſecundum quod eſt in caſu huius.§.

a Vel dic qđ ideo iudex ſummatim examinat: quia colonus reclamat, & dicit dn̄m ius habere ſecundum Ioā. And. in nouel.

Gloſſa ſeq. quærit quandiu, & q. ſoluit, ſolutioni opponit, oppoſitioni reſpondet, ponit deinde opinionem quam repro. ult. quærit de diuerſitatis ratione, & dupliciter ſoluit.

f Reſeruata. Sed quandiu reſeruabitur quæſtio ꝓprietatis? ſecundum canones, uidetur ꝙ perpetuo, cum res ſit facta litigioſa: & debebat per hoc dubitare de iure ſuo. Dico, ꝙ in caſu iſto bene poteſt præſcribere quia bonam fidem uidetur habere: quia credit rem ad ſe pertinere: cum etiam iurauerit ꝙ non malitioſe ſeu per calumniam petit rem illam: & ideo præſcribere poteſt: & iuſte poſsidet, q̄ authore prætore poſsidet. ff.de acqui.poſ.iuſte. Quidam dicunt, ꝙ in caſu iſto ſicut in priori ſeruatur quæſtio ſuper poſſeſsione uſq; ad annum abſenti. Sed prius dictum uerius credo a ,& abſolute dicit hoc nam ſicut reſeruatur ius ſaluum poſſeſsionis uſque ad annum. in §.proxi. ſicut ibi expreſſe hoc dicitur, ita hic diceretur ſi hoc eſſet uerum. Sed quæ eſt ratio, quare ibi auditur uſq; ad annum ſuper poſſeſſione? hic uero ſtatim eſt uerus poſſeſſor: nec auditur uſque ad annū ſuper poſſeſsione? Ratio illa conſueuit aſsignari: quia maior contumacia præſumitur in caſu iſto, quā in priori: quia per plures citationes uocatus eſt, & plus cōtempſit. primo enim uocauit colonum, & colonus denuntiauit domino: poſt quam denuntiationem citatur dominus edictis legitimis & ideo plus punitur, & ſufficit legis latorem ita uoluiſſe: ſic enim eſt in lege.ff.qui & à quibus proſpexit legislator.& vj. q.iij. ſcriptum eſt in lege.ergo ita tenendum eſt.

a Hāc gl. ſequūt legiſtæ in l. properandum.C.de iud.& in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud.

g Vel immobilium. Hoc ordine iudices ſententiam exequentur, ultimo ad actiones decurritur.ff.de re iudi. a diuo Pio.

h Declarati. In libello ſuo. C. de bon.auth.iud.poſ. authen.& qui iurat.

i Magis timeri. Illa enim potius eſt infligenda: quia hoc ſolum bene agitur &c. xxiij.q.v.prodeſt Arg.contra ſupra, de offi.delega.ſane. & ca. paſtoralis. j.reſp. ſed ibi. ſoluitur a .

k Ad alteram. Quia creſcente contumacia, creſcere debet pœna.ff.de pœ.relegati. Sic ergo duæ pœnæ ab initio non ſunt infligendæ. s̃.de iudi at ſi clerici. Arg. contra.xvj.q.j.ſtatuimus.

a Speciale propter reuerētiā perſonarū Ioā. And. in nouel.

Gl. ſeq. obycit de.l.ſi prius ponit primo opi. Io. ſecūdo opi. Lau. tertio ſuā opi. & ſolutionem contrary.

l Diſtinctionem. Sed non uidetur, ꝙ diſtinctio facta in reali actione locū poſsit in perſonali habere, licet litera hoc innuat, quia debitor poteſt recuperare pignora ſua, quādocunq; uenerit: dūmodo nō ſint diſtracta. C.de diſtra.pig.ſi prius. Creditor enim nullo tempore præſcribit rē ſibi obligatā pignori. ff. de uſuca.nō ſolum.§.qui pignori.& l.pignori. quia creditor quantū ad hunc caſum, non poſsidet pignus. ff. qui ſatiſd. co. ſciendum.§.creditor. Et ad hoc dixit Io.& bene, quia creditor poſt annum non efficitur poſſeſſor quantum ad uſucapionem, ſed tantum poſt annum habet commodum poſſeſsionis: in hoc quod cum prius teneretur probare pecuniam quam petebat eſſe debitam, poſt annum etiam transfertur probatio ad reum: ut

1 Hoc nō pōt ꝓbari, si nunq̄ fuit debitū, nisi per confessionem. & est simile qđ de procu. dixi. s̄. de rescri.nō-nulli. & c. ex pte iij. & facit de conse. c.j. lib.vj. Io. And.

2 Vnde dicebat Vin. literā construēdam ita, ꝙ uerbum, post annum ponatur ī fi. & tūc non repetat iuxta distinctionem post annū simpliciter. & dicit similē cōstitutionē.xxxiij. di habuisse. Io.An.

tunc aduersarius teneatur probare illam debitam 1 & sic efficitur petitor de possessore. arg. bo. ad hoc. J. de solu.is qui. Lau. dixit, quod huic seruatur quæstio possessionis & proprietatis quousq; præscriptum est iuri offerendi.arg.C.de præscri.xxx.uel xl.ann.l.cum notissimi. §. sed cū illud.uer. eodem iure. nisi ex secundo decreto, res sint ei iam pro debito assignatæ,uel distractæ, alias usq; ad xxx. ann. recuperet res suas oblato debito. Dicas ꝙ debitor sēper auditur quousq; scriptum sit uolens recuperare rem suam restitutis expensis, & restituta cautione iudicio sisti:nisi pignora distracta sint uel in solutum data authoritate iudicis: uel secundum legē conuentionis distracta ut dixit lex prædicta si prius,& ita intra annum & post annum ueniens restitutis expensis, præstita cautione quòd iuri parebit : recuperabit res suas : siue confiteatur debitum siue neget. C.de bo.auth.iud.pos.authen.& qui iurat. Et ꝙ dixit, iuxta distinctionem in alio &c. sic intellige iuxta distinctionem.i,secūdum primum membrum distinctionis : in quo tantum similitudo notatur : & non iuxta secundum.q.d.sicut ibi ueniens intra annū reali actione auditur, præstita cautione : & restitutis expensis recuperat possessionem:ita in personali actione siue intra annum siue post annum ueniat, recuperat res suas duntamen caueat iudicio sisti,& restituat expensas : ut sic notetur 2 similitudo tantum in hoc casu: & in alio cum ante annum contumax inuenitur : ita ꝙ similitudo non transeat ad alium casum post annum: & ita plana est litera. Lau.

TITVLVS VII.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

Honorius tertius.

Clericus in causa ecclesiæ suæ iuramentum calumniæ pōt alteri committere:& per se iurare non cogitur, nec debet sine superioris licentia.

CAP. I.



Nhærentes uestigijs ꝑdecessorum nostrorum dicētium

DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

Quia actione in iudicio ædita, & litis conte.facta succedit ex ordine iuramentū calumniæ:ideo post tit. præcedentes subijcit istum, secundum Gof.

INhærentes. Diuiditur, quia primo papa ponit,ꝙ dubia determinare spectat ad ipsum. Secūdo ponit dubiū procedēs ex contrarietate duarū legū:ibi,legib. Tertio illud diffinit:ibi,u. ergo. Quarto moderatur : ibi, uerum. Quinto comminatur : ibi,omnibus. Abbas.

Thema. *Tempore* Honor. 3. *magna.q. fuit an clerici tenerentur iuramentum calumniæ in iudicijs præstare? uidebatur quod non,quia per l.* Marciani *Imperatoris quæ habetur in l.cum clericis* C. *de episco. & cleri.§. quod si lis clerici specialiter eximuntur ab onere iurādi in iudicio. In contrarium uidebatur per l. Iustiniani quæ habetur in l.ij.C.de iureiuran. propter calumniā dando. ubi Iustinianus iubet ipsas principales personas prius iurare de calumnia . et in nouell.constitu.* 124. *addit ut iurent nihil penitus dedisse uel promisisse,nec daturos esse iudicibus uel alij cuicunque pro ea causa nisi proprijs aduocatis et alijs legibus permissis . Quanquā autem aliqui causarentur.* Marciani *de Constantinopolitanis clericis tantum promulgatam esse,prout ad illos tantum uerba.d.l.diriguntur et referuntur : tamen hoc nō tollebat* ἀντινομίαν,*nec ambiguum iuris. Tum quia lex,cum clericis,uidetur inserta.C.pro iure communi,& non pro clericis certi loci tantum . Tum quia ratio in qua.dicta l.§.d.quòd si lis fundatur generalis est ad omnes quosuis episcopos & clericos, quia (inquit text.)ecclesiasticis regulis & canone antiquo clerici iurare prohibentur,dubitabatur ergo an l. Marciani esset generalis? Et si sic, Vtra seruanda esset à clericis,an prior Marciani, an posterior Iustiniani, cum utraque in eodē* C. *de integro simul promulgata esset . Hæc. q.tanquam de grauiorib. & inter clericos tātum ad* Hon.iij. *de lata est,qui perpendens eam.q.in utroque membro pulchre & syncere decisam fuisse per* Henricum Imperatorem *germanum noluit aliter decidere, nec sibypsi legem alienam & forsan recentem attribuere, sed eam rectè secutus est,& districtè custodiri iußit .* Henricus *autem quo ad primum.l.* Marciani *generalem esse,& ad omnium ecclesiarum clericos generaliter pertinere definiuit. Quo ad secundum uerò diuinæ et humanæ legis intentione seruata.d.ll.pulchre conciliauit, statuendo quod clerici non compellantur per se iurare, sed à litigando et iurando defungantur hoc officium alijs idoneis actorib.uel defensorib.committendo. Si tamen ecclesiæ suæ commoda patiantur. Et sic duo facit. Primo admonet ecclesiasticos sui officij ne litigent,ne huiusmodi secularib.negotijs se immisceant.i.Timoth.iij.ij.Timoth.ij. Secūdo limitat seu interpretatur.l. Iustiniani, ut hoc casu non clericus, sed actor uel defensor censeatur principalis persona quæ iurare debeat. Quod si per seipsos agant uel defendant,uult ipsosmet iurare. Hæc autem decisio* Henrici *pulchre diuinam et humanam legem conciliat,& utriusque intentionem seruat, diuinæ quidem, quæ* Matth.v. *non intendit legitimum & religiosum usum iuramenti tollere, præsertim in iudicijs, & quando à superiore exigitur : sed leuitatem & frequentiam minus reuerenter & religiose iurādi. Sophistæ enim ueteris synagogæ præceptum decalogi.ix.restringebant ad periurium tātum,& interpretabantur non esse prohibitum paßim nomen dei iurando usurpare citra periuriū.* Christus *autem nominis & gloriæ patris sui uindex, eam è sensu humano profectam interpretationem damnat, & docet eo mandato etiam iuramentum esse prohibitum scilicet quatenus nomen dei uilificatur, & irreligiosè prophanatur : non autem prohibet reuerenter & religiose iurari cum res postulat, & si ad gloriam dei : ut etiam scripsi in tract. usura . Latino numero* 88. *& in* Gallico *à me edito numero* 39. *conformiter ad antiquos canones . uigesimasecunda quæstione prima,cap. primo,et per to. Cùm autem.l.Iustiniani. Iuramentum exigat ex causa iusta & ad calumnias arcendas . non est contra legem diuinam . & dictos antiquos canones ad quos.l.Marciana collimat & se refert, & sic lex Iustiniani,& l. Henrici, quæ eam interpretatur stant in uiridi* obser-

obseruantia & omnes etiam episcopos ligant ut Honor.iij.hic respondit & recognouit.

a Grauiores quæstiones. Quæ dicantur maiores causæ, dictum est supra, de offi.deleg. quod translationē.

b Legibus. C. de episcop. & clericis. cum clericis. versic. quod si lis.

c Principales. C. eodem titu. auth. principales.

Glossa sequens ponit quinque capitula iuramenti calumniæ.

d Calumniæ iuramentum. In iuramento calumniæ quinque capitula continentur scilicet. quod credat se bonam causam habere: interrogatus non negabit quod verum esse credit, nec utetur scienter falsa probatione, & quod dilationem non petat in fraudem nec dedit, nec dabit, nec promisit nec promittet aliquid pro hac causa, nisi illis personis quibus leges dare permittunt. C. eodē titu. l. ij. circa principium. & authent. principales. & in authentico, ut litigan. iurent. in princip. collat. ix. Vnde versus: Illud iuretur, quod lis sibi iusta uidetur. Et si quæretur, verum non inficietur. Nil promittetur, nec falsa probatio detur. Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

e Verba hæc. Ab illo loco, a legibus itaque vsque ad illum locum, uerum cum, &c. exceptis prædictis, scilicet secundum etiam usque ibi, corroboramus.

f Diuidi. Marci. C. de episcopis & clericis, cum clericis. versic. quod si lis.

Glossa sequens arguit ad brocar. allegat quinque iura in contrarium. alleg. duos canones, & soluit.

g Ad omnium ecclesiarum. Argumentum quod vni conceditur, ad consequentiam trahi potest a cæteris. & quod uni conceditur, nulli est denegandum. decimasexta quæstione prima, prædicator. & v. distinctione. ad eius uero. in fine. de consecration. distin ctione iiij. propriè. l. disti. & purgabit. C. de fideicommissi. l. penult. Argument. contra. decimasexta quæstione prima, hinc etiam. & sexta quæstione prima, petisti. Solutio: quod uni iure communi conceditur, trahi potest ab alijs in exemplum, & nulli debet denegari, quinta distinctione. ad eius uero. quod uero per priuilegium alicui conceditur, non extenditur ad alios, & sic intelligitur decimasexta quæstione prima. hinc etiam. & xxvj. quæstione secunda non exemplo. & ff. de constit. princ. l. j.

h Vim legum. In authent. de ecclesi. titu. in princ. collat. ix. & in authent. ut clerici apud proprios episcopos. §. illud. collatione vj.

i Canonibus. Vigesimasecunda quæstione, in nouo. & infra, de iureiuran. & si Christus. & secunda quæstione v. si quis presbyter. xxij. quæstione. v. capit. ultimo.

k Principis. Scilicet Henrici.

l Nos. Scilicet Henricus.

m Criminali. Hic colligitur, quod in criminali causa 4 iuramentum de calumnia sit præstandum: argumētum. C. eodem titu. l. prima. ubi dicitur, quod in omnibus causis ubi probatio requiritur, est iurandum de calumnia, vt. C. de fide instrumentorum. l. ultima. versiculo sancimus. Argumentum contra. institut. de public. iudicijs. in principio. & ff. de bonis eorum qui mor. sibi consc. l. prima. Sed contraria ista non obstant: quia magna differentia & diuersitas eorum est, in instituendis & exercendis huiusmodi causis. nam secundum hoc nec lis contestaretur, nec libellus daretur in causa criminali, sed omnino aliter quam ciuiliter debet tractari. Item non ualet causa, quam quidam assignant. quod in criminali transigere liceat, ideo iuramentum de calumnia non exigitur. nam sacramentum de calumnia transactionem non excludit, nec ab ea excluditur: quia quamuis licitum sit 5 reo transigere, nō tamen sequitur, quod liceat et falsa instantia uti. nam idem diceres secundum hoc in pecuniaria causa. Similiter soluitur illud. ff. de bonis eorū qui mor. sibi consc. l. prima. ubi dicitur, quod in causa sanguinis licitum est cuilibet aduersarium suum corrumpere, ita licitum est ei mentiri. Dominus Azo est in hac sententia: quod in causa criminali de calumnia sit iurandum, & inducebat hanc decretalem pro se. Sed qualiter clericus potest hoc iuramentum alijs delegare in causa ciuili, siue criminali, contra illa iura quæ dicunt, quod principales personæ debent hoc iuramentum præstare. & contra illa quæ dicunt quod in causa criminali non interuenit procurator? Dicas quod forte quandoque obtinuit quod hic dicit, ut clerici etiā in causa ppria

grauiores a quæstiones per summum pontificem terminari debere: & infrà. Legibus b itaque comperimus esse cautū, vt nullus clericus iurare præsumat. Alibi uerò reperitur scriptum, ut omnes principales c personæ in primo litis exordio subeant calumniæ d iuramentum: propter qđ plerisq; venit in dubium, † utrum clericus iusiurādum præstare debeat, aut alij hoc officium delegare: quia illud constitutionis edictum, ubi clerici iurare prohibentur, à Marciano † Augusto de Cōstantinopolitanis clericis promulgatum fuisse uidetur, idcirco ad alios non creditur pertinere. Vt ergo dubietas ista auferatur, secundum etiam decisionem filij dilecti nostri H. quondam imperatoris cuius sunt verba e hæc: & infra. Eius itaque interpretationem corroboramus, & diui f Marciani constitutionem ita interpretari debere decernimus, vt ad omnium ecclesiarum g clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cùm imperator Iustinianus, decreuerit ut canones patrum, vim legum h habere oporteat, & in nonnullis patrum canonibus i reperiatur, ut clerici omnino iurare non audeant, dignum est, ut totus clericalis ordo à iuramento calumniæ præstando sit immunis. Prætereà statuti principis k tenor talis esse dignoscitur. Nos l itaque (diuinæ & humanæ legis intentione seruata) decernimus & imperiali authoritate irretractabiliter diffinimus, ut non episcopus, non presbyter, non cuiuscunque ordinis clericus, non abbas, nō aliquis monachus vel sanctimonialis, in qua cunque causa siue contro uersia, seu criminali m seu ciuili, iusiurādum con

a Authē. Imo. l. ij. qa nouel. nouū iuramentū ad dunt.

1 † Ergo adhuc tēpore hon. iij. nō erat dubiū qn clerici legib⁹ imperialibus etiam de re spūali ēt in genere loquentibus ligarētur. Hic enim non fuisset dubitatū nisi pp aliam specialem Imperatorem legē ī clericos not. i præfa. edicti regni post tract. meū in reg. Cācella.

3 † Omnes libri hactenus habebant Marco sed fœdo librariorū errore, q̄a Marc⁹ fere trecētis ānis hanc pcesſit. Et nunquā Constātinopoli sed Romæ regnauit ethnicus (licet Philosophus) Imperator & ecclesiæ psecutor, quartā .n. psecutionem exercuit, unde necessario hic & in C. legēdū (ut reposui) Marciano qui anno 453. Constantinopoli & fere ī solo oriēte īperabat, ut-

pote Frācis dudū Galliā, & Vandalis Aphricā, & Gothis Italiā occupātib⁹.

2 Loco Hæc glo tum text. peruertit imo Vbi Henrici q hic omittūtur subdecisa resumuntur saltē tenor dispositionis ibi nos itaq; vsq; ad versicu lū verū exclusiue ubi Hono. iij. de suo aliqd addit q non fuit moribus utentium receptū sed ab rogatū te ste gl. vlt. hic.

3 Coll. vj. Sed prior tex. loquitur de quatuor gñalib⁹ cōcilijs tū: posterior de crimine mere ecclesiastico q secundū leges non est crimē, alias non dat eis vim legū & multominus nouis his canonibus. Iuramentum de calumnia an sit præstādū in criminali cā.

4 Causa. idē Pan.

5 Non dicitur q sit licitū, sed q dignoscitur, uñ

vitio non caret.xiij. dis. nerui. secundum Goff. Ioã. And.

hoc iuramentum possent alij delegare. Et hoc in fauorem ipsorum concessum est. Sed hodie hoc non obseruatur, imo quilibet in causa propria psonaliter iurare debet, ut ĩ eo.cæterum.& C.eo.titu.auth.principales.& sic obtinet de iure & de consuetudine, & sic nõ tenet quod hic dicit, quantũ ad proprias causas clericorum, quæcunque sit causa. & restringitur tantum quod dicit hic, ad causas ecclesiarum. Et hoc satis patet, per literam illã quæ sequitur, ubi dicitur si ecclesiæ suæ nouerit expedire, & sic non habet locum quod obijcitur, & etiam clericus & prælatus ecclesiæ si in propria persona uoluerit litigare, in causa ecclesiæ præstat hoc iuramentum.ĩ. eod.c.ulti. tamen si in causa ecclesię uoluerit deferre alij hoc iuramentũ, nõ compellitur subire hoc iuramentum, ut dicit, & ĩ.eo.imperatorum.

pellatur qualibet ratione subire, sed alijs idoneis defensoribus [a] (si expedire ecclesię sue nouerit) hmõi officiũ liceat delegare. Verũ cũ hac moderatione, ut eps incõsulto [b] Ro.pon. vel quisq; clericus incõsulto prælato suo minimè iurare audeat. Omnibus autem episcopis & uniuerso clero, hæc ita custodiri debere mandamus, ut si quis in illam constitutionem cõmiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.

Idem Ordinatori Ro. eccles. subsi. & magistro Omnibono.

In spiritualibus causis, de calumnia non iuratur.

CAP. II.

LIteras: & infrà. Sanè Ro.eccl.in his casibus in quibus de ecclesijs, decimis, & rebus spiritualibus [c] tantùm agitur: iuramentum calumniæ nec dare nec recipere consueuit: eò quòd tales causæ non legum districtione, [d] sed ex canonũ æquitate finé debitũ sortiuntur: canones aũt iuramentum calumniæ in huiusmodi causis † nulli prorsus indicunt. Vnde contentione de iuraméto calumniæ præstãdo dimissa, ad ulteriora discretio vestra procedat.

Eugenius papa.

Principalis persona nõ indistinctè releuatur ab onere iurãdi de calumnia: licet cõpareat p œconomũ, sed sibi uel œconomo est deferẽdũ, inspecta qualitate causæ & personarum.h.d.

CAP. III.

IN pertractandis causis, sacramentum † calumniæ nõ passim [e] præcipimus exhiberi: sed causæ & principalium personarum qualitate inspecta, quandoque per ipsas principales [f] personas, quandoque per œconomos [g] qui causam omnino non nesciant, [h] † in

[a] Defensoribus. Id est syndicis uel actoribus, aut pcuratoribus licet nomina sint diuersa, officiũ tamen est idem, unde sufficit siue dicatur constituimus talem syndicum, procuratoré, siue actorem ad causam talem.s̃.de procu.petitio. & istæ psonæ in causis uniuersitatis siue collegij, de calumnia iurat.ĩ. eo.in pertractandis. & cap.imperatorum & c.ulti. ut hic patet.

[b] Inconsulto Ro.pon. Istud difficile uidetur. ut episcopus propter hoc debeat requirere Ro.pon.sed hoc non seruatur. vnde si episcopus litigat in propria persona, ipsemet præstet iuramentũ de calumnia, nec est necesse requirere papam.ĩ.eo.c.ulti. clericus facilius potest requirere episcopũ: unde tenetur primo requirere ipsum. contrarium tamen sæpe contingit, sed iudicium propterea non uitiatur. Et est arg. hic ex eo, quod clericus iurare non potest, sine licentia sui episcopi, quod non potest in iudicem non suum consentire de hoc traditur.s̃.de fo. compet. si diligenti. & c. significasti. & q.j. inolita.& c.placuit.

LIteras. Primo ponit ius & cõsuetudinem curiæ. Secũdo infert processum causæ: ibi, vnde. Et hodie hoc.c.corrigitur.per c.j.eo.ti.lib.vj. ubi statuitur, quod etiam in istis causis iuretur. Abb. Sicu.

Glo.seq.distinguit causas spirituales, et quasi merè ciuiles, criminales, et mistas, et obijcit quod in spiritualibus, &c. & fatetur id honestũ, subdens in possessorio & exceptionibus etiam spiritualibus iurandum.

[c] Rebus spiritualibus. Quædam causæ dicuntur spirituales, ut hic patet, uel spiritualibus annexæ, ut causa iurispatronatus, ut s̃.de iudi.quanto. & in istis non iuratur de calumnia, ut hic patet, sed de ueritate dicenda.s̃.de elect.dudum.ij. & ĩ. de iureiur. ex literis. quia aliter iudex veritatem de facili non posset, quam tenet inquirere. xxx. quæst. v. iudicanté. xxiij.q.vij. occidit. C.de eden.l.ij.& C. de procur.l.ultima. Sed certe fortius † uideretur iurandũ de calumnia in huiusmodi spiritualibus causis, quam in ciuilibus, quia grauius est periculum, si calumniose in spiritualibus quis litiget, & ideo debet iurare quod calumniose nihil faciat, quia circa maiora maius periculũ uertitur, & ideo cautius est agendum. vij.q.ij.c.ultimo.& xvij.distin.quiescamus. & ff. ad carb. l.j.§. ij. licet seruetur quod dicitur hic, honestius esset ut de calumnia iuraretur, ratione præmissa. quædam uero causæ sunt meræ ciuiles, utputa cum agitur rei vendicatione uel pecuniaria causa. s̃.de libe. obla.ca.pen.& ulti. Alia est criminalis, ubi agitur directe de crimine, & debet se obligare ad talioné. ĩ.de accu. veniens.& cap.super his.& in istis iuratur de calumnia. s̃.eo.c.j. multo fortius iurare deberet in spiritualibus quam in criminalibus. Aliæ sunt mistæ, ut cum agitur de crimine ciuiliter.s̃.de procur.tuæ. hæc probantur xiiij.q.ij.super prudentia.xj.q.iij. placuit. & xvj.q.j. frater noster. Et not.ꝙ licet in causis spiritualibus de calumnia non iuretur, tamẽ si agatur possessorio pro re spirituali, iuratur de calumnia.arg.ĩ.de resti. spo.literas. Item licet nõ in actionibus, tamen exceptionibus positis in re spirituali, iuratur de calumnia. s̃.de elect.cum dilectus.ĩ.de testi.præsentium. & ĩ. de except.pastoralis.arg.ad hoc.ĩ.de accu. cum dilectus.

Iuramentum de calumnia, an possit pręstari i causis spiritualibus.

† Alias, casibus.

† Pro eo maxime, quia tres causæ huius sacramenti præstandi potissime secundum canones locum habent: ut dixit Host. quæ sunt illæ, videbis. ĩ. eo. cæterum. Ioã. And.

† Alias, iuramentum.

† Cõcor. l.ij.§. fin. autem uel dignitas. & seq. C. eo. arg.ff. de testi. l. curent.

[d] Districtione. s̃.de iudi.dilecti & ĩ.de do. & contu. c.j. & xxvij.q.ij.sunt qui dicunt.

IN pertractãdis. Iurari potest de calumnia per principales & per œconomos causam notam habentes. Et non recipit diuisionem congruam. Abb.Sic.

[e] Non passim. Quia non in spiritualibus. s̃.c.proxi.

[f] Principales. s̃.eo.c.j.& ĩ. eo.cæterum. Ber.

[g] Oeconomos. supra eo. c.j.

[h] Non nesciant. Id est, bene sciant. aliter enim anceps subiret periurium: quod facere non debet. ff.de in litem iuran. videamus. & ff.re. amo. Marcellus.§. qui rerum.

Gloss.

Glos. seq. parificat syndicos, tutores & curatores, & dicit secus de procu.

a In animam iurantis. Et ita syndicus 1 collegij siue uniuersitatis, iurat in propriam animã. sic tutores & curatores, cum habeant legitimam administrationem. C. eo. l. ij. §. finauté uel dignitas. secus est in procuratore 2 qui non iurat: sed dominus principalis. C. eo. ti. l. ij. §. finautem affuerit altertra pars: & in auth. ibi posita principales.

1 Generalia: secus ĩ spãli ad certã causam: secundũ Guil. in Spe. eo. titu. §. restat. uersi. sed quid dices. Io. And.

2 Procuratore. sed iste hodie iurat ĩ animã domini, si habet specialε mandatum. ĩ. eo. c. ul. in vj. & nihilominus in propriam animã ut probaẽ. ĩ. eo. ĩ vj. c. ij. Io. An.

animam iurantis a illud præcipimus præstari.

Idem Magal. & Neumaceñ. episcopis.

Vniuersitas tenetur iurare de calumnia, nisi reuelet se constituendo œconomum.

CAP. IIII.

IMperatorum: & ĩ. accepimus, ꝙ ab abbate & fratribus Clareuallis (sicut ab alijs) exigitur calumniæ iuramentum. Ad quod faciendum eos cogere non debemus b. Sed (ne aliena iura uideantur huiusmodi occasione illicitè detinere, & ipsi à causa sua decidãt c, si ex parte ipsorum prædictum iuramentum, cùm res postulauerit non fuerit præstitum) eisdem præcipimus ut in suo monasterio œconomum d statuant: qui pro eis petere, & excipere, atq; iuramentũ de calũnia (cũ necesse fuerit) ualeat exhibere: & ĩ. Tu uero frater Neumaceñ. episcope œconomum idoneum e statuas: qui in ta-

a Imperatorum. In cã collegij non singuli de collegio, sed œconomus ipsi᷒ iurat de calumnia. h. d. Et primo narrat reprehensibile factum. Secundo id prohibet: ibi, ad qđ. Tertio prouidet qd in posterum facien-dum sit: ibi, sed ne. Abbas Siculus.

[b] Viam mediam. Arg. de medio spectando. sic. s. de offi. deleg. quærenti. gl. æquitatis. Vnde Ouidius: Inter utrūq; uola, medio tutissimus ibis.

[c] Primi per Decretalem. Istorum opinio. s. ꝙ restitutio sit faciēda, multis iuribus iuuatur & primo per decr. s. eodē. ex conquestione. & cap in literis. & c. item cū quis. & s. ut li. non contest. accedens. ij. C. de app. l. j. C. de do. inter uirum & uxo. si maritus. nec obstat illa decre. s. de ordi. cog ca. j. quia loquitur in petitorio: ut hic & j. dicet. nec obstant leges illæ. ff. ut in possessio. l si is a quo. ff. ad exhibendum. l. iij. §. ibidem. ff. ad carb. l. iij. §. causæ. quia loquūtur in possessione adipiscenda etiam in exhibitione rei, ubi differt missio in possessionem si incontinenti probetur de proprietate [†] & fallit in casibus notatis. supra, eodem. ex conquestione. & in casibus qui notantur in quæstione prima, in summa & supra capitul. proxim.

[d] Mouetur. Resume: nec exigere nec reddere debet debitum.

[e] Oraculum. i. responsum.

[f] Clementis. s. de ordine cog. c. j. Ber.

[g] Casibus. De quibus aliqui notantur supra, eodem. ex conquestione.

[h] Diuina lege. In Leuitico, scilicet decimooctauo capitu. quondam propter hominum raritatem tantum duæ personæ excludebantur a coniugio, ut nec filius matrem, nec filia patrem duceret. Sub lege excepit fere duodecim, matrem nouercam, sororem, neptem, amitam materteram, uxorem patrui, uxorem fratris: sed hoc recepit determinationem: vi. j. quæstione prima, olim. priuignam, filiam priuigni uel priuignę sororē uxoris, paucas tamen exclusit ut multiplicarent homines. Sub gratia uero, scilicet tēpore Christi plurimæ personæ excluduntur: ut locum haberet cōtinentia: & est illa prohibitio coniugij: nam a fornicatione quilibet & quælibet excludūtur. Et ita cum ecclesia in istis gradibus diuina lege prohibitis, non cōsueuit dispensare, eis oppositis non est restitutio faciēda: & hoc uidetur sonare litera ista. Tredecim, personas diuina lege ꝓhibitas habes his uersibus: Nata, soror, neptis, matertera, fratris, & uxor. Et patrui coniunx, mater, priuigna, nouerca, Vxorisq; soror priuigni nata, nurusque, Atque soror patris coniungi lege uetantur.

[i] Beatus Gregorius. xxxv. quæstione. iiij. quædā lex.

[k] Non peccat. Allegatio est.

[l] Nec cuiquam earum. Omnibus enim iuris authoribus æqua prærogatiua [2] seruanda est. C. de uet. iur. enucl. lege prima. §. si is ita. argumentum, decimanona, distinctione, sic omnes. & xx. distinct. de libellis. in fin.

[m] Volumus generari. Et tamen generatur. Iudices enim secundum suam opinionem sententiant. unde cima distinctione nolite. & infra, de celeb. mis. de homine. argumentum, de conse distinctio. j. præcepta. & papa hic loqui uidetur ut magister.

Ouid. metamo. l. ij.

Vide ꝙ dicam de spon. c. ueniens. j. in gl. nisi aliquis. Ioā. And.

Coniugalis prohibitio īter quas ꝑsonas fuit ī l. diuina.

† Idē Richardus & Scot. in iiij. sentē. dis. xl. ubi tenēt qđ sunt de iure diuino morali, q̄ quis Tho. Aqui. 12. q. xcv. ar. reponat ī ter iudicialia, alij inter ceremonialia uñ Tostatus. j. re. viij. q. cxlix. cum seq. usque ad quæst. clviij. tenet non posse dispensari ꝑ honestatē sed bene (sola directa linea excepta) ꝑ ꝑtātem ꝙ est nimis audax & temerariū dictū, q̄uis papa de facto dispēset, ut uidi nō solū inter principes ut in filio Io. Regis Portugaliæ qui duxit sororē

cōsanguineā ex alia mre s; etiā inter simplices nobiles uidi apud Sorbonā ann. 1530 mense Iunio in q. Regis Angliæ scindi theologos, uidelicet 42. ꝓ affirmatiua, sed 53. pro negatiua quæ uero cēsentes remittendū ecclesiæ. & sic tacite ꝓ negatiua concludebant quā prius tenuit Aegidius belleme. consil. xxviij. Cōrad. de suman-- har. de cōtrac. q. lxxxiij. Io. lupi. de matrim. & legiti. col. xix. & in specie, d. q. Lud. de Gozadi. cōs. j. quāuis Pau. paris. consil. lxv-- iij. lib. iij. post effusam disputationem dubitet.

[2] Hiero. sup Dañ. periculosum ē de magistrorū ecclesiæ iudicare sententijs &c. Ipse tñ dixit ad Alexan. non doctoris opinio, sj doctrinæ ratio ponderāda est Ioan. An.

Porro

Lucij papæ mandatum ad poſſeſſoriũ, reſponſum verò Clementis ad petitoriũ referatur. Porrò a cùm mulier quæ conſanguinitatis habet notitiá, præſertim in gradibus quos lex diuina prohibuit, nõ poſſit huiuſmodi viro ſine mortali peccato carnaliter cõmiſceri: quoniã omne qđ non b eſt ex fide, peccatum eſt: & quicquid fit cõtra conſcientiam, ædificat ad gehennam: fruſtrà in tali caſu adiudicaretur reſtitutio ſpoliato. cum illa contra Deum non debeat in hoc iudici obedire, ſed potius excommunicationem c humiliter ſuſtinere: ſicque difficultas occurreret, quaſi perplexa: quia propter ſententiam oporteret eam reddere debitum, & propter conſcientiam reddere non deberet: vnde contingeret eos grauiter impediri: & vtrique laqueus d pararetur: cùm inter ſe carnaliter coniungi nõ poſſent: nec alter alteri matrimonialiter copulari. Propterea melius videtur, quòd cùm opponitur conſanguinitas (præſertim in gradibus diuina e lege prohibitis) & probationes offeruntur incontinenti f paratæ, in cæteris adiudicanda ſit reſtitutio: ſed ad maiorem cautelam, iuramento recepto, g quod talis obiectio malitioſè nõ fiat, ſola quo ad commiſtionem carnalem (maximè ſi fama conſentit) eſt reſtitutio differenda, donec auditis probationibus & diſcuſsis, cauſa ſine diffugio terminetur cum vtrique ſit melius taliter expediri, quàm ſic manere taliter impeditos. Quòd ſi non habeat probationes incontinenti paratas, ſed dilationes expectat longiores (quia præſumitur contra eam, quæ ſine iudicio eccleſiæ ſua tantum temeritate receſsit à viro) ad reſtitutionem plenariam, eccleſiaſtica debet cenſura compelli: quã tamen ipſa thori negando conſortium, debet humiliter tolerare h donec probationes offerat præparatas: & tunc abſolu-

a Porro. Hæc allegatio Gregorij eſt.

b Non eſt. xxviij. q. j. omnes. §. & his. ĩ. de præſcrip. quoniam omne. & ĩ. de ſimo. per tuas.

c Excommunicationem. Hoc ſecundum diſtinctionẽ illius decret. ĩ. de ſenten. excommu. inquiſitioni.

d Laqueus. Eccleſia enim nulli debet laqueũ inijcere. xxv. quæſt. ĩ. de viduis. ij.

e Diuina. Ergo uidetur, quod in ſecũdo gradu eccleſia diſpenſare nõ poſſit, cum iſtud fuerit diuina lege ꝓhibitum. xxx. qõ. iij. pyctacium. in glo. ij. & in Leuitico prohibetur ſecũdus gradus in conſanguinitate & affinitate: vbi dicitur: Turpitudinem ſororis vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis: filiã filij eius, & filiam filiæ non aſſumes. Sed cõtra videt. ĩ. de diuor. gaudemus vbi dicitur quod ſi pagani contraxerũt in ſecundo gradu, poſt fidem receptam debẽt in ſimul remanere. Dicas, quod in leuitico ꝓhibetur ſecundus gradus in deſcendẽtibus, non in collateralibus. i vnde in ſecundo collaterali diſpẽſare poteſt eccleſia. & expone præſertim, id ẽ maxime: quia ſi probationes incontinenti ſunt paratæ, non eſt facienda reſtitutio quantum ad carnalem copulam in quocunque gradu, ſed multo fortius in gradibus diuina lege prohibitis: alias fiat reſtitutio quo ad omnia. ut ĩ. ſequitur.

Matt. 41

i Collateralib᷒. dic quod etiã in collateralibus ꝓhibetur in ſecundo gradu lineæ inæqualis de iure diuino excepto auunculo & filia ſororis.

f Incontinenti. Hic patet, quod licet ſpoliator uelit probare incontinenti exceptionem conſanguinitatis tamen ſpoliatus prius eſt reſtituendus, ſi periculum animæ non immineat, quia hic mulier reſtituitur in cæteris prẹterquam ad copulam, & tamen probationes incontinenti offeruntur. unde tollitur diſtinctio quorundam qui dicunt, quod ſi ſpoliator uelit ſtatim probare exceptionem, reſtitutio differtur per id qđ legitur. ff. ad exhibendum. l. iij. §. ibidẽ. & ff. ut in poſ. leg. is à quo. Sed ille leges in alio caſu loquuntur: ut dictum eſt ſ.

g Iuramento recepto. Hoc eſt notabile, quod licet in cauſa matrimonij & aliis cauſis ſpiritualibus de calumnia ſiue malitia non iuretur: ut ſ. de iuramẽ. calũ. literas. iuratur tamẽ de calũnia ſuper exceptionibus poſt emergẽtibus. ſi tamẽ per eas alterius ius aliqualiter impugnetur. ſ de elec. c. cũ dilectus. §. nos uero in glo. iuramento. & ĩ. qui ma. accu. poſ. c. fi. & ĩ. de teſti. præſentium. ff. de dã. infec. qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus. arg. ff. qui ſatiſda. cog. de die. §. iubet. Dicas quod vbi in principio ſemel lite conteſt. iuratum eſt de calumnia. poſtea non iuratur quia iuramẽtum illud extenditur ad oẽs exceptiones ꝑemptorias, quæ poſtea occurrunt, ſiue ſint emergẽtes, ſiue incidentes. C. de iura. calũ. auth. hoc ſacramentum. Olim aliter obſeruabatur, quia iurabatur ſuper quolibet capitulo. vnde hodie nõ ualẽt iura, quæ hoc dicebant, & ſic nõ contradicũt leges prædictæ. quandoque etiam iuratur ob aliud, puta quod non didicit teſtificata. ĩ. de teſt. c. penul. Ante lit. cõte. bene iuratur ſuper exceptionibus propoſitis, & præcipue ubi arguitur malitia excipientis: ut hic. & ſ. de elec. cũ dilectus. & ĩ. de excep. paſtoralis. ſiue ſit cauſa ſpiritualis ſiue ciuilis. Et nihilominus iuratur poſtea de calũnia ſuꝑ principali quæſtione, quia aliud eſt iurare ſuper exceptionibus ante litem conteſt. propoſitis, quia ibi declinat iudicium, nec tangunt principalem quæſtionẽ, nec ex ea oriuntur: & aliud eſt iurare ſuper exceptionibus poſt litẽ conteſta. quia illa tangunt principale negotium, & oriuntur ex eo: unde iuramẽtum de calumnia, ad omnia extenditur quæ emergũt poſt lit. conteſt. & quæ incidunt: & ideo poſt lit. conteſt. præſtito iuramento ſuper principali quæſtione, non iuratur poſtea, quia ſic quaſi bis iuraretur.

Iuramẽtũ calumniæ an poſſit in eadẽ cã reiterari?

h Tolerare. Hoc intellige ſecundum diſtinctionem illius decret. ĩ. de ſenten. excõmunic. inquiſitioni. Sed pone quod talis excõmunicata iniuſte moriatur, nũquid debet ſepeliri in cœmiterio eccleſiæ, cum apud Deum non ſit ligata. xxiiij. quæſtio. iij. ſi quis non recte? Dicas quod non, quia quantum ad eccleſiam ligata eſt, quæ non iudicat de occultis. infrà. ut eccleſ. benefi. ſine dimi. confe. ut noſtrum. §. porro. & ſic eccleſia pro ipſa non debet orare. Quo ad Deum ſoluta eſt, nec nocet ei vilis ſepultura. infra, de ſepultu. ſacris. in fine potius enim conſulendum eſt animæ quam corpori. & in tali caſu ubi mulier certa eſt, po-

tius debet Deo obedire quam iudici, secundum consilium papæ, & xj.q.iij.non semper. & xxiij. q.j.quid culpatur, ne contra conscientiam suam ædificet ad gehennam.

a Sufficiens securitas.xxxij.q.j.de benedicto. in glo. sub cautela: ex quo enim propter sæuitiam, vnus reliquũ dimittere potest, secundũ legem in authẽ.de nup.§.si igitur mulier tale aliquid. col. iij. ergo multo minus est restitutio faciẽda: qa turpius eijcitur q̃ non admittitur hospes j.de iureiurã. quemadmodum.§. alioqui. & in hoc casu alicui honestę mulieri, cõmittenda est, vbi secure moretur.s.eod.ex transmissa. & j. de spon. cum locum. arg.s. de procu.accedens.& præterea satisdatio non immutat maleuolum propositum.instit. de suspec. tuto. §. nouissime.

† Bal.cõsil.ccxl.libro tertio

tione petita secũdũ formã ecclesiæ absoluet: sed nunquã fiat ei mãdatũ sub debito iuraméti receptis probationibus procedat quẽ admodũ est præmissum. Si verò tanta sit viri sæuitia, vt mulieri trepidanti non possit sufficiens a securitas prouideri, non solum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoueri, † alioqui sufficienti (si fieri potest) securitate prouisa, profecto videtur coniunx ante causæ cognitionem restituenda marito.

Idem Vulterano episcopo.

Per solam traductionem mulieris ad domum viri factam, non præcedentibus sponsalibus, vel inualidis, non acquiritur possessio: vnde ea recedente propria authoritate non competit restitutio.

Glo.seq.primo ponit decem casus, quibus minor censetur maior. Secundo quærit an in spiritualibus restituatur minor, & soluit. Tertio quærit de renunti ante beneficio & c.alleg.ij. iura ad negatiuam. & ij. ad affirmatiuam, & soluit.

CAP. XIIII.

Ex parte M. mulieris fuit propositũ q̃ cùm eam intra pubertatis tẽpora constitutã, patruus suus filio H.Seneñ. ciuis, nõdũ b septẽ annorum matrimonio voluerit copulare c ac eadem traducta fuerit in domum eiusdẽ, ipsa ex quo ad nubiles annos peruenit, ratũ nolẽs habere, quod à patruo suo circa hoc procuratum fuerat à Seneñ.episcopo nubendi licentiam postulauit: d & infrà. Quia igitur non credimus ambigendum, quin ipsa mulier (quamuis e minor) causam possit matrimonij per procuratorem tractare, ac pars alia (quæ mulieris restitutionem sibi fieri impetrauit veniã ætatis.C.de ijs q̃ ve. æta. impet.l.j.

Ex parte M. Petẽs restitutio nem coniugis, habet probare coniugium legitimũ ex consensu. Ita communiter summat. Sed ex hac summatione infertur, vt sufficiat probare solum coniugium: licet non probet carnalis copula, de quo tamen sunt opiniones. In prima parte ponitur mulieris querela partim decisa. In secunda dat iudicem ibi, quia igitur. Ab.Sic.

b Nondum septem annorum. Et ita nihil egit, cum ætas impediret. j.de despon.impu.literas.& c.accessit. Itẽ arg. q̃ vbi quis vult contrahere matrimoniũ, nec potest, ætate prohibente, nec sponsalia cõtrahit, quia non vult: nec matrimonium, quia nõ potest, nec illud intelligitur contrahere.ff.de dona. inter virũ & vxo.cum hic status.§.pe.& s.de offi.delega.cũ super. & C.si quis alteri vel sibi.multum interest.Ar.cõtra. j.de despon.impu.de illis.j.in fi.& cap.tuæ.Sed videt quod illa licet fuerit minor, tamẽ authoritate sua nõ debuit recedere.j.de despon.impu.de illis.j.in princ. Sed in hoc distingue, vbi sponsalia non tenuerũt ætate prohibente, nec postea cursu temporis placuerunt vt hic.vel si per vim contracta fuerant: vt j.de despõ. impu.ex literis.authoritate sua † potest mulier recedere, quia nulla obligatio fuit hincinde contracta: vt in prædictis decret.literas.& c.accessit. Vbi ergo spõsalia tenent, non debet recedere alter sine licentia ecclesiæ.j.de despon.impu.de illis.j.

† Sua idẽ Panor.

c Copulare. Hoc quod dicit, voluerit matrimonio copulare, tollit omnia contraria: & hoc quia voluntas patrui ad nullum actum processit: nec quo ad sponsalia, nec quo ad matrimonium, & ita nulla obligatio fuit contracta: vt j.sequitur.

a De iure & de facto j. d dona. inter virũ & vxo. & si necesse Ioã. And.

d Postulauit. Et etiã res si quas dedit ei in dotẽ. nam semper subintelligitur talis conditio, si matrimoniũ fuerit subsecutum. a ff.de iure dot.stipulationẽ.& l. dotis promissio.& fructus & partus.ff.de cõdi.causa data causa non secu.qui se debere.§.fundus.

e Quamuis minor. Sic patet, q̃ in causa matrimoniali minor xxv. annorum censetur maior. Similiter in voto. xx. q.j.c.j.§. j.& ij. Itẽ & in alio casu, cũ minor mortem patris exequitur: vel cum agit de testamento patris. xv.q.iij. certis. in glo.pupillis. Item cũ agit de recuperanda possessione. C. qui leg. perso.l. vlti. Item cum agit de thoro violato. ff.de adult.si maritus.§.lex Iulia. Itẽ cum agit de libero homine exhibendo.ff.de lib. homi. exhib.l.iij.§.sed si mulier. Item cum Itẽ cũ agit negotia alterius ff.de mino.cũ mãdato. Et generaliter videt, q̃d secũdũ canones etiã contra patrem suum minor agere possit: vt ij.qõe vij.quæritur. Sed nunquid minor potest petere restitutionem in integrum in huiusmodi spiritualibus, siue ecclesiasticis negotiis, si doceat se læsum: vt si contraxit cum paupere: cum poterat contrahere cum diuite? Dico quod non: quia error diuitiarum nõ impedit matrimoniũ. xxix.q.j.§.j.ergo nec sponsalia: quia in hoc censetur maior. Et vbi minor mutat statum, non restituitur.ff. de mino.l.si ex causa.§.Papinianus ait.arg.xx.q.ij.c. j.& ij.& si maior est xx.annis, potest se permittere venundari ad participãdum pretium: vt institu.de iure persona.circa fi. Sed minor xxv.an.renuntiat beneficio suo, nunquid potest implorare restitutionem? Videtur quod nõ: quia in talibus loco maioris habetur, quia in rebus ecclesiasticis sententia lata cõtra minorem absentem & indefensum, tenet.s. de elect.dudũ. j.§.cum autem. Sed in rebus immobilibus sententia lata contra minorem absentem, nulla est.ff.de re iud. contra pupillum. Item ex hoc sequeretur incõueniẽs quia si minor renuntiasset ecclesiæ, si postea illa cõferatur alicui, demum minor petat restitui, quod ei adiudicabit ecclesia qui legitime est eã adeptus & sine culpa: quod esse non debet. j.de appel.bonę.lvj.dist. satis peruersum.xvj.q.vlt.inuentum est. Item quia in rebus ecclesiasticis cẽsendus est sui iuris, sicut & filius familias in castrensi peculio.ff.ad maced.l.ij.& iij. in fi. Et cõtra videt, quod possit: quia & maiori competit restitutio in integrũ.s.de rest.in integ.c.ex literis Item

Minor in certis casibus, censetur maior.

Minor læsus circa mtrimonia & beneficia, an possit restitui

Item in rebus ecclesiasticis, maius periculum est quã in alijs: ergo in eis cautius est agẽdum. xlij. dist. quiescamus. vij. q. ij. c. ul. ff. ad carb. l. j. §. sed si quis. incongruum enim esset, ꝙ per assumptionẽ rei ecclesiasticæ perderet beneficiũ restitutionis: quia utilitas debet augeri, nõ minui per dignitatẽ. ff. de iud. si lõgius. in fi. & arg. ad hoc ff. commo. in commodato. §. sicut. in fi. ibi, adiuuari. & ĩ. de cõmo. c. uno. & C. de indi. uidui. l. ij. in fin. Ad hoc dicas, ꝙ minor potest petere in integrum restitutionẽ si omisit probationem necessariã, uel alias captus sit in iudicio & beneficio, sicut & ecclesia, quæ comparatur min. s. de in integ. resti. c. j. & c. auditis. & quasi per totũ. & ff. de min. ꝙ si minor. §. j. & l. minor xxv. an. Sed si renuntiauit beneficio ecclesiastico, & illud iã sit alij collatũ, non subuenit ei [r]. ff. de mino. ꝙ si minor. §. Scæuola. In matrimonio uero, puta cum sentẽtia lata contra matrimoniũ est, ubi ecclesia decepta est, ipso iure seruatur illæsus. ĩ. de re iud. lator. & c. consanguinei.

prius postulabat) restitui nequaquã debeat, utpote nullo iuris seu possessionis cõmodo [a] destituta, cum per solã traductionem (quam nõ præcesserunt sponsalia, uel consensus legitimus, nec fuerunt etiam subsecuta [b]) nullum inter eos obligatorium uinculũ sit contractum: Mandamus quatenus, si est ita (nõ obstantibus exceptionibus [c] supradictis) audias, quæ hincinde partes duxerint proponenda, & quod canonicum fuerit, ap. re. decernas.

Idem.

Interdictum, unde ui, non competit contra illum qui non spoliauit, nec spoliari mãdauit, nec spoliationẽ ratam habuit.

Glossa seq. recitatur per q. quare non sufficit hoc casu traductio? Respon. quia per &c. subdit tres casus ubi petitur restitutio, nec habetur possessio.

[a] Commodo destituta. sic. ff. de spon. quæsitum. quia per solam traditionem nihil egit. ubi enim nulla præcedunt sponsalia uel matrimoniũ, nulla habetur possessio, quia liber homo possideri non potest, & possessio illa talis est, quod qui possidet, possidetur. unde ex sola possessione facti, nulla seruitus uel obligatio hincinde contrahitur, nec restitutio peti potest, cũ nulla possessio iuris hic fuerit. unde hæreticus nõ põt in iure petere rerũ ecclesiasticarũ restitutionem. xxiij. q. vij. c. j. & ij. nec laicus restitutionẽ decimarum, licet de facto possideat, quia aliud est possidere, & aliud detinere. ĩ. de pscr. causam quæ. nec enim sufficit probare spoliationem nisi probet quod possederit. s. de of. dele. consultationibus. & s. e. olim. ut ibi dictũ est. Qñque tñ petiẽ restitutio, ubi nulla põt esse possessio: ut cũ petiẽ restitutio consanguineæ. s. cap. proxi. Sed illud est quia possessio iuris præcessit, de qua constat. sic. ĩ. de præb. referẽte. arg. s. de proc. ex insinuatione. Itẽ seruus petit restitutionẽ rerũ dñi absentis. quas de iure non põt possidere. C. si p uim uel alio modo. l. j. Similiter uxor restituiẽ ad res datas sibi a uiro quas de iure possidere non põt. ff. de ui & ui arma. l. j. § deijcitur. De hoc, s. an possit repeti quod non licet possidere, traditur xiiij. quæstio. j. cap. j. in tex. & glo. ij. Et nota quod licet aliqua appareat traducta, non tamen præsumendum est statim pro sponsalibus uel matrimonio: ut hic patet: & l. prædicta. quæsitum. ff. de spon. sed ubi sponsalia præcedunt intra pubertatem, si sponsa compleuit xij. annum apud sponsum, præsumitur matrimonium. ĩ. de spon. ad id. ff. de ritu nup. mulierum.

[r] Et imo etiã quandoq; post quam alij collatũ ẽ subueniẽ, ut p Nic. Boer. decisio. Burdegal. 350. ubi refert arestũ. Et habeo aliud arestum latũ in cõsilio regis quo resignatarius uel mediator condẽnatus fuit dare cũ effectu mãdatum ualidum ad retrocedendum. Pan. hic. num. 5. pulchre distinguit quem sequitur gl. prag. de pacifi. possess. ĩ uerb. ĩpedimenti, in fi. Ludoui. Gomes ĩ reg. de triẽnali possess. q. xv. dixi in tracta. reg. Cancel. ĩ reg. de publi. qõ. x. nu. 185. cũ se.

CAP. XV.

Cum ad se. apo. accessissent Cumañ. episcopi & fratrum hospitalis Hierosol. procuratores: & infra. Abbati de Accoñ. causam (quæ super ecclesia & hospitali de monte Citano, inter eos uertebatur) taliter duximus committendam, ut audiret omnia tam ad possessorium, quàm [d] ad petitorium iudicium pertinẽtia: quæ utraq; pars duceret proponenda, & causam ipsam fine debito terminaret. Corã quo procurator hospitalis, prædicta cum possessionibus & pertinentijs [e] suis quę tenebat episcopus sibi restitui postulauit, asserens illa de iure ad hospitale Hierosol. spectare, & ꝙ

[b] Subsecuta. quia nũquam sponsalibus puella consensit, uel antequam puer septimum annum cõpleuerat: ab eo recessit.

[c] Exceptionibus supradictis, s. quod petebat fieri primo sibi restitutionẽ, & ꝙ illa nõ poterat agere p procuratorẽ: quæ non habent locum hic.

Cum ad sedẽ. Diuidiẽ ꝓprincipaliter in duas partes. In prima ꝓcessus narratio. In secunda causæ definitio. Secunda ibi, nos prioris. Abbas Siculus.

[d] Quam ad petitorium. Siue simul siue separatim poterat agere procurator hospitalis. de hoc dictum est. s. de causa possessionis. cum ecclesia. & c. cum super. & c. cum dilectus.

[e] Et pertinentijs. hic ergo datur libellus gñalis. sic. ĩ. de don. inter dilectos. & sñia fert ibi generaliter. & infra, de proba. licet. ad fi. Arg. contra s. de libel. obla. c. ij. & c. iij. ubi plene no. de hoc. Argu. contra. ff. de rei uen. si in rem. j. & insti. de act. §. curare. Solu. contraria ista locũ habent in rei uendicatione, & in singularibus iudicijs ubi oĩa debẽt specificari quæ petuntur. Sed hic & ĩ. de dona. inter dilectos. cum omnibus consimilibus locum habent in iudicijs uniuersalibus. Nam si quis petit ecclesiam cum suis pertinentijs, uniuersalis est petitio, & in hoc casu ad id quod non extat tempore petitionis apud eũ qui conuenitur, si tempore sententiæ possideat, condemnatur, ac si tempore litis contestatæ possideret. ff. de petitio. hæredita. si quo tempore. & ff. de procuratorib. quæsitum. Sed qualiter procedetur circa pertinentias. cum reus neget eas pertinere ad ecclesiam uel ad hospitale? Respondeo, ubi obscure & indeterminate aliquid proponitur, circa [2] initium iudicij, accipimus, id quod vtilius est actori. ff. de iud. si quis intentione. & ff. de uerborum obligationibus. inter stipulãtem. §. primo. & id quod nocet reo. ff. de interrogato. actio. de ætate. §. nihil. In medio litis qualiter præsumitur pro utroque. argumentum xxx. quæstione quinta, iudicantem. & infra, de testib. cum tu. In fine magis præsumo pro reo. infra, de probatio. ex literis, et infra, de fide instrum. inter dilectos. in fine. debet enim actor declarare in processu [3] de pertinẽtijs, alias non fieret executio ad uoluntatem suam. argumentum infra, de præscriptio. auditis, & infra, de spon. ex literis.

Libellus generalis an sit admittẽdus.

[2] Circa uide Ias. l. nõ est nouũ. C. de eden. l. de die. in fin. princ. qui satisda. cogan. Ale. de præsc. Reg. 3. pręsump. 44.

[3] Id est tẽpore executiõis: & fiet hæc ꝓbatio sine libelli oblatione uel lite cont. secũ dũ Inn. & Host. qui hoc notãt hic. & s. de libell. obla. ca. j. & facit qđ not. đnb. conce. §. nũc dicẽdũ. uersi. xxv. Ioã. And.

Glossa sequens quærit, & soluit.

ipſa diutius poſſediſſet. [a] Ad quæ reſpondit procurator epiſcopi, ſe nec ſcire, nec credere [b] ſupradicta ab hoſpitali poſſeſſa uel ad illud aliquatenus pertinere, quæ Cumañ. epiſcopus, utpote in ſua diœceſi cōſtituta, rōnabiliter detinebat. Cum igit̄ ad fundandā intentionem ſuam, pars utraq; teſtes [c] produceret, dictus abbas procuratorē epiſcopi, cō demnauit ad reſtitutionē omnium prædictorū: & infra. Nuper autē utriuſque partis procuratoribus comparentibus coram nobis, cauſam ipſam examinauimus diligēter: & quidem per teſtes uidebatur eſſe probatum quod Cumañ. epiſcopi nūtius, cruces hoſpitalarijs abſtulit, inhibendo ipſis ne ad ſupradictam eccleſiam uel hoſpitale redirent, & quòd epiſcopus ſupradicta omnia poſſidebat, unde ꝓcurator hoſpitalariorum petijt dictā reſtitutionis ſententiam confirmari: & infrà. Nos prioris acta iudicij recenſentes, quia nec per dicta teſtium [d], uel confeſſiones partium (cum nullæ penitus in iudicio factæ fuerint) uel etiam inſtrumenta (quæ nullatenus de ſpoliatione tractabāt) nec per euidentiam facti nobis conſtare potuerit, quòd Cumanen. epiſcopus hoſpitalarios ſpoliauerit, uel mandauerit ſpoliari, uel ſpoliationem factam ſaltem ratam habuerit: pronuntiauimus in quæſtione prædicta interdictum [e] unde ui, locum nullatenus habuiſſe, reſtitutionis ſententiam a prædicto abbate prolatam (licet pars aduerſa proponeret, quòd præſumendum eſſet pro-

[x] Poſſidebat. tamē probās de antiqua poſſeſſiōe & allegās ſe poſſidere præſumitur poſſeſſor. Panorm. hic collu. vij. Bar. d.l. ſi ue Frā. Ripa. c. ſępe. infra eo.

[a] Diutius poſſediſſet. Nunquid hoc ſolum ſufficit probare, ꝙ aliquando poſſedit, ad hoc ut poſſit reſtitui? nō. niſi probet ꝙ tunc poſſidebat [x] ff. e. ſ. de ui & ui ar. l. j. §. interdictum autē. & ſpoliationem. ſ. de offi. deleg. cōſultationibus. & ſ. e. c. olim. ubi de hoc. Secus eſt in dominio, quia ibi ſufficit ꝓbare, qđ ille a quo hēt cauſam fuit dñs, ad hoc ut habeatur pro domino. C. de proba. ſiue. & eſt ratio, quia dñium nō ita de facili perditur, ſicut poſſeſſio. ff. de acq. poſ. ſi quis vi. §. differentia.

[b] Nec credere. Per hoc enim fuit facta li. conteſ. per narrationem & reſponſionē. ſ. de lit. conteſt. c. uno arg. C. de excep. ſi quidem. & ff. de petit. hære. ſi debitor.

[c] Teſtes. Sed cum agatur hic poſſeſſorio tantum, nunquid debet probare pars altera, contra quā agebatur tantum de poſſeſſorio? Videtur qđ non: quia & quæſtio ſpoliatiōis primo tractāda eſt. ſ. e. ī literis. & c. Itē cum quis. & ca. ex conqueſtione. Dicas, ꝙ ſuper eodē poſſeſſorio poteſt ſe defendere, puta quia incontinenti deiecit [z], uel qa aduerſarij poſſidebāt ſub conditione, ſ. e. olim. Item quia inuenit uacuam poſſeſſionem & ſic poterit probare de iure ſuo. uel dum quiete poſſidebat, ſponte renūtiauit, & ſic nō cōpetit reſtitutio: ut ſ. eo. c. iij.

[z] Vel ꝙ ipſe poſſidebat eo tpe, quo aduerſarij dicebant ſe eiectos, ſecundum Gof. Ioā. And.

[d] Dicta teſtium. Nota quatuor modos cōuincēdi uel probandi. & quintus poteſt addi. ſ. uiolenta præſumptio. xxxij. q. j. dixit dominus. Ber.

Gloſſa ſequens primo reci. prin. & fi. gloſ. Io. ſ. de interdicto unde ui: ſcilicet cui detur: quia ſpoliato & ipſius uniuerſali ſucceſſori cōtra quem: quia contra eum qui ſpoliauit &c. Item contra uniuerſalem ſucceſſorem, non contra ſingulos: & in hoc differt a cōditione ex canone & officio iudicis, & condictione decre. ſæpe. & actione quod metus cauſa, & interdicto quod ui aut clam, & edicto noui operis. Secundo reci. medium quod obijcit, & ſoluit. Tertio finis q fuit B. qui obijcit, et dupliciter ſoluit.

Interdictū uñ ui, cōtra quē debet dari.

[e] Interdictum unde ui. Sic patet, ꝙ iſte procurator ineptam propoſuit petitionem. nam interdictum unde ui, nō datur niſi contra illum qui deiecit, uel mandauit, uel ratū habuit: ut hic dicitur, & ff. de ui & ui arma. cū a te. & l. iij. § procurator. & ij. quæſtione. j. notū. uel niſi cōtra illū qui rem ſcienter a deiectore recepit. j. e. ſępe. Itē dat̄ cōtra uniuerſalē ſucceſſorē. ff. de ui & ui arma. l. j. in fi. & l. iij. §. ult. & dat̄ ſucceſſori ſpoliati. ff. e. l. j. §. interdictū hoc ī fi. & ff. de teſt. ſignificauerūt. §. uñ. & in gl. ea rōne. ſed non dat̄ contra ſucceſſorē rei. ſed cōtra emptorē uel donatarium (ſecūdū leges.) ff. de ui & ui arm. cū a te. Dixerunt tñ quidā, ꝙ actione in factum pōt agi cōtra quēlibet poſſeſſorē. ff. e. l. j. §. ult. Sed illud nō eſt uerū: quia illud intelligēdum eſt de ſucceſſore uniuerſali. Vel pōt intelligi qđ tūc agi poſſet cōtra poſſeſſorem rei quando poſſidēs cauſam habet a deiectore ſuccedēdo in uitium. j. e. ſæpe. Videt̄ tamē ꝙ in rebus eccleſiaſticis poſſet agi cōtra quēlibet poſſeſſorē iij. qō. j. red integranda. & q. ij. c. ij. quaſi ꝑ totū. & ſ. de iu. quia G. & j. c. ſæpe. ar. xij. q. ij. quicunque. & xvj. q. vj. ſi epiſcopum. hoc uerū eſt, ſed non per interdictū unde ui. ſed condictione ex illo canone. iij. qō. j. reintegrāda, & iij. quæ. ij. c. ij. Itē cōueniri poteſt quilibet poſſeſſor, iudicis officio. ar. j. de ap. bonæ. uel condictione ex illa decre. j. eo. ſæpe. Sed nōne ex eo ꝙ familia iſtius fecerat uiolentiam. & ad dominū res illa peruenit, præſumendum eſt ex hoc de uoluntate domini factam fuiſſe. j. q. iiij. quia præſulatus. & j. de teſti. cōſtitutis. j. & ff. de mino. l. iiij. Sed hoc non eſt uerū: quia pōt eſſe, ꝙ dñs uacuam poſſeſſionē inuenit, & ſic intrādo uiolentiam non fecit: uñ talē rem uſucapere poterat. inſtit. de uſuca. §. quod autem. & ff. de uſuca. ſequitur. §. ſi tu me expuliſti. nec enim de facto familiæ ſuæ tenetur dominus, niſi mandauerit, uel ratum habuerit. ſed ſi ſeruus eius deiecerat, tunc tenetur inquantum ad ipſum peruenit: uel ſi nil ad ipſum peruenit, tenetur noxaliter nomine ipſius ſerui. ff. de ui & ui arma. l. j. §. ſed & ſi quis. & §. ſeq. Item ſi familia alicuius deiecit aliquem non tamen nomine domini, dominus illud non poteſt ratum habere. ff. de ui & ui arma. ſi ui me. a contrario ſenſu. ff. de nego. geſt. ſi pupilli. §. ſed & ſi ego niſi uelis dicere, ꝙ ſecundum canones ratum poſſum habere quod meo noīe non eſt geſtum. ix. q. ij. Lugduneñ. & xvj. q. j. c. ult. & j. de ijs quæ fiunt a præla. ſine cōſenſu capituli. c. iij. & ſupra de elect. quod ſicut. Itē nota quod licet interdictum unde ui, non uidetur niſi contra deiectorem, (ut dictū eſt) tamen actio quod metus cauſa, datur cōtra quemlibet poſſidentem: ut ſupra de ijs quæ ui metusve cauſa fiunt. c. abbas. & c. ad audientiam. & xvj. quæ. vj. c. j. & ff. ꝙ me. cau. ſi cum exceptione. §. aliquādo. &c.

Interdictū uñ ui, & actio ꝙ met' cauſa, differunt.

& C.eo.tit.nō interest. similiter interdictū qđ ui aut clam.ff.qđ ui aut clam.semper.in princ. similiter interdictū de noui oper.nun.ff.de no.ope.nun.l.vlt.Et no.ꝑ hāc decre.qđ à sentētia lata suꝑ possessione momētanea, appellatur cōtra illud.ij.q.vj.c. ei qui.§. de possessione.& C.de momēta.pos.l.vna & C.quo.ap.nō re. q̄squis. vnde aliud secūdū canones, & aliud secūdū leges.

f Vel dic, ꝙ leges illæ intelligūtur in possessione adipiscēda, vt in legatario, & in creditore, & scripto hærede. sed in interdicto, vnde ui bene pōt appellari: qa per talē sententiā pōt fieri p̄iudicium proprietati. C. vnde ui. si quis in tātam. & talis sententia diffinitiua appellatur supra ut lite nō cōtest. accedens.j. & s̄.de iudi. significauerunt.

f Leges. idē Pan.

sententia iudicis, qui motum a animi sui potuit ex causis aliis informare) iustitia exigēte cassantes.

Idem.

Exceptio inopiæ, de qua constat, a clerico opposita, impedit executionem sententiæ latæ in possessorio, hoc dicit comprehendendo mentem literæ, & verā lecturam.

CAP. XVI.

ij O Lim vobis dedisse meminimus in mādatis, Oueteñ. episcopū, ad debitā partis restitutionē Zamoreñ. dioece. quā tenebat, cū inde perceptis fructibus cogeretis restituere: & infrà. Verum qm̄ inanis b est actio, quam inopia debitoris excludit, Mandamus quatenus, non prius episcopū ad restitutionem fructuum compellatis, quā ipse fuerit taliter restitutus, c vt restituere possit qđ percepit prouentibus alienis.

a Motū.iiij.q.iij si testes.j̄.de testi.in nr̄a præsentia.& s̄. de renunc.in p̄sentia.& s̄.de elec. bonæ.j.& j̄. de re iudi.sicut.

O Lim vobis. violētus qui nō est soluendo, ad restitutionem fructuū non vrgetur. h.d.secundum Ioā. Andr. & licet hæc summatio sit vera in se, tamen nimis restringit terminos literę. Primo ponit querelā. Secūdo prouidet: ibi verū. Ab. Sic.

Idem abbati sanctæ Genouefæ Parisieñ.

Per excommunicationis probationem: non probatur quasi possessio iurisdictionis, licet aliquibus diebus fuerit obseruata: ideo petens restitutionem, hoc solo probato succūbit. h.d. quo ad intellectum. Io. And.

Thema. Episcopatus Oueten. & Zamoren. in Hispaniæ in archiepiscopatu Compostellano, sed exēpti secundum Alber. in rub.colu.tertia.de statu homi. Episcopus Ouetē. cū occupasset partem diœcesis Zamorens. spoliatus est à Rege legionis, & castellæ episcopatu suo: Tamē conuentus fuit ab episcopo Zamoren. ad restituendū occupata cum fructibus? Respond. papa quod nihil habens frustra conuenitur, ideo supersedendum donec reus sit restitutus. Non ergo agebatur de violenta spoliatione per reum facta nec de eius dolo: alioquin nihilominus puniri potuisset.

b Inanis.ff. de dolo. nam is, qui nihil habet, eius periculo nil est. g ff. de fur. itaque fullo. & infra de vsur.cum tu.

g Seneca. xiiij. ad Lucillum Etiam in obsessa via paupi pax est. Ouid. de nuce Cur. timeā? tutū carpit inanis iter. Ioan. And.

c Restitutus. Quia alius ipsum priuauerat eadem parte. unde super ea non poterat conueniri quousq; ipse fuerit restitutus: ut iij.q. j.episcopi. hoc tamē inconueniens uidetur, ut spoliatus repellatur per talē exceptionem: quia spoliator est ab alio spoliatus: unde signat contrarium ff. de ui & ui ar. cū à te. ubi dicitur, ꝙ contra primum deiectorē agi potest & non contra secūdū, h licet ipse ab alio sit deiectus, sed dic qđ tūc agi potest contra eū. cū ipse est soluendo, vel in illo, uel in æquiualentiā. j̄. ut lit.pē.ecclesia ij. nā nullus casus excusat latronem. C.đ fur. subtracto. & ita patet, quod spoliator habet interdictum unde ui, si ipse ab alio spolietur. s̄. eod. in literis.ff.de ui & ui ar. l.j. §. quia me. & hic. Itē ecclesia illius, non debet puniri propter delictū istius. xvj.q.vj. si episcopū. Et ideo cum alias non sit soluendo, non potest agere Zamoreñ. contra Oueteñ. qa cū spoliatus fuerit à rege episcopatu suo, non pt̄ restituere quod de fructibus alienis p̄ceperat, donec restituat. ideo dicit inanis est actio. ideo etiā dicit non compellatis ipsū restituere priusquā ipse taliter fuerit restitutus. Ber.

h Et hæc rōne p̄do dep̄datus, agit cōtra prædonē. & hæc est ratio quare sibi cōpetit īterdictum & non actiō furti, secūdū Host. q̄ hic no. ꝙ dixi. s̄. ca. in literis super versi. p̄do. Io. And.

CAP. XVII.

iij O Lim inter te pro abbatia tua: & Parisieñ. episcopum nomine Parisieñ. ecclesiæ, super possessione iuris parochialis d in parochia de monte, quæstione suborta: & infrà. Nos attendentes, quòd (ex eo solo, quòd populus prædictæ parochiæ, timore e sententiæ suæ per aliquot dies abstinuit à diuinis) nullam in eos iuris parochialis possessionem idem episcopus fuerit assecutus, nec fuerit aliquo modo probatum, quòd (eo tempore quo sententiam ipse protulerit) possessionem in ipsis iuris parochialis haberet, vel prius etiam habuisset, restitutionem ei adiudicare de iure nequiuimus, cùm ipsum non constiterit spoliatum.

Idem in concilio generali.

Recipiens scienter rem inuasam à spoliatore, tenetur eam spoliato restituere, licet nō probet dominium.

O Lim inter. Per excōmunicationē aliquibus diebus obseruatā, in obseruantes non acquiritur iuris parochialis possessio. h.d. secundum Io. And. Prima pars decise ponit factum & processum. Secunda diffinit ibi, nos attendentes Ab.

d Parochialis. Et ita possessorium potest intentari, circa res incorporales. sic supra de causa possess. cum ecclesia.

e Timore sententiæ. Sed nunquid perdit possessionem qui timore deuictus abstinet se ab illa. ff. de acq. poss. possideri. §. si quis nunciet. & l. clam possidere. §. qui ad nundinas? Item nonne ex eo quod quis paret mandato alicuius gerit se pro subdito eius? ut infra de cap. mona. dilectus. §. cumque pars. ibi, se uocatum fuisse. & in glo. & infra de iis quæ fiunt à ma. par. cap. ex ore. §. quia vero. quia facit ea quæ alij subditi faciunt. xx. q. j. quem progenitus? Sed dic quod

CAP. XVIII.

SAepe cõtingit, quòd spoliatus p spoliatorẽ in aliũ re translata, (dũ aduersus possessorẽ nõ subuenitur [a] per restitutionis beneficiũ spoliato) cõmodo possessionis amisso propter difficultatẽ probationũ, iuris † ꝓprietatis amittit effectũ. Vñ non obstãte iur. ciuilis rigore, [b] sancimus vt si quis de cætero scienter [c] rẽ talẽ receperit, cùm spoliatori quasi succedat in vitium, [d] (eò quòd non multum intersit quò ad periculũ animæ, iniustè detinere, [e] ac inuadere alienũ) contra possessorẽ huiusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

Gregorius ix. episcopo Lucañ.

Occupans certum locum, in quo quis iura liberè poßidebat, si per ipsius occupationem non potest possessor suæ iura liberè poßidere sicut prius, conueniri potest possessorio pro libertate poßidendi: & restitutio fieri non potest, nisi dimittat locum in pristina libertate. hoc dicit valde singulariter.

CAP. XIX.

PIsanis ac Lucanis ciuibus per grauem discordiam (quandiu inter se habuerant) afflictis grauiter & attritis: & infrà. P. subdiacono nostro dedimus in mandatis, vt possessionem (quã in quibusdam castris constat [f] Lucanã ecclesiam habuisse) sibi prius plenè ac liberè sicut tẽpore motæ discordiæ habuerat restituta, [g] & super ea de qua dubietas oriretur, sufficienti [h] cautione recepta, quod iuri coram nobis prædicti Pisani parerent, prolatas pro occupatione castrorum ipsorum, in eos sententias relaxaret: & infrà. Pisanis igitur asserentibus, quòd per te stabat quo minus tibi iuxta mandatum nostrum fieret restitutio, & instanter petentibus vt dictas sententias præfatus sub-

talis timor non priuat ipsum possessione, quia nõ facit hoc animo obediendi, sed potius deliberãdi, quod sibi expediat. non enim gerit se quis pro obediente, si hoc non faciat animo obediendi. ff. de acqui. hær. pro hærede. Item ea ratione, qua quis ex timore facit, iam non dicitur facere. ſ. de reg. iur. qui ex timore. Nota timorem excommunicationis æquiparari metui qui cadit in constantem virum vnde non præiudicat. Item in tali dubio tutius [1] est abstinere. Item excõmunicatio nõ dat iurisdictionem, nec per hoc acquirit possessionẽ, qui sic excommunicat. B. cũ ipse tunc nõ possideat: vt hic dicit.

SAepe cõtingit. Spoliatus restitutionem petit ab illo qui scienter rẽ à spoliatore recepit. Primo ponit factum corrigẽdum. Secundo corrigit: ibi, vnde. Abb.

Gloss. sequens repetit iã dicta suprà eod. cum ad sedem. in glos. pen.

[a] Non subuenit. Verum est, qđ spoliato non subuenitur per interdictũ vnde ui secundum canones. nisi contra illum qui deiecit. uel mandauit, uel ratum habuit. ſ. eod. cum ad sedem. in fin. [2] ff. de ui & ui ar. cũ à te. & l. j. §. deiecisse. & §. sequẽ. sed subuenitur iudicis officio contra quemlibet possessorem. ar. ſ. de iudi. quia G. & ſ. de appel. bonæ. [3] & de condictione ex canone redintegranda. iij. q. j. semper subuenitur, siue dolo, siue ui, siue metu, siue alio modo rẽ perdidisset: licet actio de dolo detur tantum contra dolum facientem. [4] quod met. cauſ. si cum exceptione. §. aliquando. similiter actio. quod ui aut clam. l. sẽper. j. responso.

[b] Rigore. Illius legis. ff. de ui & ui ar. cum à te. & ita secundum canones rigor iuris ciuilis, non est seruandus. ſ. titu. proxi. c. j. & nimia subtilitas iuris quandoque perniciosa est. C. ad Trebel. l. pe. & ſ. de iudi. dilecti. & xlix. distin. hinc etenim. §. paruo. in uer. sæpe.

[c] Scienter. Sic ergo solus ille potest conueniri condictione ex canone isto, qui sciẽter recipit rẽ alienã. sic. ſ. de iudi. quia G. sed si ignorãter recipit, cõueniatur condictione ex illo canone. iij. q. j. redintegrãda. sed non intelligas quod hic dicitur. cũ quis alienat rẽ litigiosam, vel de qua timetur fieri controuersia, quia si alienat res litigiosa, nulla est alienatio. C. de liti. l. ij. & ſ. vt lit. pen. c. iij. si aũt alienat rẽ non litigiosam sed de qua speratur litigium, tenetur ad interesse, id est, quanti interest illius rem alienatam nõ esse. ff. de alie. iudi. mu. causa fac. l. j. De hoc tractatur. ſ. de alie. iud. mu. causa fa. c. j. vbi de hoc.

[d] In uitium. Quia uitium rei, sequitur omnem possessorẽ. C. de acq. pos. vitia. & facto auctoris successio dãnat hæredis. j. qõ. j. cito turpem. & ſ. de pe. in quibusdã. & ſ. de immu. ec. aduersus. in fi.

[e] Detinere iniuste. Not. q iura pro eodem reputãt auferre & detinere iniuste vt hic, & xlvij. disti. sicut. versi. proprium. in glos. etiam violenter. & xlij. dist. §. quomodo etiam. in gl. aliena. similiter auferre & nõ dare. xvj. q. j. decimæ. versi. decimæ. in gl. inuadunt. [5] Ar. cõtra. xij. qõe ij. & si illi i prin. sed illud intelligitur tempore necessitatis: in quo omnia dicuntur esse communia. Ber.

PIsanis. Si mandat restitutionem fieri sub certo modo, necesse est non solum in facto sed etiam in modo pareri, aliter nõ valet quod agitur. Ita communiter summatur. Sed ego sũmo sic: Mandatum factum de non restituẽda libera possessione alcui⁹ rei, si non potest adimpleri respectu possessionis rei, quia nõ cõstat de ipsius spoliatione: debet adimpleri respectu libertatis possidẽdi, si de ipsa spoliatione libertatis constat. & est casus valde no. Primo ponit querelam episcopi Lucani. Secundo expressa causa diffinit: ibi porro. Et secundũ Hosti. decre. ista continet commissionem processuũ, iniustam appellationem, primi mandati interpretationem, & iniusti processus retractationem. Casus literalis ponitur varijs modis. Ab. Sic.

[f] Constat. Scilicet per euidentiam facti, cum esset notorium episcopum ibi possessionem habuisse. sic. ſ. eo. cum ad sedem. ad fi. nec poterat aliqua tergiuersatione celari, & sic notorium erat. infra. de coha. cle. & mu. c. vlt. super illa possessione de qua dubietas esset, cautio præstatur.

[g] Restituta. Quia hæc offensa erat notoria per confessionẽ partis aduersæ, & ideo satisfactio debuit præcedere. c. ex parte. ad fi. ibi in secundo. de verb. sign.

[h] Sufficienti cautione. Simile. ſ. de seque. pos. c. j. in fi. ſ. de verb. sig. c. ex parte. sufficiens cautio erit, si pignora, vel fideiussores dentur. [6] ff. man. si mandato. §. vlt. & ff. de fideicom. liber. l. ergo. §. addici.

[1] Quia bonarũ mentiũ &c. v. dist. ad eius. & de obse. ieiu. c. ij. hac cõsideratiõe dicũt Inn. & Host. q si ex deuotione & in reuerẽtiã ecclesiastici neruio obediuissẽt licet non animo deliberandi: nõ habuisset episcopus possessionẽ. xxiiij. q. v. ex cõmunicatorũ. no. autem hic Host. q titubans nõ haberetur pro cõsentiẽte. C. de cond. ind. l. fin. Ioan. And.

† Alias, ius ꝓprietatis amittit effectũ.

[2] Hoc teneas, licet ibi videat notasse cõtrarium in gl. penul. Ioã. And.

[3] Bonæ. ibi in innouatis appellatione pendente. Panor.

[4] Vnde dixit Inn. c. redintegranda intelligi, cũ ille cõtra quẽ agitur

dolum vel violẽtiam commisit circa rem illam arg. de ordina. cog. ca. ij. vel cũ datur libellus contra possessorẽ sub quo pot cõprehẽdi actio quo. met. cau. vt si dicat, peto restitutionẽ talis rei, q mihi p metum ablata est: vel petorẽ talẽ mihi restitui, qua fui p violentiã spoliatus, arg. C. de ann. exc. l. fi. Ioan. And.

[5] Cõcor. exc. in l. iij. §. non solũ cum glo. ff. de incẽd. rui. naufr.

[6] Dicit Phi. q sufficit illo casu iuratoria, nisi illi ualde suspecti essent q piuriũ nõ timerent. de ver. sig. ex parte, & de præsump. literas. intelligo hoc vbi de sufficienti non fuisset expressum. Ioã. And. Panor.

diaconus relaxaret, ipse receptis cautionibus de parendo iustitiæ coram nobis, sentētias relaxauit easdē: propter quod tu reputans te grauatū, ad nostrā præsentiā accessisti, impugnaturus processum subdiaconi sæpedicti: & infrà. Porrò duo in nostro continebantur mādato, vt videlicet possessio quā constabat Lucañ. ecclesiam habuisse tempore motæ discordiæ, prius restitueretur eidē: vt eiusdem possessionis restitutio, fieret plenè ac liberè, sicut eam habuerat tempore supradicto, quorum primum ad factū, alterum verò referatur ad modum. [a] vnde licet (prout pars Pisanorum dicebat) in facto mandati formam subdiaconus ipse adimplere nequiuerit, qa non poterat facere tibi restitui possessionem [b] castrorum, [c] de qua non constabat eidem quòd ecclesia fuisset in possessionem, nec etiam (secūdum quòd tuipse dicebas) affictuum & pensionum possessio poterat tibi restitui, quia ea non fueras spoliatus: fuit [d] tamen in modo peccatum: quia debuit facere vt Pisani possessionē pensionū & affictuum (quā per eorum cōfessionē constabat te in castris prædictis habere) tibi dimitterent plenè ac liberè, sicut ecclesia tua illam habuerat tempore motæ discordiæ: quod quidem esse non poterat, nisi Pisani castra ipsa omnino dimitterent: quia illis detinentibus castra, & munitiones castrorum, in quibus dictas pensiones recipis & affictus: ea plenè ac liberè [e] habere nō posses, sicut habebas quādo ipsi castra eadem minimè detinebant, eò qđ quandiu ea detinent, in eorum potestate relinquitur, te non admittere vel repellere quando velint. † His ergo diligenter auditis, processum huiusmodi de fratrum nostrorum consilio irritum [f] iudicamus.

TITVLVS XIIII.

DE DOLO ET contumacia.

Alexander iij. Herforden. episcopo.

Reus qui mittendum in possessionem ad mandatum iudicis non admisit, non mulctabitur de canonica æquitate, si intra annum caueat stare iuri. hoc dicit.

[a] Ad modum. Nota, quod cum duo mandantur principaliter, non sufficit alterum sine altero adimpleri vt hic patet. Primum fuit, ut possessio castrorum restitueretur episcopo. istud in facto consistit, hic facto opus est. Secundū vt possessionis restitutio fieret plene ac libere, sicut habebat eam tempore motæ discordiæ. & istud consistit in modo. & hęc duo sub uno includebantur, vt patet in prin. uer. ut possessionē quā, &c. sub illa forma duo mandantur. sic j. tit. prox. c. cum dilecti. & ff. de arbi. celsus. Et ita patet hic, quod si quis peccat ta in facto, quam in modo, vel in altero tātum, nō ualet quod agitur. sic. j. vt eccle. beneficia. vt nostrum. sicut etiā si quis peccat tam in personā electi, quam in modum electionis, nō valet quod agitur. supra de elect. sup eo. & ca. quia propter. Et ita est optimum arg. quod forma mandati diligēter seruanda est. supra de rescrip. cum dilecta. & s. de offi. delega. uenerabili.

[b] Possessionem. quod dicit possessionem hic cōprehendit possessionē castrorum, & possessionem iurium, quæ Lucanus episcopus habebat in castris de quibus contenditur: & sic comprehendit possessionem affictuū, & pensionum: qua possessione episcopus non fuerat spoliatus: vt j. sequitur. vnde debuit facere subdiaconus iste, quod episcopus plene ac libere posset ꝑcipere pēsiones & affictus. quod cum non fecerit, non seruauit formam sibi datam, & ideo processus nullus fuit, vt dicit in fin.

[c] Castrorum. Id est iurium quæ episcopus habebat in castris illis.

[d] Fuit tamen in modo peccatū. Hic expresse patet, qualiter peccauit in modo: quia cum ipsi Pisani confiterentur episcopum habere pensionem & affictus in castris prædictis, & ipsi ea possiderent, episcopus non habebat plenam libertatem percipiendi hic pēsionē & affictus, imo in eorū potestate erat ipsum admittere vel repellere: ut j. sequitur. ergo episcopus nō habebat plenam libertatē, quia hæc potestas pendebat ex potestate illorū. supra de procu. accedēs. vnde subdiaconus debebat cast. ista episcopo restituere: [!] qđ si non fecerit, peccauit in modo: qa & si dubitabatur de possessione castrorum, tamen de pēsionibus, & affictibus nō dubitabatur: & ita qđ consistebat in modo, certificabat id, quod respiciebat in factum & ita siue dubitabatur de possessione siue non, ex quo constabat de pensionibus & affictibus, plena ac libera debuit fieri restitutio castrorum, in quibus habebat pensiones. Ber.

[!] Dicunt Pe. & Ab. ꝙ hæc gl. turbat intellectum: quia non erat locus restitutioni sed dimissioni: quo verbo, papa hic utitur ut dixi in text. Ioā. And.

[e] Ea plene ac libere. Nota quod qui restituitur, plenam habet restitutionē in pristinam causam. ff. de vi & vi arm. l. j. §. qui autē ui deiectus. §. non solum. sic & uacua possessio non traditur emptori, si alius in ea sit causa legatorum, uel fideicommissorum. ff. de act. em. & uend. l. ij. §. vacua. quādo que fit restitutio, sed non plena. s. e. literas sed illud ꝓpter periculū animæ.

Vel dic impugnatus fuit ꝓcessus: qa post appellationē habitus. appellauit enim eṗs ne fieret absolutio, nisi præcederet libera restitutio, secundū Innoc. sed hoc est diuinare. Ioā. And.

[f] Irritum. Nota quod dicit, irritū. Et ita patet, quod iudex quando non seruat formam mādati, ipso iure irritum est quod facit sicut supra de præscrip. cum dilecta. vbi de hoc. Et per hoc apparet Pisanos absolutos non esse. sic supra de lit. contesta. cap. j. in fin.

† Hunc textum dicunt. Ab. & Felyn. hic esse singula.

DE DOLO & contumacia.

Viso de spoliatis & eiectis aduersariorum potentia videndum est nunc de fatigatis in iudicio aduersariorum dolo & contumacia, secundum G. vel continua sic secundum Host. quia spoliatus quandoque dolo vel contumacia rei restitutionem consequi non potest, ideo merito subycitur hic titu. Et vtraque cōtinuatio est satis bona. De hac materia habetur iy. quæstio. y. & iy. per totum. xi. quæstio. iy. certū. reperitur in vi. & clemen. Abbas.

Ad hæc

CAP. I.



AD hæc cũ cõtingat actorẽ multoties a mittẽdũ esse in possessionem causa rei b seruandæ propter absentiam partis aduersæ, & per eius dolum, siue potentiam, non possit rẽ custodiendã c nancisci, d ac imminẽte fine anni, reus (ne possessionẽ amittat) debitam offerat cautionẽ: cuiusmodi sit pœna mulctãdus, q̃a iussioni nõ paruit iudicis, à nobis tua fraternitas requisiuit. Ad quod respõdemus, quòd in ecclesiasticis personis & negotiis rigor e & districtio iuris nõ requiritur, sed cũ iustitia ꝓpter hoc nõ periclitatur, f patiẽter admitti debet, cùm reus per cautionem stãdi iudicio se adstringit.

Idem abbati de Ramese, & archidiacono Helien.

Veritatis est uerbum organo dominicæ uocis emissum: & infra. Sicut canonici Curien. in nostro auditorio [c] retulerunt [d], H. Curien. episcopus ecclesiã suã, non solũ dilapidando depræssit, sicut publica prædicabat infamia, sed etiã homicidio, incestu, alijsq; criminibus polluit: & infra. Super his cõmisimus primo causam Tridon. episcopo, & abbati montis sanctæ Mariæ, & præposito de insula: secũdo quoque Brixiensi episcopo & ipsis abbati & præposito: & infra. Verum cũ episcopus ipse priorum iudicum præsentiam adire per contumaciã [e] contẽpsisset, authoritate nostra fuit per ipsos iudices ab officio beneficioq; suspẽsus: & j. Tandem uero corã iudicibus [f] canonica citatione uocatus, pñtiam suã difficulter exhibuit: sed friuolam tũc excusationẽ, malitia cõcepta prætendẽs, experiri [g] cum canonicis in iure neglexit [h]: qua de causa, nos de consi. fra. no. suspẽdentes episcopũ ipsum, uel potius suspensionẽ a iudicibus factã authoritate apo. cõfirmãtes, tertio super his Cumano epo & abbati scti A. causam ad superandã malitiã [i] ipsius episcopi commisimus audiendã: qui partibus citatis cũ nec per se, nec per responsalem idoneum cõparuerit in eundem propter inobedientiam excommunicationis [k] sententiam protulerũt, testes ex parte uestra (quẽadmodũ in mãdatis a nobis acceperant) admittentes scilicet abbates, priores præpositos, & alios religiosos uiros: per quos quemlibet articulum criminum prædictorum † cõstat fuisse probatum [l]: & infra. Nos igitur ui-

Verit‍atis est uerbum. Legitur quo ad rationem decidẽdi pluribus modis. sed cõiter sumat sic: Si agit de crimine in modũ denũtiationis cõtra reum cõtumacẽ, possunt recipi testes: & ferri diffinitiua sententia.h.d. Diuiditur. Nã primo posuit denuntiationẽ criminum episcopi Curien. & tres delegationes super ea successiue factas & delegatorũ processus. Secũdo eũ deponit, & per ipsum alienata reuocat. secunda ibi, nos igitur. Abb.

c Auditorio Si.ff. si certum pet. lecta est. Nam auditorium est locus ubi causæ tractantur.

d Retulerunt. In modum denuntiationis. ij.q. vij. quapropter. sicut patet in inte ra.

e Per contumaciam. Not. quod per solam contumaciã potest etiam quis suspendi ab officio & beneficio, cũ papa confirmat eam, quia corã primis non cõparuit.

f Iudicibus. Secundi scilicet.

g Experiri. Id est, defendere. sic s.de iudi.c.j.

h Neglexit. Et sic nec coram primis, nec coram secundis fuit lis contest. & tamẽ lata fuit sententia diffinitiua, ut j. sequitur.

i Malitiam. s.c.prox. ubi de hoc. & c. prout Ber.

k Excommunicationis sententiam. cum iam esset suspensus. & ita crescente cõtumacia crescere debet & pœna. s.ut lit. non contest. quoniã. in fi. & ff. de pœn. l. relegati.

Glossa seq. esset coniungenda gl. decret. prout. supra eo. illa procedit in ciuili, ista in criminali. Et recitari potest per modũ quæstionis, qualiter in criminalibus procedatur contra contumaces. & dicit gl. quod secũdũ l. aut lis non est contestata aut est, primo casu & c. Io. an. Secundum canonistas ponit opinio. Hug. qui nõ curabat contest. sed solum an liqueret, necne. demum opinio modernorum qui distinguũt an sit lis contest. necne. contra quos opponitur de hac decre. in qua procedit super crimine lite nõ cõtest. Finis gl. dat tres solutiones, sed primã reprobat: ex principio tolle quartã. Illa quæ est in fi. glo. habet quod propter irregularitatẽ iste fuit depositus, & nõ propter delicta præterita.

l Probatum. Hic patet, quod lite nõ contesta. recipiuntur testes, & ita nõ solum recipiũtur, ubi agitur de electione prælati: ut s.ut lite nõ conte. quoniam. §. porro. sed etiã ubi agit de destitutione [2] ad id facit j. de cler. nõ resi. ex tuæ. & iij.q. iij. decernimus. & hoc ideo est, quia periculosa est mora utrinq;, quia utilitas ecclesiæ utroq; casu impeditur. Secundũ leges de crimine nunquã [3] procedit contra absentẽ lit. non conte. nisi in casu cõtra apparitorẽ. C. de pœ. ne diu. Pro contumacia uero annotãtur bona, & expectatur

C per

[1] Dicit Inn. quod in contrario agitur de electione nõ confirmata & electo non consecrato. sed iste consecratus erat & appellasset uel nõ pessimũ erat quod alius intraret locum eius, si de iure erat eps. j. de cõce. pre. c. j. & arguit per hoc Inno. sniã latã in matrimonio spirituali, nõ transire in rem iudicatã sicut nec in carnali. de re iud. lator. Ioan. And.

Auditorium quid sit.

† Nil dicit de articulo dilapidationis, unde cum non cõstet eũ fuisse notorie pdigum, non est mirũ si alienata per eũ ante inhibitionem teneant.

[2] Destitutione. & hoc uerũ ubi principaliter agitur ad destitutionem, quia accusatio intentat ciuiliter. Pan.

[3] Nunq. idẽ Pan. cõtra bar. uide Cepolã causa crimin. cõsil. xlj. cons. xlvj. cum seq. Hier. Gratum, cõsi. xcviij. li. j. cõs. lxxj. lib. ij. dixi ad Alex. cõsi. li vj. Lite non cõtestata, an possit de crimine procedi contra absentẽ.

per annū, & postea deuoluuntur ad fiscum:nec super bonis auditur, sed super crimine:ut C.de requi.reis.l. ij.Si autem lis contest.& † liquet de causa, in maioribus criminibus nunquā proceditur contra absentē, imo audit quandoq; uenerit. ff.de requir.reis annus. sed ibi de contest. litis nihil dicitur, sed ita intelligunt doctores. Sed i minoribus quæ pœnā relegationis, uel damnū æstimationis continent: bene proceditur contra absentem.ff.de pœ.absentē. §.potest quis. & in glo. ad relegationē. sed accusator semper debet esse presens. fallit in hoc casu. C.de adult.quāuis. ubi proceditur cōtra reū, absente accusatore.H.distinguebat an liqueat de causa, uel nō, si liquet de crimine uel pōt liquere, cōdemnatur absens. & sic itellexit iiij. q.v.quisquis.& xxiiij. quæst.iij.de illicita.§.de conuentione.& secundum hoc posses intelligere, quod hic dicitur,& j.qui fi.sint legit.perlatum. hic bene liquebat de crimine absentis per contumaciam, & ita nō esset aliquod cōtrarium secundum canones.Et si nō liquet de crimine,tūc excōicatur reus. & sic intellexit xj.q. iij.rursus.& c.quicūq;.nec distinguebat an sit lis contestata uel non. Verum moderni doctores dicunt, ꝙ nunquam est procedendum cōtra absentē lite non conte.& intelligūt illud c.decernimus. cū lis erat cōtest.sed si lis non est contest. uel si est conte.& nō liquet de causa,tūc locū habet.xj.q.iij.rursus. & c.quicunq;.& ita contradicūt huic decr. quia hic lis non fuit contest.& tñ fert sñīa cōtra absentē de crimine, nec expectatur per annum, & testes recepti fuerant. Qualiter ergo intelligitur quod hic dicit, ita ꝙ non cōtradicāt causa prædicta? Potest dici, ꝙ recepti sunt testes de speciali mādato dñi papæ, qui habet potestatem ēt s.ius. j.de concess.præben. proposuit. §.licet aūt.& ipse idē tulit sñīam depositionis. Vñ factū suū ad consequentiam trahi non debet:imo secundum ꝙ ipse iudicat,& alij debēt iudicare.j. de rei iud.in causis.Vel melius † dicas, ꝙ c.decernimus, & c.rursus. & c.quicunq;. loquuntur ubi directe agitur de crimine in modum actionis:& ideo intelliguntur lit.cont. licet ex litera non colligatur. sed ca.istud loquitur in alio casu,cum agitur de crimine in modū denuntiationis seu inquisitionis. Nā canonici Curieñ.denunciauerunt hæc crimina domino papæ, de quibus publica infamia laborabat episcopus iste, ut dicitur in princ.ut bene colligitur ex antiqua decre.& ita bene possunt testes recipi, & ferri sententia contra contumacem.s.ut lit.non conte.quoniā.§.sunt & alij.& j. de accu.qualiter & quādo.ij.§.debet. & plus est etiā hic, quia deponitur in modum inquisitionis propter homicidium, cum alias in modum inquisitionis non debeat quis deponi.j de accu inquisitionis.j.responso. & quia celebrauerat excommunicatus, pp quod solum potuit deponi.xj.q.iij.si quis presbyter.

† Alias, nec.

† Melius. hæc uera in se & cōmunis. Panorm.

dentes ordinē iudiciariū, in hoc facto fuisse seruatū considerato præte ea ꝙ post sententias in se datas celebrare præsumpserit: cū multi prælati ecclesiarum, contra eundē episcopum scripserint, nec unus pro eo defendēdo [a] uel aliquatenus excusando:in nomine domini cum apostolo omnem inobedientiam ulcisci uolētes, licet absentes corpore [b] præsentes tamē spiritu, iuxta uerbum eiusdem apostoli, tulimus sententiā perpetuæ depositionis in ipsum: & eum tam a pontificali, quam ab omni officio sacerdotali priuātes, sine spe restitutionis aliqua duximus condēnandū ea nihilominus in irritū reuocantes, quæcūq; post inhibitionē [c] se.ap. seu factā suspēsionē & excōicationē, de rebus ecclesiæ alienare præsumpsit.

Idē in cōcilio generali.

Actor non admissus in possessionem sibi decretam, per iudicem causa rei seruandæ, uel ab ea expulsus per lapsum anni uerus efficitur possessor.

CAP. IX.

Contingit interdum, quòd cum actori ob cōtumaciā aduersæ partis adiudicatur (causa rei seruandę [d]) possessio, propter rei potentiā siue dolum, actor intra annum rem custodiendā nancisci

[a] Defendendo. quilibet enim admissus fuisset ad defensionē ipsius.ff.de procur. seruum quoq;. §.publice.sed hoc uerū est ad allegādas causas absentiæ, sed nō ad causam:quia in criminibus nō † interuenit ꝓcurator, si agat directe. j. de acc. ueniens.ff.de public. iudi.l.pe. §.ad crimen. sed cum hic nō ageret directe, potuit ꝓcurator interuenire † j. de accu. super his. & s.de procu.tuæ. s.eod. cum dilecti.

[b] Absentes corpore. sic ij. quæstio.j. de manifesta.

[c] Inhibitionē. Sic j.de despō.imp.ad dissoluēdum. j.de nou. oper. nun.cū ex iniūcto. si. s.de offi.deleg.uenerabilis. & j.de accu. cap.ultim.

† Goffre. cōtra, cū ad depositionē ageret: licet per inquisitionem. Idē Host. j. de acc. inquisitionis: ut ibi dicam super gl.ij. Ioā. And.

Contingit. Primo ponit casum qnq; cōtingentem. Secundo prouidet: ibi, ne igitur. Abb.

Gloss. seq. reci. per q.an.missus in possessionem prædialē possideat? & distinguit realem a personali, et in reali differt lex a canone, in personali In fi. instruit iudicē ne festinet, & ut summatim examinet.

[d] Causa rei seruandæ. Secundum legistas improprie dicitur, causa rei seruādæ, ubi quis conuenit actione reali, in quo casu est statim uerus possessor secūdum eos. C.de præscrip.xxx.uel xl.an. si quis emptionis. §.pe.& in gl.possessor. sed commutabiliter:quia reus ueniēs intra annū eā recuperat secundū formā iuris. s.ut lite non cōtest.qm. §.in alijs.& ibi est ar.pro hac opinione i uerbo, recuperet, sed illud exponit ibi. Secundum iura canonum proprie dicitur causa rei seruādæ, quia ante annū nō est uerus possessor, sȝ custos potius. j.rit.proxi.capitu.ult. & s.de offi.ord.pastoralis.uersic.ueruntamē. In personali uero actione secundum oēs, proprie dicitur causa rei seruandæ, siue causa custodiæ. talis.n.custos est, & non possessor.ff. de acqui.poss.possideri. §.ult.& l.si quis ante. §.deniq;.nec tūc eiicit primus possessor de possessione.ff. de dam.infe.si finita.§.si quis aūt.& ff.ut in pos.le.is cui.j. respon. sed tantummodo secundum decretum eiicit primū possessorem. ff.de dam.infec.si finita.§. ubi autem.& ita uterq; erit in possessione, diuerso tamen respectu possessor ergo colet agrum, & colliget fructus:sed alter eos custodiet ne disipentur ab isto. ff.ut in pos.le.is cui. §.qui legatorū. In reali actione secus:ut dicitur in ult.notula huius ca. Tamen iudex non multum festinabit ad missionem in possessionē, quia si reus probauit iustam causam absentiæ, restituet.ff de dam.infe.si finita. §.si forte.uel forte ipso iure.ff.de priuil.credi.imperatores. & j.de re iudic. cum Bertholdus. Summatim examinabit ergo iudex negotiū, antequā mittat alterā partium in possessionem.s.ut lit.non cōtest.quoniā frequēter. §.si uero. & C.de bo.autho.iudi.pos authen.& qui iurat.

Possessor uer' an efficiatur, ꝙ ex primo decreto i possessionem mittitur.

nō pōt [a], vel acquisitá amittit: & sic (cú secúdum multorū assertioné verus non efficeret post lapsum anni possessor) reportet cōmodum de sua malitia reus. Ne igitur contumax melioris [b], quá obediés conditionis existat: de canonica æqtate sancimus, vt in casu præmisso actor [c] verus constituatur [d] (elapso anno) possessor.

Grego. ix. archiepiscopo Burdeg.

Si reus non inuenitur, sufficit publicè citationem ad ecclesiam suam proponi.

CAP. X.

[a] Non potest. contra istū qui non admittit alium in possessionem, plura remedia sunt prodita, quæ enumerantur. s. vt lit. non contest. tuæ. & dicit Io. [1] ꝙ si per annum steterit in excōmunicatione, perdit possessionem. ar. xj. q. iij. rursus. & c. quicunq; sed hoc nō credo, ꝙ ex vi excōmunicationis ꝑdat possessionem, sed ex eo ꝙ non admittit illū ad possessionem beneficio huius constitutionis: & c. illa non loquuntur in causa ciuili, sed c. rursus. loquitur in criminali. & c. quicunq; loquitur cū de crimine [2] agitur, siue ciuiliter, siue criminaliter. & sic non tangūt istū casum, sed secūdū hoc contingeret, ꝙ efficeret possessor ille, qui non fuit missus in possessioné, nec pronunciatus mitti. duæ. n. sunt pœnæ procedendi contra contumaces, vna per missioné in possessionem, alia per excommunicationé, vbi vna tantum imponitur, alia nō inducitur, nisi expresse imponatur: imo cū una non timetur: tunc demum alia imponatur. vt s. vt lit. nō cōtest. quoniam frequenter. in fi.

[1] Hic. sed in præd. decre. no. ꝙ perdit causam. & vide qđ ibi dixi. Ioā. And.

[2] Crimine. idē Pa.

[b] Melioris. non enim melior debet esse conditio illorum qui delinquūt, quam eorum qui obediunt. ff. de do. inter vir. & vxo. l. iij. § j & s. de postu. præ ad hæc. versi. nos &c. & stulti nō debēt esse melioris conditionis, quam periti. ff. quod vi aut clam l. seruus. & xvj. q. j. legi epistolam. in prin. & ff. de noxa. l non solum.

[c] Actor verus. Idē videtur fuisse statutū per leges, in personali actione: vt si per aduersariú impedior possidere, ꝙ nihilominus ꝓ possessore debeor haberi, ac si possideré. ff de bo. autho. iud. poss. quamuis. Sed si per alium impedior. ille tenetur mihi ad interesse. ff. quibus ex cau. in poss. ea. l. pe. Et hoc si soluendo fuerit, alias intelligor possidere. ff. de eo per quem fac. erit. l. vl. j. resp. & ff. de do l. & eleganter. §. si dolo.

Glossa sequens habet quatuor partes. prima recit. per quæstioné per lapsum anni ipso iure, an per sententiam quis fiat possessor? & quòd ipso iure, alleg. duo iura: & duo similia. In contrarium alleg. decre. & l. qui statim respondet Demum soluit distinguendo reales à personalibus. Secundò quærit quid de spiritualibus, vt si petatur ecclesia. Respondet distinguendo. Tertiò tractat an missus in poss. vtatur fructibus. & dicit quòd sic post secundum decretū. post primum non, excepit tres casus. Quartò quærit an missus in possessionem &c. soluit quod secundum canones &c. aliter secundum leges in real.

[d] Constituat, non determinatur hic, an ipso iure per lapsum anni constituatur verus possessor: an per senté tiā iudicis. & videtur expressum ꝙ ipso iure anno elapso sit verus possessor. s. de off. ord. pastoralis. versi. veruntamen. & j. ti. prox. c. j. & est simile: quia transcursus anni priuát aliqué stipēdio suo, si tanto tépore steterit excōmunicatus. xj. q. iij. rursus. & trāscursus anni constituit aliqué hæreticum. j. de hæret. excōmunicamus. §. qui aūt. Sed contra videtur: quia post annū impetratur secundū decre. j. ti. prox. c. j. in glo. habeatis. & ff. de dā. infect. si finita. §. Iulianus. Sed illud loquitur in personali actione. Ad hoc dicas, ꝙ in realibus actionibus non habet locū secūdū decretum, nec est necesse, sed solū trāscursus anni facit aliqué possessoré: vt in decr. pastoralis. nisi quis ad cautelá [3] impetret illud: sed in personalibus actionibus necesse habet impetrare secundū decretū: qa alias intelligiť nō possidere. j. de proba. ex literis. & sic non pscriberet. Sed hoc nō obtineret, vniformiter in omnibus: quia in causa noxali & in causa dāni infecti secūdū decretū cōstituit aliqué dnm, si reus erat dñs: sed si nō erat dñs, cōstituit verū possessoré, & dat ei cām pscribēdi. siue vsucapiēdi. ff. de dā. inf. si finita. §. Iul. & ff. de acq. poss. possideri. in fi. & ff. đ noxa. & generaliter. sed in aliis personalibus secundum decretū constituit aliqué possessoré: vt s. vt li. non cōtesta. quonia. in fi. secundu intellectū qué posuit ibi Io. in hoc. i. vt exoneret ab onere ꝓbādi debitum: sed non pscribit: qa qñcūq; dñs offert debitū, restituet ei res sua: nisi directa sit authorita e iudicis: vt C. de distrac. pig. si prius quā. Alium intellectum diximus ibi. Sed nunquid idē iuris est in spiritualibus causis (vt petať ecclesia vel præbēda ab aliquo, & reus intra annum non compareat) vt post annum actor verus sit possessor, & sic præscribat ecclesiā vel pbēdā cū actor nunquā institutus fuit forte in ecclesia? Dico [4] ꝙ si petať ecclesia tanquā ꝓprietas vel aliud spirituale, elapso anno verus est possessor, & præscribere pôt. j. ti. ꝓxi. c. si vero petat ecclesia tanquā beneficiū, siue pbenda, non habet ibi locū pscriptio: qa titulus nō pscribiť. sola. n. possessio non facit aliqué decurioné, sed canonica electio. ff. de decu. Herēnius. arg. j. de insti. ex frequētibus. Qui. n. dicit se prælatum ecclesiæ vel canonicum, non prodest probare pscriptioné, nisi ostendat titulum, siue libellum suæ ordinationis. ij. q. j. legum. & j. de pbend. dilecto. & s. de procura. ex insinuatione. nec obstat. j. de iu. patr. cura. qa pscribiť ibi ecclesia tāquā ꝓprietas, vt dixi, non tāquā platura. nunquā. n. secundum iura canonica ꝑ secundum decre. datur ius præscribendi, nisi adsit bona fides: vt j. de præscrip. vigilanti. & c. fi. sed cum aliquis mittitur in possessioné beneficij, q nullum titulum habet, nunquam pôt habere bona fidé: & ideo non præscribit: qa in huiusmodi spiritualibus bona fides & iustus titulus requiruntur. j. de præscrip. si diligēti. Quid ergo operatur secundum decre. in huiusmodi spiritualibus? Forte ut possit uti fructibus. & ut possit præscribere contra omné agenté, si haberet boná fidé, & aliquem titulum: non tamé præscribit ius prælature vel præbendæ, sed præscribit cōtra agēté tantum [5]. Hodie uero ille, qui agit cōtra alium possessoré super dignitate, personatu, uel beneficio ecclesiastico obtinēdo, non debet mitti in possessioné caus. rei seruādæ ꝑꝑ contumaciá partis aduersæ: ne ꝑ hoc ad eam ingressus pateat vitiosus, sed in eo casu lite non conte. liceat iudici negotium terminare: vt j. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. eum qui. lib. vj. Et illud scias: qa missus in possessionem ex primo decreto, non vtiť fructibus: imo eos conseruare debet, vt ipse restituat eos cū ipsa re, si intra annū reus recuperat possessioné. j. de sequest. c. ij. si non recuperat ré suá intra annū in actione reali, habebit omnes fructus vsq; ad li. conte. postea sup ꝓprietate auditur, si postea agere voluerit, qui per possessionem amisit Et quod ex primo decreto non vtatur fructibus, probať. ff. q. ex cau. in poss. ea. Fulcinius. in prin.

[3] Dicunt quidā & male hāc cautelā esse damnosā: de quo vide in Spe. de secund. decre. §. vidēt. versi. hoc quoque. Ioan.

[4] Dico. idē Pan.

[5] Tantū. decem annis, licet beneficiū non acquirat. Pan. hic Phil. Dec. consi. cxxj. ad fin. vbi dixi.

Possessor verus an efficiať ꝑ lapsum anni missus in possessionem.

sed post secūdū decretū vtitur fructibus.ff. vt in possess.l.is cui.§.qui legatorū.in fi.secus tñ est in petitione hæreditatis:vbi quis propter nimiā contumaciā cōsequitur fructus.ff.qui.ex cau.in pos.ea. Fulcinius.§.vlt.Similiter cū venter mittitur in possessionē,vtitur fructibus. ff.de ven.in poss.mit.l.j.§.j.& ff. si mulier vē.no.in pos. calū. causa esse di. l.i.§. interesse.Similiter cū impubes ex carboniāo edicto mittit in possessionē. ff.de carbo.edicto. sed si is.§.ij.Itē qd dices, si missus in possessionē ex primo decreto,eiiciat an possit petere restitutionē?Videtur ꝙ nō,ꝑcipue secūdū iura canonica,cū nō possideat sed tātum custodiā habeat:vt s̃.dictum est:quia non sufficit ꝓbare deiectionē:nisi probet possessionē,vt s̃.de offic.dele.cōsultationibus.& s̃.de resti.spol.olim.vnde nō posset agere vti possidetis. ff. vti pos.si duo.§. creditores.Sed dicas, ꝙ pōt petere restitutionē cōditionaliter ex illa.l.C.de p̄to.pigno.l.vlti.secūdū illos q dicūt, ꝙ statim est verus possessor,saltem in actione reali : quia non uidetur quæstio. cum habeat veram possessionem, licet commutabilem.

[a] Vt quia dixit se nō venturum vt ibi nota.ad ꝙ facit de sen. excōmu. c. venerabilibus.§.secus. lib. vj. Ioan. And.

[a] De hoc in Spe. de pri. decreto.§.iā de effectu. vers.ʒ qd si nullus. Quid si iudex tractat de misso contra nō legitime citatum, de misso aūt contra reū cui cō petebat exceptio, vide post Inno. s̃.de dilat. c.ij. in magna glo.versi. vel dic melius. Ioan. And.

Venerabilis frater N. & infrà. Volētes finē [a] imponi litibus, ne immortales existāt: Mādamꝰ quatenus ad initiū proximè [b] venturæ quadragesimæ (quod tibi peremptoriū terminū duximus assignādū) super iure primatiæ, qd Bituriceñ. archiepiscopus in te ac in prouincia tua se habere proponit per te vel ꝑ procuratorē [c] idoneū sufficienter [d] instructum ad litem contestandā, & ad alia omnia negotia peragenda, quæ necessaria decisioni negotij videbuntur, nostro te conspectui repræsentes. Nos verò nihilominus archidiacono Transuigen. & magistro M. canonico Turonensi, dedimus in mandatis, vt & ipsi ad eundem terminum authoritate nostra, iuxta præmissam formam te peremptorie citare procurent: & si non poteris inueniri, faciant vt citationis edictū, per ipsos vel alios [e] apud ecclesiam [f] tuā publicè proponatur.

Venerabilis. Diuiditur. nā primo ponit duplicē citandi formā. Primam quā facit iudex per literas. Secundā quam cōmittit alteri faciendā. Et de facto huius decre. habetur in c.fi.de maio. & obe. & latius in c.fi.de dilationibus. Abb.Sic.

[a] Finem imponi litibus.sic.s̃.eo.finem.& s̃.de ꝓcura.constitutis.& C.de agri.& cen.lib.xj.& C. de iud. properandū.in prin.& ideo vsq; ad triennium restringuntur lites secūdum leges: ut in prædicta.l. properādum.ne immortales existant,ut ibi dicitur.Secūdum iura canonica non finitur instātia iudicij elapso triennio.s̃.de iudi.venerabilis.

[b] Proxime. & si hoc non fuisset appositum, de proxima intelligeretur.ff.de verbo.oblig.eum qui calendis.in prin.Bern.

Procurator an possit interuenire,ī causa status.

[c] Procuratorē.melius dixisset actorem:quia hæc erat causa vniuersitatis.s̃.de syndi.c.j.ff.de mu. & ho.munerū.§.defensores.in glo.eliguntur.ff.ꝙ cuiusq; vniuer.itē eorū.§.actor.Et mirū est,ꝙ interuenit procurator in hoc casu, cū agatur causa status:contra id ꝙ habes.ij.q.vj.si qñ.Dic ꝙ si aliquis petit aliquē in seruum,potest agere per procuratorē.liiij.dist.frequens in glos.actores.Is autem de cuius statu agitur,si est in possessione libertatis, potest se defendere ꝑ procuratorē.C.de asser.tol.l.j.in prin.si aūt sit in possessione. seruitutis,& proclamet etiam ad libertatem,nō aget per procuratorē:vt in l.prædicta. Nec obstat huic distinctioni.ff.de proc.non solū.§.si statur.quæ dicit,ꝙ in causa status potest interuenire procurator,siue ex seruitute proclamet in libertatē,siue ex libertate petatur in seruitutē.loquitur.n. in procuratore procuratoris ad peculiaria negotia.ff.de procu.l.seruū quoque.in prin. Bern.

[d] Sufficienter instructū. Sufficiens dicitur, qui ad agēdum & defendēdū & respondēdū constitutus est legitime. de hoc dictum est s̃.de procu.c.j. & c.accedens.& c. mandato.

Citationes ꝑquos fiant.

[e] Alias. ex forma rescripti hic defert alijs, cum tantū factum demandetur. s̃.de off.dele.c vlt. in fi. Vel dic,quod possunt citare per se vel per nuntios suos. fiunt enim citationes vel per nūcios,vel per epistolam,vel per edicta, quæ in publico ꝓponūtur.intelligūtur enim citare ipsi quādo per alios citant.arg.ff.de cōst. pe l.& licet.

[f] Ecclesiā.sic ergo debet citari,qui ꝑsonaliter nō inuenit.s̃.e.causā quæ. vbi satis dicitur de hac materia. Sed qd fiet,si reus non veniat, & iudices impediti etiā si venissent, procedere nō potuissent:nūquid tenebitur saltē ad expēsas? Videtur ꝙ sic:quia cōtumax est.aduocati.n.non est contēnere authoritatē prætoris. ff. de iu. si qs ex aliena. & ff.de re iud.cōtumacia.nec prodesse videtur,si casu processus iudicis impeditur,sicuti si facto fecerit,non videtur obtēperare uolūtati.ff.de cōdi.& demon.l.ij. in fi.certus enim casus debet esse,ad hoc ut nō veniat arg.ff.de bo.pos.secū: ū tab.l.j.ver. scientiam aūt. & licet mea non intersit: teneor tñ uenire.ff. si qs cau.si eum.in prin.arg.contra.ff.si quis cau.l.ij.§.si quis in iudicio [g] .in fi.& ff.si quis in ius vo.non ie.l.ij.in fi. quia nihil interest actoris reū non venisse:vt ibi.ff.de iu.non uidetur.& ff.de pecu.eo tempore.& ff.de arb. si cum dies.§.si arbiter.versi.sed si in aliquem.Et hoc verum est,quod non tenetur uenire.

Cōtumax non punitur,quādo iudex impeditur.

[g] Judice vel altero ex litigatoribus impedito,dies iudicij differtur, Io.And,

TITVLVS XV.

DE EO QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM CAVSA REI SERVANDÆ.

Alexand. tertius priori & fratribus de Guiseburch.

Missus in possessionē ex primò decreto in reali, per lapsum anni ueram & incommutabilem illius rei possessionem acquirit: licet passus missionem, habuerit intra annum uoluntatem cautionem præstandi, quā tamen nō deduxit ad effectum suo defectu.h.d. secundum uerum intellectum.

DE EO QVI MITTITVR &c.

Quia per contumaciam sæpe peruenitur ad missionem in possessionē:ideo congrue post præcedentē,ista annectitur.Et quamuis in rubro fiat duntaxat mentio de eo qui mittitur in possessionē causa rei seruādæ,tamen in nigro tractat etiam de interpositione secundi decreti, per quod transfertur vera possessio vt in c.i.Ex quo collige,quod nigrum quandoque est generalius rubro.concordat de offi.deleg.c.i.lib.vi. referendo rubrum ad.c.fi.eo.ti.Abb.Sicu.

Nigrum quādoque est generaliꝰ rubro.

Cou-

COnstitutis. Actor missus in possessionem post annum efficitur uerus possessor, licet reus intra annum cautionem præstare uoluerit. h.d. Primo narrat factum. Secundo interloquitur: ibi, ideoque. Abbas Sicul.

Glossa sequens in princip. format duas quæstiones: prima quid si passus missionem non ualet propter impotentiam præstare cautionem? Respon. quòd ei non imputabitur. Secundo cui sit præstanda hæc cautio? Respon. quod parti. hoc uerum in districtu iudicij, & gloss. sequens. Panor.

CAP. I.



COnstitutis in præsentia nostra R. canonico uestro, & responsalibus præpositi de Beril. super possessione ecclesiæ de Lamēto (in quam causa rei seruādæ [a] fueratis inducti) hincinde fuit corā nobis aliquandiu disputatū: tandē ex utriusq; partis assertione [b] tenuimus, quòd licet causa rei seruādæ tantum in eiusdē ecclesiæ possessionem inducti fueritis, intra annum tamē altera pars standi iuri nō prestitit cautionē, licet uoluntatē [c] præstandi habuerit, & uos eam parati [d] recipere fuissetis. Ideoque decernimus, ut ammodo possessionem præscriptæ ecclesiæ (saluo iure [e] quod idem præpositus in petenda ecclesia habere dignoscitur) absque contradictione qualibet habeatis [f] Vt autem nostræ diffinitionis sententia inuiolabiliter obseruetur, eam apostolico duximus patrocinio roborandam.

Cle. iij. episcopo & archi. Eboracen.

Tempus annale non currit, missionem passo, si intra illud cautionem iudicibus, uel alteri eorum alijs absentibus obtulit: licet per eos, seu per eum, recepta non fuerit. Et est casus notabilis secundū hunc intellectū.

CAP. II.

CVm accepimus sicut inter P. subdecanū, & abbatissam & cōuentū sanctæ Trinitatis super ecclesia de Capit. quæstio uerteretē: de Taurino & de Corinth. abbates, ac archid. Chima. a se. ap. delegati, moniales ipsas rei seruandæ causa in possessionē rei petitæ [g] miserunt. unde cū hoc ad subdecani notitiā peruenisset: ad archid. prædictū accessit: & offerens ei sistendi iudicio cautionē (quoniam abbas de Corinth. profectus erat in Angliā, & Abbas Taurineñ. uiam fuerat uniuersæ carnis ingressus) possessionē intra annum sibi resignari cum instātia postulauit, sed nō [h] potuit obtinere: & īfra.

[a] Seruandæ. Super possessionē super qua agebatur tanquam super proprietate, secus si agatur super beneficio uel dignitate. j in concil. Lugd. eo. titu. eum qui. libro vj.

[b] Assertione. C. si per uim uel alio modo. l. ij. & ita p confessiones partiū cōstitit de meritis causæ: & ideo ex confessione proceditur ad sententiam. supra de trās. præterea. ij. §. respondemus. & s. de restit. spol. cū ad sedē. ad fi. [1] qa confessas in iure, pro iudicato habetur, j. de confes. cū super. & c. sequen. & C. de confess. l. una.

[1] Cōcor. l. certū. §. sed an ipsos. & ibi Bart. ff. de confes.

[c] Voluntatem. Nō tamen studiosam seu cum effectu, quia per eum stetit, & non per iudicem, uel per aduersarium: alias si stetisset per iudicem uel partem aduersam, non imputaretur ei. j. e. c. proximo & si iudicē habere nō potest, coram publicis & honestis personis debet cautionē offerre ac præstare, ut postea non currat annalis præscriptio: ut s. de offic. or. pastoralis. in fi. & infra e. cum uenissent. Item est arg. hic, q uoluntas sola non sufficit sine effectu. j. de re iudi. cum aliquibus. & ff. de constitu. pecu. promissor. §. constituto. ff. de re iudic. l. iiij. §. ait prætor. & lxxxvj. dist. nō satis. & ff. quib. mo. pig. uel hypo. sol. l. sicut. §. si uoluntate argu. contra. xxxij. q. v. nec solo. & c. qui uiderit. de pœ. distin. j. c. quisquis. §. si quis cum telo. xiiij. q. v. si quid inuenisti. Sol. ubi de necessitate opus est facto, non sufficit uoluntas, si factum adimpleri potest, alias uoluntas reputatur pro facto: ut in capi. non satis. Vel aliter ubi quis habet uoluntatem faciendi bonū: sufficit sola uoluntas si non potest facere illud [2] sed uoluntatem habet malefaciendi, & per eum non stat, puta quia procedatur ad actum exteriorem, ei imputatur [3] de pœ. distin. j. si quis cum telo, & in pluribus. ll. ibidem. alias sola uoluntas nō imputatur, quia cogitationis pœnam nemo meretur. de pœ. distin. j. capitu. cogitatio.

Voluntas an reputetur pro facto.

[2] Xlv. distin. duæ sunt. Seneca. xxxiiij. ad lucil. Magna pars bonitatis est uelle fieri bonū Ioā. And.

[3] Hiero. ad Cellantiā dicit: quantū ad prædicti rōnem ptinet: nocuit qui nocere disposuit. Ioan. An.

[d] Parati. si uero nō fuissent parati, eā recipere nō noceret preposito argu. ff. de lege. commisso. si fundus. in fin. §. in commissoria. uel si eam præstare nō posset, nō imputareē ei: qa inanis est actio & cætera. ff. de dolo, nam is. & supra de resti. spoli. olim ij. & infra de sol. Odoardus. præstat ergo quā potest. scilicet, iuratoriam [4] j. de don. inter uirum & uxo. & de do. post di. rest. per uestras. §. fin. & C. de epis. & cler. authen. generaliter. & in auth. ut nulli iudi. §. si uero col. ix. sed illud protestetē. j. de ap. c ult. Itē habes hic, qd parti præstanda est cautio ista, qd est uerū: & ideo si nō potest iudex haberi, præstetur parti. Et iudici etiam potest præstari parte absente. j eo c. ij. & iij. & s. de offic. ord. pastoralis. Si autē neuter pōt inueniri, præstabitē alicui honestæ personæ, quæ recipiat cautionē noīe aduersarij. sic. j. de cōuer. coniu. c. ult.

[4] Obliget etiam ipsam rē quā recuperat, qd pōt. posset ēt obligare se ad pœnā pecuniariā. de psump. literas. uersi. quo circa. uel priuationis beneficij. de ele. cū dilecti. ad fi. secū dum Hos. Ioan. An.

[e] Saluo iure. Super proprietate. sic s. ut li. non conte. quoniam. §. quod si. in fi. & supra de do. & contu. prout in fin.

[f] Habeatis. hic sumitur argu. quod secundum decretum necessarium sit in reali actione. sed ideo datum fuit secūdum decretum, quia dubitabatur super cautione, an intra annum præstita fuisset, & ideo reuocabatur in dubium inter partes. & de hoc satis dictum est. supra titu. proxi. contingit.

CVm sicut. Si non stetit per reum quo minus caueret intra annum, actor per lapsum anni non efficiē uerus possessor. Diuidiē, nā in prima facti narratio. In secūda, causæ cōmissio: ibi, discretioni. Abb.

[g] Rei petitæ. sic. s. ut lit. non contest. quoniam. §. in alijs. & j. eo. c. ult. C de ijs qui ad eccle. confu. præsenti. §. cum autem,

[h] Sed nō potuit, sed nec debuit, cum plures fuissent

 iudi.

Discre. uestræ mandamus quatenus si est ita, sistendi iudicio ab eo cautione re cepta [2], ei possessioné restitui faciatis: nec obstare uolumus, quod annus elapsus esse proponitur, si per eum non steterit [b], quo minus intra annũ & possessioné receperit, & dederit cautionem.

Inno. iij. Vrb. & Senago señ. episcopis.

Si passus mißionem, repetens poßeßionem, allegat se cõtumacem non fuisse, restituitur in pristinum statum præstita cautione, & dilata condemnatione expensarum, quam euitat, si postea constiterit eũ non fuisse contumacem.

CAP. III.

CVm uenissent ad ap. se. abbas sancti Angeli, & P. gal. idẽ P. proposuit, quòd prædictus abbas eũ super quadã posses sione coram Ioan. ap. sed legato traxit iu causam: & infra. Verum legatus ipse, causam cõmisit iudicibus, secundũ ius & bonam terræ cõsuetudinẽ [†] terminandam: qui cum secundum ius tantum uellent procedere, præfatus P. nostram audiẽtiam appel lauit: sed iudices nihilominus partem aduersam, in possessionem rerum petitarum inducendam causa custodiæ [c] decreuerunt, ita quòd si usque ad annũ & diẽ præstaret sistẽdi iudicio cautionẽ, & parti alteri xxx. libras restitueret [d] pro expensis, reciperet possessionẽ eandẽ. Cũq; G. se. apo. le. intra annum fuisset terrã illã ingressus, ipse cautionẽ standi iuri obtulit [e] coram eo, & possessionem sibi restitui postulauit, paratus expensas restituere factas in lite: quæ vj. librarum summam (sicut asserit non excedunt: sed abbas xxx. librarum sibi restitui petijt quantitatẽ: & infra. Nos igitur ipsum P. cautione [f] præstita, in possessionẽ credimus reducendũ: hoc etiam decernentes, ut si cõsuetudinem quàm allegat, laudabilem esse cõstiterit (quia ex hoc sequitur eum rationabiliter [g] appellasse) ad restituendas expensas, nullatenus cõpellatur: alioqui (cum ex hoc appareat eum frustratoriè appellasse) ad re-

iudices, ipse solus restitutionẽ dare nõ poterat, quia solus non habebat iurisdictionem. s. de offi. dele. causam matrimonij. & c. vno delegatorum. & ij. q. vj. c. ei qui. §. item si plures. ar. cõtra: quia cum res esset tempore peritura, archid. poterat se intromittere. sic apparet in tutoribus ff. de admin. tu. tutor qui §. j. [1] Sꝫ non est uerum, ut dictum est, cũ non haberet iurisdictionem: poterat tamẽ cautionẽ recipere ab ipso, nomine aduersarij, nõ tanquã iudex: sed tanquã honesta [2] persona, & sic non curreret tẽpus supra de offi. ord. pastoralis. §. uerũtamẽ. de hac cautione dictũ est i ,px. c. s. eo.

[2] Recepta. & ita quod nõ potuit facere primo, modo facere debet, ut possessionem recuperet. si. j. c. j. sic etiam si ad terminũ uenire, aut etiã soluere no potuisti, non tñ post terminum eris a solutione absolutus. s. de do. & contu. cũ dilecti. §. preterea. uer. si enim. ff. de arbi celsus. §. j.

[b] Non steterit. Not. ꝙ si per me non stat, quo minus faciam quod debeo, non est mihi imputãdum. sic s. de rescrip. si aũt. & ca. plerunq; §. j. ibi, postquam copiam. & s. ut li. nõ conte. quoniã. circa. prin. & j. de ap. ex isinuatiõe, ibi, absq; damno. & ij. q. vj. anteriorũ. §. ad hoc. & j. de ap. ex ratione. argu. contra. s. c. proxi. sed ibi uoluit solũ modo, sed non cum effectu, & uoluntas ibi stetit in suis terminis. hic uero uoluit & obtulit, sed defuit qui reciperet, & absente illo qui fuit causa custodiæ in possessionem missus ex causa necessaria possessio restitui non debet. j. de uerbo. signi. dilecto.

CVm uenissent. Si reus contra quem facta est missio in possessionem, doceat se contumacem nõ fuisse, non condemnabitur ad expensas. Primo ponit factum coram Papa narratum querelæ uel appellationis remedio. Secundo dat iudices: ibi, nos igitur. Abbas Sicu.

[c] Causa custodiæ Ar. quod non sit possessor, sed tantum custos. sic j. eo. c. proxi.

[d] Restitueret. Hic male pronunciauerunt, quia primo debuit de expẽsis constare, saltem per iuramentum. C. de iudi. sancimus [4] prætermissa taxatione. s. de procu. constitutis. & hic in fine dicit, quas abbatem cõstiterit propter hoc fecisse. unde perperã processit, quia non debuit condẽnare eum ad uoluntatẽ abbatis. unde Papa nõ stat illi condẽnationi. Præterea condemnatio expensarum debet fieri tempore præstandæ cautionis quo recuperat possessionẽ. s. ut lit. nõ contes quoniã. §. in alijs. & j. de sequestra. cap. j. & hic in fin.

[e] Obtulit. per hãc obligationem cautionis interrũpit præscriptionẽ annalẽ. s. de offi. ordi. pastoralis. in fi. & s. c. prox. Et per hoc uidetur renunciasse appellationi, & ratã habuisse sententiã iudicum illorum, ex quo acquieuit illi. arg. s. de offi. deleg. gratum. & j. de testi. cum uenissent. & arg. ff. de iud. l. uerum. & ff. rẽ ra. ha. l. iij. §. falsus. sed contra innuit, l. ꝙ Papa mãdat inquiri de appellatione, quare ꝑ hoc nõ intelligit renuntiasse. Dicas, [4] ex quo aduersarius noluit recipere cautionẽ, & restituere posses sionẽ, statim licuit ei prosequi appellationem: & ita cũ per eum non steterit quin dedisset cautionẽ, & recepisset possessionẽ, sed potius per aduersarium & per iudicem, ei circa possessionem recuperandã obesse nõ debet: ut supra ca. proxi. Quid ergo profuit ei appellatio? Multum profuit, quia si appellatio sua fuit legitima: non condemnabitur in expensis. si non fuit legitima, condemnabitur in expensis tantum necessarius quas propter hoc constiterit abbatem fecisse, ut dicit in fin. si tamen non appellasset, simpliciter restituisset expensas.

[f] Cautione. sufficienti. infra, de sequestra. capitu. j. in fin.

[g] Rationabiliter. Cum hic Papa iubeat inquiri de appellatione: patet quod non recessit ab ea per oblationem cautionis: sed hoc fuit culpa aduersarij, qui eam noluit recipere quod profuit huic appellanti in hoc, quia non condemnabitur in expensis, si legitime appellauit: & sic tutius fuisset illi, accepisse moderatas expensas.

[1] In tutoribus loquntur: quorũ officiũ q-libet exercet insolidũ: ne utilitas ꝑsonæ cui dati sunt impediat. ff. de admin. tu. l. si plures. delegati uero simpliciter dati unus sine reliquo nihil potest s. de offi. deleg. prudẽtiã. Io. And.

[2] Honesta. idem Panor.

[†] Infero ꝙ consuetudo terræ liget clericos, [?] cõis ex ꝑmiscua. Bal. col. ij Pan. not. ij. hic.

[3] Ibi iudex æstimat expẽsas, & de illis diffinit post iuramentum. Ioã. And.

Præscriptio annalis interrũpitur per oblationẽ cautionis

[4] Dicas, idem Pã. hic Rom. sing. cl. Pely. c. capitulũ. col. xiij. de rescrip. Phi. Dec. cap. gratũ. col. iij. ubi in annot. dixi. de offi. deleg.

Illarum. Et etiam ad eas quas fecit in rebus, quarũ possessionem tenebat conseruandis: etiã si non expediebat facere illas: dum tamen credebat expedire ff. de bo. aut. iud. pos. prætor ait. §. qđ ait prætor. alias generale est, vt nõ sufficiat credere & expedire, nisi in veritate expediat. ff. de nego. gest. sed an vltro. §. j. in fi. vtiliter enim debet cœptum esse negotiũ, licet non spectemus euẽtũ: vt hic dicit.

Sufficit enim hoc casu, ꝙ nõ sit in dolo & de hoc in Spe. de secũdo decreto. §. iuxta versi. quid si actor. Ioan. And.

stitutionẽ cogat expensarũ illarũ, quas abbatẽ cõstiterit propter hoc necessarias in lite fecisse.

Gregorius nonus.

Contra absentẽ qui non dimisit ꝓcuratorem, facta citatione domi nullo defendẽte, fit missio. h. d. supplendo ad literã, maximè, vt dicitur in glossa. Et est verus & notabilis intellectus.

CAP. IIII.

SI aduersarius tuus post citationis edictum, ad remota loca se transferens, procuratorẽ legitimum non dimisit, & denunciatione publicè facta domi, non apparet, qui defendat eundem: Iure petere potes, vt in possessionem earum terrarum, de quibus quæstio vertitur, causa custodiæ inducaris.

Necessarias. Necessariæ expẽsæ dicuntur impensæ sine quibus deterior eẽt res, si nõ fierẽt aut etiã periret. ff. de verbo. sign. impensæ. & ff. de pig. actio. si necessarias & ff. de impen. in re. do. fa. impensæ. & duabus legibus seq. de hoc dictum est s̃. titu. prox. ca. finem litibus.

SI aduersarius. Si reus citatus se absentat, nec ꝓcurator nec alius eũ defendit: mittitᷣ actor in possessionẽ rei petitæ causa custodię. hoc dicit inhærendo literæ, ꝙ reus fuit prius ꝑsonaliter citatus, & postea se absentauit. Primo ponit thema ex quo quæstio. Secundo solutio: ibi, iure petere Abbas Siculus.

TITVLVS XVI.

VT LITE PENDENTE, NIHIL innouetur.

Glossa sequens dat duos intellectus ad textum.

Citationis. Hoc ideo dicit: quia si ante citationẽ, & non in fraudem se absentaret, nõ daretur restitutio possessionis contra ipsum: licet præsens vellet: probare spoliationem possessionem. s̃. de offi. deleg. consultationibus. sed missio in possessionem causa custodiæ, nihilominus fieri debet. & ita quod dixit post citationis edictum idem intelligo etiam ante citationẽ quia debet dimittere procuratorem, quia ad loca remota se trãstulerit. De hoc dictũ fuit s̃ de offi. deleg. consultationibus. vnde supple hic maxime.

Supple. idem Pan.

Domi. Sic s̃. de dolo & contu. causam quæ. vbi de hoc. & c. venerabili. & ff. ex qui. cau. maio. item ait. §. hoc autem. & l. seq. & infra, de cleric. nõ resid. ex tuæ. Bernard.

Qui defendat eundem. Ergo si apparet qui defendat eundẽ, audiẽdus est. ff. de procur. seruum quoq; §. publice. & l. absens. & C. eodẽ. exigẽdi. præstita satisdatione: vt in l. exigendi. & ff. de in ius voc. neq;. §. qui in ius. & ille qui defendit, id facere debet, quod dominus in lite faceret, & caueret idoneæ, i. iudicatũ solui. ff. de procura. sed & hæ personæ. §. defendere & appellare tenetur, si contra ipsum pronuntiabitur. supra, de procurato. non iniuste. & infra, de appellatio. si iustus. ff. de negotiis gestis. liberto. §. vltimo. & ita quilibet tenetur mittere procuratorẽ, qualitercunq; sit absens, & alias requisitis amicis & facta denunciatione, si non defenditur, proceditur contra ipsum: vt hic dicit, & ff. ex quib. cau. maio item ait prætor. §. vl. & l. seq. & s̃. de do. & contu. causam quæ.

VT LITE PENDENTE. nihil innouetur.

Alexan. iij. Eboraceñ. archiepiscopo.

Priuilegium etiam à principe impetratum, per quod priuatur quis sine causa cognitione, lite pendente vsu possessionis, tanquam subreptitium non ualet seu tanquam rationi obuiũ est reuocandum.

CAP. I.



Memoria nostra nõ excidit: & infrà. Statuimus, vt literæ ꝓhibitionis nr̃æ quas ad petitionẽ archiepiscopi Cantuarieñ. t. f. direxim⁹, nullũ ꝑiudiciũ faciũt, quo minus tibi & successoribus tuis liberũ sit (quemadmodum vobis est beneficio priuilegiorũ apo. se. indultum, & tu & ꝑdecessores tui consueuistis facere) ante vos per totã

Visum est suprà de quadã innouatione, q̃ fit cõtra absentes contumaces: quia fit mißio in poßeßionẽ quãdocunq; ꝓceditur ad excõmunicationẽ, vel ad sententiam diffinitiuã. Sed ne crederet aliquis, qđ eodem modo circa statum causæ ꝓcedẽtis posset aliquid innouari, vt mutatio fiat circa statum eorũ: ideo ãnectitur hic titulus. Et nota, qđ hic titulus formatur negatiue, ex quo infertur, quòd regulariter lite pẽdente nihil est innouandum. Quando autem dicatur lis pẽdere, quo ad materiam huius tituli, vide textum notab. in clemẽ. j. eodem titulo. & ibi gloss. & xi. q. i. cap. vlt. & xvi. qõ. iij. volumus. Abbas Siculus.

Scilicet Thomæ. Illius qui gratissim⁹ erat Alex. iij. quia cõtra principem suum sollicitabat abolitionem regaliorũ vt tetigi. j. đ instit. c. ex frequentibus.



Memoria nostra. Lite pendente, reus commodo possessionis suæ priuari non debet. Primo decise ponit querelam. Secundo prouidet: ibi, statuimus. Abbas Siculus.

Literæ prohibitionis. Eboracensis archiepiscopus ex priuilegio apost. sed. faciebat crucem portare ante se per totam Angliam. Papa ad petitionem Cantuarieñ. archiepiscopi prohibuit ei per literas suas, ne hoc faceret donec cognosceretur, an hoc faceret de iure, sed quia papa priuauerat illum sine causæ cognitione, dicebat archiepiscopus Eboracensis, quod non debuit prohiberi ante causæ cognitionem. Vnde papa statuit, quod non obstante illa vel aliqua prohibitione faciat ante se portare crucem per totam Angliam quousque constiterit, an de iure hoc facere debeat. Abbas Siculus.

Nota, quod lite pendente, non est alicui auferenda possessio. Bernard.

Præiudicium. Et ita quod illicite factũ est, potest licite reuocari. xxv. q. ix. quod quis commisit. & cap. sententiam Romanæ sedis. & sapientis est reuocare, quod praue fecit xxij q. iiij. magnę. ff. de re iudicata. quod iussit etiam errorem suum quilibet emẽdare tenetur. infrà, de ac. qualiter & quando. j. J. de sen. excõ.

facro.§.si vero.& de ap.cū cessant.& in auth.de nup. circa prin.p vnā colūnā.col.iiij.Ex quo papa reuocat ꝙ iniuste fecit:multo fortius & alij hoc facere debēt: imo & quod bene factū est,si incipiat esse occasio mali,destruēdū est.lxiij.di.c. qa sancta.§.verum.& xij.q.j. certe ego sum.

Angliā deferre crucē, a quousque diffinitiua sententia decernatur, an ecclesia tua de iure b hoc debeat habere.

a Crucē deferre. No.quod incorporalia possidēt, vel quasi possident, vt hic: & lxxxiij.dist. qsquis.& in gl.possidere.& s. de cau. poss.& ,pprie.cum ecclesia.§.nos igit in fi.& j.de pscrip. si diligēti.circa mediū.ff.d vsuc.l.iiij. §.si viā.ff.de acqui rē.re.domi. seruus §.j.Itē patet, qd lite pēdēte nō debet qs priuari sua possessione.xvj.q.ij.j. volumus.& j.d priui.dudū. & C.de pbat.l.ij.& C. de rei vē.l.vlt.& in auth. in medio litis sacras iussiones non fieri.§.illud quoq; col.viij.& ff.d pet. hæred. diuus Pius. & viij.q.iiij. nōne. & j. tit.prox.c.ij.& per totum.nisi alias suspectus esset de dilapidatione iij.q.ij.quia ea.& j.de simon. licet Heli.& ff.qui satisd.cog.si fideiussor.§.vlti.& j.titu.proxi.c.ij.& iij.& ij.q.vj.quoties.ij.

† Alias, Cęlestinus iij.

Clemens † tertius.

Accusatus de adulterio ad separationem thori, non debet lite pendente priuari † possessione coniugali.

† Io. Fabr.l.appellatione. col.j.C.de appella. Floria. l.alienationes.nu.4. fam.ercis. Philip. Frāc.c.Romana. §. quod si obijciant. de appell. in vj. Alexan. cōsi. xcix.nu.5. ubi dixi, lib.v.limitat Alexā. cōs.cl.col. fin.lib.iij.

CAP. II.

LAudabilē: & infrà. Quæris qñ matrimoniū accusare contingit, an statim sit carnale commercium suspendendum: & infrà. Ad quod breuiter respondemus, quòd cōiugū alteruter accusatus, ante probatam c † accusationem, iure quod habet in altero, priuari non possit.

b De iure. No. ꝙ quatuor patriarchales sedes, vbiq; possunt crucē ante se portare præterquā in vrbe Romana, vel in psentia papę, vel ipsius, s. papę legati. j.d priuil.antiqua.alij vero nō, nisi in ,puincia sua:& nisi hoc alicui p priuilegiū speciale sit cōcessum:vt hic dicit.& ita ꝙ dicit, d iure.i.de priuilegio speciali:& hoc iure cognoscitur qualiter fuerit cōcessum, verum per surreptionē & in præiudiciū alterius vel non.quia sic nō debet valere.arg.supra de vsu pallij.ex tuarum. & supra, de off.ordin.licet.& ff.ne quid in loco publico. leg.ij.§.si quis à principe. quia in præiudicium alterius, dari non debet priuilegiū:vt in dicto.§. si quis à principe.& supra, de consuetudin.cum olim.

Patriarchæ quatuor crucē ante se vbique ferre possūt.

LAudabilem. Lite pendente super coniugio, non interdicitur coniugibus carnale commercium. h.d. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio: ibi, ad quod. Abbas Sic.

Gloss. sequens alleg. xij. concord. s. v. decre. iiij. cā. et ij. ll. demū signat contraria, remittit, & soluit.

c Probatam. s.de off.deleg.causam matrimonij.j.de diuor.porro.& s.de rest.spo.ex conquestione.& viij.q.iiij.nōne.& xvij.dist.§.hinc etiam. & xvj.q.iiij.volumus.& xv.q.vlt.c.vlt.& s.de in integ.rest. cum venissent.& s.c.proxi.& C.de rei ven. res alienas.& C. de prob.l.ij.C.delib.cau.nō ideo ar.contra.j.de re iudi.tenor.Sol.ibi,& j.de reg.veniens. Itē arg.cōtra s.de rest.spo.literas.ad fi.Vnde non fuit plena restitutio, sed id, ideo est:quia habebat incontinenti probationes, nec sunt cōtraria : quia ibi agitur possessorio, hic non. vnde non debet alteruter priuari &c.ille tamen qui conscius est impedimēti, non debet exigere, nec reddere:vt in decre.literas. Bern.

† Quæ ,p uocat in libertatem: si non probat, possessor in possessione tuebitur. Ioā. And.

ECclesia.Hæc decre.& sequēs de eodē facto loquūtur:& aliqua ponunt ibi, quæ præcesserunt tempore aliqua posita hic. Et de hoc eodem facto loquit c.ecclesia sanctæ Marię.de consti.& male potest intelligi vna sine aliis. Et ideo gl.hic ponit casum & seriē facti ad omnes tres decreta. Et si vis habere seriē facti prout contingit, ordo est, ut primo legatur ista decr. vsq; ad versic.prohibemus. secundo decr.seq.vsq; ad fi. tertio illa, s.de cōstitu. quarto iste ver.,phibemus. Et hoc ideo:qa principium huius ca. ponit principiū & originē huius negotij vsque ad versi. prohibemus.& sub illa dictione,& infra, quæ præcedit vers.prohibemus. deciditur qualiter facta alienatiōe rei litigiosæ in monasteriū, monasteriū fuit de facto spoliatum per senatorem occasiōe statuti de quo in glos.& tradita fuit possessio ecclesię sanctæ Marię.quæ etiam fuit postmodū de facto spoliata, per quendam consiliarium capitolij:& restituta fuit illa possessio de facto monasterio:qua restitutione facta, monasterium illam possessionem titulo locationis trāstulit in quendam potentem, ita ꝙ de facto haberi non poterat. Primo incepit iuridice coram papa ecclesia sanctæ Mariæ petere restitutionē contra factū illius cōsiliarij:sed quia illa possessio haberi nō poterat de facto, vt s.dixi,& multa de facto fuerūt innouata : Papa prouidit prout habetur in decr.seq.& restituit ecclesiæ sanctæ Mariæ possessiones subrogatas in locū illius seu illarum quæ haberi non poterant:post quæ petiit secundo monasteriū restitutionē illarū possessionū occasione spoliationis factæ per senatorem: & papa monasteriū restituit:ut dicitur in decr.ecclesia de cōsti.qua restitutione facta, papa timēs ne monasteriū illas possessiones subrogatas alienaret, sicut fecit de principalibus: mādauit monasterio prout dicitur in versi.prohibemus. Et ex his iuncta glo.j.habes clarissime seriem & ordinem negotij.Et hæc decre. non potest commode diuidi propter misturam facti:de qua s.Abb.

† Et sentētiā.Pa.

Inno.iij.abb.& conuentui sancti Siluestri.

Qui rē litigiosam alienauit, ita quòd rehaberi nō potest, debet æquiualētem substituere in locum illius, quam alienare non poterit. h.d. cum seq.

CAP. III.

ECclesia sanctæ Mariæ in via lata cōtra Ioā. de Ateia (qui quasdā possessiones ipsius dicebatur contra iustitiam detinere) mouit sub L. iudice q̄stionem: & infrà. Prohibemus: ne possessiones

CASVS *Ecclesia sanctæ Mariæ in via lata mouit quæstionē contra Ioannē de Ateia super quibusdā possessionibus coram L. iudice. Lite contest. idem Ioā. possessiones illas trāstulit in monasteriū sancti Siluestri. demū senator Romanus occasione cuiusdā statuti (in quo cōtinebatur, quòd si quis rē litigiosam trāsferret in aliū lite pēd. possessio auferatur possessori, & daretur petitori) spoliauit monasteriū possessionibus illis, et eas restituit ecclesiæ sanctæ Mar. postea sententia senatoris fuit reuocata : & spoliata fuit ecclesia sanctæ Mariæ, et monasterium restitutum, Lite illa pēdēte Cælestinus reuocauit causā ad præsentiā suam, nō obstante illa reuocatione, diuersæ sententiæ latæ fuerunt per senatores, quandoque*

que pro ecclesia: quandoque pro monasterio.

[a] Successerũt. hoc ideo dicit: quia possessiones super quibus contra Ioan. de Ateia mouit ecclesia quæstionẽ, monasteriũ sancti Siluestri locauerat alij locationis tit. quas monasteriũ receperat à Ioã. de Ateia lite pẽ. vt ĩ. c. proxi. & hic dicit. vnde monasteriũ: qa nõ potuit illas possessiones ruocare, alias possessiones æquales prioribus substituit in locũ illarũ. & est hic arg. ꝙ res quæ succedit in locũ alterius, eodẽ iure censet cũ illa. ar. ĩ. de vsu. cũ tu. in fi. & in gl. fin. & xciij. dist. c. vlti. & xciiij. di. c. j. & ff. de le. iij. l. fideicõmissa. §. j. si rem suã. ff. de le. ij. Imperator in fin. & l. seq. & ff. de do. inter vir. & vxo l. vxor marito.

[1] Ar. contra. ff. de furt. qui uas. §. vlt.

Glo. sequẽs tractat quæ sit pœna litigiosi contractus, quod sit vitiũ litigiosi, casus quibus cessat in speciali & vniuersali iudicio.

quæ successerunt [a] in locũ & ius illarum, & quas ab Ioan. de Ateia ecclesia sanctæ Mariæ petierat, in monasteriũ vestrum ab eodem Ioan. lite pendente trãslatas, alienare interim præsumatis, vt si ecclesia sanctæ Mariæ de vitio litigiosi [b] contractus, vel de proprietate voluerit experiri ne (si obtinuerit in iudicio, in vanum laboret [c] monasterio vestro minimè possidente) sit quod euincere valeat & habere.

Idem.

Idem dicit, quod in præcedẽti.

CAP. IIII.

ij Ecclesia sanctæ Mariæ: & infrà. Possessionem qua fuerat, prætermisso iuris ordine, prædicta ecclesia spoliata sibi restitui postulabat: & infrà. Nos quicquid ab aliis factũ fuit (postquã præd. N. ad curiã suã idẽ negotium reuocauit [d]) irritum decernimus & inane: & infrà, Verũ quoniã p̃fatã possessionẽ post restitutionẽ vobis factã ab Ioã. de Ateia, alij locationis titulo assignastis [e], neq; restituere poteratis [f] ecclesiæ spoliatæ: loco ipsius tantũdẽ possessionum æquiualentium, ad arbitrium bonorum virorum, ipsi ecclesiæ fecimus assignari [g], quas cùm alij fuerant pignori obligatæ, per vos liberari fecimus à creditoribus qui nobis instrumentum pignoris resigna--

Ecclesia. CASVS. *Coram Innoc. petebat ecclesia sanctæ Mariæ restitutionẽ illarũ possessionum quibus iniustè fuerat spoliata per quendã consiliariũ capitolij. pa. reuocauit in irritũ quicquid factum fuit ab alijs postquam Cælestinus reuocauit negotium ad curiã suã, & restituit ecclesiã sanctæ Mariæ. et quia possessiones illæ fuerant alij titulo locationis obligatæ post restitutionẽ à Ioanne de Ateia, nec monasterium poterat recuperare illas, vt ecclesiã restitueret præcipit papa quod monachi possessiones alias æquiualẽtes prioribus substituerent loco priorũ quod & factũ fuit arbitrio bonorũ uirorum, & illæ substitutæ erant pignori obligatæ. pa. fecit illas liberari à creditoribus, qui domino pa. instrumenta pignoris reddiderunt. Demum petijt monasterium restitutionem illarum possessionum contra sententiam senatoris, & Inno. ipsum restituit circa sententiam illam, præcipiens, vt possessiones illæ substitutæ non debeant alienari, ut si ecclesia illa uoluerit agere de proprietate uel de uitio litigiosi contractus, sit quod euincere ualeat & habere.*

[b] Litigiosi. Pœna litigiosi contractus est, ꝙ emptor sciens rẽ litigiosam, pretiũ amittat, & rẽ restituat, non vt cedat lucro alienatori, sed pretiũ & alia tanta quãtitas ab eo qui alienauit dabit fisco. Ignorans, pretiũ recuperat à vẽditore, & tertiã partẽ pretij: quia ei nõ manifestauit rẽ litigiosam fuisse. Et eodẽ modo punitur dator & donatarius sciens vel ignorans, secundũ quod traditur. C. de litig. l. vlt. Vitium litigij dicitur, cũ quis rẽ litigiosam in iudiciũ deductã, de cuius dominio mouetur quæstio inter actorẽ, & reũ transfert in aliũ lite pẽ. siue sint res, siue actiones [2]. C. de liti. l. ult. in prin. & in auth. ibi posita. Tamẽ in aliquibus casibus qui ponunt in ipsa lege, põt res litigiosa alienari, s. nomine dotis, donationis ante nup. transactionis, & diuisionis rerũ hæreditariarũ factæ, uel per legati, uel per fideicõmissi causam: & hæc locũ habẽt in specialibus iudiciis. In uniuersalibus uero cũ agit de hæreditate, prætor permittit qñq; fieri alienationẽ, s. pro impensis funeris, pro solutione debiti pro cibariis familiæ. ff. de pet. hę. diuus. Et ita ecclesia sanctæ Mariæ poterat agere de uitio litigiosi cõtractus, contra Io. de Ateia, qui transtulit possessiones illas in monasterium lite pen. ad pœnam, & ad ipsam rem contra monasterium: ut in l. prædicta. C. de litig. l. vlt.

[c] Laboret. Sed qualiter potest hoc esse, ꝙ in uanũ sit talis actio, cũ si monasteriũ offerat se liti, condemnabitur in expensis ac si possideret. ff. de rei ven. is qui se. & ff. de pe. hę. qui se liti. & cũ dolus pro possessione habeat ff de re. iu. parẽ. Dic ꝙ cessant illę leges in ecclesiasticis negotiis, ne delictũ ꝑsonæ &c. xvj. q. vj. si episcopum. Laur.

[d] Reuocauit. Tanquam à non suo iudice factũ: quia senatores non debuerunt postea se intromittere. s̃. de offi. dele. licet. & ij. q. j. nomen. iij. q. vj. multum stupeo. ar. cõtra. s̃. de offi. ord. significauit. sed illud ideo fuit: quia delegatus non procedebat, & altera pars remanebat in manifesto delicto.

[e] Assignastis. Et sic monasterium incidit in vitiũ litigiosi contractus: vt s̃. proxi. vt Io. fecit. unde ne monasterium conueniretur de uitio litigiosi contractus, Papa æquiualentes possessiones fecit illis substitui: & ita non præiudicatur ecclesiæ sanctæ Mariæ: cum monasterium paratum sit suscipere iudiciũ in re æquiualenti. si. ff. de alie iudi. mu. causa fact. quia etiam. in fine. & officio suo inflixit eis hanc pœnam: & merito quia dolo desiit possidere monasteriũ. dolus enim facit eum haberi pro possessore. ff. de rei uend. qui in petitorio [3]. & ff. ad exhib. Iulianus. j. respon.

[f] Poteratis. Quia forte conductores potentes erant.

[g] Assignari. A monasterio: & cauere etiã debeãt, qđ non essent alij obligatæ. arg. ff. de pignoratitia actione creditor. ff. de rei vendicatione. si post acceptum.

Glossa sequens allegat concord. signat contraria & soluit.

Loquitur de re empta p maritum, ex pecunia sibi donata p cõiugẽ: ad quã cõiũx habet utilem in rem. Ioã. And.

Hostiẽ. dicit, qđ hoc habet locũ in rebus corporalibus tãtũ mobilibus & immobilib9 sed nõ in incorporalibus, nec hipothecaria actiõe. in auth. de litig. §. ad hoc. Sed nec simpliciter interdictum rei fecit rẽ litigiosam. C. & ff. de litig. l. j. Ioã. And.

[3] Vendicãs ne frustra agat, debet inquirere, an reus possideat uel dolo desierit possidere. Ioã. And.

Resi-

a Resignarunt. Eo enim ipso videtur res libera. arg. s. de pac. cũ pridẽ. §. ille ff. de le. iij. q chirographũ. ff. quæ res pi. obl. pos. l. ij. ff. de pact. l. ij. in fine. C. de solutio. pecuniæ C. de dona. l. j. C. de remis. pig. creditricẽ. ar. cõtra. s. de renun. sane. & ca. veniẽs. & ff. de pact. l. iij. vbi dicitur, quod licet pignus restituatur, non videtur remitti debitũ: sed secus est, si restituatur chirographũ, vt in primis cõcor. quia ille cui fit restitutio vtilitatẽ debet inde habere, ex chirographo nullã vtilitatẽ cõseqt, si debitũ non intelligatur remissum: sed ex pignore sic: quia põt vti pignore: unde pign⁹ sepe restituitur precario propter vtilitatẽ, sed chirographũ nunquã: & ideo debitũ quod ibi continetur, intelligit esse remissum.

b Dilectus filius. Indulgẽtia. sic ergo patet, quod lit. pẽ. priuilegiũ siue indulgẽtia super re litigiosa veritate tacita impetrata nõ tenet, nec valet sic. j. de test. causã. ij. & j. de priu. dudũ & s. e. à memoria. ar. & in auth. ĩ medio li. sacras ius. nõ fieri. §. si vero f. & §. illud quoq;. coll. viij. sic & priuilegium nõ valet tacita cõpositiõe obtẽtũ. j. de deci. ex multiplici. & priuilegiũ post sentẽtiã impetratũ super re iudicata non tenet, vel rescriptũ ad eã retractandã. C. vt lite pẽ. l. j. Itẽ nec confirmatio de re litigiosa. j. de cõsi. vti. vel inuti. ca. j. sic & res ipsa litigiosa in nullã debet trãsferri personã. xj. q. j. c. fi. qđ tamẽ fallit in casibus qui notantur. s. eo. ecclesia. & C. de lit. l. vlti.

f Si dum dicit causa impetrat pragmatica sãctio. vel qd simile: iudex illud respicere non debet: sed debet eo nõ obstante causã diffinire. Ioan. An.

runt a.

Hono. iij. Cancellario, cantori, A. canonico Parisiensi.

Lis decidenda est secundum iura existentia tempore controuersiæ, non autem secundum priuilegium impetratum lite pendente, nisi de litis pendentia mentionem faciat.

CAP. V.

Dilectus filius magister A. persona ecclesiæ de Basseuilla exposuit corã nobis, quod cũ inter predecessorẽ suũ ex parte vna, & priorẽ ac monachos de Basseuilla ex altera, super decimis noualiũ intra fines parochiæ suæ consistenciũ, quæstio emersisset lite ea pendente corã iudicibus delegatis abbas & conuentus maioris monasterij Turoñ. quibus subsunt prior & monachi supradicti, pro se ac mẽbris suis obtinuerunt à sede apost. indulgentiam super perceptione huiusmodi decimarum, cuius prætextu prior & monachi, supradictas decimas sibi vendicare contendunt, licet in indulgentia de dicta quæstione facta mentio non fuisset. Ideoq; mandamus quatenus eisdem iudicibus iniungatis, vt (indulgẽtia b nõ obstante prædicta) in negotio ipso procedant, iuxta traditam sibi formam.

TITVLVS XVII.

DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONum & fructuum.

Inno. iij. Mediolaneñ. archiepiscopo.

Res in quã facta est missio, non debet sequestrari, etiam si missus inde fuerit violenter eiectus. Vel notabilius sic: Sequestrum factũ loco missionis propter scandalum euitandum, reuocari debet oblata cautione, et restitutis expensis.

CAP. I.



Ad hoc vnxit nos Deus & infrà. Abbas de regula, nobis exposuit, quòd cum M. præ. tuus super causa, quæ inter ipsum & monasteriũ suum fuerat agitata obtinuisset Veroneñ. episcopo literas destinari, & ipse super iudicio possessorio partim pro monasterio partim pro archiepiscopo, sententiã protulisset, procuratore ipsius monasterij, quæstionẽ de proprietate postmodum intẽtare volente, archiepiscopus iurisdictionẽ episcopi opposuit expirasse: asserẽs causam possessionis tantũ & non proprietatis fuisse commissam: & quia super possessione pronuntiauerat: semel functus officio c suo super qõne proprietatis, deinceps cognoscere non valebat: & infrà. Sed iudex actorem in possessionem (quæ fuerant per ipsum archiepiscopo adiudicata) propter eiusdem contumaciam mitti decreuit, à qua tamen archiepiscopus violenter monasterium eiecit d: & infrà.

C. pa. præ. no. sic suũ interpretatus fuerit rescriptũ, qđ tã causa possessionis, quã proprietatis fuerat iudici delegata, cũ absolutẽ & indistinctẽ e cõmissa fuerit, & eius continentia diuidi non deberet prælibatam quoque pos-

DE SEQVESTRATIONE poss. & fruct.

Viso qđ lite pẽdẽte nil sit innouãdum: quia per hoc dubitari poterit, nũquid propterea seqstratiõis actus sit prohibitus: ideo &c. Et de hac materia vide plene p Ioan. And. in regula, locupletari. đ regu. iu. li. vi. Abbas Sicu. De hac materia habetur ij. qõ. vj. quoties. lxxvj. dist. episcopus.



Ad hoc vnxit. Propter cõtumaciã rei, res ab eodẽ petita seqstrari nõ debet. sic summat Io. An. & cõmuniter oẽs: q sũmatio nõ placet Panor. Diuidit principaliter ĩ duas ptes. In prima ponit pcessus narrationẽ. In secũda pronuntiationẽ: ibi, in eum. In qua duo facit. primo reuocat sequestrationẽ. secũdo iubet expensas restitui, & caueri: ibi, ne autẽ. Abb.

c Officio. Allegabat legẽ illã. ff. đ re iudi. iudex. & s. de off. deleg. in literis & male: quia illud locũ habet, cũ pronuntiat super proprietate, & non super possessiõe: vel si hoc tãtum esset ei commissum.

d Eiecit. Sed nũqd anno elapso erit possessor? Dictũ est đ hoc s. de dolo & cõtu. cõtingit. Itẽ nũqd abbas posset petere restitutionẽ tanquã spoliatus? & ibidem de hoc dicitur.

e Indistinctẽ. Nota quod si committit causa simpliciter: puta cõmittimus tibi cãm, quæ inter ta-

ter tales uertitur super talibus rebus, tunc tam causa possessionis quã proprietatis cõmissa intelligitur: ut hic dicitur. & argu. C. de rei uen. ordinarij [1]. & s. de cau. pos. pastoralis. & j. de test. significauerũt. sed si causa [2] possessionis tantum commissa est, nõ possunt cognoscere de proprietate: quia cui cõmissa est causa uiolentiæ tantũ, de proprietate cognoscere non potest: & uno & eodem tempore causa possessionis & proprietatis, diuersis iudicibus committi non debet, quia continentia causæ diuidi nõ debet: ut hic dicit. & C. de iudi. nulli. & s. de causa poss. c. j. sicut causa proprietatis & ususfructus apud eundẽ iudicẽ sunt tractandæ ff. de lib. caus. si pariter. & ff. de qui. re. ad eundem iudicem eatur. l. j & ij.

[1] Orta q̃stiõe mãcipiorũ, idẽ iudex prius de possessione iudicat: & postea de proprietate. Io. An.

[2] Causa. uel ecõtra etiã sine dictiõe taxatiua. Panorm.

sessionem pro suo arbitrio [a] sequestrari [b] præcepit, iniungens Reg. & Mutiñ. episcopis, ut de causa possessionis & proprietatis plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent, & possessionẽ ei parti postmodum resignarẽt, quæ obtineret de proprietate triumphum, & infra. In eum statũ cõtinẽtiam causæ reducimus, in quo fuerat cũ prædictus C. præno. causam proprietatis & possessionis Regiñ. & Mutineñ. episcopis commisit: mãdato sequestrationis penitus reuocato: & infra. Ne autẽ monasterio uideamur in suo iure deesse, moderatas expensas [c] (ex quo episcopus Veroñ. ipsum in possessionẽ induci decreuit. usq; ad satisfactionis tẽpus oblatæ [d]) propter hoc [e] factas sibi restituẽdas esse cẽsemus: & a te sufficiẽtẽ [f] præberi standi iudicio cautionem.

a Arbitrio. In hoc ipso Cęlestinus peccauit: quia non debuit facere sequestrationem, nisi in casibus qui notantur. j. eo. c. prox. & & ult. unde reuocauit sequestrationẽ ut j. patet.

b Sequestrari. hoc ideo fecit: quia cũ res apud sequestrũ deponitur. neuter [3] litigantium possidet illam rem. ff. de po. l. licet. §. rei depositæ. nisi hoc dictũ sit in sequestratione, ut tantũ causa custodiæ deponat apud sequestrum. ff. de acqui. pos. interesse puto. & sic possessio postea restituitur illi, qui obtinet in proprietate ut sequitur, quia proprietas trahit ad se possessionem. s. de causa. pos. cũ dilectus. Et sequestratio ista facta fuit apud Vercellẽ. & Nouarien. episcopos.

[3] Neuter. imo qñ ẽ necessaria nisi aliud appareat de mente iudicis. Panor.

c Expensas. sic. s. de eo qui mit. in poss. cũ uenissent. in fi. & s. de dolo, cum dilecti, in fi. & ca. finem. ubi satis de hac materia.

d Oblatæ. Corã Regiñ. & Mutiñ. episcopis. nam archiepiscopus Mediolaneñ. obtulit cautionem standi iuri, intra annum super possessionibus illis de quibus abbas fuit missus in possessionem causa rei seruãdæ per episcopum Veroñ. sed archiepiscopus abbatem expulit de possessione: ut dictum est.

e Propter hoc. Id est, propter uitium contumaciæ. C. de iudi. sancimus.

f Sufficientem. No. q in casu isto sufficiens cautio est præstanda, s. pignora uel fideiussores. ff. man. si mãdato. §. ult. & non nuda. i. sola promissio: ut dixi. s. ut lite non contest. quoniam. §. in alijs. & C. de uerbo. signi. §. sancimus.

Honorius iij. priori De beñ. & decano de Caliñ.

Si missus in possessionem causa custodiæ fructus dissipat, dissipati reuocantur, & cum alijs sequestrantur.

CAP. II.

Dilectus. f. R. rector ecclesiæ de Bethusia, sua nobis petitione monstrauit, q inter ipsum ex parte una, & abbatẽ & conuentũ de Cisteria ex altera, super eadẽ ecclesia corã abbate de Sibitoñ. & eius collegis quæstio uerteret, iudices ipsi prædictos abbatẽ & conuentum in possessionẽ ipsius ecclesiæ causa custodiæ induxerunt: qui fructus medio tẽpore perceptos pro suæ distrahunt [g] libito uoluntatis. Quocirca mãdamus quatenus si est ita. facientes fructus sequestrari [h] prædictos, si quid de ipsis per eos distractum inueneritis, in statũ pristinum reuocetis.

Gregorius nonus.

Si reus possessor appellat a sententia contra eum lata, licitæ rei petitæ fructus sequestrantur si dissipantur ab eo.

Dilectus. Primo ponit querelam rei, passi missionem, secundo dat ei iudices.

g Distrahũt. No. q ille qui mittitur in possessionem causa custodiæ, siue agatur reali actione siue etiam personali, intra annum non facit fructus suos, sed custodire eos debet, non distrahere: ut si intra annum reus recuperare uoluerit possessionẽ, restituantur ei fructus: expensæ tñ necessariæ pro fructibus percipiẽdis factæ, primo debẽt deduci: quia illæ in nullo casu prohibent. ff. fa. ercis. fundus. j. resp. in fi. Si uero nõ ueniat intra annum, tunc primo anno elapso lucratur omnes fructus. de hoc dictum est supra, de don. contingit. & hoc in reali.

Missus in possessionem cã custodiæ nõ facit fructus suos, intra annum.

Gloss. seq. ponit regulam. & xi. casus exceptos.

h Sequestrari. Nota q possessor lite pendẽte nõ debet remoueri de possessione, nec ab ea sequestrari: ut s. c. p xi. & xvj. q. iiij. uolumus. & vij. quę. iiij. nonne. & C. de proba. l. ij. & s. tit. proxi: per totum. & C. de prohi. sequestrat. l. una. Qñque tamen fit sequestratio in casibus: ut cum quis dilapidat fructus, quos seruare debet ut hic. & in capit. seq. Item cum appellatur ab executore mero, tunc sequestratio fit rei immobilis, & fructus etiã rei immobilis sequestrãtur apud possessorem, remanente iure possessionis. C. quorum app. nõ reci ab executore. Item cum persona a qua res mobilis petitur. suspecta est. ff. qui satisda. cog. l. si fideiussor. §. ulti. [4] Item si timetur de dilapidatione. ff. de app. imperatores. in fin. Item si quis proclamat in libertatem. sequestrantur res eius. C. de assertio. tollenda. lege secunda. §. primo. & C. quibus ad libertatem proclamare non licet. lege secunda & tertia. & C. de ordin. cognition. legẽ ultima. Item si colonus uelit possessiones conductas deserere. [5] C. de agricol. & censi. lege ultima. libro xj. Item si maritus uergat ad inopiam, sequestratur dos. ff. solu matrim. si cum dotem. §. si uero. & C. de iure do. in rebus. in fin. in auth. de æqua. do. §. illud quoque. col. vij. Item si timetur de sæuitia uiri, nec potest ei caueri supra de rest. spo. literas. ad fi. aut etiã cum timetur sponsam corrũpi. j. de spõ. cũ locũ. Item cũ aliquid est ablatũ illi, qui est de familia iudicis. ff.

[4] Et quæ faciũt p. sonã suspectã ibi no. in gl. scilicet. qa nõ possidet i mobilia uel pauca mali mores: uel qa prius male administrauit. Io. And.

[5] Debebet dicere si colonus negat pẽsionẽ in cuius solutione diu cessauit: & allegare debebat. l. litibus. qa l. ult. non facit. Ioã. And.

cis.ff.de offi.præsi.senatusconsultũ.in fi. Itẽ propter cõtumaciam.s.de do.& contu.ex literis. & hoc fit ut mitius agatur cum contumace:ut ibi dicitur.

a Ab eo. Si dissipẽtur. Sic C.quorũ ap. nõ reci. ab executore & ff.de app. imperatores,in fi. unde hæc decre. sumpta est 1 de hoc satis dr̃. s. c.proxi. & secundũ hãc decre. intellige qd̃ dicit ij. q.vj. quoties.ij. & hoc ideo quia si confirmabitur sentẽtia, debet fructus perceptos post litem contes. restituere cum ipsa re. C.de rei uẽd. certum.

1 Vñ reprehendit Ho.Vinc. qui hic dixerat hoc lege, nisi cũ appellat ab executore. Ioan. An.

Titulũ dupliciter cõtinuat.

CAP. III.

Ab eo qui a sententia prouocauit, fructus possessionis (si dissipentur a ab ipso) possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.

TITVLVS XVIII.

DE CONFESSIS.

Clemens tertius.

Ad solum dictum confitentis crimen propriũ, nõ est alteri infligẽda pœna aliqua: infamato tamen est indicenda purgatio.

DE CONfessis.

Supra uisum est de modis, quibus ordinatur iudiciũ: restat uidere de modis quibus causa instruitur, & sic de meritis causæ, ut de probationibus in genere et in specie. & quia per confessionẽ aduersæ partis releuatur litigans ab onere probandi, cum confessio non sit proprie probatio, sed probationis releuatio: ideo tractaturus autor de probationibus, præmisit de cõfessis quia ubi adest cõfessio, nõ est necessaria probatio. Vel cõtinua magis ad ꝓxima sic.

CAP. I.

Cum monasteriũ & j. Eos quorũ suggestiõe, scelus homicidij se presbyter perpetrasse proponit nisi alijs modis b uerum esse constiterit, nulli censemus pœnæ subdendos: cum secundum utriusq; iuris statuta de se confessi, c super aliorũ conscientijs interrogari non debẽt, & (criminæ læsæ maiestatis excepto) de reatu proprio cõfitẽtis periculosa confessio non est aduersus quẽlibet admittenda. Si tñ eos infamia d hmõi laborare cognoueris, singulis eis (adiunctis tribus socijs sui ordinis) purgationem iniungas.

Inno. iij. canonicis de Bethlehem.

Si de crimine cõtingente causam † principalem cõstat contra aliquem per eius confessionem, punitur † pœna ordinaria etiam si directe contra eum non agatur. hoc dicit secundum glo. Et est casus no. & uerus in se. Vel summa sic: secũdum aliũ intellectum non minus notabilem, quem etiam sentit glo. licet nõ perfecte explicet. Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, post iudex ordinarius nouum inchoãdo † processum, illum punire pœna ordinaria, hoc dicit singulariter. Abb.

CAP. II.

Cum super electione Bethlehemitanæ ecclesiæ inter R. P. quæstio uerteretur: & infra. Quoniam V. canonicus Bethlehemit. fuit in iure cõfessus e quòd pro præstãdo alterius electi consensu, quingẽtorũ saracenorum ...

Supra uisum est de modis procedendi contra contumacem, uerumtamen quia quandoque & ut plurimum partes sunt in iudicio, & aliqua confitentur quæ non subijciuntur oneri probandi, aliqua uero negant quæ subijciuntur probationi: ideo author prius præmisit de confessis. secundo de probationibus: cum ad probationes recurratur deficiente confessione. Ab. De hac *materia tractatur xv.q.iij. & q.vi. & q.viij. per totum. & ij.q.i.nos in quenquam. & in alijs capitulis.*



Cum monasterium. Ei qui crimẽ propriũ confitetur, non creditur cõtra eos quos dicit fuisse criminis suggestores. h.d. Duo facit, nam primo instruit iudicem in absoluendo non infamatos, & reddit causam. secundo instruit de purgatione infamiæ: ibi si tamen. Abb. Sicu.

b Alijs modis, s. legitimis & euidentissimis probationibus & luce clarioribus. C.de prob.l.ult.ij.q.ultim. sciant.& v.q.vj.epiphanium. uel per propriam confessionẽ in iure factã. j.c.proxi.ij.q.j.nos in quẽquã. uel per euidentiam facti. j.de coha.cle.& mu. c.ulti. & supra de resti.spo.cum ad sedem.§.fin.

c Confessi. Nulli ergo de se confesso, super crimine aliorum creditur. sic j. de testi. ueniens.j. & xv.q.iij. nemini & iij.q.xj. negãda. & C.de accu. & inscri.l.fi.& hoc gñale est, præterquã in crimine læsæ maiestatis: ut hic, & in prædicto c.nemini. & c. ueniens. Item audit confessio unius latronis contra aliũ. C.de fer. ꝓuinciarũ.& C.de fal.mone.l.j.in gl.immunitatẽ. & ff.de custod. & exhib.reorum.l.diuus.Adrianus.§ j. 2 & ff.de quæst.l.j.§.si quis. Istis qui de se cõfitẽtur, creditur nõ quantum ad cõuincendũ, sed quantũ ad ꝓræsumptionẽ. 3 unde si adsunt aliæ præsumptiones ualent: alias per se non sufficerent.

d Infamia. De qua debẽt se purgare, cũ tertia manu sui ordinis qui sint honesti, & conuersationẽ ipsius agnoscãt: alias si defecerint, tanquam conuicti puniantur in fra de pur. c.cũ P. & c.cũ dilectus. & j.de sim. insinuatũ. alias si infamati non essent, non indiceret eis purgatio ꝑꝑ talem confessionem ij.q.v.si legitimi. De hac materia plenius tractat. j.de purg. cano.cum P.& capitu.cum dilectus.& ij.quæst.v.presbyter si a plebe.

† Criminalem secus si tantum ciuiliter agatur.

† Eadem instantia.

2 Ibi latrones interrogant de socijs & receptatoribus. Ioan.An.

† Matth. afflict.decis. neap. clxxvj.

3 Præsumptioné. et in casibus non exceptis: sed in exceptis faciũt sufficienté ad torturã. Pan. hic. Bald. cons. xcv. li.j. Alex. cons.cxxviij. in fi. lib.iiij.cõ si lxxxix. nu.3. nu. 10.lib.iij. cons.cxx. n.3.li.vij. ubi tetigi

Cum super. Qui in iure confessus est se simoniacum, ab officio & beneficio deponitur. ita summat Io.And. sed hæc summatio est nimis generalis diuiditur. nam primo ponitur depositionis causa. Secundo deponit: ibi, nos. Ab.

e Confessus. Et corã iudice suo. s.de iud at si clerici. alias ergo cõfessio nõ ꝑiudicat, quantũ ad pœnã uel condẽnationẽ: ꝑiudicat tñ quantũ ad suspicionẽ. j.de excef.præl.quã sit graue. Sed nõne iste fuit testis qualiter ergo punit pœna ordinaria, cõtra illud. s.de ordi.cog.cũ dilectus.ad fi. j.de excep.deniq; in fi præterea sine accusatore nõ debet quis puniri. j.ut ecc.benefi. ut nr̃m.in princ. ff.de mu. & ho. rescripto. §.si quis. põt dici, q iste uel fuit denũtiatus, uel inquisitio cõtra cũ facta fuit. sic. s.de elec. ꝑ inquisitionem. uel hic ex officio suo processit dñs pa. & i odiũ criminis. argu.iij.q.ix.nihilominus. & C.de proba. iubemus. & C.

norum [a] obligationē receperat, & mediator extitit ſimoniacæ prauitatis: Nos (quoniā vitium huiuſmodi perſequi volumus, vt debemus) ipſum ꝑ diffinitiuam ſententiam, duximus ab omni beneficio & officio eccleſiaſtico deponendum.

Greg.ix.B.iudici Viterbieñ.

Cōfeſsio facta in iure ꝑ œconomum eccleſiæ, nocet ipſi eccleſiæ: poteſt tamen reuocari, ſi ante finitum negotium doceatur ꝑ errorem facti emanaſſe. h.d.

CAP. III.

Ex parte abbatis & cōuentus monaſterij ſancti M. fuit propoſitū, quòd cùm inter ipſos ex parte vna, & V. nomine ſuæ vxoris ex altera, coram te queſtio verteretur œconomus monaſterij memorati quædam per errorē facti fuit in iure confeſſus [b], ex quibus timet ſibi præiudicium generari. Cùm igitur negotio nondum finito, nemini noceat error [c] facti, Mandamus quatenus ſi de huiuſmodi potuerit errore docere, prouideas vt nullum ſibi ſuper hoc præiudicium generetur.

TITVLVS XIX.

DE PROBATIONIBVS.

& C.de teſti.nullū.etenim crimina vndecunq; claruerint, puniēda ſunt.xxiiij.q.iij.ecce.Vel ideo punitur: quia crimē iſtud contingit principale negotiū. ſic.j. de excep.c.j.in fi.& hoc videtur verius [1]: quia dicebatur ab aduerſario, quod ſimoniacè facta fuit electio & qui electionē examinat, de omnibus inquirere debet, videlicet, de meritis perſonę, ꝺ modo electionis, ꝺ ſtudio eligentiū, & ſi crimē illud contingit factū principale.ſ. de elect. cū terra.& c.ſuꝑ eo.& c.ſcriptū eſt. & ca. nihil eſt. de his omnibus inquirit iudex ex officio ſuo, de meritis electi, & eligentium. & iſte fuit vnus de electoribus, & ideo merito puniri debuit, ſi cōmiſit in ipſo negotio vitiū ſimoniæ, ſiue de hoc actum fuiſſet [2] ſiue nō, cum ex officio hoc etiam fieri debeat.ſ.de elect. cū nobis olim.§.his igitur.vbi de hoc, & ſic ponitur aliquis ſuꝑ eo, de quo non agitur contra eum directe in odiū criminis: vt innuit litera ſequens.ſ.nos quoniā vitiū huiuſmodi proſeq &c.& eſt arg.j.de teſt.tam literis.ſic & maritus punitur de lenocinio, licet contra eum directe non ſit actū ff.de adul l.j.§.ſi publico.

[a] Saracenorū. Exponunt quidam dandorum regi: vt electioni præſtaret aſſenſum, vel potius pro ſeipſo recepit illā obligationē, vt ipſe cōſentiret. ſic ſola talis obligatio ſimoniā inducit, licet.nō receperit id quod venit in obligatione: quia in talibus nulla pactio uel conuentio debet interuenire.j.q.ij.quāpio.§.fin.& ſ. de pactis.pactione.& j.de ſimo.c.pen. & eſt moneta quę ſic vocatur.

Ex parte. Cōfeſsio ꝑ errorē facta nō nocet, ſi ante finitū negotiū de errore facti emanaſſe doceatur.h.d.Io.An.Prima pars narrat factum.ſecundo ꝓuidet iudicem inſtruendo: ibi, cum igitur.Abb.

Gloſſa ſequens ponit differentiam huius tituli, ad titul.de interrog. actio. Secundò ponit nouem quæ requiruntur ut confeßio noceat. Tertiò quæ ſint partes iudicis in confeſſum. In fine addit decem caſus, in quo non perſiſtit.

[b] Cōfeſſus. Notaquod titu.iſte [3] de confeſsis locū habet poſt litis conteſtatio.ſed edictū de interrogatorijs actionibus, locū habet & ante lit.conteſt. & poſt: quia iudex quoties & quādocunq; æquitas mouet ipſum, debet interrogare partes.ff.de interroga.act.vbicūq; & xxx.q.v. iudicantem. & in caſibus qui notati ſunt.ſ.de iura.calū.cauſam.in gloſſ.fin.& poſtquā eſt concluſum in cauſa.j.de fid.inſtr.cum Ioan.§. verū. Ad hoc.n.vt confeſsio præiudicet alicui, exigūtur plura, ꝙ ſit maior xxv.an.quia minor pōt reſtitui contra confeſsionē.ff.de min.non omnia.& ff.de confeſſ.certū.§.in pupillo.Itē ꝙ ſpōte & non coactus.xv.q.vj.c.j.& xxxj.q.ij. Lotharius §.præterea. & ff.de quæ.l.j.j.reſpon.& §.diuus.ij.Item ꝙ ex certa ſcientia: quia ſi errat in confitēdo.& poteſt probare ſe erraſſe, non nocet: vt hic, & ſ.de iur.& fact.igno.error fa. & ff. de cōfeſ.nō fatetur.Item ꝙ contra ſe confiteatur: quia confeſsio ꝓ ſe non prodeſt.xiiij.q.ij.§.j.& ff.de inter act. de ætate.j.rñ.Itē in iudicio & corā ſuo iudice, alias non ꝑiudicat: vt ſ.ꝺ iud. at ſi clerici.& C.e.l.vna. Quādoq; tñ confeſsio extra ius facta valet [4] .vt ſi qs confiteat̄ debere ſe ex certa cā, puta emptionis, vel locationis, uel alia cā cōſimili, ſi ꝓbetur confeſsio iſta ꝑ teſtes q fuerint ꝑſentes in confeſsione, condēnabit̄ ex ea.C.de non numera.pe.l.generaliter & l.aduerſus. & ff. de proc.cū de indebito.§.vl.& j.de fide inſt. ſi cautio.& iij.q.ix.§.ſi debitū. Itē ꝙ aduerſarius ſit pſens: aliàs non nocet.ff.ꝺ interro.act.l.vl.& ff.eo.certū.§.ſi quis. Itē requiritur ꝙ non ſit contra rerū naturā vt ſi confiteor me interfeciſſe hominē q viuit.ff.ad legem Aquil.inde Neratius.§.vl. & hoc ſi probo eū uiuere, q mortuos eſt, vel ſi cōfiteor illū eſſe filiū meū, qui eſt maioris ætatis, quā ego: vel ſi quis confiteatur factū cuius nomine actio cū alio eſſe non pt.ff.de inter.act.ſi is cuius.& l.confeſsionibus.Itē ꝙ non ſit cōtra ius.ſ. de libero homine [5] . alias non nocet.ff.de pac.iuriſgentium.§.& ſi ſtipulatio.& §.prece.& ſ.de pac.pactiones.& j.de condi. appo. ſi conditiones. & xxxij.q ij ſolet quæri.Itē ꝙ de re litigioſa: ut ff.de inter.act.confeſsionibus.Itē in confeſſo nullæ ſunt partes iudicis in cognoſcēdo, ſed in ſentētiādo ſic: qa debet ferre ſentētiā ex illa confeſsione ff.ad.l.Aquil. ꝓ inde.& ſ.de trāſ.ꝑterea.Itē ſi quis confiteatur ſe ſeruum, talis confeſsio nocet ei: ut C.de lib.cau.interrogata.lex iſta fauore libertatis intelligit̄ de confeſsione facta apud iudicē, ſed non in iudicio liberalis cāæ: alias contraria eſſet lex illa, iubemus.eo.ti.in fi.B.Vñ verſus. Maior, ſponte, ſciens, contra ſe, vbi ius fit.& hoſtis. Certū, liſq; fauor, ius nec natura repugnet.

[c] Error facti. Error facti excuſat, ſi probetur nondū finito negotio [6] , vt hic, & in l.ꝑdicta, error. & j. de ſentē excōmu.ſacro. Error vero iuris, nō excuſat.C. de iuris & facti igno.l.ij.& l.cum quis.& ſic patet, ꝙ confeſsio ſyndici poteſt reuocari.Itē & confeſsio aduocati reuocatur.j.de cenſi.olim.vbi de hoc.

DE PROBATIONIBVS.

Continuata fuit ſuprà in præceden.tit.ſed magis ſpecifice dic. Suprà viſum eſt prox.titu.de confeßionibus per quas aduerſarius releuatur ab onere probandi, veruntamen: quia parte negante habet aſſeuerās probare, ſexta quæſt.vlt.actor.merito ſubijcit de probatio.& præmittit primo genus, vt poſtea facilius deſcen-

[9] Verius. ſed etiā ꝑſupponendum eſſet, ꝙ de delicto hic criminaliter ageretur. Pan.

[2] Hoc verum ſecūdum Inn. vbi de crimine conſtat per ipſius confeſsionē. dicit enim ꝙ non putat verū ꝙ quidam dicunt quod etiam ſi ꝑ teſtes alios conuincat̄ electus de ſimonia, ꝙ ſit condēnandus canonicus ꝓpter cōnexitatē: qa īpoſsibile eſſet, vnū probari ſimoniacū quin alius cōuincat̄. De hac materia uide hic plenius ꝑ Ioā.An. in nouel. Quæ requirant̄ ad hoc, ut cōfeſsio alicui præiudicet.

[3] Iſte ad deciſoria, ſed tit. de interroga. ad ordinatoria.Pan.

[4] Cōcor. l. gñaliter & ibi glo. & Cyn.C. de nō nu. pecu. & l. non ſolū. §.ſi liberationis. & ibi Bar.ff. de lib.leg.

[5] Vt ſi Chriſtianus confiteat̄ ſe ſeruū Iudæi. j.de Iudæ. ca.vlti.uel maritū Iudeæ. xxviij.q.j.caue.Io.An.

[6] Finito vero negotio a quo appellatū non eſt, finitur reuocatio erroris.C. de tranſactio. ſub ꝑtextu.j.de re iudi.inter. ſecundum Hoſt.ſi vero appellatum eſt adhuc locus eſt correctioni ſecūdum Aeg. ſic dicit G. obtinuiſſe. in Spec.tit.j. §.fi. verſi. pe.Io.An.

descendat ad species, sicut etiã fecit cõpilator. ff. et. C.
De hac materia habetur sexta quæst. vlti. §. his ita respõdetur. vsque ad fi. q. xxiiij. q. iij. de illicita. xliiij. distin. multis.


X epistolę. In prima pte ponit petitio. In secũda ipsius repulsio: [1] ibi, sed ad hoc.

[1] Repulsio. sed mala, vñ. doc. oẽs text. isto dissimulato tenent in simili edendum actori in negotio cõmuni vel cũ predecessoribus gesto ut hic dixi in anno. ad Philip. Deci. hic ĩ princip.

Chartophylaciũ quid dicitur.

a In chartophylacio. Chartophylacium dicitur locus seu armarium, vbi chartæ vel instrumẽta ponuntur & conseruantur.

b Nulli. Reo scilicet, nisi sit vsurus eis. ff. de eden. l. j. §. edenda. vel nisi sint cõmunia. ĩ. de fide instr. G perpetuus. Nã argentarius & publicus exactor rationes cõtra se tenet edere. ff. de iure fisc. in fraudẽ. §. ex his bonis. & §. seq. hic. n. reus Imperator erat, & in possessiõe obsequorum præstandorũ a rege. Arg. contra. xlv. dist. qui syncera. vbi dicit, q̃ conuincere debemus iudeos ex codicibus suis, & illi nr̃i sunt: quia cõtinent vetus testamentũ.

c Contra te. Si. C. de testi. nimis graue. & C. de edẽ. qui accusare. & iiij. qõ. iij. qui intenditur. Argu. contra. C. de eden. non est nouũ & l. iustum est. Sol. verum est illud, q̃ nullus sua propria instrumenta tenet dare aduersario, vt ipse vtatur eis, & præcipue q̃ faciunt contra ipsum. cõtraria hic signata nõ sunt cõtraria leges illæ, nõ est nouum. & iustum est. loquũtur de rationibus cõmunibus. lex illa de edẽ. qui accusare loquitur de instrumentis propriis. vt probatur. C. de eden. ea quæ. secundum vnum casum. Intelligunt alij aliter leges illas, prout ibi consueuit notari.

† Fa. l. in contractibus. §. illo videlicet. C. de non num. pec. Matth. afflict. decis. Nea. xcj. col. iij. Sed certe non est iustum vt patet. ŝ. & C. de iuram. ca.

[2] Nec allegare iura tenetur quæ pro aduersario faciũt: vt no. iiij. qõ. j. Ioã. And.

Sicut consuetudo. Non valet consuetudo vltra p̃bationem plenam exigens iuramentum. h. d. Primo narrat consuetudinem, quam secundo improbat: ibi, nos cum. Abb.

d Cum aliæ legitimæ. C. de iureiur. in bonæ fidei. ff. de iureiur. admonẽdi. ŝ. de procur. ex insinuatione. & C. de fide instr. l. vlti. habito tamẽ respectu ad qualitatem personarum, & quantitatem causæ. C. vnde vi. si quando. & infra, de iureiurand. c. vlt. & ff. de legi. tute. legitimos.

e Consuetudinẽ. Et est ar. q̃ consuetudo nõ præiudicat scripto iuri. ŝ. de consue. cũ venerabilis. & c. vlt. & xj. di. consuetudinis. hoc est verum vbi cõsuetudo obuiat rationi: vt hic. & in præced. c. hęc n. consuetudo est contra ordinẽ iudiciorũ, vel vbi consuetudo introducta est per errorem. ŝ. de leg. q̃ non ratione. aliter si consuetudo rationabilis esset & p̃scripta, bene præiudicaret iuri scripto: vt ŝ. de consue. c. vl. in fin. vbi de hoc ff. de le. de quibus. & xj. di. catholica & cap. in his. & talis consuetudo præcipue reprobat: q̃a ex quo semel iuratum est de calũnia, a principio saltẽ in causa ciuili, non fuit amplius iurandũ [3] C. de iuramen. calum. authen. hoc sacramentũ. & in authen. de iis qui ingr. ad ap. §. ij.

Consuetudo obuiãs rõni: non præiudicat iur scripto.

[3] De calũnia: secus in iuramẽto de malitia. ĩ. d iuramẽ. cal. c. ij. in fin. Ioã. And.

Grego. ix. Tancre. regi Vincestr æ.

Reus actori, sua propria instrumenta edere nõ tenetur, ita communiter summatur.

CAP. I.


X epistolæ verbis: & infrà. Tua excellentia postulauit, vt imperatori scriberẽ quatenus pacta in chartophylacio [a] requireret, quæ dudum inter Iustinianũ principem & prædecessores tuos fuerunt emissa, vt ex his colligeret, quid tibi seruare deberet. Sed ad hoc faciendum vehementer obstitit: quia nulli [b] dicendum est, ea quæ contra [c] te sunt, apud temetipsum debes documenta requirere, in mediumque proferre.

Alexander tertius.

Actor qui plenè probauit, nõ debet compelli iurare [1].

CAP. II.

Sicut cõsuetudo laudabilis: & infrà. Sanè quoniã apud vos cõsuetũ esse didicimus, vt cũ aliq̃s intentionẽ suã fundauerit instrumẽtis, aut testibus, ei sacramẽtum nihilominus deferatur, quod si subire noluerit, fides probationibus nõ habetur. Nos (cũ tunc demum ad huiusmodi sit suffragiũ recurrẽdũ, cùm aliæ [d] legitimæ probationes deesse noscũtur) talem consuetudinem [e] reprobamus.

Lucius tertius Cisteren. episcopo.

In communi iudicio probant actor & reus: & si pariter probãt, reus absoluitur, nisi fauorabilem causam foueat actor.

CAP. III.

EX literis tuis intelleximus te & archidiaconũ confines habere præbendas in villis, quas singuli singulas possidetis, & prætextu terminorum inter vos controuersiam agitari, eo q̃ dicas eum antiquos fines egressum, partemq; tui fundi occupasse illo in contrariũ asserẽte, se partẽ eandem fundi possedisse quadraginta annorum spatio inconcussè, tu autẽ quòd per idem tempus quietè illam possederis asseueras: quare vtrum incumbat petitori vel possessori probatio, quæsiuisti. Ad quòd scire debes, quod iudicium finium regundorum [f] tale est, vt in eo vtraque persona vices duorum [g] habeat, videlicet actoris & rei.

f EX literis. Finiũ regũdorum. Licet prædia ecclesiæ, p̃pria nõ sint clericorũ, agere tñ possunt finiũ regundorũ [4], cũ habent ius in illis. s. vsumfructum. ff. finium regũd. l. iij. §. finium.

[4] Hoc verum quando inter se agunt, ita q̃ nihil deperire põt ecclesię: si uero contra extraneum necessariũ esset p̃curatoriũ ecclesiæ: cui per id poterat deperire: vt dixit in tex. Ioan. And.

Glossa sequens declarat quomodo intelligatur in cõmunibus iudicijs, &c. secundo ponit brocard. an vnus fungi poßit uiceduorum. alleg. pro vij. iura. & ix. contra. & dat duas solutiones.

g Vices duorũ. hoc iudiciũ duplex est: quia vterq; actor & vterq; reus hic censetur. vnda vterq; duplex sacramentũ calũniæ præstabit sicut reus & actor: nõ tamẽ iurabit, nisi semel. ff. famil. erciscun. inter cohæredes. §. qui familiæ. ille tamen principaliter dicitur, q̃ primo ad iudicium prouocauerit. ff. de iudi. in tribus. Si nõ apparet quis primo prouocauerit, forte dirimatur quis actor dici debeat. ff. de iudiciis. sed cũ ambo, & pro tanto dicitur actor: quia primo iurat, & postea iurant sui testes. sic obseruatur in conuentione & reconuen

Persona una, an duarũ uicẽ sustinere posſit.

conuentione. Item argu. eſt hic, quod una perſona uicem duarum ſuſtinet. ff. quod cuiuſq; uniuer. item eorum. §. ſi decuriones. xxj. q. j. relatio de conſec. diſtin. ij. nec Moyſes. ff. de adop. ſi conſul. xxx. q. j. ad limit. ff. de ſtip. ſer. l. j. §. ſeruus communis. x. q. iij. unio. ff. de actio. & oblig. actionis uerbo. §. miſtæ. Ar. contra. xvj quæſtio. j. presbyteros. & C. de aſſeſſori. nemo. lxxxix. diſtin. ſingul. & ff. de regul. iur. in pari. j. de præb. quia in tantum, & cap. de multa. ff. de pa. ſi plures. & ff. ad Trebel. ille a quo. §. tempeſtiuum. & lxxxix. diſtin. ad hoc. Solu. prima rñſio caſualis eſt, & obtinet cauſa neceſsitatis & utilitatis. ſecus de iure regulari, ut dicitur in contrarijs. uel refert utrum iuriſdictio ſit gratuita uel cõtentioſa. ſi gratuita, poteſt uti uice duorũ. ff. de adopt. ſi conſul. & ff. de offic. præſi. l. ij. ſi contentioſa, non poteſt. iiij. quæſtione iiij. c. j. & ij. quæſt. j. in primis.

a Vnde. Id eſt quia uterque eſt actor & reus. uel unde, id eſt quia uterq; affirmat ſe poſsidere, & ad ſe ptinerẽ.

Gloſ. ſeq. dat v. concor. textui. allegat quatuor iura, & ſoluit.

b Promptiora. Sic j. de fide inſtrum. inter dilectos. i fi. ff. de actio. & obli. Arrianus. & ff. de pœ. reſpiciendum. & arg. l. di. ponderet. in fin. & xxvj. quæſt. vij. tempora pœnitudinis. Argumen. contra. ff. de offic. præſid. obſeruandum in fi & xxviij. diſt. quia ſunt. lxxj. diſtin. tantis Daniel. & l. di. poſtquam. Sol. quod hic dicitur & in ſimilibus, locum habet in dubijs & in obſcuris. ſed ubi notum eſt factum, fit condẽnatio, niſi ex cauſa fiat diſpenſatio.

c In liberali cauſa. Et in querela inofficioſi teſta. ff. de inoffi. teſt. ſi pars iudicantium, & in cauſa matrimoniali. xxxiij. q. ij. ſi quis acceperit. & in dote. Vnde uerſus. Stat teſtamentum, libertas, coniugium, dos. Si ſunt æquales qui producuntur utrinque. Et iſtos quatuor caſus habes. j. de re iudic. cap. ult.

d Pro libertate. ff. de manumiſ. l. antep. ff. de re iud. inter pares. & ff. de reg. iu. libertas. xij. q. ij. cũ redẽptor

e Nam poſſeſſori. Rñſio ad tacitã qõnem, ſi quæreret aliquis, quare debet probare acrchid. cũ ſit in poſſeſſione? rñ. quia qui excipit de præſcriptionibus, ipſe ꝓbare debet. ff. de probat. ĩ exceptionibus. Simile. C. de pſcr. xxx. uel xl. an. male agit. xvj. q. iiij. uolumus.

Vnde a hincinde teſtes produci poſſunt, ad cognitionẽ iudicis inſtruendã: quibus examinatis iudex quos præcellere ĩtellexerit ad fidẽ ſibi faciendã admittat. Quòd ſi ambarum partium teſtes ſint æquæ idonei, poſſeſſoris teſtes præferentur: cũ prõptiora b ſint iura ad abſoluendũ quam ad condemnandũ, præterquã in liberali c cauſa, in qua ſi utriuſque partis teſtes, æquales fuerint, pro libertate d ſententia proferetur. Nã poſſeſſori e probationẽ aliquando dari iuris manifeſti eſt, cum iure cautũ ſit quòd qui obiecerit præſcriptionẽ longiſsimi temporis) quam nemo recte objicit niſi qui poſsidet) & eam probauerit, in cauſa debeat obtinere.

Greg. viij. præpoſito ſancti Cataldi.

Non creditur marito aſſerẽti etiam cum iuramento uxorem ſe cognouiſſe, ſi uxor per matronas atteſtantes per ipſius corporis aſpectũ probat cõtrariũ.

CAP. IIII.

PRopoſuiſti quod cauſa matrimonij quæ inter O. de Caſa noua & S. mulierem uertitur, tibi fuit de mandato apoſtolico delegata, cumq; partes eſſent in tua præſentia cõſtitutæ, mulier propoſuit ſe nec a uiro cognitã, nec potuiſſe f cognoſci: qđ tam proprio iuramento, quàm teſtimonio ſeptem mulierum probauit, quæ per aſpectum g corporis eam eſſe uirginem aſſeuerãt, uiro per iuramentum ſuum contrariũ aſſerente: & infra. Videtur igitur nobis, quòd iuramento puellę h & teſtimonio illarũ ſeptem mulierũ fides eſt potius adhibenda.

PRopoſuiſti. In uirginitate ꝓbanda, atteſtatio matronarum. aſſertioni uiri præfertur. Communis diuiſio. ſecunda ibi, uidetur. Abb. Sic.

f Potuiſſe. Propter uiri frigiditatẽ. xxxiij. q. j. requiſiſti. uel ꝓpter maleficiũ uiri. ea. cauſa, & ea. q. ſi ꝑ ſortiarias. & j. de frigi. & male. laudabilẽ. & c. ult. & in authẽ. de nup. §. ꝑ occaſionẽ. i col. iiij.

f Propter impotẽtiã coit', mulier repudiat uirũ etiã inuitum. Ioã. And.

g Per aſpectũ. Qñque tamẽ ꝓbatio iſta fallit, quia oculus & manus obſtetricũ, ſæpe fallitur. xxvij. q. j. nec aliqua. & j. đ frig. fraternitatis. & j. eo. cãm mrĩmonij.

h Puellæ. Arg. cõtra. xxxiij. q. j. ſi quis acceperit. ibi, creditur iuramẽto uiri. & j. de deſpõ. impu. continebaẽ. & in auth. de nup. §. ꝑ occaſionẽ. col. iiij. ſed illa locũ habẽt, cũ mulier non probat contrariũ per aſpectũ corporis. hæc probatio præfertur iuramento uiri, ut hic dicitur in fine. Argumen. inſtit. de gra. cogna. §. item conſobrini & argu. xxxv. q. v. ad ſedẽ iij. q. ix. teſtes.

Clemens tertius.

Singulares de uniuerſitate poſſunt ad commodum uniuerſitatis, reprobare inſtrumentum falſo confectum nomine uniuerſitatis.

CAP. V.

TErtio loco fuit a nobis ita quæſitum: Ecce quidãm regularis ſigillo capituli, quoddam inſtrumentum cuidam amico ſuo ſignauit, in quo facta ei alienatio quarundam rerum eccleſiæ immobilium continetur. Quo exhibito in iudicio procurator uniuerſitatis, illud aſſeruit de aſſenſu conuentus non fuiſſe confectum i, & adulterinũ uel furtiuũ eſſe ſigillũ. Cumq; fratres ad perhi-

TErtio loco. Probatio teſtiũ præfertur inſtrumẽto: ſic communiter ſumaẽ. Primo poniẽ quæſtio. Secundo reſponſio: ibi, ſed quoniam. Abb. Sic.

i Confectũ. Ad hãc negatiuã probandã, admittunẽ fratres indirecte prout ſequiẽ in litera. ſic j. de teſti. ex tenore. & C. de contrahẽ. ſtip. optimã. alias negatiua directe non poſſet probari 2. de hoc dr ſ. de ele. bonæ. j. & quia hic arguebatur de falſo inſtrumento, edendus dies eſt. & conſul. ar. C. de contrahen. ſtip. optimam. & j. de fid. inſtr. inter dilectos.

Alias incipit, agnationis

2 Dicit Inn. alternatiue tñ, ꝙ hic non probaẽ negatiua: ſʒ probationes iſtæ ĩducunt iuris præſũptionẽ, ꝙ fratres nõ conſenſerunt: cui ſtaẽ donec probeẽ cõtrariũ. j. de ſpon. is qui. tu. dicas, ꝙ ſi iſti fratres recordarenẽ de die & loco contractus, poſſent directe probare negatiuã ꝑ ea, quæ plene ſcripſi de ele. bonæ. ij. in j. gl. Io. An.

Iurati.

a Iurati. Bene dicitur iurati, quia nulli creditur niſi iurato. ĩ. de teſti. fraternitatis. & c. nuper. & c. tuis. & iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. iuriſiurandi. niſi a partibus fuerit ei remiſſum, ut in c. tuis. & merito in tali caſu admittuntur fratres illius monaſterij, quia ea quæ in c. aguntur, per alios probari non poſſunt, quia extranei ad capitula nõ conſueuerũt admitti. ĩ. de teſtib. ueniẽs. ij. in fin. C. de rep. & cõſenſu. §. ſuper plagis. & C. de qſt. interrogari. ff. ad ſylla. ſi quis in graui. §. ſi pupill⁹ & §. ſeq. & l. ij. §. ſi uir.

Gloſſ. ſequẽs. no. teſtes inſtrumento præferri. allega. l. & decre. Secundo alleg. duas ll. quod æquãtur. Tertio alle. iiij. ll. quod præferũtur inſtrumẽta teſtibus. Soluit diſtinguẽdo, primo modum procedẽdi. ſecundo qualitatẽ negotij. tertio eius uetuſtatẽ uel nouitatẽ. quarto numerum teſtium quinto an iſtrumẽtũ ſit priuilegiatũ.

bendum teſtimonium produxiſſet, iurati a dixerũt ꝙ quoties de hoc inter fratres aliqua erat mẽtio, cõſiliũ totius conuentus & uox fuit unanimis, ꝙ nolebãt alienationẽ rerũ illarũ, ſed res domus integras conſeruari uolebant. Sed quoniam cõtra hoc, nihil pars aduerſa ꝓbauit, reſpõdemus ſecundum aſſertionem teſtium b tantũmodo iudicandum.

Idem.

Vbi agitur de matrimonio cõtrahendo: probato impedimẽto, & publicatis atteſtationibus, alij teſtes ſuper defectum impedimenti admittendi nõ ſunt.

CAP. VI.

Iurauit quidã (ut aſſeris) ſe quãdam in uxorem legitimam accepturum: quam cum uellet tra-

b Teſtium. Sic ergo teſtes præferuntur inſtrumẽto, & merito, quia potius credendum eſt uiuę uoci, quã mortuæ, in auth. de fi. inſtru. cum Ioannes §. porro. Sed contra uidetur. ꝙ æqualem uim habent in exercendis cauſis teſtes, & inſtrumẽta: & indicia cum inſtrumentis. C. de fi. inſtru. in exercẽdis. C. de rei uen. indicia. & C. qui pot. in pig. ha. ſcripturas. Itẽ cõtra: qa fides inſtrumentorũ præualet teſtibus. ff. de prob. Celſus. & l. cũ de indebito. §. ult. & C. ſi minor ſe ma. dixerit. ſi alterius. in fi. §. j. & C. arbi. tu. l. ul. Sup hoc põt dici, ꝙ ſi in modum exceptionis obijciatur falſitas inſtrumẽto, uel ꝙ ſub cõditione debuit fieri: uel defectus uel ꝙ plus contineatur ibi quam dictum fuerit, uel conſimile, uel ẽt falſitas, bene põt hoc probari per teſtes, & præualebunt teſtes. ĩ. de teſt. ex tenore. & C. de contrahen. ſtip. optimã. ĩ. de fid. inſtrum. cũ Ioannes. arg. C. de prob. cum precibus. & hic. Et illud quod dr̃ æqualẽ uim habent in cauſis teſtes & inſtrumenta, illud uerum eſt, quando ab eadem parte inducuntur: quia tam per teſtes quam per inſtrumenta probat quis ſuam intentionem. ſed ſi ex una parte inducuntur teſtes, & ex alia parte inſtrumenta contra teſtes, tunc conſiderabit iudex naturã negotij & qualitatem. Nam quædam ſunt quæ melius probãtur per teſtes quam per inſtrumenta, quædam ecõtrario melius per inſtrumẽta quam per teſtes ut arbitria & ſententia, & proceſſus aliquis arg. ĩ. e. quoniã cõtra falſam. Item conſiderabit iudex, utrum factum ſit antiquum uel propinquũ. in antiquis enim magis credendum eſt inſtrumẽtis, quia memoria hominum labilis eſt. ĩ. ut ec. benefi. ut noſtrum. ſi ſit nouum, potius teſtibus credit. arg. ad hoc. ff. de prob. ſi arbiter. & l. Celſus. ff. de arb. & ĩ. e. cũ cauſam. quia teſtes cõſueuerũt fidẽ ſuã uariare ex tꝑis diuturnitate. ff. ad carb. l. iij. §. duo. & ff. de dam. infec. qui bona. §. ult. alias eſt lex, & incipit in cauſæ. & ꝙ dixi. ꝙ contra inſtrumẽta teſtes recipiunt: illud intelligendũ eſt, ꝙ ꝑ bonos teſtes & idoneos ſine ſuſpicione: nec uidetur, ꝙ tũc ſufficiant duo uel tres teſtes, imo plures ad minus quatuor 1 tabellio enim æquiualet uni teſti, & plus: & iſtrumẽtũ duobus ad minus. ar. ĩ. de fi. inſtr. cũ Ioãnes. quia duo teſtes ad minus in inſtrumẽto ſcripti eſſe debent. quia in ore duorũ uel triũ, &c. ĩ. de teſt. in oĩ. & c. licet. & iiij. q. iiij. c. ſi teſtes. §. ubi numerus. & ſic ꝑ plures & honeſtiores debet fieri talis reprobatio. ar. ĩ. de teſt. in nr̃a, qñque tñ cõtra inſtrumẽtum non admittuntur teſtes: ut cõtra inuẽtariũ publice factum: ut in l. ꝑdicta. C. arb. tu. l. ult. & in alio caſu fallit in cõfeſ. quæ fit a muliere, & in inſtrumẽto quo cõfitetur 2 ſe recepiſſe pecuniam pro interceſsione. C. ad Velleia. antiquæ.

1 Quatuor. imo duo ſufficiunt. Panor.

ducere, quidam iuramentis ſecũdum morẽ exhibitis, legitime probauerunt ipſos in quinto cõſanguinitatis gradu ſibi inuicẽ attingere. Quia uero requiſiſti a nobis quid agendum ſit, cum quidam alius probare uelit contra prædictam probationem iuramentis canonicis factam, & partibus c publicatã nullo eos ſeſe conſanguinitatis gradu contingere: reſpõdemus quòd ſtandũ eſt probationi priori.

Innocen. iij. archid. Pariſieñ.

Si per literas ordinarij probatur quis excommunicatus, a procuratione repellitur. h. d. et hæc ſummatio conuenit textui & tit. & nullam patitur calumniam, & ideo eam tene.

CAP. VII.

Iurauit.

Gloſſ. ſequens not. ſignat contrarium, ponit opin. Vin. dat tres ſol. contra ſecundam opponit, & opi. ponit, & ad contrarium remittit.

non poterat.arg.ſ.de teſt.cum cauſam. & c.conſtitutus.& c.veniẽs.ij cũ inter alias perſonas receptæ fuiſſent,ſed ſi in alio iudicio [1] tãtũ,& inter eaſdẽ perſonas receptæ fuiſſent:tunc tenetur illas ratas habere,ſi ſint publicatæ ar.C.de lib.cau. iubemus. [2] & ſ.de ꝓba.c.vlt.& ſ.de teſta.cauſam quæ. & idem eſt,ſi corã arbitro recepti ſunt, cũ diſtinctione tamẽ illius legis. C. de teſt.l.vlt.& ſ.de teſtib.c.præſentata Bernard.

[1] Reſpectu iudicis.

[2] De foro comp. poſtulaſti. ſuper. j.glo.Ioã. And.

a Petitionis.argu. ꝙ reſponſum, conformandum eſt petitiõi.ff. de interr. act.de ætate.Itẽ argu.ꝙ ex forma petitionis formanda eſt ſentẽtia. qa ex petitione apparet qualiter & de quo ſit actũ.j. de accu. qualiter & quãdo. & j.de ſimo. licet. Heli. [3] Et eſt ar. ꝙ libellus ſit dandus,alias de prædictis conſtare non poſſet.

[3] Et ĩ cõſtit.cle.de uer. ſign. ſæpe. uer. uerũ qa. Ioã. And. in nouel.

Gloſſa ſequens ponit quinque concord.& alleg.quatuor iura.

b Valere. ſic ergo faciẽda ẽ interpretatio.vt res de qua agitur magis valeat quã pereat.j.de ver. ſig. abbate.j. de priuile. in his. xij.q.ij. ſi quos de ſeruis.& ff. de reb. dub. quoties. & ff. de verbo.obli.quoties in ſtipulationibus.arg. contra.ſ. de offi. deleg. cum ſuper.& ff. de iure codic. l. j. & ff. de reb. dub. in ambiguo.& ff.de hæredib.inſtituend.quoties.

aliquod irrogare,cũ inter alias perſonas,& in alio iudicio receptæ fuiſſent.Cæterum memorati Henrici priuilegiũ: qđ non ſolùm confirmationis, ſed etiam donationis videbatur fuiſſe,vnde rerũ dominiũ donatarũ, intelligi fortè poterat monaſterio acquiſitum:quãuis ex forma petitionis a ,quæ in ipſo priuilegio declaratur,confirmatorium videretur,vt tamen intelligatur eo modo quo magis poſſet valere b : diſtinguendũ videbatur: vt idem Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit: cùm eadem legitimè nequiuiſſent c confirmari d pariter & donari:confirmari tanquã prius habita & poſſeſſa: donari, tanquam tunc tradita & conceſſa: ac per hoc illa non poterant intelligi, per priuilegium illud donata,ſed confirmata, cum iuxta legum ſanctiones, quod e meũ eſt, ex alia cauſa meum fieri non poſſit,niſi deſierit eſſe meum: & infrà. Cùm ergo priuilegiũ Henrici cõfirmato-

c Nequiuiſſent.& ita talia debent eſſe ſubiecta, qualia permittuntur prædicata.Lau.

d Confirmari.Videtur ꝙ idem non poſsit dare & confirmare.ff.de iuriſ.om.iud.& quia. Sed contra videtur.lxiiij.diſt.in ſynodo.& xxiij.diſt.in nomine domini.& ſ.de elect.cum inter canonicos.

e Quod meũ eſt.ſic inſt.de act.§.ſic itaq;.ff.de acqui.poſſ.poſsideri.§.ex pluribus.& inſti.dele.§. ſed ſi.C. de cõtrah.emp.cũ res.& l.ſi mater.ff.de cõtrah. emp. ſuæ rei.C.de iur.do.auia.ar. vbi dicit, ꝙ cũ patri iam prouiſum ſit per legẽ, vt habeat actionẽ ad repetendam dotẽ,ſi pactũ faciat,non naſcitur ex hoc actio,cũ iam eam habeat a lege. ea tamẽ poſſeſsio pluribus ex cauſis habetur.ff de acqui.poſſ.poſsideri.§. ex pluribus.licet enim vnum ſit genus poſſeſsionis, multæ tamẽ ſunt eius ſpecies:vt ea l.poſsideri.§.vlt.licet ergo ex pluribus cauſis poſsit fieri traditio rei.ar.ff.de ſol. cum quis.§.de peculio.ex vna tamen dominiũ acquiritur. [4] arg.ff.ad leg.Fal.fundo.& l.ſi a me.& C.loc. ad probationẽ.præterea ex hoc videtur, ꝙ ſi aliquis plures titulos ſui dominij aſsignet,cũ hoc eſſe nõ poſſit,ſuccumbat.arg.j.de cõceſſ.præb. poſt electionem & C.de cõtrah.emp.l.iiij.& l.ſi ancillam. tamen licet ratione vnius tituli,ſit effectus dominus,ratiõe alterius tituli cõpetit exceptio,licet iſte titulus nullus eſſe videatur. [5] ff.de excep.l.nemo.

[4] Facit de elec.uc quisduas. li.vj.Ioã. And.

[5] Ratio: qa nullus prohibet, uti pluribus exceptiõibus cõtrarijs. j. de reg. iur. acceſſoriũ. lib. vj.Io.An.

rium tãtũ extiterit,ſaltem quo ad illa quæ deducta ſunt in iudiciũ,principale nõ tenuit,nec acceſſorium f quod ex eo vel ob id dignoſcitur eſſe ſecutũ:& infrà. Per inſtrumẽta verò locationis, nec eſt vtique probata ꝓprietas, nec ad plenũ poſſeſſio,cùm ad ꝓbationẽ rei propriæ, ſiue ad defenſionẽ non ſufficiat facta locatio g :& infrà. Cùm autem ſuper his fuiſſet diutius litigatum: quia legitimè probata nõ fuerant quæ petebantur ad monaſterium pertinere, ab impetitione ipſius procuratorem h tuum nomine tuo, & mediolanẽ.eccleſiæ ſententialiter duximus abſoluendũ: quoniam cũ obſcura ſunt iura partium, conſueuit contra eum qui petitor i eſt, iudicari.

Gloſſa ſequens ponit quinque concord.alleg.quatuor iura in contrariũ, & ſol.alleg. etiam auth.in cõtrarium, & ſoluit.

f Nec acceſſoriũ. iſtud regulariter verũ ẽ,vt ſi principale non tenet.nec acceſſorium. C. de legi. non dubium. & j.de dote poſt diuor.re.& ſi neceſſe & ſ.đ fo.cõpo.ſi diligẽti. & ſ.de elec. qualiter. & ff. ad Macedo.creditorẽ. arg.contra.j.de iureiurã.đbitores. & C. ſi aduer. vẽ. l.j. & ff quib.mo. vſuſfru.amit.quid tñ in prin.& l.pręcedẽti & illa ſpecialia ſunt.Itẽ cõtra.C.đ ep.aud.auth.liberi furioſi. vbi tenet legatũ, & non tenet teſtamẽtũ. Sed illud fit in odium filiorum, qui negligunt patrem.

[6] Secundum hoc poteſt intelligi,qđ dicit Inn. cõductorẽ non poſſe referre q̃ſtionẽ de dñio uel poſſeſsione. Ioan. And.

Item Cantuarienſi archiepiſcopo.

Non valẽt literæ ſuper abſolutione voti per crucem ſignatos impetratæ tacita veritate, vel expreſſa falſitate.

g Locatio. Sed hoc falſum videtur quia ſi ego locaui tibi domum, tu nõ potes mihi referre quæſtionem dominij:vt ff.de pi.act.ſi pignore,& melius.C.loc.ſi quis conductionis.ff.commo.ita vt. Sed verũ eſt,ꝙ nõ refertur quæſtio dominij, ſi agatur illa actione quę oritur ex pignoratitia,vel cõmodati, vel locati [6] ,ſed ſecus ſi agatur reali actione, quia illa non proponitur tanquã contra cõmodatariũ, vel inquilinũ:ſed quaſi contra quemlibet poſſeſſorem.ff.ad exhib.de eo.§.j.& verba iſta ſunt ſumpta.C. locati.l. ad probationem.& ar.ad hoc.C.de præſcrip. xxx. vel. xl.an.male agitur.C.de donatio. cenſualis. & conductor rem conductam locare poteſt [7] ff.loca. qui inſulam.& C.eodem titulo.nemo.

[7] Per qđ uidetur,ꝙ ſcholaris recedens, poſsit in domo uel camera alium ponere loco ſui.ſed an hoc poſsit inuitis ſocijs:uide ĩ Spe. de iu dic.§.ij. uerſ.circa hoc quæritur.& not. inſti.loca. §.fi.Ioan. And.

h Procuratorem.hic ergo formatur ſententia,in perſonam procuratoris.contra.ſ.de probat.licet.De hoc no.ſ.de elect.querelam.

i Contra eũ qui petitor eſt:quia cum obſcura ſunt iura partiũ, iudicandum eſt pro reo:vt hic dicit.ſ.de ꝓbat.ex literis.& ca.in præſentia.& iij.q.ix.indicas. & ff.de act. & obli. Arrianus.ff. de pœn. reſpiciendum. inſtitu-

institit. de interdict. §.cōmodum nisi in liberali causa ff.de manumis.l.antepe. & ff.de re iudi. inter pares. Itē si agatur de inofficioso testamento, potius pro testamento iudicatur.ff.de inoffi.testa.si pars iudicantiū. Item pro matrimonio. xxxiij. q.j.si quis acceperit.& xxx.q.iij.ca. fin.& istos tres casus & quartum habes.j.de re iud.ca. ult.Ber.

a Quod super. Quod sup his. Hæc decre.est pars illius infra de uo.quod super his.

b Absolutiōe.a uoto pegrinationis.

Gloss. sequens tractat de sigillo ignoto, obfuscato & noto.

c Ignota.cum uero sigilla ignota sunt, tunc eis non est standū,nisi sint v. aut eo amplius. xcviij. distin.c.j.& ij.si uero obfuscata sunt,sunt suspecta:ut supra.c.px. ff.qui test.fac.pos. ad testiū.§.si signata,tūc enim remittūtur ad cōsignatores,ut agnoscant sigilla sua.ff. quēadmo.te.ape.si qs ex cōsignatoribus. & si quis nō agnoscit suum sigilium, nō ideo uitiatur, sed suspectū habeatur instrumentum. ff. e.l.j.i fi. cum uero sigillum notum est tunc creditur talibus literis, etiam in præiudicium alterius. s. de prob. post cessionem. & c.iij.quandiu in cōtrarium non probetur,ut ibi.

d Impedimentis. cum uotū nequeāt adimplere.

† Sigilla. si sigilla & hi quorū noīe sigillat sūt penitus ignoti nunquā credit. Si aūt aliqua lis est cognitio tūc si non agitur de alterius piudicio stat si sunt qn que alias non, secū dum Pan. Fel. hic dicendū ut plenius scripsi in consue.Paris. §.v.n. 12.cū seq. Sigillis an sit stādū.

CAP. VII.

Quod super his [a]: & infra. Quæsiuisti quid agere debeas circa cruce signatos, qui dicentes se ab ap.se.redire, super absolutione [b] sua ignota [c] cardinalium sigilla reportant: cū eis super impedimētis [d] expositis non fuisset de leui credēdum. Ad quod.t. respondemus, quòd quando literas talibus indulgemus, illis qui personas & facultates eorum plenius nouerunt,hoc modo scribemus, ut super impedimentis expositis inquisita diligentius ueritate, statuent circa illos quod animarum saluti, & succursui terræ sanctæ magis nouerint expedire: prouidētes attētius,ne quid i fraudem uoti fallaciter confingatur, Vnde si tales p suppressionē ueritatis,aut falsitatis expressionē,literas non solū cardinaliū,sed etiam nostras,nec solū dubias, sed etiam certas constiterit impetrasse, carere uolumus [e] impetratis, & eis non obstantibus [f] ad uoti executionem compelli.

Idem Heliensi episcopo.

Glossa seq. dat tria similia.

e Carere uoluimus.quia ueritatem debēt literæ continere quia uotum reuocant, sicut illæ quæ reuocant alias literas.ut s.de offi.deleg.ex literis. & s. de do. ex literis.& s.de rescript.cæterū. & j.de re iudic.inter monasterium. & ita seriem rei literæ cōtinere debent.j.de cohab.cleric.& mu.super eo. Et ita patet hic quod literæ generales, non absoluunt aliquem a uoto nec a sententia excōmunicationis.j.de sen.excō.cum pro causa.& ar.s.de offi.ord.ex parte. Io.an.

f Eis non obstantibus. Denegabit enim delegatus suam cognitionem,ubi delegans denegaret commissionem.s.de rescrip.super literis.

P Astoralis

Gloss.seq.distinguit in rescripto, an sit contra ius an alias iniquum.in decre.an sit præter ius,an contra consuetudinem.

g Dissona.No.quod si aliquod rescriptū sit contra ius,statim est abijciendū.xxv.q.ij.rescripta. non.n.ratione rescripti recedendū est a iure cōi [2]: ut s.de rescrip. causam quæ, & s.de æta. & qualit.eā te.imo auferendū est de manibus tenentis. & dādum est principi. C.de paga.& sacri. eo. l. sicut sacrificia. sed si nō est ex toto cōtra ius, sed alias sit iniquū,tūc expectādum est secundum mandatū. s. de offi. dele.si. quādo.& in authē. ut nulli iud.§.si uero.colla.ix Si autē aliqua decret. est præter ius, non statim eijcit, sed consulitur superior,ut hic dicit. & hoc iō quia cum inter alias decreta.allegatur,presumitur, [3] quod sit decretalis.arg.xx.q.j quē progenitores. Si aūt decretalis obuiat consuetudini,præualet consuetudo, dūmodo consuetudo sit probabilis, & legitime sit præscripta. s. de consue.c.ul.s. de consti.cū oēs. & s.de eo qui mit.in pos. cum uenissent.nisi princeps p suū statutum intēdat tollere consuetudinē ff. de sepul. uio.l. iij. § diuus. alias succumbit consuetudo. j.de re. iud. cum causam. quæ. ff.de sepul.uio.l.iij.§.diuus.

Si de extrauaganti dubitatur an decretalis sit authentica aut est iuri consona, & tunc iudicatur secundum illam: aut dissona, & tunc papa consulitur.

† Roma. cōsi. ccxl. Alex. Ias. l.cum prolatis.de re iudi.

2 Nisi in rescripto dicat non obstāte tali iure, secundum Hostiē.de quo uide q not. de rescrip. c. j. lib. vj. in glo. est contra. Ioan. And.

3 Host.dicit, q licet in aliquo uolumine Decre. rescripta sit aliqua decretalis non habebitur pro decr. nisi cōiter in aliis habeatur. Ioan. An.

CAP. VIII.

Pastoralis: & infra. Authoritate præsentium duximus statuendū, ut cum aliqua decretalis de qua iudex meritò dubitet, allegatur: si eadē iuri cōi sit cōsona, secundū eā non metuat iudicare:cum nō tam ipsius, quam iuris cōmunis authoritate procedere uideatur. Verum si iuri communi sit dissona [g]: secundum ipsam non iudicet, sed superiorem consulat [h] super ea.

Idem episcopo Sancti Andreæ, & Abbati de Broch.

Post publicatas attestationes usq; ad cōclusionē possunt instrumenta produci. hoc primo. Consuetudo loci, facit instrumentū authenticū.h.secundo.

CAP. IX.

Cum dilectus: & infra. Ad secundam quæstionem duximus respondendū, quòd utraque pars potest instrumenta etiā post publicationē [i]

h Consulat. & interim pendente relatione,iudex supersedeat causæ. ar.s.de offi dele.licet. & C.de rela. l.j.& ij.q.j.nomen presbyteri.

C Vm dilectus. & j.Duo sunt dicta. secundum ibi, super tertio. Ab.

i Post publicationē. Dubitatio forte fuit illa: quia forte diu tacuit cū ptestari uel edere debuisset.ff.de edē.l.j.§.edere.& §.edēda. Vel illa erat dubitatio:qa post publicationē testiū non licet producere alios testes.unde uidebatur,quod nō liceret pducere instrumēta:quia noīe instrumētorū cōtinētur & testes.s. de testi.cogē.puenit.ff.de fide instr.l.j.sed nō est ita, quia in instrumētis nō timet subornatio, sicut in testibus,quia ex multis causis & facilius deprehēditur

falsitas instrumentorũ, quã testiũ: ut s̃.e.inter dilectos. & s̃. de proba. licet Vin.

a Conclusum. id est renuntiatũ allegationibus, & omnibus alijs probationibus. supra de causa posses. pastoralis. & supra de procura. auditis.

b Approbata Nota quod consuetudo facit aliquod instrumentum authẽticũ, quod alias nõ esset, & cõsuetudo dat alicui iurisdictionẽ qui alias habere potest. s̃. de arbi. dilecti. & s̃. de fo. comp. cum contingat. sic & cõsuetudo facit aliquem illegitimum qui alias est legitimus ad promotionẽ. ĩ. de cleri. coniuga. cum olim. & personas legitimas ad matrimoniũ facit illegitimas. ĩ. de cogn. spi. super eo. B.

c Honestatis. No. ꝙ ex qualitate personæ approbatur instrumẽtum ff. de edẽ. argẽtarijs. §. j. & ĩ. de præscri. ad audientiã. & ĩ. de præsum. illud.

CVm Ioannes. In prima parte ponit̃ processus causæ principalis. in secũda, ꝓcessus causę appellatiõis: ibi. Cũ igit̃. In tertia definitio ipsius causę appellationis: ibi. De cõsilio. Ab. Sicu.

d Cõpensare. Quę cõpensatio admittenda fuit, si causa ex qua postulabat̃ liquida erat: alias nõ admittit cõpensatio. ĩ. de depositio. c. bona fides in fi. ubi de hoc. & C. de cõpensa. l. ulti.

e Vacuam tradentes. Quod fieri debuit, si pura fuit uẽditio ff. de act. em. & uẽd. l. ij. & §. j. & l. seq. & argu. ff. de usu. si stipulatus 1. & sic restitutio possessionis plene ac

1 Si stipulatus sum rem dari, & uacuã possessionem tradi per actionẽ incerti ex stipulatu ueniũt fructus postea ꝑcepti: ut uerba & uacuã, &c. aliquid addãt. Ioan. an. dic ut noue scripsi inextrica. labyrin. de eo ꝙ interest num. 200. cũ sequẽ.

attestationem, usq; ad diffinitiuæ sententiæ calculũ exhibere, antequam sit in causa cõclusum. a Super tertio uero articulo, respõdemus, ꝙ si cõsuetudo illius patriæ obtineat approbata b, ut instrumentis illius regis fides adhibeatur: uos ea secure poteritis admittere: præsertim cum supradictus rex tantæ fuerit honestatis c quod ipsius instrumenta maximæ authoritatis sint in partibus Scoticanis.

Idem Petro ciui Viterbieñ.

Falsitas instrumenti, uel quod deest instrumento, probari potest per testes.

CAP. X.

CVm Ioannes eremita a te cxxx. libras Seneñ. ex causa mutui coram Donadeo & Io. iudicibus Viterbieñ. petijsset, & tu ex aduerso proponeres, quòd cũ idẽ Io. in c. & lxxx. libris pro pretio domus quã eidẽ uendideras, teneretur. cxxx. libras ex illis non immerito debebat compensare d. Tandem cũ super hoc, & quibusdam alijs articulis inter uos fuisset aliquãdiu litigatũ, iudices attestationibus publicatis, te sententialiter condemnarunt, ut eidẽ prædictæ domus possessionem uacuã e traderes, & à creditoribus liberatam: & infra. Cũ igitur ab hac snia, ad nostrã duxeris audientiã f appellandum, & nos tam tibi quã prædicto I. T. subdia. & capellanum nostrũ dedimus auditorem. Ex parte tua fuit propositũ supradictæ domus uẽditionem non puram, sed conditionalem potius extitisse, ac nullatenus te teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilominus testibus ad hoc probandum inductis. quod etsi nouum esset capitulum, pendebat g tamen ex ueteri, qui iurati deposuerunt se interfuisse cõtractui inter te & prædictum. I. super eadẽ domo celebrato, pro qua. clxxx. librarum pretium tibi fuerat constitutũ, tali uidelicet adiecta conditione, ut tu domum ipsam inhabitares libere in uita tua, & post obitum tuum M. & R. natis tuis eiusdẽ I. nepotibus h remaneret: cuius conditionis intuitu domum ipsam eidẽ I. pro minori pretio uendidisti, cum a G. morandi pro ipsa cc. libras potuisses habere. anni uero mensis & diei quo uenditio facta fuit, iidem testes se dixerunt minime recordari i Dictus uero I. uenditionem non conditionalem sed puram proposuit extitisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum. & infra. Tabellionem quoq; qui confecerat instrumentum & unũ ex testibus i instrumento subscriptis, ad id probandum induxit: & infra. Porrò cum dubitatio fuisset exorta, utrius deberet probatio præualere, pro tua fuit parte propositum, quia & si eãdem uim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium in litibus exercendis, non tamen quodlibet k instrumentum, tanti debet esse momenti, ut trium uel plurium idoneorum testium depositionibus præferatur: & infra.

libere facienda est s̃. de restit. spo. Pisanis. Ber.

f Ad nostram audiẽtiam. Hic ideo appellatur ad papã quod ciuitas Viterbiæ subest domino papæ etiã quo ad temporalem iurisdictionem, alias nõ appellaretur ad ipsum 1. ĩ. de app. si duobus.

g Pendebat. Si enim capitulũ ex toto esset nouũ, nec penderet ex ueteri iudex appellationis non cognosceret, nec testes reciperet. s̃. de testi. & attesta. fraternitatis. & C. de tẽp. ap. per hanc. & sic patet, quod in causa appellatiõis nouæ ꝓbationes possunt induci super noua exceptione. C. de senten. rescin. nõ pos. l. ij. aliã 3 causam possum ꝓsequi in causa appellatiõis, quam expresserim corã iudice a quo appellaui. ff. de appella. scio quæsitũ. ad fin. Io.

h Nepotibus. Sed quare iste Ioannes emebat domum illã pro filijs ipsius Petri nepotibus eiusdem Ioãnis, cũ ipsi filij debebant illi Petro succedere. in auth. de hær. quæ ab intesta. defer. circa prin. col. ix. & instit. de hær. quali. & diffe. circa princ. & §. sed sui. Forte ideo facit q̃a Petrus ꝓdigus erat, & consumabat bona sua. unde ne domus illa perueniret ad alios, uoluit. Ioãnes prouidere nepotibus suis.

i Recordari. Et tamẽ ualuerunt dicta eorum, quæ alias non ualuissent si de tẽpore 4 ageretur. supra de testi. ex tenore, Bernard.

k Quodlibet instrumẽtum. Et ita patet, quod contra instru-

1 Ipsum. & bñ siue iudex a quo aliũ superiorẽ recognoscat siue nõ quicq̃d delirẽt Host. Io. An. Hic & alij adulatores p̃æ.

3 Et aliã nisi in appellatiõe ab interlocutoria. c. ut debitus ĩ. de app. c. j. eo. in vj. cle. appellãti. e. dixi in an notat. ad Phil. Dec. c. consuluit. ij. n. 3 de appel.

4 Tẽpore idẽ Pan. Fel.

Ad hoc autem idem Ioan. ex aduerso respōdit, quòd cùm intentionem suā per iam dictum fundauerit instrumentū, ac tu in modū exceptionis [a] uenditionē ipsam non purè, sed cōditionaliter celebratā esse proponas, nec per testes ad hoc à te iductos de certo [b] fuerit tempore facta fides: & ideo nō appareat, quòd super illa uenditione deponant, quā constat per dictum instrumentum determinato tempore fuisse contractam, huiusmodi probatio uidebatur inefficax ad intentionem cōtrariam elidēdam. Verùm responsionē istā esse proponebas inualidam: quoniam cùm utraq; pars à nobis interrogata fuisset in iure confessa, quòd unica tantū uenditio, super domo cōtracta fuerit: & ex depositionibus testium, liqueat uenditionem conditionalem fuisse: ex utriusq; confessione colligitur euidēter eiusdem domus uenditionem conditionalem extitisse, non puram, non obstante quod ipsa interrogatio facta fuerit, post quàm [c] à partibus extitit in causa conclusum, cum iudex (qui usque ad prolationē sententiæ debet uniuersa rimari) possit interrogari de facto, quoties dubitationis aliquid occurrit: & infrà. De cō. f. n. pronuntiauimus [d] uenditionē prædictæ domus fuisse conditionaliter celebratam, & te ob hoc nullatenus obligatū ad traditionem ipsius: super hoc memorato I. silentium imponentes. Sententiam uerò iudicum prædictorum, qui aliàs iustè pronuntiasse noscuntur (cùm huiusmodi [e] exceptio coram ipsis, nec probata fuerit, nec obiecta) quoad dictum capitulū īfirmamus, eā quo ad alios articulos authoritate ap. cōfirmātes.

Honorius tertius.

Defectus literæ non uitiat rescriptum.

CAP. XI

EX parte charissimæ in Christo filiæ B. quōdā Anglicorū reginæ fuit ꝓpositū: & ī. Quia rescriptū apostolicū pro eo quòd in hac dictione spoliarūt, hęc figura o. deerat [f], asseritur uitiosum: mandamus quatenus hoc non obstante, in negotio ipso ratione præuia procedas.

Gregorius nonus priori sancti Bartholomæi, & decano de arcubus, Lugdunen.

Licitè appellatur a iudice, qui parti hoc petenti non facit edi communia instrumenta.

instrumentū quantuncūq; publicū admittunt testes, ut hic [1]. quia secundū testes productos cōtra instrumentum sententiatur. ad idē inducit ī. de præscrip. ad audientiam. & C. de prob. cū precibus. Si quæris quot [2] testes præiudicēt instrumēto: pōt dici, quòd iiij. uel v. ad minus: qa authoritas tabellionis uidetur æquiualere duobus testibus. s. de prob. qm̄ cōtra. & ipsum instrumentum ualet duos testes: qa parē uim obtinet probatio testiū uel instrumentorū. C. de fi. instr. l. in exercēdis. ut hic deciditur. & sic patet, ꝙ ad minus per quatuor meliores uel quinq; testes, īstrumētū reprobetur. De hoc dictū est s. de ꝓba. tertio. sed in casu isto testes nō reprobāt instrumentū, sed addunt instrumento, quod notarius omiserat forte per obliuionem. Bern.

[a] In modum exceptionis. Vnde non uidebatur pro ipso sententiandū. s. de ordi. cog. cum dilectus. de except. denique.

[b] De certo fuerit tēpore. propter qđ ꝓbatio insufficiēs uidebat. s. de ꝓba. in prẹsentia. arg. s. eo. inter dilectos. & ff. de eden. l. j. §. editiones. Ioā.

[c] Postquam à partibus. Et sic patet, quod iudex potest interrogare partes quādocunq; uisum fuerit. ff. de īterro. actio. ubicunq;. & xxx. q. ult. c. ult. sic etiā potest interrogare testes post publicationē, si obscure dixerint: qñcunque uisū fuerit. s. de testi. cū clamor. quia ueritas sæpius examinata, magis splēdescit in lucē. xxxv. q. ix. graue. quia officium iudicis est latissimum. ff. de iur. om. iud. l. j. sed ad petitionem partis non debet testis interrogare. arg. s. de prob. in præsentia. de hoc dicitur xxx. q. v. iudicantem.

[d] Pronuntiauimus. Arg. quod super exceptione incidenti, sit pronunciandū. arg. contra s. de ordi. cog. ca. j. ubi de hoc, s; ratio quare pronūtiat hic sup hac & nō ibi, pōt assignari. hic opposita fuit exceptio post sententiam: unde super exceptione nondū fuerat directe uel indirecte pronuntiatū: quare in causa appellatiōis debuit ei pronūtiari: quia de ea cognitū fuit: & ad hoc ut sciretur quare sentētia reuocetur, sed cum opponitur ante sententiā, super ea pronuntiatur indirecte, dū sententiatur super principali. Bernardus.

[e] Huiusmodi exceptio per hoc patet, quod exceptio peremptoria omissa ante sentētiā, potest opponi post sñiam in causa appellationis. C. sent. rescind. non poss. l. ij. alias non posset, nisi per beneficiū restitutionis, ut in l prædicta. & ī. de priuileg. cū olim. ij. s. đ in integ. res. suscitata. sic ēt in cōpensatione omissa ante sentētiam, nihilominus actio remanet salua post sententiā, citra aliquam appellationē [3], non obstāte re iudicata in prima petitione. ff. de compens. quòd in diem §. j. Arg. tamē cōtra. ī. de re iudi. inter monasteriū. Sol. ut ibi.

[f] EX parte. O. deerat. Ex hoc uidetur satis ꝙ non debuit ualere: quia in literis dñi papæ nihil dēt diminutū esse. arg. s. de rescrip. cum à Deo. & cum multa maturitate ac deliberatione tradunt xxxv. q. ix. apostolicæ. unde non est uerisimile, quod aliquod uitiū possit ibi remanere, sed propter tam modicum defectum non uitiatur, maxime si rescriptum in alijs appareat omnino legitimum, cum fuerit uitium scriptoris, siue nimia occupatio: quod nocere non debet. argum. C. de testament. lege, errore, & lege ambiguitates. & lege. quoniam indignum. & C. de leg. in legatis. secus si esset ibi falsum latinum. supra de rescriptis. capitu. ad audientiā. Et sic est notabile, quod propter defectum syllabæ uel literæ [4] non uitiatur rescriptum sicut nec testamentum uitiatur, nec libertas minus debetur, licet erratum sit in syllaba. ff. de manumissis testamen. qui habebat.

[1] Et sic reꝓbat opinio Lanfrāci Cremonē. qui dicebat ꝑ testes nō reꝓbari instrumētum, nisi eēt suspectū uel ex parte conficientis, uel ex parte producentis: & reddebat rationē, qa memoria hominum labilis, nec cōmuniter testes ita sunt intēti sicut tabellio: quare pl⁹ credit instrumēto, scđm eū. Ioā. And.

[2] Quot dic ꝙ duo. Pan. Fely. hic. Corn. cōs. ccxvj. in fi. li. iiij Car. Rui. cōs. xxxv cū duob. seq. li. iiij. Io. amic⁹ cōs. xliiij. nu. 4. Phi. Dec. c. tertio loco. nu. 11. de prob. ubi dixi. adde Nic. Boe. decis. Burdeg. cxvj. & cxviij.

[3] Multo fortius in causa appellationis, & de hoc ī Spe. de app. §. pē. uersi. sed nunquid in cā. & uide ꝙ plene dixi. de ordi. cog. ca. ult. in magna. glos. uers & idē est quandoq; cum uersi. seq. Ioā. And.

[4] Et idē forte ī defectu orationis, uel dictionis dūmō deprehēdat intellect⁹ papę. Alij dicunt, ꝙ si aliquando desit đfect⁹ tolerabilis in lr̃a uel dictione iudex tamē habebit literas suspectas, nisi uitiū sit occultū, cū multi sint officiales curiæ q examināt uitia literarum. primū dictū placet cū per bullā tollat suspicio, & oculus officialiū sæpe fallit scđm Inno. ut alias legit. s. de ꝓba. cām. uel posset distingui inter rescripta gratię & iustitiæ scđm Hostiē. đ cri. fal. ca. pe. remittit tamen ad not. s. e. ca. ex literis đ rescri. a l audiētiam. Ioā. And.

G Perpetuus. In prima parte ponitur appellantis narratio. In secunda causæ commisio: ibi, Ideo que. Abbas Siculus.

a Super decimis. Sed nonne iste vicarius [1] si conueniebatur pro decimis vicariæ suæ, debebat dominum in iudicium nominare? Ita videtur: quia ipse dominus non est. s. vt lit. nõ cõtesta. quoniam. §. penulti. & C. vbi in rẽ act. l. ij. & ipse dñs debuit conueniri. arg. j. de præscri. auditis. & xvj. q. iij. inter memoratos. arg. quod teneatur respondere cũ ipse habeat ius in re. j. de appel. ad audientiam. sicut vsufructuarius tenetur ad refectionẽ domus & ad tributũ. ff. de vsufruc. l. vsufru. legato. §. fi. & l. seq. alleg. §. hactenus. C. eo. ti. eũ. De hoc dictum est s. vt lit. non conte. quoniam. §. penul. Sed intelligo, quod iste vicarius habebat mandatum generale vel speciale ad agendum & defendendum à rectore legitime factum alias non fuisset admissus eoipso quod esset vicarius, cum non habebat administrationem, nec titulum, sicut prælatus, nec præiudicaretur ecclesiæ per factum ipsius. Ber.

1 Vicarius dic qđ vicarius ꝑpetuus in spectantibus ad suã vicariã potest sine mandato nomine vicariæ agere, & cõueniri & ꝑiudicat ecclesiæ, sed nõ pro reseruatis rectori, nisi habeat mandatũ. Temporalis aũt nõ agit sine mandato. Panor.

CAP. XII.

G Perpetuus vicarius ecclesiæ de Rechã nobis exposuit, quòd cùm prior & conuentus de Ledis eum super decimis a coram iudicibus authoritate apostolica cõuenissent, & dictus G. super b similibus coram ipsis reconuenisset eosdem: quia dicti iudices copiam quorundam instrumentorum communium c, quæ habebat pars altera, & per quæ intendebat intentionem suã super principali fundare: fieri non faciebãt eidem, hoc cum instantia postulanti, nostram audientiam appellauit. Ideo que mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum &c.

Idem.

b Super similibus. Et etiam super disimilibus, poterat eos reconuenire, & ei tenebantur respondere. s. de mu. pe. c. j. vbi de hoc.

Gloss. seq. circa editionem distinguit instrumẽta communia & propria: & in his an vtatur necne. & cum vtitur eduntur sine die et consule. fallit in casu.

c Instrumentorum communium. Not. circa exhibitionem instrumentorum. Et primo scire debes, ꝙ rescriptum & omnia acta causæ, confesiones, & responsiones, & attestationes, & quæcunque acta sunt in iudicio, peti possunt exhiberi vel condictione ex lege, vel iudicis officio. C. de eden. l. ij. Vel condictione ex illa decret. s. de prob. quoniam. & integraliter sunt exhibenda: quia communia sunt. C. de eden. nõ est nouum. & l. vlt. & ff. eo. tit. prætor. §. j. & l. si quis. §. ratione. & l. argentarius. j. respon. & hic est expressum. Sed si instrumenta propria sunt, & actor petat à reo instrumenta, per quæ intentionem suam probare vult, non est audiendus: quia apud seipsum debet habere probationes suas. s. de prob. c. j. & C. de eden. qui accusare. & actore non probante, reus debet absolui: vt in l. qui accusare. & j. vt eccle. benef. vt nostrum. Et ita nec reus actori, nec actor reo, tenetur exhibere instrumentum ad fundandam intentionem aduersarij 2. Si vero actor vel reus vtitur aliquo instrumento proprio, illud aduersario edi debet, sine die & consule, ne præstetur materia fabricandi falsum. s. eod. contingit. & c. accepimus. & ff. quẽad. testa. aper. l. ij. §. diem aũt. & ff. de edẽ. l. j. §. editiones. Nisi vellet alterutra partiũ, arguere instrumentum de falso: quia tunc integrũ instrumentum debet ei edi: vt s. eo. inter dilectos. & C. de contrah. & commit. stip. l. optimam. Ber.

Instrumẽtorum editio ꝑ quas actiões fieri petitur.

2 Hodie vsurarij cũ de vsuris agitur cogi possunt edere libros rationum suarum: vt in concilio vienẽ. de vsu. ex graui. §. cæterum. Ioã. And.

Scripturæ contrariæ ab eodẽ productæ fidem non faciunt.

CAP. XIII.

I Mputari d ei potest, qui cõtrarias e inter se scripturas in iudicio ꝓtulit fidem sibi adinuicem derogantes: Cùm in ipsius fuerit potestate, quam voluerat non proferre.

I Mputari. Imputatur producenti scripturas cõtrarias in hoc: quia inuicẽ sibi derogant. h. d. Ponit primo dictum. Secũdo ipsius rationem: ibi, Cum in ipsius. Ab.

d Imputari. Hæc decr. sumpta est ex illa. l. C. de fi. instr. scripturæ.

e Contrarius inter se. Hoc verum est, siue directe cõtrarie sint, siue indirecte. Directe, vt si induco instrumẽtũ i quo promisisti mihi soluere tali die x. & aliud exhibeã. in quo continet ꝙ ego feci tibi pactũ đ nõ petẽdo. 3 Indirecte, puta si induco instrumentũ in quo cõtinet, ꝙ promisisti mihi soluere x. Bonoñ. tali die. Itẽ ꝓduco aliud in quo cõtinet ꝙ eadẽ die ꝓmisisti mihi soluere x. Romæ 4. Istæ scripturæ licet nõ contradicãt directe: tñ indirecte, siue ꝑ obliquũ cõtrarię sunt: & ideo vna derogat alij. sic quãdoq; scriptura & factũ sibi adinuicẽ derogare videnť, vel saltem alterũ alteri. s. de ele. cũ inter. R. Sic ergo patet, ꝙ qui contraria allegat, non est audiendus. j. de ap. solicitudinẽ. circa fi. xxiiij. ꝙ autẽ. & viij. di. quo iure. & hoc locũ habet. qñ ab eadẽ parte producunť: secus si à diuersis: quia tũc ei stať, quæ magis est sine suspicione, & quæ dignior est. C. de cõtrah. stip. optimã. in fi. Sed nunquid est idẽ in testibus ab eadẽ parte productis? Dico ꝙ non: quia in testibus non possunt prouidere, quid dicturi sunt: & ideo stabitur dignioribus 5: sed per instrumentũ bene potuit prouidere ꝙ magis expediret producere: vt hic dicit in fin. & sibi imputet ꝙ minus diligens fuit. Nam vigilantibus, non negligentibus iura subueniũt. ff. quibus ex caus. maio. non enim. & ff. de eden. veluti.

3 Pactum hoc exemplũ falsum Panor.

4 Et vtraque personaliter facta fuit, nõ altera per procuratores. nec obstat. ff. de verb. obl. l. fin. §. inter eos. Ioã. And.

5 Cõcor. l. si plures & ibi Bar. ff. de accu. & l. iiij. § eiusdẽ. & §. scire potes. ff. de testibus.

Idem.

Si in instrumento debiti exprimitur causa, condẽnatur debitor, nisi probet indebitũ, si nõ exprimitur, necesse est vt creditor probet id fore debitum.

CAP. XIIII.

S I cautio f quam à te indebitè g proponis expositã indeterminatè h loquatur, aduersarius tuus tenetur ostendere debitũ, quod cõtinetur in ea. Sed si causam i propter quam huiusmo-

f S I cautio. Hæc decr. sumpta est de l. illa. ff. de ꝓba. cum de indebito. §. vlti. & dic cautio, i. scriptura: siue sit priuata, siue publica. Bern.

g Indebite. Quia dicit quod non teneris ad id super quo cautio exposita fuit.

h Indeterminate. Id est, non exprimens ex qua causa debeatur.

i Sed in causam. Puta, quia cõfessus fuisti mutuo recepisse pecuniã ꝓmissam, vel ex aliquo alio cõtractu antecedẽti. tũc. n. statur tuæ cõfessioni, quæ continet in illa cautione: alioqui si causa nõ fuit inserta, nõ poteris cõueniri ex illa 6 cautione. C. de nõ nu. pe. generaliter. cũ satis sit indignũ, vt ꝙ quisq; sua voce diluci. de ꝓtestatus sit: in eundẽ casum ꝓprio infringere va leat

6 Illa. & potius ꝑsumit error, quam donatio. Alexan. cõsi. xiij. libr. j. cõsi. iij. li. ij. Cor. cõsil. cxxxv. litera n. li. ij.

Ieat testimonio.ŝ.de prob.ꝑ tuas.& in l.prædi. generaliter.in fi.ar.j.qõ.vij.saluberrimũ. & xxvij.q.j. oẽs. fœminæ.ꝙ si non promittat,sed confiteatur se debere mihi ex aliqua iusta causa p̃cedẽte. idẽ est ac si ꝓmittat vt teneatur ex illa cõfessione:vt in l.præd. generaliter.in fi. & ita patet ex hoc,qđ confessio extra iudicium facta,cã adiecta bene p̃iudicat ad probãdum.De hac materia dictũ est ŝ de cõfess.c.vlt. Itẽ quid si me absente cõfiteat̃ se mihi debere? Talis cõfessio nõ nocet ad instar stipulatiõis.vt insti.de inut.stipu. §.item verborum.

di scriptura processerit, expresseris in eadem,confessioni a tuæ statur:nisi probaueris te id indebitè b promisisse.

Idem I. tabellioni.

Authoritate ordinarij, potest notarius tabellionis mortui notas in publicã formã redigere.

CAP. XV.

CVm P.tabellio morte præuentus,quædã non perfecerit instrumenta,quæ in nota redacta fuerant ab eodem:Ad petitionem eorum ad quos pertinent,authoritate c ordinarij iudicis poteris ea fideliter in publicam formã redigere †,habitura per hoc perpetuam firmitatem d.

Idem.

Instrumentum exemplatum per tabellionem authoritate ordinarij, eandem vim habet cũ originali.

Gloss. seques notat confessioni stari: & tres casus excipit.

a Confessioni. Sic ergo statur confessioni cõtra se. fallit tñ quandoque, vt in pecunia confessata.quia tũc potest opponi exceptio nõ numeratæ pecuniæ intra biennium.C. de nõ nu. pec.in cõtractibus in princ.& in dote. C.de dot. cau. non nu.l.vlt.in authen. ibi posita.Item fallit vbi statur secundæ confessioni, & non primæ. C. ad Velleia.authẽ. siue à me.

† Ias.cõs. xlij. colũ. iiij. lib.j.

b Indebite promisisse. Et ita admittitur probatio cõtra talem cautionem,licet causa subiecta fuerit,s.qđ talis promissio indebita fuit,puta quia iam satis fecit ei:sicut qui dicit pecuniam indebitam se soluisse, illud probare tenetur.ĵ.de sol.c.vl.& ff. de prob. cum de indebito.j.respon.

c CVm P.tabellio.Authoritate ordinarij. Ordinarius ergo præstabit authoritatem suam huic tabellioni ad petitionem illorum,quorum sunt instrumenta, vt ea redigat in publicam formam:sic & si essent consumpta propter vetustatem, aut aliam iustã causam.ĵ.cap.proxi.

d Perpetuam firmitatẽ habitura.Vt hic dicit.sic & testamentum authoritate ordinarij, in publicam formã redigitur.C.de testa.testamenta.& l.consulta.& talis publicatio æquiualet testamento.C.eo.publicati.hoc tamen scire debes,quod tabellio dum viuit, non põt alteri committere completionem instrumenti:sed ipsemet debet complere instrumentum prout in protocollo reperitur:nihil addendo vel diminuendo,quam in protocollo continetur: vt in auth.de tabel.coll.v. post mortem uero fiat prout dicitur hic,& C.eo. titu. l.contractus. Bernard.

e SI instrumẽta.Vetustatẽ.ꝑꝑ vetustatẽ,instrumẽta & priuilegia renouanda sunt: vt hic,& infra de confir.vti.vel inutil. cum dilecta.alias si vetustate consumerentur,nulla fides eis adhiberetur.ŝ.eod.inter dilectos. & sic testes (ne probatio pereat) in publicam formam rediguntur.ŝ.de testib.c.significauit & ŝ.vt lit.non contesta.quoniam.j.respon. & §. sunt & alij.& ff.ad leg.Aqui.in lege.C.de vsur. pup. l. vlt. argu.Bernard.

f Iustã causam. Puta quia litera incipit deleri ex vitio chartæ vel incausti, quamuis instrumentum de nouo sit factũ,vel alio modo quod possit contingere de facto a :ita tñ faciẽda est hæc renouatio,si adhuc sint ita integra, quod non sit dubitatio de ipsorũ tenore: vt hic dicit. vel si essent pro parte iam consumpta,vt ex inspectione non possit deprehendi de fide ipsorum, non sunt renouãda, nisi prius ꝑ testes ꝓbaretur de integritate instrumẽtorũ.ĵ.de priuil.cum olim.& hæc innouatio debet fieri authoritate ordinarij: vt hic dicitur.sic ŝ.eo.ca. prox.Ber.

CAP. XVI.

SI instrumẽta ꝑꝑ vetustatẽ e vel ꝑꝑ aliã iustã f causam exemplari petant̃: Corã ordinario iudice vel delegato,ab eo specialiter p̃sentent̃: q̃ si ea diligẽter inspecta, in nulla sui parte vitiata repererit:per publicam personam g illa præcipiat exemplari, eandem authoritatem per hoc cum originalibus habitura.

TITVLVS XXIII.

DE PRAESVMPTIONIBVS.

Salomon in Parabolis.

Sicut manifestè nocẽs est pœnæ obnoxius, ita & occultus, licet postea dicat se ioco fecisse.

CAP. I.



SIcut noxius est qui mittit lãceas & sagittas in

g Publicam personam.Sic ŝ.c. prox. & ca.cum dilectus. Quid si publica ꝑsona non possit haberi?Satis credo a quod per aliquam personã honestam authoritate iudicis rescribi possunt arg.ŝ.de prob.quoniã cõtra. ita tamẽ quod sigillum authenticũ apponatur, quod imponat fidem instrumento.ŝ.eod.c.ij.& c.cum dilectus. alias posset deperire ius illius,quod esse non debet:imo curare debet iudex,vt salua sit rerum probatio.ff.de testib.curent.Bernard.

† Host.ponit exemplum, qñ sunt transferenda ad locum remotũ propter pericula viarũ fiet insinuatio,vel sunt scripta in papyro. de cõfir. vti. cũ dilecta. vel sunt cõmunia inter heredes uel socios, quorum quilibet eget vno. ff.fa. ercic. leg. si q̃ sunt. C.communia vtriusq. iudi. de instrumẽtis. ff.de fi.instru.l.fina. nec debet iudex denegare hoc,etiam si contra ipsum sit. in auth.de defens. ciuit.§.sed nec. col. iij. Ioan. And.

DE PRAESVMPTIONIBVS.

Quia præsumptiones quãdoque plene probant, quãdoque semplenã probationem faciunt, quandoque alias præsumptiones coadiuuant, vt patet infrà in processu tit. ideo post tractatũ de probatiõibus, de testibus & fide instrumẽtorũ, annectit hunc titulũ in quo tractatur de quadam specie probationis. Et vide ad materiam quod dicit Panor. in c. tertio loco. suprà, de probat. & no. in c. ferrum. l. distinct. Abbas.

Quid autem debet præsumi si clericus amplexetur mulierem. xi. q. iij. absit.



SIcut noxius. Ludus noxius inducit præsumptionẽ fraudis.Vel sic:In dubio ĩ delictis p̃sumit̃ dolus.& aduerte: quia verba tex.nõ sũt papæ.sed Salomonis,in parabolis : vt patet ex suprascriptione , & habent originaliter in parabolis in c.xxvj. sed q̃a tex. est hic canonizatus,facit fidem.& inducit necessitatẽ sicut si editus fuisset à papa:q̃a omnia nostra facimus quibus authoritatẽ nostrã impertimur.l.j.C.de vete. iur.

Prou. 26.

a Credo. sed Cardi. flo.& Fel. contra.

morté a, ita uir qui frau dulenter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus b dicit, ludens c, feci.

Idem.

Ex uiolenta præsumptione fertur definitiua †, & est casus notabilis.

CAP. II.

AFferte mihi gladium. Cumq; attulissent, ait d: diuidite infanté uiuũ, & date dimidiã parté uni, & dimidiã partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat uiuus, ad regem (commota e sunt quippe uiscera eius, sup filio suo) obsecro domine, date illi infanté uiuum, & non occidatur. è contrario alia dicebat: nec f mihi, nec tibi sit: sed diuidatur. Respõdit rex & ait: Date g huic infantem uiuum, & nõ occidatur. hæc h est enim mater eius.

Salomõ in parabolis †.

Conuersatio in adolescẽtia facit psumptionẽ in senectute †.

iur.enu.& in c.si apostolicæ.de præb.li.vj. ut patet s. in proœmio huius cõpilationis.& uide gl.no. ij.q.j.i primis.in uer.lex.Pone ergo casum literalé, referédo consultationé ad papam autoré huius cõpilationis.& idem debes obseruare in oĩbus capitulis, quorum autores non habebãt potestaté legis cõdendæ. Abbas Sic.

a In mortem. Id est, ut mortem inferat, licet res nõ habuerit effectũ, ex quo processit ad actum.lj.dist.si quis post acceptũ. & de pœ.di. j. si quis cũ telo.

b Deprehensus. In opere nociuo.

c Ludens. Licet hoc asserat, nõ excusatur: qa noxius ludus est in culpa. ff. ad leg. Aquil. nã ludus 1. cũ dabat operam illicitę rei. l.dist. clerico. & c. si qs uoluntate. nã oé maleficium praue psumitur actũ. C.ad leg. Cor. de sicar.l. j. C.de iniur. si nõ couicij. & oé beneficium recte p sumitur actum.

d AFferte. Ait, s. rex Salomõ, sed nõ definiẽdo 2, sed potius tentando cã inquirẽdi ueritaté, cuius filius esset. nam nõ oĩs uox iudicis, authoritaté continet rei iudicatæ. C. de senté. & iterlo.om. iud. ex stipulatione. & ij. q. vj. hoc quippe. in prin.

e Commota. Interpositio est.

f Nec mihi. Hæc non fuit audienda, quæ nocere tantum uoluit, & non prodesse, unde malitijs eius non est indulgendum. ff. de rei uend. in fundo. & s. de rescrip. sedes apostolica. & j. de priuileg. ex parte tua. ij. & j. qui ma. accu. possunt significante.

g Date huic. hæc. n. fuit sentẽtia diffinitiua lata per solam præsumptionem. sic xxij. quæstione. j. dixit dominus. hæc locum habent cum uiolenta est præsumptio.

h Hæc é enim mater, i. præsumit ex dilectione unius, & odio alterius. argum. xxiij. q. iiij. ea uindicta. circa prin 3. Sed si utraq; dixisset filiũ nolle interfici: tũc illi quæ erat in possessione adiudicaret, nisi alia probatio interuenisset. Sed pone, quod utraq; moriatur lite pendente, cui succedit iste 4? Videtur qđ utrique. arg. ff. de reb dub. qui duos. ff. de inoffi. testa. Papinianus. §. sed nec impuberis. ar. contra quod neutri succedat. ff. de reb. dub. si fuerit. quoniã ponit imposibile quod est contra naturã, s. se habere duas matres. unde non est audiendus. ff. de interro. actio. confessionibus. §. j. ff. quę sent. sine app. rescind. l. ult. Item altera erat in possessione, ergo alteri incumbit probatio. ff. de p ba. ei qui dicit. pro hac parte standum est uincen. Si uero de confessione neutrius cõstaret, dic ut no. s. de testib. in nostra Vincen.

† In ciuilibus nõ i criminali. Feli. hic Ang. pu. l. suo est. de furtis. Pau. l. fin. C. de probat. Phil. Dec. c. tertio loco. col. fin. de probatio. Hyp. Marsil. in rub. de pbat. & l. repet. col x. de quæst. Angel. Aret. trac. malefi. uel fama publica. & Vb. comparuerunt dicti inqsi. Ale. cõs. cxxxviij. nu. 5. ubi dixi. li. vj.

3. Reg. 3.

1 Et xxxij. q. iiij. recurrat. qs enim ludos appellet ex quibus crimina oriuntur? ut in pœmio Digestorũ. §. ante pe. & sunt hæc scđm Gof. cõtra illos q faciũt rhythmos famosos in ludis sancti Nicolai, uel similibus festis: qp propter ludũ non excusent a pœna. C. de famo. libe. l. vna. vj. q. j. ex merito. & tribus c. seq. Ioã. And.

Alias, Hierony. super parabolis, in plurib. exẽpl. scriptis.

CAP. III.

EX studijs suis intelligitur i puer. Quemcũque enim uirtutibus studere, cũ modestia cõtinẽtiæ, auditioni sapiẽtũ, obseruãtiæ mandatorũ Dei, maximè simplicitati & humilitati uideris, huius mũda & recta opera intellige k.

Bonif. papa episcopis Galliæ.

Præsumitur contra illum, qui dilationib. subterfugit iudiciũ.

CAP. IIII.

NVllus dubitat, quòd ita iudiciũ nocés subterfugit l quemadmodũ ut absoluatur, qui est innocens, quærit. confitetur m enim de oĩbus, quisqs se subterfugere iudicium dilationibus putat.

Gregorius in homilia.

Qui ex duob. illatis, alterũ negat, reliquũ affirmare psumitur.

CAP. V.

NOnne bene dicimus n: quia Samaritanus es tu, & dæmo-

EX studijs. Primo ponũtur uerba Salomonis in parabolis, cap. xx. Secundo ponuntur uerba Hieronymi illa exponẽtis: ibi, Quencunq;. Et pone casum ut in cap. præcedẽtibus referendo consultationem ad papã, an dicta Salomonis citra canonizationé sint approbata ab ecclesia, cũ sint incorporata ĩ Biblia. Dic ut dicit gl. no. in cap. j. xvj. dist. Et idé tenet Hieronymus in pfatione su per libro Prouerbiorũ, & vĩ concludere, quod sint apocrypha: quod est not. Abb. Sic.

i Intelligitur. Id est, præsumitur. & est arg. per exteriora præsumi de interioribus. xxxij. q. v. qui uiderit. & l. distinct. si quis diaconus. uersus: Intima per mores, cognoscimus exteriores. Bern.

k Intellige. Id est, prçsume. nam pro certo nõ possumus scire, qđ post illa tria quæ Salomon asserit difficilia, scilicet uiam colubri super petram, uiam aquilæ super cælũ, uiã nauis super aquas: quartũ quasi reputat imposibile, uiam uiri in adolescentia sua tanquam inuestigari non posit 5: tñ ex his argumentis bonam colligimus opinioné quousque appareat in contrarium. infra eodem, capitulo ultimo. Bernard.

NVllus. Abbas antiquus dicit casum ponédũ per decre. ueritatis. de do. & contu. Abb. Sic.

l Subterfugit. Qui enim iudicium refugit, apparet eum de iustitia diffisum. xj q. j. Christianus. & iij. q. ó. ix. decreuimus. & lxxiiij. dist. honoratus. Bern.

m Confitetur Interpretatiue. xj. q. iij. rursus 6. Tripliciter dicitur quis cõfiteri: Ore. xv. q. vj. c. j. & ij. Rei euidentia. xxviij. di. priusquam. Contumacia: ut hic. & iij. q. ix. decreuimus.

NOnne bene dicimus. Qui tacet consentire præsumitur. ita summat Ioan. sed hæc summatio est nimis generalis, & contra regulam, is qui tacet. de regũlis iuris. libro sexto. Primo ponuntur uerba Euangelij. Secundo uerba Gregorij exponentis seu inferentis ad decisionem quæstionis. Secunda ibi, Duo quippe. Abbas Sicul.

n Nonne bene dicimus. Verba sunt Iudæorum.

Duo

ptis.

† Franc. Rip. ca. eãte. co. ij. đ rescrip.

2 Quia talis res nõ recipiebat diuisioné. C. cõia utriusq; iudi. possesionum. secũdum Vin. Ioã. And. in nouel.

3 Et C. đ inoff. test. l. si mater. ff. qp met9 causa. isti quidé. Vnde & pietas paterna, p filijs capit cõsilium. ff. de adult. nec in ea lege ad fi. quia nullus est affectus q uincat paternũ. C. đ cur. fur. l. ulti. post prin. Ioã.

4 Iste. dic qp succedet ei quę erat i possesione, Et si neutra fuisset in possesione hét puerfacultatem adire hæreditatéalterutri9. & vna electa piu dicat in alia. Pa. Salomó, quatuor reputauit difficilia cognitu.

5 Glo. est simil. & ferme de uerbo ad uerbũ instit. de iustitia & iure. §. his igit in uersi. auertit.

6 Rursus & c. christianis. ij. q. j. c. decr.

Duo quippe. uerba ſunt Grægorij. Ber.
Illata. i. ignominioſe dicta ſunt uel iniurioſe.
Vnum negauit. ſ. demonium habes.
Alterum. ſ. Samaritanus es, tacendo conceſsit.
Tacendo. Nota quod qui tacet cōſentire uidetur. liiij. di. ſi ſeruus. & xxvij. diſtin. diaconus. & xxviij. di. diaconi. ff. de condi. & demon. cum ita legatum. uerſi. quæ enim Titio. Fallit hæc regula in caſibus. ff. de ſerui. urba. præd. inuitum. ff. de fur. qui uas. §. uetare. & ff. quib. mo. pig. uel hyp. ſol. ſicut. §. nō uidetur. ff. de pecu. filiusfamilias. § inuitus. alium caſum habes. lxv. diſt. ca. ult. lxxiiij. diſt. ca. j. arg. contra. ff de reg. iur. qui tacet. Dicas quod qui tacet, non conſentit ubi agiẗ de dominio rerum amittēdo. niſi affinitas aliud inducat. ff. de dona. inter ui. & uxo. ſi ſeruus communis. Vincen. Vel melius dicas quod ubi per prohibitionem meā poſſum prohibere qđ fit, & taceo: tunc taciturnitas pro cōſenſu habetur. liiij. di. ſi ſeruus. Si uero ꝑ prohibitionē meā non poſſum prohibere quod fit, tunc non obeſt mihi taciturnitas: puta me inuito poteſt uēdere rem meam. ff. de contrahē. emp. rem alienam. ſic etiam uideẗ diſtinguere lex ſæpe. ff. de re iudi. & xj. q. iij. quando. & ῑ. de re iudi. c. pen. tamen fallit hoc in caſibus prædictis. Item arg. quod de uno negatur de alio conceditur. xxv. diſt. qualis. xv. q. iij. ex eo. & ff. de iud. cum prætor. & xxiij. q. ij. lator. ff. de pact. dotalibus ob res. §. ij. & ecōuerſo. & quod de uno affirmatur de alio negatur. ff. de condi. & demon. cum ita legatum. & ff. de legi. & ſenatuſcon. cum lex. & C. de procu. l. maritus. ubi de hoc.

nium habes? Reſpōdit Ieſus: Ego dæmonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerūt: unum negauit, alterum tacendo conceſsit.

Idē Maximo epiſcopo.

Ex præteritis præſumitur circa futura.

CAP. VI.

Mandata cœleſtia efficacius gerimus ſi noſtra cū fratribus onera partiamur. Proinde, ſuper cūctas eccleſias Siciliæ te uices ſedis apoſt. miniſtrare decernimus. Quas non loco tribuimus, ſed perſonæ. Quia ex tranſacta in te uita didicimus, quid de ſubſequēti cōuerſatione tua præſumamus.

Idem.

Ex uicinitate præſumitur notitia facti loci uicini.

CAP. VII.

Quoſdam: & infra. Aphrica uerò qua liter mortalitate & languoribus uaſtetur: quanto uiciniores eſtis, credo quòd tāto ſubtilius cognouiſtis.

Idē Victori epiſcopo.

Præſumitur factum notum in uicino loco, quod eſt notum in remoto.

CAP. VIII.

Quanto: & infra. Latere te in uicino non potuit, quod ad nos in lōginquo peruenit.

Hieronymus ſuper Oſeę.

Ex præteritis præſumitur circa futura.

CAP. IX.

Scribam eis multiplices leges meas, Ex prius datis & neglectis apparet ꝙ has negligent.

Alex. iij. decano Caſſineñ.

Mandata. Mandata cœleſtia. ſ. alter alterius onera portate l. diſt. ponderet. & ſ̄. de offi. archipreſ. ca. ulti.

Gloſſa ſequens arg. ad brocar. alleg. v. iura, & unum alle. in contrarium, & ſoluit.

Partiamur. No. argu de officijs partiendis. xciij. diſt. diaconi. circa mediū: ibi, ſufficit huic ordini & c. C. de aſſeſ. nemo. xvj. q. j. presbyter. ff de pa. ſi plures. lxxxix. diſt. ſingula, argu. cōtra. ff. de adop. ſi cōſul. Solu. prima regula generalis eſt contraria tamen quandoq; inueniuntur aut cauſa neceſsitatis uel utilitatis conceſſa. xxj. q. j. relatio. xxx. q. j. ad limina. ff. de contrahen. empt. fiſtulas. §. fundum & ff. de ſtip. ſer. l. j. §. communis ſeruus.

Vices apoſtolicæ ſedis. Et tamen non poterit extendere manum ad ea, quæ in ſignum uniuerſalis dominij ſunt Romano pontifici reſeruata. ſ̄. de transla. c. j. & ſ̄. de offi. leg. quo ad translationem.

Sed perſonæ. Et ideo cum perſona finitur. vij. q. j. petiſti. ff. de conſti. prin. l. j. in fi. Si uero loco cōcedatur priuilegium perpetuum eſt. xvj. qō. j. hinc etiam. & xxv. qō. ij. c. j. & ij. ff. de iure immu. l. iiij. & ῑ. de inſtit. cum ueniſſent.

Quoſdā. Viciniores. Arg. quod ex uicinitate ꝑſumiẗ ꝓ aliquo uel cōtra aliquē, & iō ſcire ꝑſumiẗ: unde facile nō crediẗ in contrarium xvj. diſtin. quod dicitis. & ῑ. quoniam. accu. poſ. cum in tua. & infra c. proxi.

Credo. i. præſumo. Et eſt arg. qđ ubi quis interrogatur an credat uel non eſt dandum tēpus ei ad deliberandum: quia ex præſumptione informat ſuam credulitatem. Ber.

[k] Quod alij. Sic. ff. de condi. indebi. in ſumma. in fi. unde ſi alij ſolueris, qđ alij debes, nõ liberaberis, & ille furtũ cõmittit. ff. de fur. falſus. §. j. niſi ille ratum habeat. ff. eo. ſi uendidero. §. ſi Titius. unde patet, quod peius eſt [3] ſiue grauius latroni qui partitur ſpolia cũ ſocio quã ſi non partitur. xxij. q. iiij. ſi quã ad peccatum. Io. & expone quod dicit, alij tantum ſcilicet: & ſic nõ obſtat quod ſoluitur uni ex pluribus, quorum cuilibet inſolidum quid debebatur. ff. de duob. re. conſt. l. iij.

[l] Archiepiſcopo. De hac materia tractatur. j. de præſcrip ſi diligenti.

[m] Præſtitum. Piſano archiepiſcopo.

[n] Contrarium. Quia ſi unum contrariorum eſt bonum, reliquum eſt malum. viij. q. j. ſciendum. & xxxij. diſtin. hoſpitiolum. Lau.

[o] Illud. ſcilicet quod præſtiti archiepiſcopo.

† Infra de pſcrip. c. ſi diligẽti.

[3] Unde dicit Hoſ. poſt Goſ. hoc uerũ, quãdo iõ nõ parcitur: quia pœnitet de peccato: & intẽdit uero dominorẽ reſtituere. q. d. ſecus eſſet, quãdo ſimpliciter ſidẽ frangit ad ſuũ lucrũ. uide ꝙ in pœ. dixi ſuper gl. ſiue ſit Ioã. And.

Quinta-

Quintauallis. Istud est ualde famosum.c.ꝑpter materiam arbitrorum.quæ hic tractatur.Cōis diuisio.Secunda ibi,Quocirca.Abbas.

a Iuramentum. Quòd ciuili modo fuit intelligendū. ff.de serui.sicut 1 & s̄.eod.ueniens.ubi de hoc.

1 Vide in proœ. sup ulti. glos. Ioā. And.

2 Hæ. idē ex grauiori cā.Phil. Dec.ca.cū spāli. n.5. de appel. ubi dixi & ad Alexā.cōs.ccxiij. lib. ij. Frā.Ripa. in rub. n. 20. s̄. de iudic.

3 Et tunc si pr̄ pōt exhæredare,fortius pōt alimēta negare de hoc in Spe. qui filij sint legi. uers. quid si filia. & uersicu. seq. Io.an.Pe. Gerar. singul.j. Sed contra tenet Curt. authē. nō licet.C. d̄ lib præte. Viglius in stit. de in offi.testa. in fi.

non existat, illud sine difficultate præstabis.

Idē Alatrino episcopo.

Qui iurat stare mandato alicuius non tenetur parere si præcipit illicita, ut quòd filiū exhæredet,uel uxorem abiuret.

CAP. XXIII.

Quintauallis nostris auribus intimauit, quòd pro offensa, quā filiæ ipsius alijs mulieribus irrogāt,quòd earum mādato pareret præstitit iuramentum a : quæ tale illi sub debito iuramenti dedere mandatū. quòd si quādo filij aut uxor illius aliquod factum uel uerbum contumeliosum mulieribus illis obijceret, idem filias & filios exhæredaret b , & a se propriam remoueret uxorē. Quocirca mādamus, quatenus cum licitum fuerit iuramētū,sed mādatum illicitum,prædictis,ut reuocent mādatū illud iniungas,alioquin eū ad mandati obseruationem illius de nunties non teneri.

Idem archiepiscopo Terraconen.

Ex causa leui & temeraria coniuges & quo ad thorum & mutuā cohabitationem se separare non possunt, etiam cum iuramenti interpositione.

CAP. XXIIII.

Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid tibi super hoc sit faciendum quòd B. & A. uxor eius adinuicem iurauerunt se nunquā mutuo petituros c : idem uero nunc repetit illam instanter: ea ecōtrario affirmante,quòd prius se faceret sarracenā, quā rediret ad eum:& infra. Nos igitur fraternitati tuæ respōdentes: mandamus quatenus utrunque ad continētiam seruandam, moneas & inducas: quam si promittere uoluerint & seruare, utrunque dimittas sine alio commorari d , alioquin si uir noluerit continere, tu illam ut reuertatur e ad ipsum, & tanquàm uxor cum uiro moretur, per excommunicationis sententiam ap. re.compellas: cum & temerarium fuerit, huiusmodi iuramentum, & adulterium utrinque f

Glossa seq. exponit causam iniquitatis horum mandatorum, & ponit xiiij.causas propter quas filius potest exheredari.

b Exhæredaret. Ad hunc casum iuramentum non extendebatur nec debuit extendi. Arg. s̄.eo.quanto.& melius in cap.ueniēs. xxij. qō.iiij.unusquisque.& ff.de ope.lib.si libertus. ff.de fideicom.lib. Thais ancilla. §.sorore.& ff.de manu miss.l.iiij. in fi. nisi in certis casibus, q̄ continētur in authen. ut cū de ap. cog. §.causas. col. viij. & ita turpe fuit mandatū. Itē cōtra preceptū domini fuit hoc mandatū, ut uxor separaret a uiro.xxviij. q.j.idololatria. & xxxiij. qō.ij. quos Deus. Causæ uero ingratitudinis propter quas pater potest exhæredare filium sunt hæ 2 . Prima si filius parētibus manus intulerit.Itē si grauē iniuriā eis fecerit. Si criminaliter eos accusauerit de causa quæ non sit aduersus principem uel rempublicam. Si cum maleficis uersatur. Si maleficus efficiatur. Si uitæ parentum fuerit insidiatus. Si uxori uel cōcubinæ eius se immiscuerit.Si ex dilapidatione filij,graue dispendiū parentes sustulerint. Si pro persona uel debito eius,inquantum potest fideiubere noluerit, hoc tamē quod de fideiussione dicitur ad filios masculos tantum pertinet. Item si prohibuit eos facere testamentum.Si contra uoluntatem parentum, inter arenarios & mimos perseuerauerit, cum pater nō fuerit illius professionis.Si filia uitā luxuriosam egerit 3 , cum parentes uellent eam pro posse dotari nisi neglexerint eam maritare,usque ad xxv.annos. Si parentibus furiosis debitam curam non impenderit. Si parē tem captum de carcere eripere neglexerit. hoc totū habes in prēmissa authen. Vnde uersus: Bis septem causis exhæres filius esto.Si patrem feriat,uel maledicat ei.Carcere detrusum, si negligit,ac furiosum. Criminis accuset,insidiasve paret. Si dederit grauia sibi damna:nec hoste redemit.Testari prohibet, aut dat arena iocum. Si prauos sequitur, uel amat genitoris amicam. Non orthodoxus filia quando coit.Hos uersus habes,in summula pauperum.

Tua nos Coniuges abiurare se non possunt. ita summat Io.Diuiditur in prima consultatio. In secunda responsio. Secunda ibi, Nos igitur abbas.

Gloss.seq.ponit opi.quā reprobat.

c Petituros.Temerarium fuit huiusmodi iuramētum, & ideo non fuit obligatorium. xxij. q.iiij.inter cetera. & C.de nup. auth. ꝙ eis permittitur. Et dicūt quidam, pœnitentiam imponendam tanquā pro ueniali. argu. s̄.eod. uerum. & xxv.di.c.unum oratorium. §. criminis. imo ad minus unius anni pœnitē tia imponitur pro temerario iuramē to.xxij. q. iiij. qui sacramento.Tan.

Gloss.seq.ponit duas opin.contrarias,quas determinat.secundo quærit & soluit.

d Commorari.Nō tamen in seculo ut quidam dicunt. arg. infra de conuer.coniu. ad apostolicam. Sed uidetur quod in seculo. xxxiij. q.v. ꝙ deo pari.sed si alter uellet intrare monasterium haberet locum ꝙ ipsi dicūt: Sed quid si iurauerunt quod nunquā diuertent abinuicem,nūquid est seruandū iuramētum tale, cū possit seruari sine interitu salutis æternæ? Non uidet, quia nec pœnalis stipulatio teneret:ut si culpa alterius diuortium factū fuerit dabis centum. ff.de uerbo.obli. si stipulatio facta fuerit. sicut enim libera debent esse matrimonia in contrahendo, ita in dissoluendo.C. de inuti.stipul.libera. & C.de nupt. neque. arg.ff.de dona.inter uir.& uxo.ea quæ ff.de uerborum obliga. Titia.& infra,de sponsa.gemma. Ioan.hoc non determinat,sed credo,si uellent intrare religionem, possent:quia nō dicitur infringere iuramentum, qui in melius illud commuttat. s̄.eod.c.iij.& j̄.de uo.& uo. redemp.c.scripturæ.& iuramentum illud benignius est interpretandum.s̄.eo.ad nostrum.& c quanto.

e Reuertat̄.Hic dicerē,ꝙ propria authoritate debet redire ad uirū, nec expectare supius authoritatem.

f Vtrinque.si.j̄.de reg.ueniens.j̄. de diuor.significasti.j̄.de adulte..c.pe.& ult.de excep.cum ecclesiasticæ.& xxxij.q.vj.nihil.& ff.de comp.si ambo.

Quemad-

sit commissum.

Idem Geneñ. archiepiscopo.

Is qui iurauit cum muliere cōtrahere, propter superuenientem fornicationem uel deformitatem, eam repellere potest, propter præcedentē nō † *h.d.*

† Nisi occultam q̄ de nouo ad notitiā peruenit.

CAP. XXV.

QVemadmodū, si uir mulieri iurasset quādo cōtraxit cum illa, quòd eam semper pro legitima uxore teneret: pro fornicatione quam mulier antea commisisset, non posset eam dimittere [a]: sed pro fornicatione quam postea perpetraret, eam dimittere posset: non obstante huiusmodi iuramento, quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio [b], si uidelicet in legem coniugij, illa non peccaret. Ita si quis iurarit se ducturum aliquam in uxorem, non potest ei fornicationem opponere præcedentem [c], sed subsequentem: ut illam non ducat in coniugem: quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi, si uidelicet illa contra regulam despōsationis nō uenerit. Alioquin, si post huiusmodi iuramētum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in vxorem: quod est prorsus absurdum. Nam si post contractum coniugium, vir propter fornicationem licitè potest vxorem à sua cohabitatione dimittere, lōgè fortius [d] ante cōiugium celebratum propter eandē causam sponsus licitè potest in suam cohabitationem non admittere sponsam [e]: Quia turpius eijcitur [f], quàm non admittitur hospes. Non obstante in alterutro [g] casu uinculo iuramenti, quod quidem propter subintelligendā conditionem est tale ut is qui iurauit, ad utrunq; [h] sine transgressione se posit habere. Quod si post huiusmodi iuramentum mulier fieret non solum leprosa, sed etiam paralytica, uel oculos [i], uel nasum amitteret, uel q̄cquā ei turpius eueniret: nun-

QVemadmodū. Diuiditur in tres partes principales. Secunda ibi, illud autem. Tertia ibi. Quod si. Prima subdiuidit. Nā primo inducit simile consultationi faciēdæ. Secundo soluit, ibi. Ita si quis. tertio probat solutionē per euitationem absurditatis, & per rationem: ibi, Alioquin. Quarto respondet oppositioni iuramenti: ibi, Non obstante. qđ responsum probat ꝑ euitationē absurditatis: ibi, Quod si post. Secūda pars principalis nō subdiuiditur, s₃ tertia pars sic: quia primo ponit casum. Secundo allegat ꝓ negatiua: ibi, Cum scriptura. Tertio ꝓ affirmatiua: ibi, Sed nunquid. Quarto soluit: ibi, Tutius. Abbas.

[a] Dimittere. Nec etiam accusare. ff. de adulte. si uxor. §. si quis uxorem. & §. ulti. & C. ad legem Iul. de adulterijs. propter uiolatam.

Conditiones multę sunt in iuramentis subintellectę.

Gl. sequens ponit decem generales conditiones, in iuramentis subintellectas. in fi. quærit, & soluit.

[b] Conditio. Nota ꝙ plerunque intelliguntur conditiones in iuramentis, ut hæc, si placet papæ [1]: ut s̄. eo. uenientes. Itē hæc si Deo placuerit. xxij. q. ij. beatus. §. j. Itē hæc, si res in eodē statu permanserit. xxij. q. ij. ne quis. ff. de solu. cum quis. Item si mihi seruabitur fides. s̄. eo. peruenit. & ff. loca. quęro. §. inter. Item honestæ & posibiles, ut hic dicitur. & infra, eo. sicut. Item hæc, si mihi numeraueris pecuniā. C. de non nu. pec. indubitati. Item hæc, si nuptiæ fuerint secutæ. ff. de iure dot. stipulationem. Item hæc, si non immoderatum quid præcipiatur. supra, eodē. ueniens. & cap. Quintauallis. & ff. de ope. li. si libertus. Item facultas subintelligitur. supra. eodē. breui. Item commoditas. ff. quarū re. ac. non da. l. j. §. quæ oneran dæ. Speciales autem conditiones non subintelliguntur si non exprimantur, licet mente cōcipiant. xxxij. q. ulti. c. ulti. in fi. C. de condi. ob turp. cau. si repetendi. nisi ubi lex exprimit aliquid tacite agi inter contrahentes: quia tunc illud pro expresso habetur. ff. si certum petatur. cum quid. & ff. de uerborum obliga. triticum. & hæc uera sunt in promissorijs iuramentis, sed in accessorijs, nulla conditio subintelligitur. & de tali loquitur xxxij. quæ. ult. c. ult. & C. de iure dotium. si mulier a uiro. Sed nunquid dicemus omne iuramentum conditionale, si omnes præmissæ conditiones subintelliguntur? Certe non. ff. de cōdi. & demon. conditiones. ubi dicitur: Conditiones quæ tacite inesse uidentur, nō faciunt legata conditionalia.

[1] Pape, s. materia spectante ad papam alias secus. Pan.

[c] Præcedentem. Quia ex quo semel probauit mores ipsius, non potest postea reprobare. xxxij. q. v. hortendus. nisi ex superuenienti causa: ut s̄. de ætate & qualitate accepimus. & supra, de officio de lega. insinuante. & iij. q. iij. si testes. §. si q̄s testibus. I.

[d] Fortius. Nā cui damus actionē multo fortius exceptionem. ff. de re iudi. inuitus. §. cui damus. & ff. de superfi. l. j. §. plane. & s̄. e. debitores. quandoq; tamen consequimur excipiēdo ꝙ agendo petere nō possumus. ff. de ne. ge. l. iij. §. pupillus. & ff. de cōp. si cū filiofamilias. q̄n que quædā consequimur agendo, quæ non consequimur excipiēdo. s̄. e. debitores. & s̄. ꝙ me. cau. ad audientiā. Itē pōt depositum repeti, sed nō cōpensari. C. de cōpen. l. ulti. & ī. de deposi. bona fides. § secundo. [2]

Exceptio faciliusdatur, quam actio.

[2] Licet sic sentiāt doctores: uidetur tñ ꝙ cōpensatio possit admitti de consensu deponentis cū in suū fauorem hoc sit inductū. ar. ī. de reg. statuimus cū suis cōcor Ioan. And.

[e] Sponsam. Nam & sponsus potest sponsam accusare de adulterio, quasi matrimonio iā initiato. argumen. C. de adulte. l. ꝓpter. nisi in casu. ff. de adul. l. miles. §. quærebatur. q̄a & iniuria ei facta est. ff. de iniurijs idem apud. §. sponsum. quia nec matrimoniū nec spem matrimonij uiolare permissum est. ff. de adulterijs. si uxor. §. diuus.

[f] Eijcitur. Deterior nanque dolus eius cognoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit: quam qui semel cœptam dereliquit in authentica, de litigiosis. §. omnes. in fi. col. viij. & minus malum est uiam domini non agnoscere. quam post agnitam retroire, infra, de aposta. quidam.

[g] In alterutro. Id est, in uxore dimissa, & sponsa non admissa.

[h] Ad utranq;. s. ut eam recipiat uel non recipiat.

[i] Oculos. Sic patet quod iuramentum quādoque potest seruari sine interitu salutis ęternę, & tamen non tenet illud seruare. sed hoc ideo est, quia honestas intelligitur in hoc iuramento, ut si res in eodem statu permanet. id enim tacite agit. xxij. q. ij. ne quis. sed si iuramentum non posset seruari sine interitu salutis æternæ, uel si esset cōtra leges uel bonos mores seruari nō debet. supra. c. proximo. & c. quintauallis. & ff. de

& ff.de lega.j.ſi quis inquilinos. §.vlt.ff.de lega.iij.ſi quis.in prin.& ff.de iure pa.adigere.ſecus ² eſſet, ſi mulier laberet̃ facultatibus.Sed quid ſi p̃ violentiam opprimatur ſpõſa de futuro? Videt̃ ꝙ nihilominus teneatur cum ea contrahere.argu.xxxij.q.v. re vera.ff. de adult.ſi vxor.§. ſi quis plane. ſed nõ eſt verũ. xxvij. qõ.ij.raptor.& ca. ſeq.& xxij.q.v. finge.& ca.ille. & ita punit̃ ſine culpa,ſ ² non ſine cauſa.

quid vir teneretur a eã ducere in vxorẽ? profectò ductã non poſſet dimittere. Sed nũquid non ductã admittere teneretur, b quãuis c interdũ contractũ non dirimat, quòd impedit d contrahendum?

Si vir iurauit non accuſare vxorem, temerarium eſt iuramentũ, ſed ſi ſpecialiter de adulterio hoc iurauit, denuntiare poterit, ſed accuſare non debet.

Illud e aũt iuramẽtũ eſt proculdubio temerarium, ſi vir iuret vxori, qđ eam ſuper nullo crimine f accuſabit: quia ſi mulier fieret infidelis, & nollet cohabitare viro abſq; contumelia creatoris, vel vt illũ traheret ad infidelitatis errorẽ: tunc inconſtanter deberet illam impetere, apud iudicem ſuum, vt eam (niſi penitus reſipiſceret) omnino dimitteret, g ſecũdum canonicas ſanctiones. Quòd ſi expreſſè iuraſſet, quòd eam ſuper adulterio non impeteret, eſſet ne ſeruandum huiuſmodi iuramentum? Cùm ſcriptura teſtetur, quòd patronus h eſt turpitudinis qui celat crimen vxoris: & ſecundum regulam euãgelij, ſi primò & ſecundò correcta reſipiſcere nollet, dicendum eſſet eccleſiæ, vt tanquã ethnica i & publicana deinde vitaretur: ne per hoc libera p̃beret̃ ei peccandi facultas pp impunitatem peccati. Sed nũquid vir non põt dimittere vxori peccati, nõ ſolũ ſepties, ſed etiam vſque ſeptuageſies ſepties ſecundũ euangelicam veritatem? Tutius ergo in hoc k caſu videretur, vt propter iuriſiurandi religionem, vir accuſare deſiſtat l vxorem ad diuortium celebrandum: quanquam denuntiare m eã poſsit ad pœnitentiam peragendam.

a Teneretur.q.d. non, quod verum eſt in ſponſa de futuro.j̃. de coniug. leproſo.c.vlt.ſponſam vero de præſẽti ducere teneret̃, quia non reperitur caſus niſi unus, in quo poſsit eam dimittere.j̃.de conuer.coniug.ex publico.

b Teneretur.q.d. nõ tenetur eam admittere.

c Quamuis. Iſtud quãuis, non eſt aduerſatiuum, ſ cauſatiuum, & ponit̃ quamuis ꝓ quia.

d Impedit. Vt votũ ſimplex. xxvij. diſt.ſi vir.ſic.xv.q.j. §. vlti. vbi dicitur: nõ omnia quæ impediunt ordinã dum, deijciunt ordinatum.

e Illud. Aliquis iurauit, quod ſuper nullo crimine accuſaret vxorẽ ſuam. quæritur, an iſtud iuramẽtum ſit ſeruandum? Ad quod reſpondet papa: illud, &c.

f Crimine. Nam pactum illud non valet, ſi quis pacificatur ne alium accuſet de crimine nõdũ perpetrato.ff.de pact.ſi vnus. §.pacta.&.§.illud. tñ de crimine iam commiſſo paciſci poteſt, ne de eo agatur.ff.de pact.ſi vnus.§. pacta. & j̃.eo.c.ver.non ſolum ſepties &c. Nec illud pactũ tenet ne dolus prǽſtetur.ff.de reg.iur.contractus. Talia.n.pacta cõtra publicã vtilitatẽ eſſe videntur quia per ea inuitantur homines ad peccandum impune.ſi. ff.de pact.dot.conuenire ³ &.s̃.de conſue.ca.pe.& quia publicæ vtilitatis eſt, ne crimina, remaneant impunita.j̃.de ſen.excom.vt famæ.&.ff. de ſol.ſtichum. §.j.&.ff.ad leg.Aquil.ita vulneratus.in fi.Ber.

g Dimitteret. Quia frater aut ſoror, non eſt ſeruituti ſubiectus in huiuſmodi xxviij.q.j. ſi infidelis. & j̃.de diuor. quanto. iuxta illud: Spernas ſpernentem, vel blaſphemare volentem, Vel te credentem ſcelus ad mortale trahentem. Nam ſunt abſque mora, ſic vincula rupta priora. Vin.

h Patronus.xxxij.q.j.cap.j.&.ff.ad leg.Iul.de adul.l. ij.§.ij.& ff.de fur.qui vas.§.j.arg.j̃.de adul.ſi vir.

i Ethnica. Ethnos.i.gens.inde ethnica.i.gentilis.

k In hoc caſu. Vltimo, ſcilicet vbi iurauit nõ accuſare eam de adulterio, & ita poteſt ſe quis obligare pacto ad non accuſandum.j̃.de accu.veniens. ar. cõtra. ff.de pact. ſi vnus. §.illud.& §.pacta. & ff.de pac.do.cõuenire. hoc ſolutũ eſt.s̃.in notula, nã illud.

l Deſiſtat. Et ita pactum & iuramẽtũ valet, quatenus tangit rem familiarẽ. ⁴ nõ in eo qđ publicã vt dixi in notula, nam illud.

m Denũtiare. Sed quid ſi nollet corrigi, nec curare de excõmunicatione? Dicit Io. ꝙ tũc licite poteſt eam deſerere, quia iã eſt contumelioſa creatori ſuo.xxviij.q.j. ſi infidelis.& ſic qñque cui prǽcludit̃ vna via, alia via ad idẽ admittitur: vt iij.q.ij.c.ſi teſtes, §.ſerui neq;.& hic quia licet nõ poſſit eam accuſare, poterit tñ eã denũtiare arg.contra.ff.de tuto.& cura.ſcire. & ff.de condi. inſtit. quæ ſub conditione.§.ſi quis & ff.đ bon.libe.quæritur C. ſi mancip. ita ven.l.vlti. & s̃. de procur, tuæ. Tã. ⁵ dicit, quod nõ debet eã deſerere, licet ſe nõ corrigat, et̃ ſi vitæ eius inſidiaret̃. xxxij. q.v. quicquid mulier. ſed debet eã tenere ĩ vinculis, & caſtigare, cum hoc ei p̃miſſum ſit. xxxiij.q.iiij.duo iſta nomina.& vij.q.j.ſicut alterius.

Idem abb. & capitulo Caſtellionis.

Licitè ex cauſa neceſſaria, etiam per religioſos iuratur. †

CAP. XXVI.

ET ſi Chriſtus præceperit ſecundum euangelicam veritatem, Sit ſermo n veſter eſt eſt, non o non, vt affirmatio p vel negatio, ſicut proce

ET ſi. Monachi & cõuerſi iurare poſſunt, pro teſtimonio ferẽdo in cã monaſterij ſui. ita communiter ſummat̃, ſed hæc ſummatio nimis reſtringit literã. Diuidit̃ in quinq; partes. In prima reſpondet authoritati euangelicæ, qua videbatur prohibitum iuramentũ. In ſecunda ibi, Iacobus quoque reſpondet authoritati apoſtolicæ. In tertia ibi, Angelus. probat multis authoritatibus noui & veteris teſtamẽti. quod licitum eſt iurare. In quarta ibi, Quædam.n.dicit quare ſimpliciter prohibetur iuramẽtum. In quinta ibi, Licet. dat petentibus licentiam iurandi. Abb.

n Sit ſermo veſter.xxij.q.j.ita ergo.

o Non, non. Iſtę duæ negationes non faciunt hic vnam affirmationem, ſecundum quod alibi faciũt ff.de verb.ſignifi duobus negatiuis.

p Affirmatio. Ecce declaratio geminationis id eſt, vt quod os affirmat, cor affirmet: & quod os negat, & cor

¹ Secus. hoc verũ ſi modicũ ita ꝙ promiſſum ab ea in dotẽ dat̃ alias ſecus ex mente. Panor.

² Sed.idẽ Pan.

³ Vide in ea. ſtatim allc.ſuper vlti.gloſſ. Ioã. And.

⁴ Familiarẽ. hoc verum ſi de crĩe prǽterito agat̃: Secus ſi đ futuro qa nullo modo poteſt remitti nec in criminali, nec in ciuili, nec iuramentũ valet.

⁵ Vbi de hoc ſecundum regulare: vt j̃. de reg.iu. cum quid lib.vj. Io. And.

† Et bene quamuis aliter ſentire videat̃. Alcia.parer. lib.viij.c. ij.plenius dixi in tracta. vſura. latino.nu. 88. & Gallico n. 39.

dit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen hominum excrescente malitia, simplici assertioni uel negationi uix creditur, idcirco prudenter adiunxit, quod amplius est à malo est: à malo quidem non tam culpæ, quàm pœnæ, nec exhibentium sed exigentium iuramentum. nam incredulitas huiusmodi, magis est pœna quàm culpa. unde non dixit malum, sed dixit à malo. Licet enim iuramentum prohibuisse dominus uideatur, nusquam tamen per creatorem. sed per creaturam [a] iurare prohibuit: ne per huiusmodi iuramentum transferretur ad creaturam honorificentia creatoris.

Quare cùm in euangelio præmisisset, Dico uobis nolite iurare omnino [b]; statim subiunxit: neq; per cælum quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum pedum ipsius est: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est regis magni, neque per caput tuum, quia nō potes unum capillum facere album, aut nigrum, Et quamuis non sit per creaturam iurandum: si tamen iuretur per creaturam, seruandum [c] est quidem, dummodo sit licitū quod iuratur: quia teste ueritate, qui iurat in cœlo iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Iacobus quoque non simpliciter prohibet iuramentum: sed uoluntatem iurandi, cùm ait: ante omnia fratres mei nolite [d] iurare: quoniam ad iurandum non debet quenquam spontanea uoluntas inducere: sed necessitas [e] trahere importuna: & tūc potest sine culpa iurare, dummodo illos tres comites [f] habeat iuramētū, de quibus propheta [g] ait: Et iurabunt [h] uiuit dominus, in ueritate [i] & iudicio [k] & iustitia [l]. Quod aūt Iacobus subdit, neq; per cælum neq; per terram, neq; per quodcunq; aliud iuramentum: iurare uetat per quālibet creaturam, quodcunq; sit illud: alioquin nō dixisset Apostolus, Homines per maiorem suum iurant, & omnis cōtrouersiæ [m] eorum ad confirmationem finis est iuramentū. in quo patenter ostendit, per quē sit iurandum: cum ait, Homines per maiorem suum iurant, id est per Deum. & cur sit iurandum, ut uidelicet omnis controuersiæ finis sit iuramentum. Angelus quoq; quem uidit in Apoca. Io. stantem super mare super terram leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per uiuentem in sæcula sæculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in euangelio, quàm est est, non non: cùm sæpissime dixerit, amen [n] dico uobis: quod ipse secundum Lucam exponens cùm præmisisset, Amen dico uobis; quia nemo propheta acceptus est in patria sua † consequenter adiunxit, In ueritate dico uobis, quia multæ uiduæ erant in diebus Heliæ in Israel. Apostolus quoque iurabat, cum diceret: Testis [o] est mihi Deus. & iterum quotidie morior [p] per gloriam uestram fratres quæ græca exemplaria

---

[1] Istæ leges dicūt qđ tūc licet alicui iurare per salutē suā uel filiorū qñ iuramentū sic deferī & ītelligiī, respectu diuini numinis sic iurari. Ioan. And. hic Gabr. biel. in iij. Sēt. dis xxxix. q. j. sed imo dicendū φ dictę leges sunt reliquæ ueteris paganismi, qa ubi iurare licet, non licet per creaturas, sed p Deū tm̄. Exod. 23. c. Deu. 6. d. 10. d. c. clericū. 22. q. j. uel religiose, & aperte referendo ad Deum. Matth. 23. b. c. si aliq̃ xxij. q. j.

Iacob. 5.

[2] Tenet. imo nō tenet, per. l. pridie. ff. de ferijs. Fel. in ca. consuluit. ẽ. de offic. dele. Alex. in d. l. eum qui. & lex meminisse loquiī quādo successor nondū aduenerat Idē Panorm. hic.

cor neget. sic xxij. dist. psalmista. B.

Gl. se. ponit quinque modos quib⁹ iuratur p creaturas.

[a] Creaturam. sic. xxij. q. j. clericū. & in auth. ut non luxurientur cōtra naturam. col. vj. §. & quoniam. Per creaturas licitū est iurare, ubi exprimiī in iure. ut per crucē. xxij. questio. v. qui iurat per euangelium. xxij. q. j si aliqua per ordinē: ut j. q. vij. quoties per salutem principis. ff. de iureiu. qui per salutem. l. iij. §. vltimo. per altare. [1] xxij. q. j. habem⁹ aliter enim iurare nō debet. unde nō licet iurare p mēbra Dei in anth. ut nō luxuriētur contra naturam. co vj. §. & qm̄. & xxij. q. j. si quis per capillum. ubi pœna ponitur.

[b] Omnino. i. ex leui causa uel p omnia. simile omnino habetur in lege: ut si fideiussor intercedat pro maiori summa quā principalis debitor omnino non obligaī. ff. de fideius. græce. §. illud. Vin.

[c] Seruandum. qualitercunque iuratur: si licitum est quod iuratur, seruandum est iuramentum. xxij. q. j. mouet te. & ff. de iniur. l. non erit. §. j. quia multa fieri non debent, facta tamen tenēt. xxvij. dist. si uir. & xvij. q. ij nos nouimus. Sicut iudex ultima die sue iurisdictionis iudicare nō debet. ff. de iurisdict. omnium iudicū. l. eū qui. si tamē sententiam dixerit, tenet [2]. ff. de officio. procon. meminisse. in fi. Tan.

[d] Nolite. i. nō habeatis uoluntatem iurandi.

[e] Necessitas. & ita nunquam iurandū est, nisi in necessitate, sed hæc necessitas includit ēt subse utilitatem. xxij. q. j. tu malum. & c. ita ergo. Lau.

[f] Tres comites. De quibus habes xxij. q. ij. aīaduertendū. & q. j. & iurabunt.

[g] Propheta. scilicet Hieremias.

[h] Et iurabūt. hæc habes xxij. q. j. & iurabunt.

[i] In ueritate. conscientiæ. Ber.

[k] Et iudicio. i. discretione uel deliberatione.

[l] Iustitia. i. ut qđ iuratur, sit iustū & licitum. & isti sunt tres cōites, qui debēt interuenire in quolibet iuramēto & si ista defuerint, non iuramentū sed periurium est dicēdū, [3] ut in c. animaduertēdū. xxij. q. ij.

[m] Omnis controuersiæ. quia post iuramētum delatū & præstitū nihil amplius quærendū est ff. de iureiuran. nō erit. §. delatū. & parē habet authoritatem cū trāsactione & maiorē quā res iudicata. ff. de iureiur. l. ij. qđ uerū est si est delatū a parte parti. istud enim retractari nō potest ff. eo. admonendi.

[n] Amen. i. sine defectu. & est nota assertionis.

[o] Testis est mihi Deus. In ueteri testamēto iurabaī sic uiuit De⁹ [4], uiuit aīa mea. sic iurauit uidua q̃ erat in Sarepta [5] sydoniorū Heliæ prophetæ. Tēpore gratiæ in primitiua ecclesia iurabaī: testis ē mihi Deus. Deū inuoco testē. xxij. q. j si peccatū. & xxij. di. sacrosancta. Hodie iuratur per Deum, per euangelia. lxij. dist. tibi dño. & j. q. ult c. ult. Tan.

[p] Morior. hoc habes xxij. q. j. nō est.

Quædam,

Hiere. 4.
Iacob. 5.
Hebræ. 6.

[3] Dicēdū idē Pan. cōsil. viij. Frāc. Rip. de reuocat. dona. rñ. xv. col. iij. uide Tho. agnatē. 2. ij. q. lxxxix. art. iiij. & ī iij. sententia. disti. xxxix. q. ij. & ibi. sus⁹ Gab. biel. qō. j.

[4] Prima q. j. iudices. ad fi. & 1. Reg. 19. uiuit dominus, quia non occideī. dixit Saul de dauid. Ioā. And.

[5] Erat urbs modica iter Tyrum & Sydonem in de etiā nemus iuxta urbē Sarrepta diceba tur. Io. an.

Luc. 4.

† Quia maior est forma a remotis quā a ppinqs sicut uēti successiuis aeris motibus augentur. Bald. hic. Tum quia inuidia & īgratitudo maior est in propinquis gratitudo uero & honor magis ab exteris ut expertus sum.

Roma. 1.

manifestissimā iuratione ostendunt. Si enim per se malum esset iurare, profecto dominus non iurasset, cum tamen in ueteri testamento legatur, quia iurauit dominus, & non pœnitebit eum. & rursus iurauit dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eum. imo & præcepit in ueteri testamento. Redde Deo iuramenta tua. Quædam a enim prohibentur quia per se mala sunt b, ut furtum, adulterium, & huiusmodi: quæ non sunt aliquatenus facienda. Quædam uero prohibetur ex causa c nō quia per se mala sunt, sed quia si fiant frequēter & multum, ex his mala sequuntur d ut uinū per se malum nō est, & tamē prohibet Apostolus dicēs: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria: quoniā ex frequenti, & immoderata uini potatione, luxuria generatur. Sic & iuramentum per se quidem malum non est, cum sit confirmatio e ueritatis: sed tamen prohibetur ex causa f quoniā ex frequenti & incauta iuratione periurium sæpe contingit: sicut in ecclesiastico legitur, Vir multum iurans, replebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga. Quemadmodū ergo Paulus indulsit propter necessitatem discipulo suo Timotheo ut utatur modico g uino, propter stomachum, & frequentes infirmitates: sic profecto cum necessitas exigit, pro re uera, licita, & honesta, potest secure iurari, qa cessante h causa, cessat effectus i †. Licet ergo debeatis esse uiri perfecti, ut quantum potestis iuramenti uinculum euitetis: uolentes tamen indemnitati uestri monasterij † prouidere, ne propter defectum testium sui iuris sustineat læsionem: præsenti uobis pagina indulgemus k, quatenus uos & monasterij uestri cōuersi, pos-

Ps. 109.

Ps. 131.

Eccl. 23.

1. Tim. 5

a Quædam. Posset aliquis quærere ex quo licite iuratur, quare prohibuit dominus iuramentum? respō. papa: quædam &c.

Glossa sequens tractat de duplici simonia.

b Mala sunt. quædam enim illicita sunt in sua natura, quædam ciuiliter, idest iure positiuo uel consuetudinario. ff. de uerb. sig. probrū. argu. ff. de adul. si adulteriū. sic quædam sunt simoniaca ipso iure. quæ in ueteri testamento erant prohibita. ut uēdere spiritualia. j. q. j. qui studet. quædā sunt prohibita per constitutionem ecclesiæ: ut dare aliqd pro benedictionibus nubentiū, pro baptismo 1. pro ponendis prælatis in sede. De his habes plura exempla infra de simo. cum in ecclesiæ corpore. & ca. sicut pro certo. & c. ad apostolicam. & hoc est qd' dici cōsueuit, quædam sunt simoniaca, quia prohibita quædā sunt ꝓhibita quia simoniaca. & de hoc dicitur. s̄. de offic. de leg. ex parte.

c Ex causa. xxij. q. j. ita ergo. C. si māci. ita uene. ne prosti. l. j. & ulti.

d Sequuntur. Nota quod aliquid ꝓhibetur, non ꝙ ipsum sit malū, sed quia inde potest sequi malum. arg. xxj. di. denique. & xxxvij. distin. ideo. xj. q. iij. nolite. ij. xlj. d. quisquis. ij. q. vij. præsumunt. xxiiij. q. iij. Deus quando maledicit. insti. ui bo. rapt. §. sed nedum. arg. contra. ff. qui & a quib. manu. li. nō fi. l. ulti. & ff. de pact. si unus. §. illud. Item arg. ꝙ uno prohibito, prohibentur omnia per quę peruenitur ad illud. ar. j̄. de cle. coniug. diuersis fallacijs. & ff. de condi. insti. l. quæ sub conditione. §. si quis eo. & ff. de spon. oratio. ar ff. de tu. & cur. da. ab his. scire. & ff. de bon. lib. quæritur. & s̄. de procu. tuæ. Item arg. quòd aliquo prohibito, omnia prohibentur quæ sequunt ex illo. s̄. de constit. nam concupiscentiam.

1 In isto & præcedēti exemplo male dicit glo. in sequēti bene. Certū est, ꝙ baptism' est sacramētum & bn̄dictio nubentiū est sacræ rei signū: & sic per illa cōferūt & augeṫ gr̄a spūs sancti. ergo ꝓhibitū quia simoniacū. Ioan. An.

e Confirmatio. Sic falsitas est immutatio ueritatis. in authen. de instru. cau. & fi. circa princip. col. vj.

f Ex causa. ar. ꝙ potius consideranda est causa facti quā ipsum factū. xv. q. vj. c. j. in fi. xxiij. q. viij. occidit. j̄. de accu. cum dilectus. & ff. de fur. l. uerum. Vin.

g Modico uino. De conse. d. v. sint tibi. ar. quòd licet habere curam corporis moderatam, ad exercitiū uirtutum. ar. xliij. dist multis. alias incipit, conuiuia. de pœ. di. ij. ca charitas. j. uer. item corpus nostrum.

h Cessante causa. Propter quam excludendam. scilicet periurium, introductū est ne iuretur. Si enim causa esset propter quam habendam aliquid fieret, licet cessaret causa illa, num ideo cessaret id quòd factū est propter illam causam 2 xxxij. qō. vij. tantum. & q. j. dixit dominus. uel cessante causa odiosa. & cōtra ius cessat & eius effectus. dixit Vin. uerum est, circa alias personas: sed circa eandem personam non cessat, nisi priuilegiū uel concessio tendat ad noxā. & tūc expone uerba illa, uerū est ab initio: sꝫ si ex post facto incipit odiū, nō cessat effectus. id est, ꝓhibitio. argu. j̄. de dec. suggestum. & lxiij. disti. c. quia sancta. §. uerum. & ff. de uulg. substi. ex facto. sic plana est glo. alias uerū est. & ita non respondet expositioni. dic uerū est circa alias personas, quæ non habēt priuilegia, sed circa eādem personā quæ habet priuilegium, non cessat priuilegium, id est, non perdit nisi priuilegiū ipsum uel concessio tenderet ad noxam, ut dicunt tres prædictæ concor. argu. j̄. de decim. c. suggestū. lxiij. dist. §. uerum. De hoc qualiter intelligatur, dictū est s̄ de renū. post translationē. & lxj. distinct. cap. statuimus. §. his authoritatibus. Vel dic cessante causa, id est, cessante periurio, cessat prohibitio, & instante necessitate pro re uera. licita, & honesta licite iuratur. & hic est sensus huius literæ quantum ad hunc casum. Vel dic cessante causa id est, frequenti, immoderata & incauta iuratione cessat periurium.

2 Idem ī Spe. de le. §. ul. ad fi. uer. ī summa.

† Cōcor. l. gn̄aliter. C. de epis. & cle. & l. si pater. C. de hær. instit.

† Alias, ecclesiæ uestræ.

Cessante causa &c. qualiter ī telligitur.

i Cessat effectus. Distingue, aut est causa finalis aut impulsiua. si est finalis, tunc cessante causa, cessat effectus. uerbi gratia, prohibetur ne presbyteri gerant tutelas aliorum hac de causa, ut melius uacent diuinis officijs. & sic ista causa finalis est. unde cessante causa, cessat effectus. unde si non uacent diuinis officijs, poterunt gerere tutelas. C. de episcopis & clericis. authenti. generaliter. Sed causa impulsiua cessante, non cessat effectus. v. g. propter Calfurniam fuit statutum ne mulieres essent aduocatrices: quia Calfurnia posteriora dorsi sui ostendebat iudici, unde Calfurnia fuit causa impulsiua ne mulieres aduocarent unde ea mortua mulieres non aduocabant, hoc tamen habetur. ff. de postu. l. j.

k Indulgemus. Idest, indultum esse ostēdimus iam

olim

sitis in causis eiusdē (deficientibus alijs testibus) pro ipso perhibere testimonium ueritati.

Idem episcopo Amehē.

Iuramentum contra utilitatem ecclesiasticam † præstitū non tenet.

CAP. XXVII.

SIcut nostris est auribus intimatum, ecclesia Tudertina uacante, ipsius canonici, & episcopus cū eis dum esset in minoribus ordinibus constitutus, iuramenta quædam in damnū episcopalis iuris fecerunt, priusquā de pontificis electione tractatus aliquis haberetur: & infra. Pro iuratione [a] in cauta imponi fecimus episcopo pœnitentiā congruentem: & infra. Quia non iuramenta, sed periuria potius sunt dicenda, quę contra utilitatem ecclesiasticam attentantur: Mandamus quatenus ab ipsis canonicis inquiras super præmissis diligentius ueritatem, & si ea inueneris esse uera: quod in damnū [b] episcopalis iuris repereris taliter attentatum, in statum debitum appellatione remota, reducas [c].

Idem.

Iuramentum præstitum super acta a lege infirmata principaliter fauore iurantis, licet secundario in fauorem publicum, necessario est obseruandum si non ui nec dolo fuit præstitum. & in alterius præiudiciū principaliter nō redundat. h.d. multum singulariter, considerata medulla capituli.

CAP. XXVIII.

CVm contingat interdum, quòd constante matrimonio, mulieres alienationibus super rebus dotalibus & donationibus propter nuptias, cō sentiant: ne ulterius contraueniant proprio sacramento firmando, ac soluto processu tpis matrimonio contrauenire nitantur utrum hoc eis liceat, a nobis tua fra. requisiuit. Nos autem. f.t.t. resp. quòd etsi mulierū consensus in talibus non uideatur obligatorius secundū legitimas sanctiones [d], ne tali tamen prætextu uiā contingat periurijs aperiri: mulieres ipsæ † seruare debent [e] huiusmodi iura-

---

[1] Si de ℘ cura. q. a i causis. Io. An.

olim. [1] xiiij. q. ij. super prudētia. & supra de testibus tuis. & c. cum nuntius. & c. cum insuper.

SIcut nostris. Diuiditur ī tres partes. In prima ponit iuramētum temerarium. In secunda punit iurāt em: ibi, Pro iuratione. In tertia committit inquirenda, & retractanda ibi, Quia Abb.

Thema Canonici ecclesiæ tridentinæ uacantis, priusquā tractarent de electione, tractauerunt de commodis sui capituli, ne uidelicet deinceps episcopus qui amplos habebat reditus, quicquam ab eis exigeret iucūdi aduētus nomine, neue quicquam etiā nomine sigilli caperet de collationibus præbendarum, & omnes iurauerunt ita seruare quisquis eorum electus esset episcopus, & sic elegerunt unum ex eis qui postea uidens se confirmatū pœnitet, rescribit papa iuramentum minime seruādum esse, sed ut omnia in pristinum statū appellatiōe remota reducantur.

† Imo hic erat contra particularē utilitatem iurium epi ℘ immunitate ecclesiæ.

Promotus ī mortali, an debeat remoueri?

[a] Pro iuratione in cauta. Sic patet, ℘ aliquis in mortali peccato existens si promotus fuerit, non remouetur. s. de tempo. ordi. ex parte. & l. dist. quicunque. & episcopus qui committit mortale peccatum, non remouetur: ut qui sine causa uult renuntiare. supra, de renuntia. nisi. & est cōtra illud. lxxxj. di. quicunque [2] & c. præce. & xxiiij. dist. capi. ulti. & l. di. ex pœnitentibus. & sic huiusmodi temeraria iuramenta, non repellunt a promotione nec a testimonio. supra, de test. intimauit. & capit. constitutus. & s. de test. cog. l. ult. Vel dic, quod potius cō sulitur ecclesiæ quā personæ. s. de ordi. cog. cum dilectus. Itē in mortali peccato existēs, admittitur ad accusandum. v. q. j quidam. & hoc fuit ad declarandam innocentiam illius infamati, per libellū occulte proiectū. sed isti sic promoti nō remouentur: quia huiusmodi crimina leuia sunt. quæ non deijciunt ordinatos. lxviij. distin. c. j. pro quibus imponitur solummodo pœnitentia saltem unius anni: ut xxij. qō. iiij. qui sacramento. [3] Quæ autem crimina inducant depositionem, & quæ non, notatum inuenies supra, de temporibus ordina. ex tenore. & capitulo ultimo, & xv. quæstio. ulti. in summa.

[2] Et uide quod dixi de ele. auditis. sup ulti. gloss. uer. sed quid si. Io. An.

[3] Adde ℘ no. eo. q. definitio. & ad id ℘ ibi not. temerariū iuramentum non infamare. Ioan. An.

[b] In damnum episcopalis. Et sic patet, quod uacante ecclesia canonici nihil possunt disponere de rebus episcopatus, in ipsius prǫiudicium. xij. quæstio. ij. si qua de rebus. & infra, ne se. ua. per to. nec reditus episcopales possunt diminuere. infra de rebus eccle. nō alien. ut super. imo nec episcopus ipse ut ibi dicitur, unde quicquid factū fuerit in præiudicium episcopatus, totum debet in statum pristinum reuocari.

Glossa sequens recitetur per quæstionem.

[c] Reducas. Imo & ipse idem Tudertinus episcopus posset reuocare. xij. [4] quęstio. ij. non liceat. & xxxv. qō. ix. quod quis commisit. & si consensit tanquam canonicus, potest postea tanquam episcopus reuocare: quia quasi ante aditam hæreditatē consensit. argu. ff. quorū lega. l. j. §. quod ait prætor. nam quædam facit aliquis tanquā alius. supra, de elec. quod sicut. & capi. cum inter canonicos. & ff. de adop. si pater. §. qui duos. ff. eodem. si consul. Bernard.

CVm cōtingat. Non auditur mulier contra alienationem rei dotalis cui sponte consensit, & non contrauenire iurauit. Ita cōiter summatur. In prima parte ponitur consultatio. In secunda responsio: ibi, non autem. Abbas

[d] Sanctiones. Vt. ff. de fun. dota. l. Iulianus. quæ prohibet alienationem fundi dotalis. ut C. ad Velleia. authent. siue a me.

[e] Debent. Contra id quod hic dicit, signantur multa contraria: quia regula utriusque iuris dicit, quod contra leges sit pro infecto habendum est. x. distinct. uitrades. nec iuramentum ualet cōtra hoc factum. s. de foro compet. si diligēti. & C. de legi. non dubium. & ubi principale non tenet nec accessorium. supra, de fide instrumentorum inter dilectos. cum suis cōcord. Itē cum talis contractus sit a iure damnatus. ff. de fund. dotali. l. lege Iulia. & C. ad Velleia. authenti. siue a me. qualiter iuramentum præstet robur contractui, cum iuramentum non sit uinculum iniquitatis. uigesimasecunda quæstione. quarta. inter cætera. & supra, eodem, quando? Nec enim illud sufficit, quod sine

[4] Hoc uerum si intuitu dignitatis uult uenire contra iuramētū secus si intuitu suæ psonæ: quia tūc necessaria ē superioris licētia. arg. de ele. uenerabilē secūdum Tanc. & Vin. Ioā. And.

† Pōdera uerbū ipse & sic hoc impedimētum psonale est, sicut & iuramētū psonale est. c. ueritatis. s. eo. nec ligat hæredes uel cām habētes. Contractus. n. nullus est nec iuramento firmatur. ita tenēt Vi. Io. an. Io. de Ligna. Ant. but. Imo. & Pan. hic, & consil. viij. li. ij. Fed. de Senis. consi. ccxxij. Alciat. hic num. 120. cū seq. & bene addo ℘ hoc iuramentū rescindēdū est. quia contra l. & rē publ. ideo sine cāæ cognitiōe statim relaxatē, & ita predicatur.

sine interitu salutis æternæ possit seruari: quia illud fallit in temerariis iuramentis. s. eod. ex literis. & fallit quandoq; licet non sit temerarium. s. eo. quemadmodum. &c. Quintavallis. Item ubi quis iurat se solu turum spe futuræ numerationis, potest uenire cõtra iuramentũ si ei nõ soluatur: & tamen potest seruari sine interitu animæ. C. de non nume. pec. indubitati. Sed illud habet tacitam conditionem, si pecunia fuerit ei numerata. Item si iurat illud quod sit turpe, uel contrarium legi, iuramentum est nullius momenti. ff. de legatis primo. si quis inquilinos. in fine. Item ubi per iuramentum indicitur alicui perpetua uiduitas, istud nõ tenetur seruare. ff. de iure patron. adire. Ad hoc dicas, ꝙ lex cõsiderauit qđ sit utile corpori, & honestũ. Nam expedit mulieribus saluas habere dotes suas, ut ĩueniãt aliquos quibus nubere possint. ff. so. luto matrimonio. l. j. Sed canon considerat utilitatẽ animæ. Vel dic, qđ tunc præiudicat ei mulieri iuramentum, quando aliud de potest consuli mulieri: ut dicitur in authentic. siue a me. Ioannes ita soluit has cõtrarietates. Aliter põt dici, qđ siue mulier possit consulere aliunde sibi, siue non. non potest uenire contra iuramentum sponte præstitum, & sine dolo uel metu. Et licet cõtractus talis non uideatur obligatorius, quantum est de sui natura, tamen sine aliqua turpitudine potest seruari iuramentum super eo præstitum. unde hic consideramus potius accessorium, quam principale propter periculum animæ, ut hic dicitur: sicut alias obligatio non tenet, tamen iuramentum super hoc præstitum debet seruari. s. eodem. debitores. Præterea prohibitio huiusmodi alienationis fundi dotalis non est perpetua: quia si secundo post biennium consentiat mulier, bene tenet. in authenti. prædicta si ue a me. Vnde multo fortius iuramentum potest confirmare quod prius non ualebat: ut quasi pro consensu secundo habeatur. Et illa contraria superius inducta intelliguntur de illis, quæ perpetuam habent causam prohibitionis, & in sua natura turpia sunt: ut patet ex contrariis. unde si iuramentum ibi interueniat non tenet, cum possit seruari sine interitu animæ. Simile huic habes infra de pignoribus. significante. ubi dicitur, quod pactum legis commissoriæ in pignoribus non tenet, quod est uerum. C. de pact. pign. l. ij. & iij. & tamen si iuramentum interueniat super pacto tenet, nec auditur uolens uenire contra: ut colligitur in decretali prædicta, significãte. argumentum a contrario sensu, & sic intelligas istam & illam.

† Sed hãc rõnẽ spreuit idẽ papa. in c. p̄cedenti & alias.

† Alias, monit.

mẽta sine ui [a] & dolo [b] sponte præstita, cum in alterius præiudiciũ [c] non redundent, nec obseruata uergant in dispendium salutis æternæ. † Idem.

Mouens bellum iniustum, compellitur restituere quæ per uiolentiam occupauit, & eos absoluere a quibus indebite iuramenta extorsit. h. d. usq; ad uersi. iuramentum.

CAP. XXIX.

SIcut: & infra. Si constiterit quod prædictus H. iniuste [d] bellum mouerit † cõtra Io. ipsum H. inducere studeatis ut uniuersa per huiusmodi uiolentiam occupata restituat [e] cõquerẽti, eũ a præstito sibi iuramento prorsus absoluentes. Quòd si acquiescere noluerit, ipsum ad hoc (si p̄missa ueritate nitunt) cogatis p sñiam excõicationis, terrá eius sub interdicti sententia supponẽtes.

Non adstringitur quis iuramento, ad implendum quod iurauit si ab alia parte non impletur cuius respectu præstitum est iuramentum. h. d.

Iuramentũ autẽ quod I. se asserit præstitisse: si de assensu factũ est utriusque eum non ligat [f] qui præstitit, dũ ille cui præstitũ fuerit, seruare negligit quod promisit.

Idẽ in cõcilio generali.

Clerici non habẽtes temporalia a laicis, non tenentur eis præstare iuramenta fidelitatis.

CAP. XXX.

NImis de iure diuino quidã laici usurpare nitũtur, cũ uiros ecclesiasticos nihil tẽporale [g] obtinẽtes ab eis, ad præstandum sibi fidelitatis [h] iuramẽta cõpellũt. Quia uero secundũ Apostolum, seruus suo [i] dño stat aut cadit, sacri authoritate cõcilij prohibemus, ne tales clerici p̄sonis secularibus præstare cogantur huiusmodi iuramenta.

Hono. iij. A. & C. canonicis Antiocheñ.

Qui iurat non esse contra aliquem, potest ĩ causis proprijs et ecclesiæ suæ esse cõtra eum. h. d. secundum intellectum glossæ.

[a] Sine ui. Argu. ꝙ iuramentum metu uel ui p̄stitum, nõ est seruandum. Quid iuris sit, dixi supra, quod metus causa, abbas. & de hoc dicitur. xv. q̃. vj. authoritatem, & supra eodẽ per. uenit.

[b] Et dolo. Id est ꝙ non dolose nec per uim, sed sit ad hoc inducta spontanea uoluntate.

[c] Præiudicium. Scilicet creditorũ uel filiorũ [1]. Ar. a contrario sensu. s. c. uenientes. Bernardus.

SIcut: & infra. Fides etiam iurata, seruanda non est ei, qui fidẽ frangit. h. d. & sunt duę partes. Secũda ibi, iuramentum autẽ.

[d] Iniuste. Et ideo saltem indirecte ratione peccati, spectat hoc ad iudiciũ ecclesiæ. s. de iu. nouit. Quid sit iustum bellũ, habes xxiij. quæstione secunda. in summa,

[e] Restituat. Quia iniustum erat bellum. sed si iustum fuisset bellum, statim res sic occupatę essent suæ. xxiij quęstione quinta. dicat.

[f] Non ligat. Quia non seruãti fidem, fides non est seruanda. sinii. supra eodem peruenit, & c. quemadmodum. quia illa conditio subintelligenda est in hoc iuramento: ut notatur in capi. quemadmodum. Argumen. contra. trigesima tertia quęstione quinta. quod deo [2]. sed illud non tangit hoc.

[g] NImis. Temporale. Si temporalia possidẽtur a laicis, in his sunt minores illis. s. de ma. & obed. solite. & xviij. distin. si episcopus. Ber.

[h] Fidelitatis. Imo nec clericis hoc iuramentum præstandum est. j. de simo. ex diligenti. & j. de re iudica. cap. ulti. & supra eodem titu. nullus. nisi in casibus notatis ibi.

[i] Seruus suo. Vt secunda quęstio. prima multi. ad fi. si seruus stat suo domino [3], remunerandus est ab ipso si cadit puniendus. quasi dicat: si steterit, remunerabitur: si ceciderit, iudicabitur a domino suo. Et sic est argument. quod laici nullam habent iurisdictionem in clericos, nec etiam per consensum clericorum. supra de foro competen. si diligenti. & cap. significasti. ubi de hoc. Ber.

[1] Filiorũ mo gene raliter hęc ratio nugatoria ẽ, quia sem per est p̄iudicium reip. l. j. sol. ma. ut ait. Ioan. Fab. insti. qui alien. nõ licet. ĩ prin. Ioã. Igneus. l. j. §. si uir, aut uxor. num. 145. l. iij. §. eleganter. n. 172. ad fila.

[2] Et xj. q. iij. inter uerba. in fine, secundum Vin. Ioã. And.

[3] Quasi nõ ab alio & in hoc ad proposituꝫ ꝙ patet exprę. parte authoritatis qua dr̃: Tu quis es ꝗ iudicas alienũ seruũ. &c. Ioã. And.

Petitio. Habito respectu ad glo. Inno. hoc cap. sic summatur. Qui timenti cōspirationem, iurat de non essendo contra eum, potest (tali iuramento non obstante) in proprijs & ecclesiæ suæ causis stare contra eum. Communis diuisio. Secunda ibi, interpretatione. Abb.

[a] Extorsit. Iuramentum per dolū siue metum extortum, cum de hoc constiterit, non est seruandū. s. eo. cū contingat. in fine. & sic confessio ex metu. decimaquinta quæstio. sexta. capitulo primo. & trigesimaprima quæstio. secunda. Lotharius. sic & cōsensus taliter extortus non ualet. infra de priuilegijs. cum olim. Sed uidetur, quod iuramētum in eo quod non tangit negotia ecclesiæ, uel ēt propria, sit seruandum, licet sit extortum, cū possit seruari sine interitu animæ [g] supra eodem. si uero. & capitul. ad nostram ij. & capitul. cum contingat. & xxij. quæstio. quarta. si aliquid. & ita per tale iuramentū tenentur, quod nullam conspirationē uel aliquod aliud quod sit cōtra statū principis procurabunt, & ad hoc alias de honestate tenerentur etiam sine iuramento & ita seruare tenentur iuramentū illud, quantum ad hanc partem iuramenti, licet fuisset extortum. Et sic est argumentum quod pro parte tenet iuramentum, & pro parte non. & si. supra de maio. & obed. dilecti. & uigesimasecunda questio. quarta. inter cætera. sic & factum alicuius pro parte ualet, pro parte non. infra de præb. dilectus. similem declarationem habes supra eod. quanto.

† Id est tā cōiter quā diuisim ēt singulorū canonicorum.

[g] Imo in ipsius contrario apparet interitus animę. xj. q. j. coniurationum. & c. cōspirationū. tenuit ergo in his iuramētum, licet prestari non debuerit. s. c. prox. unde per id dixit Go. ꝙ poterat condici liberatio cū indebite fuerit exactum. s. c. j. Io. An.

CAP. XXXI

Petitio uestra nobis exhibita continebat ꝙ ecclesia Antiochena uacante, princeps Antiochenus timēs conspirationes aliquas fieri cōtra eū, a uobis iuramentū extorsit [a] quòd contra ipsum de cætero non essetis: & infra. Interpretatione congrua declaramus [b] uos iuramento huiusmodi nō teneri, quin pro iuribus & honoribus ipsius ecclesiæ, ac etiam spiritualibus [c] † uestris legitime defendendis cōtra ipsum principē stare libere ualeatis coercēdo uos a machinatione dūtaxat per quā idē princeps deberet læsionē personæ uel sui amißionē incurrere principatus.

Idem archidia. & magistro G. canonico Tulleñ.

[b] Declaramus. Declaratio iuramenti siue interpretatio, cum de ipso dubitatur, pertinet ad papam. supra eodem. quanto. sic infra de eccle. ædi. capitul. ultimo. supra de elec. uenerabilē. ad finē. Sic & in omni sacramento, intelligitur excepta authoritas papæ. supra eodem uenientes. & supra de rescriptis. constitutus. similiter & imperatoris. ff. ad municip. imperatores. & in consti. de feud. §. ultimo. & idem cum dubitatur, utrum sit licitum uel illicitum. supra de elect. uenerabilem.

c Ex alia iusta causa. Puta quia ipa electa, similiter esset excōmunicata, uel si per simoniā electa fuisset, aut quia inutilis & insufficiens esset. j. de appel. cōstitutis. s. de ele. per inquisitionē. & j. q. j. si qui episcopi. §. ecce cū honoris. & s. de æta. & quali. c. vlti. & s. de offi. custo. c. j. Vel quia nō fuit seruata forma. s. de elec. quia propter. & c. cū post petitā. Vel quia nō fuisset seruatus ordo iuris: quia nō fuisset lis cōtestata. s. ut lit. nō contest. c. ij. quod melius uidetur, ut per hoc non præiudicetur principali negotio, sed tantum processus cassetur. s. de elect. dudum, ij.

d Cassata. i. cassa & irrita nuntiata. Et sic patet quod retractetur sententia, si detegatur impedimētum post sententiā. arg. viij. dist. veritate. xxiij. q. ij. si quis ingenuus. & est hoc contra illa iura. iij. q. vij. c. infamis. §. tria. vers. verū. cū alijs cōcord. suis ibi positis. s. in prima notula. & j. q. j. si quis à simoniacis. Sed aliud incōueniēs uidetur: quia retractatur sentētia, quo ad alios iudices, qui legitimā personā habebāt. sic. s. de off. deleg. cum super. Ideo retractatur sentētia: quia impedimentum erat notoriū per sententiā publice latā unde nulla in eū potuit cadere iurisdictio, φ ita cum sibi & alijs communiter causa cōmissa fuisset, duo sine ipso iurisdictionē nō poterant exercere. unde propter connexitatē, reuocatio fit quo ad oēs: quia nō potuit tenere sentētia quo ad quosdā, & nō quo ad aliū, cū illi per se nō habuissent iurisdictionē. simile. ff. de arbitr. Pedius. in fi. Ar. contra. ff. quod cū falso tut. l. j. §. j. [3] & s. de ele. cū Vinton. Item arg. hic, quod utile per inutile uitiatur. supra, de off. deleg. cū super. & c. super quæstionum. §. si vero. ubi de hoc.

e Iterum cognoscatis. Et sic patet, quod licet, sentētia siue processus cassetur, actio tamen salua remanet: vnde iterum cognoscetur ex integro [4] de causa: quia pro non iudicato habetur. simile. C. quomodo & quando iudex. si ut proponis. Hæc exceptio excommunicationis in qualibet parte litis potest opponi, etiam si fuerit omissa scienter, supra, de exceptio. exceptionem. Bernardus.

Q Vamuis.

1 Contrarium ibi not. Ioā. dic tamē, ut ipe no. xxiiij. q. j. in sum. & de hoc. xj. q. iij. curæ Ioā. And.

2 Imo videtur arg. φ nō credat. ad qd enim mandaretur inquiri si crederet: sed dici pōt, φ mandat īquiri nō de excommunicatione de qua cōstabat: sed de publicatione de qua nō cōstat secundum Abb. Ioā. And. Panor.

3 Solu. ut nota. s. de off. deleg. cū super. Ioā. And.

4 An de nouo fieri debeat cōtestatio: vide ī Specu. de sen. pplata. §. iuxta propositiōis vers. sed si causa. Ioā. And.

Glo. seq. habet duas partes. Prima repetit regulam text. allegat concord. enumerans septem casus exceptos. Secunda ibi, item fallit. prosequitur et exemplificat casus: quos hic ponit tex. & princ. ponit exempla in creditore, debitore, marito, vxore, & socero, ponit etiam de emphyteuta & emptore.

CAP. XXV.

Q Vamuis regulariter, alijs non noceat res inter alios [f] iudicata: Et tamen, qui cùm sibi primùm de ea re, actio uel defensio cōpetebat, sustinuit sequētem agere: Ac illi etiā qui passus est eū, à quo causam habuit experiri, est præiudicium generatum.

Idem.

Si duo ordinarij pronuntiāt contraria, tenet sententia pro reo. fallit in quatuor casibus hic contentis & similibus. Si verò delegati discordant, delegatus est adeundus. Si arbitri, neutra tenet.

f Res inter alios. Hæc regula: res inter alios acta, alijs non nocet. habetur C. res inter alios acta. l. j. & in ipsa rubrica. s. de fi. instr. inter dilectos. & s. eodem cum super. & C. qui res iudic. nō noc. l. j. & ij. Hęc regula fallit in multis casibus. s. cū causæ sunt connexæ. lxxxj. di. tantis Daniel. & iij. q. vj. hæc quippe. & j. de accusa. ad petitionē. j. de pur. ca. c. pen. in his enim res inter alios acta, alijs nocet. Itē in causa libertatis. ff. de sta. homi. ingenuum. Item in causa filiationis. ff. de libe. agn. l. j. in fi. & l. ij. & iij. in princ. Itē res inter alios acta, alijs prodest, ut in querela inofficiosi testamēti. ff. de inoffi. testa. Papinianus. §. meminisse. hæc res inter alios acta prodest fisco. Itē in re indiuisibili. ff. si ser. vē. loci. §. si fundus. Item in re communi cū pupillo. ff. quemadmod. ser. amit. si cōmunē. & ij. q. vj. ei qui. §. definitiua. vers. quandoq; plures. & j. de appel. c. pe. & in his tribus concordantijs res acta inter alios pdest alij. Et ubi res cōmunis est cū fisco. C. de commu re. alie. l. ij. Item fallit in casibus hic con[5]tentis, ubi præiudicatur alij per factum alterius, puta si actio uel defensio primo loco pertineat ad aliquē, & ipse sciēter patiatur sequentem experiri de illa re, intelligitur iuri suo renuntiasse. verbi gratia, si debitor passus est creditorē experiri de pprietate pignoris. & succubuit, debitori obstabit res iudicata, si postea agere uelit, uel econuerso si creditor passus sit debitorē, vel si maritus patiatur experiri socerū uel uxorem de proprietate rei in dotem acceptæ, uel si emptor patiatur venditorem experiri de proprietate rei uenditæ, a quo causam habet, uel emphyteuta proprietarium. & hæc probātur. ff. de re iud. l. sæpe. unde sumpta est hæc decre. & in eadē. l. ubi dicit, si creditor debet esse debitor secundū literā Pisanā: & secundū Pisanam literā ponitur hoc exemplū de debitore & creditore. & secundū hoc non contradicūt leges illæ. ff. de pig. si superatus. & C. eo. tit. præses. [5] illi legi sæpe secundum aliā literā signatur pro cōtrario, sed leges illæ intelligūtur quādo debitor superatus est ignorante creditore. sic ergo ista regula est intelligenda, res inter alios acta nō nocet alijs: exemplū habes quādo nō nocet, in prin. illius le. sæpe. quādo nocet alijs, habes in ea. l. & hic. quandoq; etiam prodest. ut patet. s. Sed uerbū istud, experiri, quo ad exēpla de uxore, & socero, & vēditore, ponitur improprie. s. p defensore: sic ponitur. s. de

Res inter alios acta, quandoq; alijs præiudicat.

5 Distingue ut ibi no. s. φaut superatus ē debitor prius, quā obligaret: & hoc nocet creditori. aut post: & tunc aut creditor ignorauit & tūc sibi nō nocet. aut sciuit, & tūc nocet, nisi in duobus casibus, s. cū fuit cōclusum. uel p iniuriā cōdemnatur Ioā. And.

ſ.de iudi.cap.j.quia illis non datur rei uendicatio.C. de rei uen.doce ancillam. hoc ſecundum eos qui dicunt,quod uxor conſtante matrimonio non eſt domina rei dotalis.unde non cōpetit ei rei uendicatio: ut in l.prædic. doce. & quod experiri, ponatur pro defendere, poteſt colligi per legem prædictam, ſæpe. uerſi. cur autem &c. ſic ergo econuerſo defendere, ponitur pro agere.C. de teſtibus.l.j. ff. de alie. iudi.mutā. cauſa facta.l. penult.uel poteſt poni ꝓprie ᵃ: quia & ſi agere non poterant,tamen præiudicat mihi ſententia lata contra eos: quia potuit prohibere quominus agant: & quia ex uoluntate mea iudicatū uī de iure quod habui ex perſona agentis, ſed in perſona debitoris & creditoris uerbum experiri,ponitē proprie & improprie,

CAP. XXVI.

DVobus iudicibus,ut accepimus diuerſas ſententias proferentibus: ᵃ ſi ex iuriſdictione ordinaria † proceſſerunt, tenet pro reo non pro actore ſententia, niſi in cauſa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento, pro ipſo fuerit promulgata. Si uero ex delegata ᵇ poteſtate, utraque pendet ſententia ex arbitrio delegantis. Quòd ſi ex compromiſſo,neutra debet habere uigorem.

cum uni rei uendicatio,& alteri hypothecaria competat.argu.quod res iudicata alijs non noceat,habes.ſ. de teſti.ca.ueniens.ij.

ᵃ **D**Vobus iudicibus.Proferētibus. Hoc intellige cum omnes ſunt præſentes, alias uno abſente, alius ſententiam ferre non poſſet,imo nulla eſt,ſi feratur.ſ.de offi.deleg.cauſam matrimonij. & ij.quæſtio. vj.cap.ei qui.§.definitiua.uer.itē ſi plures. diſtinctio illa quæ habetur in §.definitiua. ſuper uerſi. item ſi plures.& in decr.prædicta cauſam matrimonij. ponitē tota in decre.præſenti.ſi ergo plures ſunt iudices,ſiue ſint ordinarij,ſiue delegati, ſiue arbitri, & omnes præſentes ſunt,tenet ſententia maioris partis.lxv.diſ. cap.j.& ij.& ff.de re iudicata. duo ex tribus.& ff.de arbitr.ſi in tres.& l.ſequen.& l.diem.§. ſi plures. fallit in caſu, ubi non ualet ſententia maioris partis ſupra de reſcrip.paſtoralis.j. reſponſo. Item fallit in cauſa criminali epiſcopi ſecundum quoſdam, quia non ualet ibi ſententia niſi omnes concordent.vj.q. iiij.ca.j. & ſi quis epiſcopus criminaliter. Cum uero iudices æquali numero diſcordant in ſententia, puta unus ex una parte,& alius ex alia: uel duo ex una, & duo ex alia,locum habet decreta.præſens. ſi ergo ſint ordinarij,& prædicto modo diſcordant,tenet ſētētia ꝓ reo, ut hic dicit: quia promptiora ſunt iura ad abſoluendum, quam ad condemnandum. ſ. de probationibus ex literis.& ſ.de fi.inſtr.inter dilectos. in fine.ff.de actio.& oblig. Arrianus.niſi in quatuor caſibus hic contentis.Primo fauore matrimonij, ut xxxiij.q.j.ſi quis acceperit.& ꝭ.de deſpon.impu.continebatur. De libertate autem habes in prædicta decr. ex literis.circa fi.& ff.de re iudic.inter pares. De teſtamento habes. ff.de inof.teſt.ſi pars iudicātium. Alius caſus de dote inducitur fauore dotis,ut hic dicit: quia mulieribus multum fauoris debetur in dotibus ſuis.ꝭ.de do.poſt diuor.reſti.nuper. ꝭ. de pig. ex literis. & ſic iſti quatuor caſus propter fauorem excipiūtur. Vnde uerſus: Stat teſtamentum,libertas coniugium, dos. Si ſint æquales qui producuntur utrinque. Ber.

ᵇ Ex delegata poteſtate. In delegata iuriſdictione, ſecus quam in ordinaria,quia utraque pendet a ſuperiore.arg.ff.de re iud.duo iudices. in compromiſſo uero neutra ualet:ut ff.de arbi.diem.§.ſi plures.Sed quę eſt ratio diuerſitatis quare ſententia ordinariorum teneat: & non delegatorum, ſed pendet à ſuperiore, & ſententia arbitrorum nulla? Dicas quod in ordinaria iuriſdictione non eſt ſuperior,ad quē recurratur ᵃ niſi lex mortua, & ideo lex uoluit ſine alio remedio quod talis ſententia teneret pro reo in fauorē ipſius. In delegatis poteſt haberi recurſus ad delegantem, ut ipſe approbet quam uiderit comprobandam. & ideo remanet in pēdenti. in ſententia arbitrorum non eſt quis ſuperior, nec habet iuriſdictionē a lege, & ideo nulla eſt.

TITVLVS XXVIII. DE APPELLATIONIBVS RECVSATIONIBVS,& relationibus.

Alex.iij.Exo.epiſcopo & decano Londo.

Collatio beneficij facta poſt appellationē,ex probabili et uériſimili cauſa interpoſitam, eſt ipſo iure nulla.

CAP. I.


DIlecti filij prior & clerici de Giſebergien. grauem ᶜ nobis querimoniam tranſ_

DE APPELLATIONIBVS &c.

Quia ſi à ſententia non appellatur, tranſit in rem iudicatam,et de hoc uidimus ſupra titulo proximo. appellatio autem impedit effectū rei iudicatæ,ideo de illa uidēdum eſt. Vel continua tu clarius.Supra uiſum eſt de ſnīa, & eius effectu.Sed quia appellatio eſt remedium contra ſententiā,merito ſubijcitur hic titulus.Et quia ſecundum Io.an.appellatio,recuſatio,et relatio æquè cōueniunt in iuriſdictione iudicis ſuſpēdēda, ne auctor haberet mām multiplicādi titulos, Annectit oīa iſta tria ſimul.Ab.Si. De hac materia tractatur.ij.q.vi ꝑ totū.


DIlecti.Collatio beneficij poſt & cōtra appellationem legitimam facta non tenet. Communiter ſic ſummatur,ſed hæc ſummatio eſt nimis generalis. Diuiditur.nā primo ponit querelam appellantium.Secundo dat iudices: ibi,ſuper quibus.Et pro poſitione caſus literalis aduerte.Nā iſte prior & clerici,de quibus in principio literæ, conquerebantur de quatuor grauaminibus eis illatis per iſtum archiepiſcopū poſt appellationem ad papam interpoſitam: quorum tria exprimūtur in litera:quartum erat in antiqua, & fuit cauſa breuitatis hic deciſum,ſcilicet quod contulerat eccleſias ſpectantes ad collationem prioris, & ſolum huic deciſe reſpondetur.Ad alia uero in litera expreſſa non reſpondetur hic, & ideo dicit Ioan. and.quod fuit hæc decr.male deciſa.ſimilis deciſio habetur in c. ueniens.de præſcriptionibus.Sed dic excuſando quantum fieri poteſt compilatorem,quod ad alia hic expſſa non fuit hic ſpecifice inſerta reſponſio: quia ſatis quid iuris erat habetur in ſuis titulis,puta in ti.de ſenten.excommu.c per tuas.de offi.deleg.c.cum contingat.cum ſi.Noluit autem decidere iſta grauamina, ut comprehenderemus totum factū ſicut accidit. Voluit autem breuitatis cauſa decidere quartum grauamen, quia ſatis poteſt ex reſponſione comprehendi.nam ex reſponſione ſatis comprehenditur interrogatio,ut in capitulo,inter dilectos.§.cæterum.de fide inſtrumentorum. Abbas Siculus.

ᶜ Grauem querimoniam.Propter quā deberet deponi archi-

† Iſtud c. loquitē qn plurib. cōpetit iuriſdictio ut ſingulis, et tunc ſi cuilibet competat inſolidū procedat prima ps. Si uero cuilibet ſolū pro parte procedat ſecunda ibi,q̄a Vo. nec puto faciēdam ſubſtātialem differentiā inter ordinarios & delegatos hic.n. differētia reſpicit contingentiā, quia ordinarij ſolēt habere iuriſdictionem ſeorſum ſed đ legati ſimul utplenius dixi ī nouis intellec.

ᵃ Proprie idem Pā. adde quæ dixi in cō ſue. Pari. §.xxxj.nume.25.

ᵃ Imo ſēper eſt re periē ſuperiorē: niſi in papa.ſ. de elect.licet.eſt ergo rō, ſecūdū Hoſ. ut magis deferat iuriſdictioni ordinariæ quæ naturalis ē & fauorabilis. Io.an. Dic melius,q̄a ordinarij habent iuriſdictionem q̄libet inſolidū, iō pōt alterius ſentē tia ualere: ſed delegati regulariter habēt ſolum pro parte.

ni archiepiscopus qui non detulit appellationi. secunda q. vj. decreto. Non est uerum, quod sit deponendus qui non defert appellationi. Et decreto. nō dicit hoc: quia illa crimina obiecta fuerunt propter quæ deponendus erat.

miserunt, quòd Eboracē. archiepiscopus apo. se. legatus eundē priorē post appellationē [a] suspēdit, suas ecclesias interdixit, & canonicos si eidē [b] tanquam priori obedirēt, excommunicatos denuntiauit: & infrà. Super quib. si ueritate per idoneas [c] personas & famā [d] loci sollicitè inquisita inueneritis ecclesiarum cōcessiones taliter factas [e]: nisi prior & canonici malitiosè distulerint [f] eas (quātum ad se pertinet) ordinare, in irritum reuocetis easdem.

Idem archiepiscopo Remen.

Appellatio generalis respectu causæ non ualet.

CAP. II.

INter cætera: & infrà. Super eo quòd abbas sancti Apolinaris in claustro a te appellationem [g] interposuit generalem, super oī causa quæ aduersus eum aliquo tēpore posset moueri: ipsum exinde redarguimus: nec huiusmodi appellationem duximus admittendam.

[a] Post appellationem. Quæ si legitima fuit sententia suspensionis uel interdicti postea lata, non tenuit. j. de sent. excommu. per tuas.

[b] Si eidem. Id est si canonici appellant ante conditionem extantem. suspensa erit excommunicatio. j. eod. præterea. ij.

[c] Per idoneas. Hoc solum sufficeret sine fama loci ꝑ duos uel per tres testes. s. de testi. licet.

[d] Famam. Fama per se non sufficit. iiij. qō. iij. si testes. §. item sæpe. sed cū alijs adminiculis, puta cum teste uno aut alijs legitimis. argu. s. de probat. cum causam. & s. de præsumpt. illud. & c. iij. & s. de testi. præterea.

[e] Factas post appellationem præmissam a priore.

[f] Distulerint. Vltra sex menses, si eis elapsis cōcessiones factæ fuissent ualerent: quia potestas ad archiepiscopū [1] est translata. j. de conces. præbend. & eccle. non uac. nulla. & ita per negligētiam perdit quis ius suum. sic j. de iure patro. quoniam. & ca. cum propter discordias [2]. & ꝓpter culpam. s. de elec. cum in cunctis. & ca. cum Vinton. & ca. quia propter.

[1] Si erat proximus superior capi. Io. An.

[2] Et j. de rescr. tibi qui. de ꝓbē. si clerici⁹. lib. vj. Ioā. And.

INter cætera. Tria facit. refert appellationem, appellantem redarguit, & appellationem repellit. Abbas Siculus.

[g] Appellationem. Generalis appellatio non ualet, ut hic patet. nec etiam specialis, nisi causa probabilis sit exposita, qua non admissa, tenet appellatio. j. eod. ut debitus. Argu. contra. j. eo. consuluit. ij. ubi appellatio generalis ualet. sol. ut ibi. Et est argumen. quod non ualet in genere, ualet in specie. ff. de pact. si unus. §. pacta. & §. illud. & est argum. quod non licet in genere, licet in specie. ff. communia prædio. in tradēdis. ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsitum. Argumen contra. s. de offi. ord. si sacerdos. & j. de præben. relatum. Item a futuro grauamine nō est appellandum: ut hic patet, nisi a grauamine cōminato uel illato. infra eodem. cum cessante. nisi apparuerint alia iudicia: ut j. eodem, consuluit.

AD nostram. A correctione non appellatur. Primo præmittit causam mandati. Secundo mandatum: ibi, mandamus. Abbas Sic.

[h] In sua nequitia. Appellatio enim non est inuenta, ut sit iniquitatis uinculum, sed oppressorum leuamē j. eo. cum speciali. §. porro. & ff. de mino. præfecti prætorio. & sic iuramentum non est iniquitatis uinculum. s. de iureiur. quanto. & xxij. quæst. iiij. inter cætera. Item nota, quod utendum est aliquo ad eum usum, ad quem istud fuit institutum [3]. xxij. q. ij. is autem & xlv. distinct. licet. ij. & s. de transla. inter corporalia. & j. eo. suggestum. in fi.

Appellatio, est oppressorū leuamen.

† Carde. cōs. iij. eodem titu.

[3] Fallit interdū: ut j. d penis quāuis. li. vj. Io. An.

Idē abbati sancti Petri.

A correctione † legitima nō appellatur, nisi modus excedatur h. d. inspecta mente literæ.

CAP. III.

AD nostrā: & j. Quia uerò remediū ap. nō ideo est inuentū, ut alicui à religionis & ordinis obseruātia exorbitāti debeat in sua nequitia [h] patrocinīū exhibere: Mand. quat. si qn̄ quilibet subditorum tuorū ad remediū appellationis conuolauerit, non ideo minus [i] eum iuxta tenorē mandati, ꝙ in prædicta regula continetur, & institutionem ordinis corrigas & castiges.

[i] Minus. A correctione enim non appellatur. j. eodē. reprehensibilis. & c. cum speciali. in fin. & s. de offic. ordin. licet. nisi excedat modum [4] in corrigendo. j. eo. de priore. & s. de offic. deleg. super quæstionum. §. nos autem. sicut appellatur ab executore cum modum excedit. s. de re iudica. quod ad consultationem. in fin. a quo alias appellari non potest. j. eod. nouit. & ij. q. vj. ca. ei qui. §. sunt quorū. uer. ab executore. & ideo non admittitur appellatio a correctione, quia fit ad pœnitentiā. & extra formam iudicij. argu. xxvij. q. j. si homo. xlv. distin. cum beatus. nec admittit recusatio. j. eod. cura speciali. in fi. & hæc locū habent in omnibus regularibus: ut in constitu. cum speciali. in fi.

[4] Modū, & tunc in appellatione & impetratione rescripti super ea debet exprimicā excessus. Pā. Feli. Dec. hic.

Idem Noruicē. epo.

Si appellans intra terminum à iudice à quo appellauit, uel à se ipso statutū, appellationē non prosequitur, sententiæ uel iudicio illius stare compellitur.

CAP. IIII.

PErsonas ecclesiarū: et j. Si quis ad nostrā audiētiā appellauerit, & appellationi suæ prolixum terminū præfixerit [k]: tu ei diem [l] intra quem apostolicam sedem conue-

PErsonas. Potest appellans suæ appellationi terminum breuiorem termino iuris statuere eo autē nimis prolixum statuente uel nullum, potest iudex statuere competentem, intra quem si non satisfaciat termino, deserta est appellatio. h. d. cum princi. c. seq. Diuiditur in duas partes, prout duo sunt dicta. Secunda ibi, si autem. Abb. Siculus.

[k] Præfixerit. Et sic appellās potest sibi statuere terminū ad appellationē ꝓsequēdā, iudex eodē modo. j. eo. oblatæ. & j. c. prox. & ca. ad hæc. & ca. peruenit. j.

Glossa seq. tractat triplici de termino appellat.

[l] Tu ei diem. Hic statuitur dies, ad præsentandum se iudici. j. c. seq. qn̄que statuitur ad iter arripiendū. [5] j. c. per

[5] De hoc ij. q. vj. appellatiōe Ioā. And.

[a] Et ȷ.de elec.c.j.& c. cupientes. de offi.ord.quã uis.lib.vj. Ioã. And.

ȷ.c.peruenit.ij.& ŝ.c.prox.cum cauſa [b] ,quandoque ſtatuitur terminus a lege annus,uel ex iuſta cauſa biẽnium.ȷ.c.prox.Terminum uero ſtatutum a parte uel a iudice neutra pars poteſt præuenire.ȷ.eo.ſæpe. & c. oblatæ.Terminum a lege poteſt utraque pars præuenire , duntamen appellatus doloſe non præueniat appellantem : ut ȷ.eo. oblatæ . & de termino dato a lege poteſt intelligi. ȷ.c.ex inſinuatione . ut dixit Io. ꝙ non eſt uerum , ut ibi dicitur.

[a] Extunc.id eſt,poſt terminum elapſum. & procedere pôt, ac ſi perẽptorie uocatus nõ ueniſſet. [2] ȷ.e.ſæpe.& ȷ.eo.cõſuluit nos.in fi.

[2] Dicit Hoſtiẽ.ex tũc,id eſt, ex quo certum eſt ꝙ cõtempſerit:quia tãtum fluxit de tempore qđ impoſsibile apparet illum ad tẽpus peruenire poſſe. argu. ff.de uerb.obli. ſtipulationes.& l.cõtinuus.Tu dic cõtra, ut dicã.ȷ. e. reprehẽſibilis. Illud autem putat uerũ Hoſti. niſi agereť de executiõe ſñiæ & tẽpus quadrimeſtre adhuc nõ eſſet elapſum. ff. de re iudic.l. iiij. §. ſi quis. Ioã. And.

Cvm ſit Romana . Diuiditur in tres partes . In prima ponit terminum appellationis proſequendæ.In ſecunda pœnam non proſequentis : ibi, intra quod. In tertia proſequitur an de crimine delatus appellet : ibi , præterea. Abbas Sicu.

[b] Indulgetur. ij. qõ.vj. ei qui appellat. & C. de temp. appel.authen.ei qui appellat . & ſi iuxta cauſa interuenerit,biennium indulgetur , ut ibi dicitur,alias non daretur.ȷ.eo. conſtitutus . imo & triennium,datur.infra,eo.ex ratione.

[c] Diſtantiã.Omnia iſta ſunt.conſideranda,ad moderãdum tps.ſ.locorum diſtantia.lxiij.diſt. cum longe . & xiij.q.ij.ubicunque.& qualitas perſonarũ , & negotij. ff.de dam.infec.qui bona.§.ult.& l.ſeq.& l.ſi finita.§. iij.& ff.de iudi.l.nonnunquam.& ff.de re iudi.l.ij.

nienter poſsit adire, aſsignes : ad quàm ſi uenire contempſerit , tum illum extunc [a] iudicio tuo ſuper ijs quæ in quæſtione uertunť:ſine contradictione aliqua ſtare cõpellas . Si aũt quiſquam app. ſuę præfigat terminũ cõgruẽtem,nec tamen cauſam ad diẽ ap. fuerit proſecutus, ipſum nihilominus ex tũc ſententiæ tuæ (ſicut de alio diximus)app.re.parere conſtringas .

Idem Remẽ archiepiſcopo.

Appellans ad proſequendũ habet annũ , et ex cauſa bienniũ, niſi iudex moderetur, et ſi intra id tempus non proſequitur, rata manet ſententia,uel redit ad primum, ſi ante ſententiam appellauit.h.d.

CAP. V.

Cvm ſit Romana : & infra. F. t. duximus reſpondendum , ꝙ ſi ante ſententiã uel poſteá fuerit appellatũ , huiuſmodi appellationib.annus ĩdulgetur [b] ,aut ex neceſſaria [1] & euidenti cauſa bienniũ,niſi forte iudex a quo appellatũ fuerit , ſecundũ locorum diſtantiam [c] & perſonarum & negotij qualitatem,reciſius [d] tempus fuerit moderatus . Intra qđ,ſi is qui appellauerit,cauſam ap. non fuerit proſecutus , tenebit ſententia , ſi poſt ſententiã appellauerit,& a cauſa ſua cecidiſſe uidetur : nec amplius ſuper eodem negotio audietur appellans . Si uerò [e] a graua-

Gloſſa ſequens arg.alleg. tria. in contrarium alleg.alia tria & iterum per alia tria.coadiuuat primam partem,& ſoluit diſtinguendo.demum quærit. ponit opinio.& ſoluit .

[d] Reciſius tempus Arg.ꝙ iudex poteſt abbreuiare inducias datas a lege ſic.ff.de re iud.l.ij.& ȷ.e.oblatæ.& ŝ.e.ti.prox.ꝙ ad conſultationem. Arg. contra ꝙ non poſsit.xxviij.diſt.de his.& ff.de re iudi.l.iij. §. ſi quis condemnatus.& iij.q.iij.de iudicijs.imo arbitrio iudicis iſta uideņt committi.arg.v.q.iij.ſi ægrotans. iij.q. ij.ſi epiſcopus.ff.de iudi.nonnunquam.Sol. [3] inducię quæ dantur a lege uel canone , ſeruandæ ſunt,niſi iuſta cauſa interuenerit quare ſint abbreuiandæ:& tunc cõmittitur arbitrio iudicis : ut hic.& ff. de uerb.obli. continuus.§.ſecundo.& magis hoc poteſt officio iudicis diſcerni , quã aliqua locutione exprimi. ff.de ſol. ratum.& ff.rem ra.hab.quo en im.§.Iulianus.& infra, de do.apoſtolicæ,& ita ex cauſa hoc faciendum eſt.ŝ. ti.proxim.ꝙ ad conſultationem. & ff.de re iud. l.ij. & ŝ.de dila.c.j.quædã tamẽ induciæ ſunt ſtatutæ in iure. quæ diminui ſiue mutari non poſſunt nec augeri : ut eſt tempus decem dierũ datum ad appellandum.Item etiam tempus intra qđ peti debet in integrum reſtitutio,& etiã terminari,ſcilicet quatuor annorum [4] ut ij.q.vj.anteriorum.& C. de temp.in integ. reſti.l.ult. De hac materia dictũ eſt ŝ.de dila.præterea. Sed nunquid eſt illud ita intelligendum ſimpliciter.ut iudex poſsit diminuere de anno appellationis, ut appellans teneat cauſam appellationis finire ĩtra minus tempus anno uel biennio? Quidam dicunt , ꝙ bene poteſt iudex imponere hanc neceſsitatẽ appellanti,ut ipſe debeat finire cauſam appellationis quantũ eſt in ſe:ſed ,ſi remaneret per iudicem uel per aliã iuſtam cauſam . non eſt ei imputandum. ȷ. eo.ex inſinuatione . & ij. qõ.vj. anteriorum. §. ad hoc . & ſic intelligunt qđ dicit, niſi iudex forte reciſius tempus fuerit moderatus , intra ꝙ finiat cauſam ſuam . Verius dicas ꝙ iudex non poteſt iſtud tempus abbreuiare quantum ad hoc ut appellans teneatur cauſam finire intra tempus ſtatutum à iudice : imo annum integrum habebit uel biennium ex iuſta cauſa ad finiendum cauſam . quo elapſo rata manebit ſentẽtia:ut hic dicit.& C.de tempo. ap.l.ulti. ſed pro tanto dicitur ꝙ iudex poſſet reciſius tẽpus moderari: quia iudex poſſet compellere appellantem ſiue terminum ſtatuere illi,ut ſe repreſentet in termino illo coram ſuperiore ad quem appellauit,uel iter arripiat ad proſequendã appellationem coram illo ad quem appellauit:quod ſi non fecerit,ſi lata eſt ſententia poteſt illam mãdare executioni:quia ſtatim tenetur ac ſi appellatum non fuiſſet:ſed ſi appellauerit ante ſententiã poſtea tunc procedat in cauſa:quia terminus talis tũc obtinet uicem peremptorij,infra.eodem.ſæpe. & ſupra,titu.proxim. cum cauſa. & ſupra. capitu.proxi.& quantum ad hoc ſolum poteſt iudex reciſius tempus moderari.ſi uero nullum terminum ſtatuit appellãti: tunc habet annum a lege . & iudex tunc per totum annum non poteſt [5] procedere ad exequendam ſententiam : uel ſuper principali anno elapſo poteſt. ſecundum quod poteſt , cum terminus ſtatuitur . & hoc ſatis colligitur infra, eodem . reprehenſibilis.§. primo & capitulo , conſuluit.j. in fine , & hoc ſtatuitur propter malitiam appellantium , qui malitioſe appellant cauſa impediendi executionem uel proceſſum iudicis . & per hoc ei conſulitur , contra quem appellatur. Ber.

[e] Si uero appellatum fuerit . Si ante litem conteſtatam a grauamine quis appellat : tunc ſi ſtatuto termino non proſequatur appellationem , iterum [6] poteſt appellare.& ſic intellige illam decre.infra, eodem.ſua & cap.directe . Si uero poſt litem conteſtatam appellet,& intra terminũ nõ eſt proſecutus,nõ auditur appellans : quia iam fuit contumax.ij. quæſtione ſexta. ca.ei.qui.§.ſunt quorum .

[3] Sol.dic ĩdiſtincte qđ iudex ex cã cognita pôt mutare omnẽ dilationẽ legalem. Bart. l.ij.ff.dđ re iudi.Pan. Fel.

[4] Dicit Go. idẽ in ſemeſtri dato ad redhibendum.ff.de ædil.edi.l. cum ſex. uel ad conferendum bñficia de ſup.neg.ꝑla.licet.de cõceſ.præbẽ.c. ij. & c. quoniã. & in lx. dieb. qui dantur ad accuſandũ uxorẽ iure mariti.iiij q.iiij.§.aliquãdo.Io. And.

[1] Quæ ꝓbanda eſt. Alex.cõſi. lxxix. nu. 2.lib.vij.

[5] Nõ pôt. niſi nõ detulerit appellatiõi & tunc ſerua.c.nõ ſolum.eo.in vj. Panor.

[6] Iterum. hæc gl.male loquiť dic ꝙ tex. in hoc uerſic.loqtur de appellãte extra iudicium, & ſi nõ proſequitur,nõ audiť uia appellationis:ſed bene per uiã q̃relæ uel actionis.c. cõcertationi. ȷ.c. in vj.Pã.

mine [a] & ante litis [b] ingreſſum fuerit appellatū: huiuſmodi audieť appellans: quoniā ſacri canones ēt extra iudiciū, paſſim [c] appellare permittunt, nec ſolent [d] huiuſmodi dici appellationes, ſed prouocationes ad cauſam. Si autē ante ſnīam [e] quis appellauerit, cogitur [f] illius ſtare iudicio, ad quē noſcitur appellaſſe.

Qui de crimine impeditur, appellare poteſt, niſi ſit notorium. hoc dicit.

Præterea ſi raptor ſit: uel uiolentus detentor alienæ rei qui appellat: huiuſmodi appellatio facta ī iudicio àpud eccleſiaſticas pſonas, ſolet audiri: [g] niſi forte manifeſtus [h] raptor uel fornicator exiſtat: ſicut ille quē abſentē & irrequiſitum [i] apoſtolus excommunicauit.

Idem eidem.

Corā iudice a quo appellaui ī una cā poſſum in alia cōueniri, niſi eum recuſem ut ſuſpectum.

CAP. VI.

AD hæc ſi in una cauſa quis appellauerit, & pendente ap. aliquod crimen cōmittat: uel prius cōmiſiſſe dicaī, uel modò ēt accuſetur aut conueniatur, de alia re ſu p qua non ſit appellatū, & illam proferri cōtingat, ad audientiā iudicis a quo ī alio negotio appellauit, eum poteſt ſi uoluerit tāquam ſuſpectum [k] uitare, alioqui debebit eius ſtare iudicio, maxime ſi ſuus ordinarius iudex exiſtat.

Idem.

Si a iudice inferiori unus appellat ad papam, alius ad inferiorem, tenetur appellās ad papam comparere ad citationem iudicis inferioris, ſaltem allegaturus appellationē ſuam: alias ualebit proceſſus à minori niſi ſciuerit appellationem interiectam ad papam.

CAP. VII.

SI duobus coram ſuo iudice litigantibus, alter ad noſtram [l], alter ad ſui iudicis [m] audientiam ſuper eodem negotio appellauerit: & ille qui ad ſuum iudicem appellauit, ad diem appella. ueniens, ſe ad eum ap-

[a] A grauamine. Cauſa grauaminis probabilis allegata quæ ſi probata eſſet, reputaretur legitima, alias nō auditur infra eo. ut debitus.

[b] Ante litis. Hoc poteſt intelligi, cum appellatur ſuper aliqua exceptione dilatoria coram iudice. j. e. ex parte. & ēt poſt j. eo. ſuper eo. & ij. q. vj. non ita. ſecus ſecundum leges ut ibi. Ber.

[c] Paſsim. i. quandocunque, etiā grauamine nō expreſſo: & ſunt illi canones. ij. qō. vj. ad Romanam. & ca. ſeq. ſi quis placuit. & ſ. ut lit. non conteſt. accedens. j. hodie neceſſe eſt allegare cauſam probabilē, quæ ſi eſſet &c. quæcunque ſit cauſa. j. eod. ut debitus. & ca. cum ſpeciali. §. porro.

Gloſſ. ſeq. ponit duas lecturas, eius quod hic de prouocatione dicitur.

[d] Nec ſolent. Proprie ſumpto uocabulo quia appellatio nō ſit niſi a iudice. ſ. de off. deleg. ſuper qōnum. §. nos aūt. uel prout dicit appellatio continet querelā iniquæ ſententiæ. ff. de mino. præfecti etiam prætorio. loquitur ergo de appellationibus, quas aliqui quandoque faciunt cum dicunt, ego appello te ad curiam, uel uenias ad iudicem ut faciat mihi iuſtitiam. ſed ille non tenetur ire: ſicut denuntiatio facta ipſi domino in foro, non tenet, ſed in re ipſa debet fieri. ff. de no. oper. nū. l. de pupillo. §. ſi qui forte. Vel dicas ꝙ loquitur de appellationibus quæ fiunt extra iudicium ab aduerſario, ne faciat aliquid in præiudiciū appellantis, ſuper eo pro quo appellat, & tales appellationes quaſi pronuntiationes ſunt ad cauſam, & talibus appellationibus eſt deferendum. j. eo. bonæ. & tales appellationes faciunt clerici frequenter inter ſe & in electionibus & pro alijs negotijs eccleſiæ. ſ. de ele. conſiderauimus. & ca. bonæ. & cap. auditis. & j. de ijs quæ fi. à ma. par. ca. c. j.

[e] Ante ſententiam. Poſt [4] litis ingreſſum: ut differat a præcedenti uerſi.

[f] Cogitur. Sed non uidetur, ꝙ ſit cōpellendus [5]. C. de appel. eos. in fin. ubi dicitur, ꝙ nemo compellitur proſequi appellationem, imo poteſt pœnitere ij. q. vj. c. ei qui. §. ſi quis libellos. ſed debet compelli alternatiue j. eo. conſuluit. j. & c. ſæpe.

[g] Audiri infra eo. peruenit.

[h] Manifeſtus. i. notorius. j. e. peruenit ad nos. in notorijs enim non admittitur appellatio, ut ibi.

[i] Irrequiſitum. Argu. ꝙ in notorijs, non eſt aliquis uocandus in ius [6]. arg. ij. q. j. de manifeſta. xj. q. j. ſtatuimus. Argu. contra. xij. q. ij. indigne. & nemo eſt excommunicandus, niſi legitima admonitione præmiſſa. j. de ſentent. excommu. ſacro. Dic quòd nō fuit requiſitus per edictum peremptoriū ad iudicium, admonuit tamen eum ad pœnitentiam. & quia crimen notorium erat, non uocauit eum: quia nec expediebat ex quo nolebat ſe corrigere, uel irrequiſitum illa uice, uel requiſiuit eum per Apollinem diſcipulum ſuum.

[k] AD hæc. Tanquam ſuſpectum. j. eod. propoſuit. [7] Sed uidetur ꝙ non poſsit eum uitare tanquam ſuſpectum: quia non poteſt hoc prætendere, quaſi habeat eum offenſum. ff. apud eum a quo ap. l. una. ſecundum leges non recuſantur iudices ita indiſtincte: tamen ſi aliquod crimen enorme interim & manifeſte cōmittat, non poterit ipſum uitare. j. eod. propoſuit. & ca. præterea. j. cum ſit eius ordinarius. Sed quid fiet tunc de cauſis illis, ſuper quibus conuenitur pendente appellatione? Epiſcopus tunc delegabit cauſam alijs, ſicut ſit cum alias tanquam ſuſpectus recuſatur. xj. q. j. peruenit. j. eod. cum ſpeciali. & ſ. de foro compet. ſi quis contra clericum. Ber.

SI duobus. Superior ad quem tuus aduerſarius appellat, ſi ignorat te ſuper eadem cauſa ad ſedem apoſtolicam appellaſſe. te nolentem comparere excōmunicare poterit. hoc primo. Duo ſunt dicta. Secundum ibi, denique. Abbas Siculus.

[l] Ad noſtram. Quod fieri poteſt, omiſſo quolibet medio. ij. q. vij. metropolitanum. arg. ſecus ſecundum leges. ff. de ap. Imperatores.

Gloſſa ſequens ponit duas lecturas.

[m] Ad ſui iudicis. Hoc poteſt intelligi dupliciter: ut litigarent coram archidiacono, & alter ad ſuum iudicem, ſcilicet epiſcopum appellauit, alter ad papā, uel coram epiſcopo, & alter appellauit ad archiepiſcopum, qui ſuus iudex eſt per appellationem: & alter ad papam, qui omnium eſt iudex ordinarius. j. de ſenten. excom-

[1] Sup. imo cū appellaī ex. 1°, ut not.

[2] Hodie ſ. ut quis arcteī ad proſequē dum & ut reuocari poſsit attentatū. Pan.

[3] Cōcor. l. j. cū glo. & doct. ff. ſi qua. pau. fec. dica. & l. fin. C. de ord. cog.

[4] Poſt. imo quandocunque ī iudicio.

[5] Hæc gl. reſpicit literam ad quē unde dicitur infra, ꝙ cōpellit alternatiue. ſ. ꝙ aut ꝓſequaī aut rdeat ad iudicē a quo appellauit. Ioā. And.

[6] Cōcor. l. qui teſtimo. §. mulier. & ibi Bal. ff. de teſt.

[7] Adde quod ibi not. quod hic ēt tenet Tanc. Inno. & Ho. & uide ꝙ no. j. e. ti. ca. paſtoralis. in gl. qui enim. Io. An. Et ſecūdum Pā. Fely. hic ex ſola pēdentia appellationis nō recuſaī, ſed iī ad arbitros, & probandum erit grauamē tale ꝙ iudex pſumaī malo animo eſſe.

[8] Idem ſi fuit cōtumax ī appellatiōe pſequenda: quia ſicut tunc nō appellat, ſic nec recuſat. ſ. c. ꝓx. j. e. ſuper c. ij. ſecūdum Tāc. Vin. & Innoc. Ioā. And.

excommu. per tuas. & supra, de offic. lega. c. j.

a Tenebit. Sed uidetur φ non teneat, quia lata est post appellationem vnde non tenet. j. de sent. excom. per tuas. & iam non erat suus iudex: vnde non potest illum excõmunicare. ix. q. ij. c. j. Item quia vocabatur ad maius tribunal. ff. de re iudi. contra pupillũ. §. j. Sol. hic tenet sententia propter contumaciam. ut hic dicit: quia debuit ire, & allegare priuilegiũ suum. j. eo. cũ parati. ff. de re iudica. si quis ex alia. ex quacunque enim causa quis vocetur, ire debet ad prætorem. ff. si quis in ius voc. nõ ierit. l. ij.

b Nisi cognouerit. Ergo si notum illi erat, quod non esset de sua iurisdictione. nõ tenet sententia: & ille non tenebatur uenire ex quo sciebat iudicẽ hoc scire. argumen. ff. si quis in ius vocа. l. ij. quia qui scit certiorari non debuit. ff. de actione empt. & vend. l. j. in fi. & s. de elect. cum inter uniuersas.

c Nostræ temporali. ut s. de iureiurando. venientes. & supra de fide instru. cum Ioannes.

d Credimus. Et ita patet, quod iurisdictio temporalis non pertinet ad ecclesiam, nec ea debet se intromittere in præiudicium iudicis secularis. s. de iudi. nouit. in princi. & j. qui filij sint legit. lator. & j. de priuileg. c. ij. nisi cũ vacat imperiũ. supra, de foro compet. licet. j. tunc enim propter defectum iudicis secularis, bene appellabitur ad papam. argum. xxiij. quæst. v. administratores. & supra, de foro competen. ex tenore. Ber.

1 Solu. & bene. Feli. Phil. Dec. hic: q a ipo iure nõ cõpetebat iurisdictio iferiori, iõ valet punitio cõtumaciæ ratiõe dubij. Sed apud gallos per cõsi. Basil. & concordata, soli immediato compe tit iurisdictio, & appellat tan quã ab abusu si me diatus ẽt papa se interponeret. Vocatus in ius, eat ad prætorem.

2 Vacat. nõ seruat extra Italiam, quia Imperiũ nõ dependet à papa.

...pellasse proponit, eò tacito, φ aduersarius eius ad audientia Rom. pont. appellaret: si legitimè citatus nec uenit, nec responsalem misit, aut etiã alias parere contemnit, tenebit a excommunicationis sententia in eum, pro contumacia promulgata, nisi iudex cognouerit b eum, ad audientiam Rom. pont. appellasse.

A ciuili iudice qui non est de tẽporali iurisdictione ecclesiæ, non appellatur ad papam. hoc dicit usque ad finem.

Deniq; quod quæris, si a ciuili iudice ante iudicium vel post, ad nostram audientiam fuerit appellatum an hmõi appellatio teneat: tenet quidem in ijs qui sunt nostræ c temporali iurisdictioni subiecti: in alijs verò & si de cõsuetudine ecclesiæ teneat, secundũ iuris rigorẽ credimus d non tenere.

Idem plebano & clericis S. Nazarij de Albia.

Lapsus bienni non præiudicat appellãti quò minus ex causa legitima audiatur, saltẽ per beneficiũ restitutionis in integrum. hoc dicit secundum vberiorem intellectum.

CAP. VIII.

EX ratione: & infrà. Verum si appellationem biennio elapso interpositã à sententia contra vos prolata prosecuti nõ estis: dummodo prosecutionem ipsius per impotentiam c vos constiterit omisisse, nolumus φ iustitiæ vestræ debeat præiudicium generare.

Idem Vigorieñ epo.

Si reus post citationem, uel notitiam literarum, iuit ad curiam, delegatus in causa procedet, alias non. hoc dicit cũ cap. suggestum. infra eodem.

CAP. IX.

MEminimus: & j. Cæterùm cùm aliquam causam cõtingat tibi appel. re. cõmitti: & aduersa pars post citationẽm f iter arripuerit ad sed. apostol. venẽdi: non minus poteris in negotio ƒm iuris formam procedere. Quòd si ante g citationẽ iter arripuerit, nõ est aliquatenus procedendum.

Idem.

EX ratione. Etiam post biennium auditur appellans, qui prius appellationem prosequi non potuit. hoc dicit. Primo ponit dictum, cuius rationem interserit. Abb. Sic.

Gl. seq. recipit per duas quæst. de qua impotẽtia hoc intelligatur, et an ipso iure, uel per beneficiũ restitutionis succurratur isti. circa primã tractat quadruplicẽ impotẽtiã, s. prouenientem ex parte appellãtis, ex parte iudicis ad quẽ ex cõsensu appellati, et ex facto tertij. Circa secũdũ ponit. ij. opi. et alterã approbat.

c Impotentiam. Hæc impotentia pluribus modis potest intelligi: ut per propriam impotentiam, quia fuerũt impediti iusta de causa. uel per iudicem stetit: vnde non imputatur eis. secunda quæstione sexta. anteriorum. §. ad hoc. 3 & §. biduum. & §. si forte. & in fra eodem ex insinuatione. idem esset etiã si in medio tẽpore arbitros elegerunt partes. C. de tempo. appellatio. authenti. si tamen. & in his casibus seruatur appellans illæsus ipso iure, nec currit tempus, nec indiget restitutione. Si uero dolo alicuius priuati circũuentus appellat, & appellationem non fuit prosecutus: tũc currunt tempora appellationis, sed habet recursum cõtra dolosum, ad interesse. ff. de dolo arbitrio. §. dolo cuius quod si soluendo non fuit, restituitur appellans ad prosecutionem suæ appellationis. ff. de eo p quem factũ erit. l. ex hoc edicto. ff. de dolo. & eleganter. §. si dolo. Dicunt 4 tamen quidam, quod isti adiuti fuerunt beneficio restitutionis, quia istud biennium cuilibet currit etiam impedito agere, si non poterit habere copiam iudicis, uel qa noluit procedere, vel quia potuit facere quod compelleretur iudex. C. de tempo. appel. l. ult. §. ultimo. Sed hoc ex litera non colligitur, ut hic: & hic non stetit per negligentiam iudicis. sed ex propria impotentia. unde non habet hic locum lex illa. C. de temp. appella. l. vltim. & ita not. hic illud generale, quod si per me non stat, mihi non imputatur. & ipso iure isti seruantur illæsi.

f Meminimus. Post citationem. Vel etiam post sententiam ante citationem. infra eodem. suggestum Bernardus.

g Ante citationem. Vel ante sententiam literarũ impetratarũ contra eũ. j. eo. suggestum. & c. ad hoc. Sed hodie ista non habent locum: quia non prodest allegare, φ præmiserit nuntium ante, etiã si dixerit se super hoc literas habere, quæ non sint iudici præsentatæ. j. eod. ut debitus. & ij. q. vj. c. non solent. §. eius qui. Sed quid si non misit nuntium, 5 sed in propria persona iuit nunquid procedetur contra eum, si cõuenіatur corã ordinario uel delegato super eo pro quo iuit? Credo φ si nõ sit qui defendat eum, cũ debuerit dimisisse procuratorẽ, procedetur contra eum, non obstante φ iuerit propter hoc: 6 quia & si iã cũ literis reuersus esset

3 Per quẽ §. & p c. siue. xxxiij. q. ij. p decr. accedens. ij. ut lit. nõ contest. & per istã dixit Io. d deo. li. j. q. xxj. fatalia nõ curreт qñ viæ ita sũt clausæ, φ sine periculo curia nõ potest adiri. Ioã. And.

4 Dicunt. dic φ tempus semp currit ipo iure, licet detur restitutio. fallit qñ impedimẽtũ, venit ex facto principis authẽ. sed & si quis. C. de tempo. appell. ex cõpromisso. cle. quãdiu. de appella. Pan.

5 Nõ respicit glo. text. q nõ loquit de mittente: sed de eunte. sed respicit φ dixerat d de cre. ut debitus. Ioã. And.

6 Cõcor. text. in l. ignorante & ibi Bar. C. de resti. in integ. & gl. in vers. audiatur: in cle. biduũ eo. ti.

Supersedetur propter articulum in quo appellatum est, etiã super principali causa, si sine illo articulo expediri non potest † hoc dicit inhærendo literæ.

CAP. X.

j SVper eo quod solicitudo tua quæsiuit, prudẽtiæ tuæ duximus respondendũ, ꝙ si de aliqua exceptione quæstio oriatur, & exinde appellationẽ a fieri cõtingat, eidem exceptioni erit meritò supersedendũ: & b si principalis causa sine illa c terminari d nõ poterit, ei nihilominus supsedeat.

Non obstante appellatione, ex falsa causa interposita, potest iudex ad ulteriora procedere. hoc dicit.

Si autem aduersa pars de falsi suggestione e in ap. prorupit: non est sentẽtia sup hoc differenda.

Idem.

Etiã pro minoribus, seu leuioribus casibus, appellari põt.

CAP. XI.

DE appellationibus ꝑ causis minimis f interpositis, uolumus te tenere, ꝙ eis pro quacũque leui causa fiãt, non minus est, quàm si pro maiorib9 fierent deferendum.

Idem.

Secundũ canones appellatur etiã ante sententiã, secundum leges non, nisi in quibusdã casibus. hoc primò. Et appellatio et recusatio, æquiparãtur in hoc, quia sicut in appellatione requiritur causa rationabilis, ita & in recusatione hoc secundo. Et tempus aßignatum iudici ad causam decidẽdam, incipit currere à tempore præsentationis rescripti. hoc tertiò secundum verum intellectum.

CAP. XII.

ij SVper eo: & infrà. Sacri canones ante & post litis contestationem g & in prolatione sententiæ & post, singulis facultatem tribuunt appellandi, leges aũt seculares, appellationem (nisi in casib9 h) ante sñiam, nõ admittunt. In causis quoque ecclesiasticis, ubi appellatio. remediũ tollitur, sicut i appellationi, ita recusationi non est aliquatenus deferendum. Si aũt intra certũ tempus lis decidenda committitur, ex tunc terminus † incipit currere, cùm iudices contigerit literas recepisse. k

esset, non prodesset tanquam ab aduersario iam præuentus. ꝣ. eo. cũ debitus. & s̄. de fo. compet. c. pen. Ar. cõtra. ꝣ. e. dilecti. j. & c. ut nostrum. quia plus est facto appellare, quã uerbo: ut ibi. Sed ibi ante iter arreptũ litigabant. vnde iter ibi habetur quasi pro appellatione. sed hic iuit ad curiã nulla causa mota uel comminata, pro literis impetrãdis. Vnde si aduersarius eum præuenerit, sibi imputet, qui debuit esse diligens & ipsum præuenisset. T. dixit 1 quod nõ debet procedi contra ipsum, nisi iuerit fraude, vel dolo. tunc enim propter dolum suũ non expectabitur.

a SVper eo. Appellationẽ fieri. hoc potest habere locum, tam ante lit. contestat. quam postea: ut si ante lit. contest. obijciatur aliqua exceptio rationabilis, quæ si esset probata deberet legitima reputari, &c. & iudex eam admittere nolit, si propter hoc appellatur, iudex uel non debet procedere, vel remouere grauamen. ꝣ. eod. ut debitus. & c. cum cessante. alias reuocabitur totum quod fecerit. De hoc habes multa exempla ꝣ. e. ex parte. & cap. significauit. & cap. significantibus. ubi infinita exẽpla inuenies super hoc post lit. contest. & eodẽ modo pone exemplum. supra, de ord. cog. cap. j.

b Et si principalis causa. Et ita non proceditur sup principali, & in præiudicialibus exceptionibus hoc habet locum. plura exempla ponuntur iij. quæst. xj. c. non est. §. aliquando.

c Sine illa. Puta pactum de non petendo, præscriptio, & consimiles.

d Terminari. Ergo videtur, quod si principalis causa possit expediri sine illa, quod non obstante illa appellatione procedere possit in principali. & ita uidetur, qđ teneor litigare sub illo qui etiã me grauauit, à quo appellaui iusta de causa, cõtra illud. ꝣ. e. ad hoc. & ꝣ. eo. ꝓposuit. Satis 2 crederem, quod uacat hic ar. à contrario sensu: quia cum iam certa ratione me grauauit quomodo poterit procedere postea me inuito? non videtur. iij. quæst. v. quod suspecti.

e De falsi suggestione. Hoc intelligunt quidã, cum probare nolebat, sed allegabat tantum, & ideo non valet appellatio. Vel dicas quod hæc exceptio de falsi etiam suggestione 3 non est admittẽda post lit. cõtestã. cum sit dilatoria, & sic erat lis cõtestata, quia sola sententia erat ferenda. vnde non debet diferri sententia propter talem appellationem interpositam, occasione exceptionis, quæ ab initio fuerat proponẽda. s̄. de re iud. inter monasteriũ. C. si. de fal. l. ij. & C. de legat. si in fraudem. ubi non defertur executio propter suggestionem. falsi. Ber.

f DE appellationibus. Minimis. Minima causa potest dici, duorum aureorum quia pro ea non datur actio de dolo: ut ff. de dolo si oleum. in fi. & l. sequẽ. uel etiam x. aureorum. ff. si cui plusquam per legẽ Falcidiam. l. iij. §. quamuis. uel l. solidorum. C. de defen. ciui. l. j. Vel illa dicitur minima, quæ ad sumptus iudiciales non sufficit secũda quæstione sexta anteriorum. §. illud etiã. & ita pro qualibet causa appellatur, quia ita potest quis grauari in paruo, sicut in magno. quantitas causæ nõ facit quare introducta sit appellatio, sed iniquum grauamen, supra eodem. ad nostram. & infra eodem. cum speciali. §. porro. sic etiã in minima re furtũ committitur. decima quarta quæstione ultima. capitulo ultimo quia nõ furtũm sed furantis affectus consideratur ut ibi dicitur. & est argu. quod in modicis dandus est libellus.

g SVper eo. Litis contestationem. De appellatione quæ fit ante sententiam, intellige secundum illam decre. ꝣ. eo. ut debitus. post sententiã uero indifferenter appellatur, nulla causa expressa, sed sufficit dicere ab iniqua sententia appello. ij. q. vj. c. post appellationem. §. forma. ij.

h In casibus. Vt ij. q. vj. §. ante sententiam.

i Sicut appellationi. Sicut appellatio causa probabili non expressa, non admittitur. ꝣ. eodẽ. ut debitus. sic nec recusatio admittitur causa recusationis probabili non expressa. ꝣ. eo. cũ speciali. & melius. ꝣ. eo. nouit.

k Recepisse. Die receptionis nõ numerata. ff. si quis cautionibus. l. j. 4 ff. de requi. re. l. annus. & iiij. q. v. quisquis. sic dies in quo excõmunicationis exceptio proponitur, quæ intra octo dies probari debet, non computatur in illis octo diebus. de except. pia cõsideratione. lib. vj. quæ est Inno. iiij. & c. frequẽs. de resti. spolia.

† Et non alias, quicqd dicant Io. an. Pa. & alij cõmuniter, & ita sẽtit Phil. Dec. hic ĩ prin. & consil. xxxiij. & bñ. vnde appellatio ab articulo separato puta ex pẽsarum. contumaciæ nõ ĩpedit principale. Amplio etiã si iudex à quo detulerit dictæ appellationi, uel iudex adquẽ ĩhibuerit qa hoc debeat intelligi inquãtũ ius exigit, qđ ut nouũ & in praxi u[...]sissimum nota.

1 Idẽ hic Host. qui etiã alleg. decr. unicã. de peregri. Ioã. And.

2 Satis. idem Hos. Inn. Pan. & sic appellatio ante diffinitiuam a certo articulo uel in nil suspẽdit, nisi alias iudex a quo đferat, uel in tota illa cã suspendit ĩdiffinite. videlicet si legitima ẽ qđ exit9 docebit. Iusti9 ẽ ius ciuile quo nõ suspendit nec deuoluit nisi nõ sit in diffinitiua reparabilis. l. ante sententiã. de appel. rec. stylus Frãciæ lõgius degenerauit, qa oĩ appellatiõni deferẽ nisi in casibus cõstitutionum regiarum adde quæ no. ad Ph. Deci. hic & cõs. xxxiij. num. j. cum seq.

3 Id est, ꝙ ĩ rescripto suggestũ fuit falsũ, nõ intelligas de except. falsitatis quæ posset ẽtiã post sententiã opponi. s̄. de ꝓcu. in nr̃a. de excep. cũ venerabilis. Ioã. And. Pan. Minima causa quæ dicatur.

† Scilicet tẽporis in generẽ, nõ ad certum diem limitati. Pan.

4 Dies in quo cautũ ꝓmittit, & dies quo sisti oportet, no cõnumerant in cautione iudicie sisti. Ioan. And. Sed alias tempus semp incipit & currit de momento ad momẽtũ, nisi ubi aliud iure cauet. Io. And. Pan. Phil. Dec. hic. not. in cõsue. Parisi. §. iiij. nu. 4. adde

do. Andr. Tiraq. de retrac. ꝓximi. §. j. gl. ij. numе.20.

ɩ Vide de testi.cog. ca.pterea. super ult. glos. Ioã. And.

spolia.lib.vj.Arg.contra.ff.de uerb.oblig. continuus. actus ɩ .& l.j.§.qui præsens.

a Peruenit.Notorius.Quia si esset notorius, iudex debet procedere contra ipsum.ĩ.de iureiurã. ad nostram.& nullam appellationem admittat.ĩ.eodem. cum sit romana. §. ultimo.

b Compellas. Alternatiue scilicet, ut uel prosequantur appellationem in termino constituto a iudice uel eo elapso coram eo respondeant. sic.ĩ.ca. proxi. & ĩ. eodem. ad hoc. ij. & sic intellige.s.eo.cum sit romana. uersi. si uero ante. alias nemo potest compelli ꝓsequi appellationē ut C e.ti.eos. in fin.

c Notorius. supra, eo.cum sit romana. & ĩ.ca.proxi. & habes ex hac decr. ar. ꝙ excommunicatus appellare potest.ij. q.ix. reuera. & supra de excep. cum inter.

d Prætermittas.supra,de testi.co.peruenit.ubi uidetur,ꝙ iudex potest compellere testes super hoc. Solu. & dic ꝙ non uidetur prodesse talis iurisdictio, nisi haberet coërtionem. supra de offi.deleg. ex literis. unde dic, qđ bene potest hic cōpellere testes. nomine enim rerum ecclesiasticarum intelliguntur clerici. nã ut hic, uidetur qđ possit ex hoc sententiare: ergo idem cognoscere: q̃a qui potest de causa cognoscere: potest in de sententiare, & econuerso supra de offi.deleg.ca. j.& c. præterea.

e Donec passis. in hoc casu cũ iniuria est manifesta, primo debet satisfacere quam absoluatur ᵃ .infra, de uerborum significatio. ex parte.j. & capit. cum olim. simile. infra de sententia excommunicatio.parochianos.

ᵃ Et sic intellige qđ notat eo. ti.de sent. excom.ad hoc in gl. ult. Ioan. And.

f Consuluit.Nō est aliquatenus.Sic supra eo.cap. prox.& c.cum sit romana.in fin.

Idem.

Conuentus super iniuria clerici,uel super adulterio appellare potest,nisi sit notorius. h.d. cum cap.seq.

CAP. XIII.

ctum æquiparantur in hoc, quod ſicut excommunicatio poſt appellationem nō tenet. j̄ de ſenten. excom. per tuas. ita & interdictum emiſſum per appellationē ſubſequentem non ſuſpenditur, ut hic patet: & econuerſo. j̄. eo. paſtoralis. niſi ſub conditione ponatur interdictum, ſiue ſententia feratur: medio tempore poteſt appellari. j̄. eo. præterea. & j̄. eo. dilecti. §. quia. Sed quid ſi aliqua eccleſia interdicta ē, & epiſcopus ſuſpendat ad tēpus interdictum, ut in ea celebretur, ſi quis tunc appellat, nūquid ualet [1] appellatio? Videtur ꝙ non, licet relaxetur interdictum ad tempus, ut in ea celebretur, interdictū tamen eſt, & in interdicta eccleſia bene celebratur. j̄. de priuile. cum & plantare. §. quod ſi. & c. ut priuilegia. s̄. de offi. ord. irrefragabili. & excommunicatis etiam poteſt prædicari. j̄. de ſenten. excō. r̄nſo. & c. cum uoluntate. j. reſpon. non enim eſt nouum interdictum licet eius executio ſuſpendatur. arg. ff. de preca. ſed ſi manente. ff. de pecu. peculium. §. ſi ære. & ita appellatio non ſuſpendit interdictum, & ſic eps poteſt ſuſpendere ſuū interdictū, nec prodeſt appellare medio tempore. & hoc dicunt Lau. & Vin. & Tan. [2] j̄. e. dilectis. §. quia. Et alij dixerunt ſicut Guliel. naſo, ꝙ epiſcopus nunquā [3] poteſt ſuſpendere ſuum interdictum quin tollat illud ex toto: unde ſi tūc appelletur, & iuſta ſit appellatio, defendetur per appellationem: & illud quod inducunt prædicti doctores ad hoc probandū, non probat hæc decre. cum & plātare. quia illud fit authoritate ſpeciali domini pa. vnde alij ad conſequentiam trahere non poſſunt, ut poſsint facere, ꝙ celebretur in eccleſia interdicta. de facto tamen ſeruatur opinio prædictorū doctorum: & ꝙ hoc poſsit fieri, probatur. j̄. e. dilectis. §. quia ubi de hoc. De appellatione facta dum ſuſpenditur interdictum, dic ut not. in prædi. §. quia. dixit Tanc. ꝙ ſi eccleſia interdicatur, tale interdictum pōt ſuſpendi: ſed ſi homo interdicatur. tale interdictū nō poteſt ſuſpendi quin tollatur in totū: [4] quia nō poteſt eſſe in eccleſia & extra eodem tēpore. Sed nō credo ꝙ eps poſſit dare alicui priuilegium celebrādi in eccleſia interdicta, quia illud pertinet ad papam: [5] & eſt arg. pro eis. s̄. de offic. ordi. irrefragabili. & hoc eſt

1 Valet. dic quod ualet ut teneat eā. in ſuſpenſo. Io. An. Pano. hic per cap. dilectis. infra eod.

2 Et Inn. cū eis. s̄. de cōſuc. cū inter. Ioā. And.

3 Nunq̄. dic ꝙ pōt latū in locum. Ioā. An. Card. Flor. hic.

4 Totum ſicut nec excommunicatio niſi perſona eſſet iterdicta ob delictū alterius. Pa. hic. Inno. cap. ut priuilegia. đ priuileg. Interdicta eccleſia ñ poteſt ibi celebrari, de licētia epiſcopi.

5 Papam. idē Pan.

nequeunt cui ante appel. eos conſtat ſuppoſitos declinare. [a]

Clemens tertius.

Iudex appellationis, remittit appellantem et cauſam ad priorem iudicem, niſi ſibi conſtiterit à grauamine, uel iniuſta ſententia fuiſſe appellatum.

CAP. XXXVIII.

CVm in eccleſia: & infra. Accepimus, ꝙ quidā clerici de Gual. occaſione iudicij tui, qđ velle obſeruare [b] ſe iactant: Linconñ. epi iudicis ordinarij ſine cauſa rationabili cognitionem euitant. Vnde mādamus quatenus ſi quādo contigerit aliquem de clericis à præfato epiſcopo, ad tuā audientiā appellare, non ante appellationem admittas: quàm tibi conſtiterit eam vel à grauamine, [c] vel iniuſta [d] condemnatione porrectā, alioqui [e] ipſum ad prædicti epiſcopi audientiam remittas [f] appel. re. eius iudicio [g] pariturum. [h]

Idem.

Si appellans qui non proſequitur, redit ad iudicem à quo, et iterum grauatur: non obſtante prima deſertione, poteſt iterum appellare. hoc dicit & eſt caſus notabilis. Panor.

CAP. XXXIX.

DIrectæ nobis tuæ literæ demonſtrarunt, ꝙ cū in tua præſentia cauſa cuiuſdā matrimonij tractaretur, in qua pars viri, cōſanguinitatis vinculū opponebat, & pars mulieris ad ſed. apoſt. appellaſſet: nec appellationē ſuā præfixo termino fuerit proſecuta: poſtmodū ea renuntiāte [i] appellationi quam fecerat, tu in cauſæ cognitione procedēs, de parentela teſtimonia recepiſti: verum quia mulieris pars iterum appellauit, poſtulans utrum ad calculum ſententiæ procedere ualeas edoceri? Reſpondemus igitur, ꝙ licet iuxta decretum Lateranñ. concilij [k] poſtquā in termino proſequendæ app. non fuerit proſecutus, † authoritate tua liberè poſsis uti, tamē qa iterum appellauit (cum ſecundum iura ei licuerit in eadem cauſa bis appellare [l]) ſe à iuriſdictione tua fecit exemptam, præ-

quaſi expreſſum in tex. & in gl. infra eo. dilectis.

a Declinare. infra eodem paſtoralis.

b CVm in eccleſia. Obſeruare. quod de iure facere non poſſunt, niſi per appellationem, & in alijs certis caſibus, qui notantur. s̄. de off. ordi. paſtoralis. loquitur papa archiepiſcopo Cantuarieñ.

c A grauamine. Expreſſo in appellatione, in quo caſu tantum tenet appellatio ante ſentētiā. j̄. eo. ut debitus. & c. cum cauſam. in fi. & c. dilecto.

d Iniuſta condemnatione. in caſu iſto cū appellatur a definitiua ſententia nō eſt neceſſe cauſam exprimere, niſi ꝙ dicat, appello ab iniuſta ſententia: & tūc debet ſuperior cognoſcere, uel alij committere ſecundum arbitriū ſuū.

Gloſſ. ſeq. arguit, & remittit.

e Alioqui. Id eſt ſi appellatio nō ſit legitima, remittitur ad illum à quo appellauit, [6] ut ꝓcedat in cauſa cum appellatur a grauamine: uel qdʳ exequatur ſententiā quam ipſe ſuperior confirmauit. & ſic eſt hic opt. ar. ꝙ iudex ap. qui cōfirmat ſentētiam quam alius tulit, nō debeat ipam mandare executioni, ſed primus. De hac materia tractatur. ſupra, de off. delegat. paſtoralis. §. præterea.

f Remittas. Alias cauſa ad eum a quo appellatum eſt, remitti non debet, niſi de conſenſu appellantis. ſupra eo. accepta. & infra eod. interpoſita. §. ij.

g Eius iudicio. Ita quod omne ius ſaluum ſit ei, contra quem fuit appellatum: ut ſi tunc fuit minor, nunc autem factus maior: iure minoris utetur. ff. de mino. l. intra utile. j. reſpon.

h Pariturum. Nam archiepiſcopi non habent iuriſdictionem ſuper ſubditis ſuffraganeorū ſuorum: niſi in certis caſibus. ſupra de offic. ordin. paſtoralis. & c. duo ſimul.

i DIrectæ. Renuntiante. s̄. de off. deleg. gratum. ipſo enim facto renuntiauit appellationi, teſtes producendo. infra, de ijs quæ fi. à ma. par. ca. c. ex ore. infra, de priuileg. ſi de terra. & c. accedentibus.

k Lateraneñ. Concilij. s̄. eo. reprehenſibilis. & j̄. eo. ſæpe. ſic. C. de temp. ap. l. ult. §. ult. Ber.

l Appellare. Secūdo ſi c. ij. q. vj. c. ſi autem. §. ſi quis in quacunq;. & C. ne lic. in una eademq; cauſa. l. una. & quod

6 Ergo & ꝑ iura vetera repellit fruſtratoria appellatio ꝑ iudicē ad quē appellabatur. iudex uero a quo illā admittebat niſi eſſet manifeſte fruſtratoria, s̄. eo. ꝑuenit. cū ſi. ſecundum Goff. Inn. dicit qdʳ hæc decr. præſagiuit ius nouum. j̄. e. vt debit⁹. Ioā. And.

† Alias, ꝓſecuta.

1 Eidem personæ hoc dico ꝓ tāto: q.a. si à sententia contra te ꝓ me lata appellasti secūdo & iudex secundæ appellatiōis casset primā & secū dā sententiā: ab illa potero appellare: & hoc respectu appellat q̄rto. & de hoc vide ī Spe. de appel. §. quoties. ꝑ totū. §. Ioā. And.

2 Tenet. id est non dum ligat nondū traxit secum executionem.

3 l. potior Pau. soluit q̄d ibi extrema habilia sunt, hic nō: ꝗ nō ualet, quia ibi ēt si debitor alij hypothecet puta uel vendat uel decedat, idē est. Solue q̄d ibi in contractibus in quibus retro trahit ex tūc q.a ita agit. Sed hic in censuris q̄ potius testamēto æquiparātur, ī quibus nō fit rētrotractio ut ex tūc, sed ut ex nūc. Et sic siue interim appellet siue decedat euanescit.

& quod dicit appellare secundo, intellige à definitiua sentētia, à qua secundo appellare permissum est. 1 & non ultra. j. eo. sua. & ut dicunt iura prædicta. & hoc idem locum habet, ante sentētiam. si grauaretur quis pluries super uno articulo, secundo posset appellare etiā super illo, imo ante sententiam si grauaret quis, posset appellare pluries quam secundo vel tertio vel quarto, quoties super diuersis articulis grauaretur, quia super vnoquoq; articulo licitum est appellare si grauaretur.

a Res fauorabilis. j. qui accu. poss. videtur. Ber.

b Præterea. Satisfeceris. Quid sit satisfacere, habes. ff. qui satisd. cog. l. j. & ff. de pign. act. si rem alienam. §. omnis. Lau.

Gl. seq. tria facit. primo notat, & signat contrariū, secundo ponit differentiā inter sententiā excōmunicationis, & alias sententias. Finis recit. per quæst. de excōmunicato sub conditione, qui ea pendente mutat forum.

c Impedire. Et ita suspenditur sententia, quæ nondum tenet. 2 nō enim tenebit, nisi extante cōditione. j. de sentē. excom. à nobis. j. ex quo autem teneret, non suspenderetur eius effectus per appellationem. j. eod. pastoralis. in fin. arg. contra, quia ubicunque conditio extiterit, perinde habetur, ac si ab initio pure contrahatur. ff. qui pot. in pig. hab. l. potior. 3 & ita sentētia excōmunicationis, sub cōditione potest ferri, & statim currunt tempora appellationis. unde statim appellandū est ante diem cōditionis, ut hic patet. sic & aliæ sententiæ sub conditione possunt ferri, sed ibi intra decem dies est appellandū: post decem dies nō auditur appellans, licet adhuc nō extet conditio. ij. quæst. vj. biduum. & illud not. quod si pendente conditione efficiatur de alieno foro, 4 is in quem lata est huiusmodi sententia, puta quia transtulit domicilium alio loco, nihilominus ligatus erit, existente conditione, nisi ante conditionem appellauerit. argum. C. de testamen. manumis. statu liberis. arg. op. ad hoc supra, de foro compet. c. pen. Lau.

sertim cùm hic ante separationem matrimonij, ꝙ est res fauorabilis, a intentio viri procedat.

Celestinus tertius.

Sententia excōmunicationis, suspēsionis. uel interdicti lata sub cōditione suspēditur si ante conditionis euentū fuerit appellatū. h.d. inhærendo verbis literæ, ut sic satisfaciat cuilibet lecturæ. Et est decisio subtilis & multum allegabilis.

CAP. XL.

ij Præterea requisiti fuimus, si quis iudex ita protulerit sententiam, Nisi Sempronio intra viginti dies satisfeceris, b te excommunicatum uel suspensum, aut interdictum esse cognoscas: ille in quem fertur sententia: medio tempore appellans, ad diem statutum minimè satisfecerit, utrum ille sententia tali ligetur, aut interpositione ap. tutus existat? Videtur aūt nobis, quòd hmōi sentētiā appel. obstaculū debeat īpedire. c

Idem.

Si per rescriptum cōmittantur plures articuli connexi, & in uno remoueatur appellatio, intelligitur remota etiam in alijs. hoc dicit.

CAP. XLI.

Secundo. Diuiditur principaliter in duas partes; sicut duo sunt dicta. secundum ibi, tertio. Abb. Si. Vbi sint aliæ quæstiones, siue partes huius cap. dictum est. supra, de offic. deleg. c. prudentiam.

d Intentioni. xxij. q. v. humanæ. & j. de verb. sig. intelligentia.

Secundo requiris, cū pluribus articulis in vna cōmissione positis in uno tm̄ contingit appellationem expressè vetari: vtrū appellatio teneat, si super alijs fuerit appellatū. Inquisitioni. t.t.r. quòd cū secundū beatū Greg. verba intentioni d deseruiant, & hæc sit nostra intētio, ut de omnibus articulis, qui in commissione ponuntur, iustitia suum consequatur effectum: in omnibus e appellatio intelligitur interdicta. Nihil enim interest, utrum inhibeatur primò an secundò, in medio an in fine. cum (sicut vtriusq; f iuris argumenta nos docēt) ea quæ in principio, ad medium & ad finem: illa verò quæ in medio, ad finem atq; principium sæpe referri contingat. †

Causa suspicionis proponenda est coram iudice qui recusatur, & probanda coram arbitris. hoc dicit.

Tertiò postulas edoceri: & infrà. Cōsul. t.t. rn̄. quòd cùm aliquis iudicē se proponit habere suspectum, suspicionis causam coram eodem allegare g tenetur: sed par-

e In omnibus. j. e. inquisitioni. cōtra. Solue: hoc contra quod dicit hic, locum habet, cum est unum negotium principale, sed plures articulos continet pendētes ex negotio principali. Exemplum pone. s. de rescrip. cum dilecta. & s. de offic. deleg. venerabilis. Illud autem quod dicitur. j. eo. in decre. Greg. inquisitioni. loquitur cum plura sunt negotia omnino diuersa in una cōmissione contenta. Exemplum pone de hoc. ij. q. j. in primis. tūc licet sit prohibita in uno: non tamen est prohibita in alio, nisi hoc dicatur in decre. Grego. argu. ad hoc. ff. de mino. etiā §. j. de repu. l. una. sed hodie ipso iure remota est appellatio. j. eo. ut debitꝰ.

f Vtriusque iuris. canonici & ciuilis. xxxij. q. vij. aposto. ff. de pact. itē quia. §. ult. & ff. de verb. oblig. Tiria. §. j. C. famil. ercis. quoties. C. de pact. petēs. ff. si cert. pet. lecta est. ff. de leg. j. si seruus plurium. in fi.

Glo. seq. instruit coram quo, qualiter, & quādo sit proponenda recusatio, & corā quo probāda: & quid agendum ea probata.

g Corā eodē allegare. Nota q̄d hæc decr. loquit̄ de iudice delegato. sed j. eo. cū speciali. loquitur in ordinario. Vnde nota, q̄d qui iudicem recusare intēdit, cām iustæ recusationis debet allegare corā ipso: ut hic dicit: talem videlicet quæ si esset ꝓbata, deberet legitima reputari. j. eo. cū speciali. sicut in appellatione. j. eo. vt debitus. & recusatio danda est in scriptis. s. de proba. quoniam. & ante litem contest. debet proponi, cū sit dilatoria. iij. q. iij. offeratur. & s. de re iudi. inter monasteriū. & ff. de iudi. apertissimi, uel saltem intra terminū statutū a iudice ad dilatorias proponēdas. s. de exce. pastoralis. nisi ex noua cā superueniēte post lit. con

4 Foro, idem Pa. hic. vide Pet. anch. cōs. clviij. col. fi. Ph. Dec. cons. ccxiiij. nume. 5.

5 Secundū Tanc. non tn̄ signabat ip se contrariū de decre. inquisitiōi quā non uidit: sed de decre. q̄sint sti. eo. tit. in j. cōpil. quæ dicebat idem quod ille. Ioā. And. Recusatio iudicis, q̄liter debet probari.

† Adde Fel. c. causam q̄ col. iiij. de rescri. Guid. pap. decis. delp. cccclv. Ias. l. j. C. de libe. præt. Phi. Dec. cōs. ccxij. cōs. ccccccxxix. colū. j.

tes ut in aliquos [a] nō ual de remotos cōueniant, p eundē iudicē debēt [b] cogi: corā quib. si causa suspicionis intra terminū [c] cōpetentem probata nō fuerit, tunc demū authoritate sua iudex utetur. Quòd si corā ipsis causa suspicionis probata fuerit, causæ cognitioni supersedere [d] tenebitur recusatus. Ipsa nanq; ratio dictat, quòd suspecti [e] & inimici iudices esse non debent.

Idem.

Non tenetur iudex uel aduersarius deferre appellationi, cui non detulit appellans†.

CAP. XLII.

AN sit deferēdū ap. illius quē aduersarius de expoliatiōe post app. legitimè īterpositā sibi factā paratus est incōtinēti [f] cōuincere, nos duxisti per duos nuntios consulēdos. Respōdemus, quod cum in eo quis puniendus sit, in quo deliquit: qui appellationi deferre neglexit, se beneficio reddit appella. indignum [g].

Inno. iij. illustri regi Francorum †.

Habet duos intellectus. secundum primū hoc intendit: Merus executor nō recusatur, nec ab eo appellatur. nisi modū excedat, maxime si est datus cùm clausula, ap. re. secūdum alium intellectum h. d. A iudice suspecto non receditur per appellationem, nisi modum excedat.

CAP. XLIII.

NOuit ille, qui nihil ignorat: & infra. Præterea īterdicti sñiam card. nō edidit [h], sed potiꝰ publicauit [i]: nec fuit dictator ipsius, sed uerus executor. Vñ cùm secundū [k] ius, ab executorib. [l] appellari nō possit, nisi forsan modū [m] excederent in exequendo, nos ēt in literis super hoc directis, ad ipsum appellationis curauimus obstaculum inhibere appella-

lit. contest. proponi nō pōt. s. de offi. delega. insinuante. secundum leges potest proponi, usque ad xx. dies. ut in prædicto. §. offeratur. & C. de sen. & interlo. om. iudi. auth. & cōsequenter. Causa uero suspicionis coram arbitris a partibus electis est probanda. s. de off. dele. suspicionis. & j. e. cum speciali. & s. de fo. compet. licet. j. Causa uero recusationis non probata, delegatus in causa procedat. ea uero probata supersedere debet iudex, nec amplius se intromittat, cū apparet ipsum non habere iurisdictionem post pronuntiationem arbitrorū. In ordinario secus est quia potest committere causam illam personæ non suspectæ, uel illam causam remittere ad superiorem. j. eo. cum speciali, & ibi de hoc etiam inuitis partibus: quod non potest delegatus ut ibi notatur.

a In aliquos. i. arbitrū uel arbitros. An tales arbitri ueri dicantur, dictum est. s. de offi. deleg. suspicionis.

b Debent cogi. Ar. cōtra. ff. de iudi. si quis ex aliena. sed ibi dubitatur, an iudex sit: hic autem non: cum cōstat de iurisdictione, sed prætenditur recusatio. Lau.

c Terminum competentem. Terminum istum nō iudex, sed arbitri statuere debent. s. de offi. deleg. suspicionis. Hodie uero debet iudex assignare terminum, ut in decre. Inno. iiij. in hoc eo. tit. c. legitima. libro vj. Tan.

d Supersedere. Contradicit lex, quia licet iudex delegatus recusetur, potest causam alij delegare. C. de iu. cum specialis. ibi non probatur causa suspicionis. sed allegata suspicione, delegatur causa alij: & quia non grauatur in aliqua probatione, permittitur a lege ut delegatus alij deleget, sed hic necesse habet probare causam suspicionis: & ideo in hoc quia grauatur, releuatur probata suspicione: ut amplius non cōmittat inuito recusatore, & nos aliud seruamus secundum canones. Certe lex illa non dicit, quod committere possit causam, & sic non contradicit.

e Suspecti & inimici. Sic iij. q. v. quia suspecti. & C. de iudi. apertissimi. Ber.

AN sit. Habet duos intellect. secūdum primum potest summari sic. Appellationi suæ renūtiat, qui post eam aliquid in ipsius præiudicium innouauit. secundum alium intellectum: Non est deferendū appellationi illius qui appellationi aduersarij non detulit. Secunda pars ibi, respondemus. Abbas.

f Incontinenti. Sed qualiter intelligis illud incontinenti, an usque ad triduū. C. de erro. aduo. l. ult. an sine interuallo. s. de testi. cog. præterea, & s. de ele. qa propter. & s. de resti. spo. literas. & s. de testi. ueniēs. ij. an quam cito potest. ff. de sta. lib. si peculium. §. ul. & ff. ad Tertu. l. ij. §. confestim. Solu. hoc potest committi arbitrio iudicis. ut dixit Alanus. Ego dico, ꝙ hic supplendum esset maxime, quia idē esset si congruo tempore hoc probaret, quia frustra auxilium legis implorat, qui committit in legem. s. e. cōstitutis. & s. de ele. bonæ. & ff. de mino. auxilium. in fi. & hic expresse dicitur, nisi ipse se sponte obligaret ut hoc probaret incontinenti, quia posset renuntiare iuri suo. simile supra, de resti. spo. c. j.

g Indignum. Nunquid ille qui non detulit appellationi in una causa, repelli debet in alia a beneficio appellationis? arg. ꝙ sic s. de excep. cum ecclesiasticæ. & supra de elec. bonæ. in fi. & j. de usur. qa frustra. ff. ꝙ quisq; iuris. l. iij. §. hæc pęna. Respond. qd' nō debet in alia causa ab illo uel ab alio repelli: & sufficit, ꝙ semel puniꝰ est. arg. s. de elec. cum in cunctis. §. clerici & c. cum Vinto. Et sic habes ꝙ quis punitur in eo in quo deliquit. sic. j. de iure patr. pastoralis. & supra de tempo. ordi. literas.

NOuit ille. Diuiditur. Secunda pars: ibi, de suspicionis. Abbas.

h Non edidit. Sed dominus papa tulit sententiam illam.

i Publicauit. Sic & Achatius non fuit dictator noui erroris, sed ueteris imitator. xxiiij. qō. j. Achatius. & xij. dist. præceptis & j. de feu. c. ij. simile infra, de priuile quia intentionis. qui enim rem perducit in lucē, potius rem declarat, quam aliquid noui faciat. ff. de acquiren. rerum domi. adeo quidem. §. si quis. in fi ff. de testam. [h]eredes. §. j. ff. si serui. uen. sicuti. §. distāt. alias, sed si quæratur.

k Secundum ius. Tam canonicum quam ciuile. supra, de re iud. quod ad consultationem. & ij. q. vj. ca. ei qui. §. sunt quorum. uer. ab executore. & C. quorum app. non reci. l. ab executore.

l Ab executoribus. Hoc intelligendum est de mero executore. qui nullam habet cognitionē, sed tantum executionem. s. de offi deleg. pastoralis. §. quia uero. ubi de hoc. & s. ti. prox. decætero. talis fuit iste.

m Modum excederent. Sic. s. ti. prox. quod ad consultationem. ubi de hoc.

Qui per hoc uidet renūciare appellationi. Matth. Matthesi. sing. 28. Fely. c. ex tenore. col. ij. cū seq. de rescri. Phil. Dec. c. ex pte f. col. ij. de resc. & cōs. ciij. ubi tetigi.

Ibi ergo cognoscit hic nō: qa hic plusq̄ ibi iudex afficit ut not. de offic. deleg. suspicionis. & adde ꝙ no. j. e. solicitudinē in gl. sed quare. Io. An.

Dico. idem Pā.

† Scilicet Phi. augusto ob repudiatam uxorē & aliā sup̄ inductam, ut not. s. de postul. p̄la. c. j. & c. nouit. est p̄s huius ca. Multū aūt delirāt Pan. & alij q putāt regnū interdictū ob bellū ītra Regē Frāciæ & Angliç, ꝙ ē falsum.

Et hīs quæ accōmodauerit tacita uoluntate contra leges: in ea tantū pte ī qua fraudē cōmisit amittit Falc. ff. de his quib. ut īdi. l. hęres. & l. rescriptum. Ioā. And.

Executor an possit recusari.

Debuisset.

tioni ab eo interpositę nō fuerat deferendū. De suspicione aūt obiecta †, licet eū merito tibi suspectū non fuisse credamus, non tamē & si fuisset propter appellationē interpositā ab eo desistere debuisset: [a] ad qđ nō ꝓprio motu, sed nostro potius præcepto processit.

Idem.

Si appellatio recipitur a iudice uel approbatur a parte, terminus ad eā prosequendā præfixus obtinet uicem perēptorij, ut in absentia procedatur, ac si perēptoriè fuisset citatus: nec talis terminus præueniri potest ab aliqua partium.

CAP. XLIIII.

SAepe contingit quòd cùm ad nostram audiētiam appellatur: propter defectum partis alterius [b], neq; per se neq; per responsalē idoneū, appellationē ītepositā prosequētis, uel forsitā ex malitia subsequentis responsalis [c] mandatū procuratoriū occultantis, lites q̄ de facili poterāt terminari remaneāt īdecisæ, cùm frequēter iuris quæstio [d] moueatur, cuius apud nos probationes necessariæ ī contrario † nō existūt, & interdū ēt facti [e] quæstio de leui posset partib. præsentib. cōprobari. Vnde licet in Lateran. [f] concil. fuerit constitutum, ut si in quocunq; negotio aliquis appellauerit [g] & eo qui appellatus fuerat ueniente, qui appellauit uenire neglexerit: competentem illi recōpensationē faciat & expensarum, ut hoc sal tem timore deterritus, in grauamen alterius non facilè quis appellet. Quia tamen propter hoc quæstiones nihilominus prorogantur, præsenti decreto statuimus, ut si huiusmodi appellatio uel à iudice recepta, uel à parte fuerit approbata, post terminum appellationi præfixum edicti peremptorij uires obtineat [h], ita uidelicet, ut ex tunc ī absentem [i] perinde procedatur [k], ac si perēptoriè uocatus ad iudicium extitisset. Quòd si forsi-

[a] Debuisset. Ex hoc uidetur, ꝙ sicut non posset appellari à mero executore, ita non potest recusari. s̄. eod. super eo. & ca. ij. §. iij. sed si non esset merus executor, bn̄ posset appellari ab ipso & recusari. Io. [1] Sed uidetur potius dicere litera ista, ꝙ si quis appellat a suspecto, quòd propterea non debet dimittere quin' procedat quia primo recusatio est proponenda: & si iudex illam non admittat, si sit iusta, tunc est appellandum, quia tunc ipsum grauat. suspicio enim ponenda est secundum formam illius decretalis. s̄. e. ti. secundo requiris. & j̄. eo. cum speciali. Ber.

[1] Idē not. ij. q. vj. §. sunt quorum. uers. ab executore. Ioā. Et cōcor. lex. a diuo Pio. & ibi Bart. §. si super reb. ff. de re iudic. & in l. miles. §. q iudicati. eo. tit.

† Alias, & suspicionis autem obiectu.

SAepe. Diuiditur. Primo ponit constitutionis causam. Secundo statuit: ibi, quia tamen. In qua sex facit. Primo statuit ut appellatione recepta terminus habeat uicem peremptorij. Secundo ibi, ꝙ si forsitan. Quid si interposita prouocatio non fuerit recepta? Tertio ibi, saluis. saluat constitutiones [1] disponentes super desertione appellationis. Quarto ibi, quicquid. declarat primum dictum huius cōstitutionis. Quinto ibi, si quis. punit præuenientem terminū hominis. Sexto ibi, hoc autem. constitutionem determinat. Abb. Sic.

[b] Alterius. s. appellantis [2].

[2] Vel appellati. Panor.

[c] Responsalis. Sic uidetur, quod negligentia siue dolus procuratoris noceat domino. De hoc dictum est supra, ut lite non cont. ca. j. Bernardus canonicus Bonoñ.

[d] Iuris quæstio. De hoc potes habere plura exempla, scilicet utrum laicus uel aliquis in minoribus ordinibus constitutus eligi posit ad dignitatem uel minor xxv. an. uel aliquis posit habere plura beneficia de iure communi. de hoc nulla probatio apud papam est necessaria, cum ipse habeat ius in scrinio pectoris sui. C. de testa. l. omnium.

[e] Facti quæstio. Quæstio facti quandoque præsentib. partibus de leui posset probari, puta per confesionē partium, uel per instrumenta quæ haberent, uel per testes præsentes.

[f] In Lateranen. concil. s̄. eo. reprehensibilis. Ber.

Appellās qualiter tenet appellationē suā ꝓsequi.

[g] Appellauerit. Istud nota, quod qui appellat: si appellatio sua recipiatur a iudice, uel ab aduersario approbetur: tenetur illam prosequi sufficienter quantum ad totum negotium. alias si nuntium mittat ad impetrandum tantum, uel nullum mittat parte altera prosequente condemnabitur in expēsis alteri parti infra eod. Nicolao. & ca. interposita. §. j. alias si non approbetur appellatio a iudice aut ab aduersario sufficit mittere procuratorem ad impetrandum, licet altera pars sit præsens, ut in decreta. interposita. §. j. secus [3] est de appellato, quia ei non imponitur prosequendi necesitas, nisi uenire uelit uel solus uel cum aduersario. ij. qō. vj. ca. ei qui. §. appellatore. & potest negligere causam si uult, cum sine ipso posit causa appellationis tractari: si contumax fuerit. C. de temp. ap. l. ult. §. illud eo prius citato. j̄. eod. per tuas. Et not. ꝙ qui appellat a grauamine, causam in scriptis asignare tenetur. & petat apostolos in quibus iudex causam exprimat appellationis, & cur appellatio non sit admissa: uel si forsitan appellationi sit delatum, postea statuat terminum appellanti: & si appellatus uoluerit, partes debent per se uel per ꝓcuratores instructos ad causam [4] tractandam accedere. quod si appellans non fecerit, reputabitur non appellans, & ad primum iudicem remittetur, & in expensis parti alteri condemnabitur & si appellatus hoc contempserit, ipse in expensis condemnabitur: ut infra, eodem titulo, in decreta. Innocentij quarti. cordi nobis est. infra, eod. tit. libro sexto.

[3] Secus. imo idem Panor.

† Alias, desunt.

[4] Nedum appellationis: sed etiā principalē. Io. And.

[h] Obtineat. Ipsa appellatio siue terminus statutus a iudice ad ipsam prosequendam erit loco peremptorij, ut eo elapso procedat iudex in causa, si non fuerit appellationem prosecutus.

[i] Absentem. Hoc potest intelligi de appellante & appellato.

Glos. seq. ponit duo conuenientia inter terminum appellationis, & citationem peremptoriam, & unum in quo discrepant.

Appellatio & citatio peremptoria in aliquibus cōueniūt, & in quibus differant.

[k] Procedatur. Ac si peremptorie. &c. Vt si lis nō est contestata, excommunicetur reus absens qui appellauit, uel mittatur actor in possesionem causa rei seruandæ. si lis est contestata, potest ferri diffinitiua sententia, si liqueat de causa: uel si non liqueat constituatur uerus possessor. s̄. de do. & contu. prout. s̄. ut lite

non

non contest.quoniam. §.in alijs. si actor est absens qui appellauit, procedatur contra ipsum ad testiū receptionem, & ad diffinitiuam sentētiam: ut s̄. de do. causam quæ. prout no. in decre. prout. Itē in alio habet appellatio similitudinē cum citatione peremptoria, ut sicut peremptorie citatus qui non uenit non audit appellās, xxiiij. q.iij. de illicita similiter nec appellans qui nō prosequitur appellationē. s̄. eo. personas. & c. cum sit Romana. In hoc tamē differūt, quia perēptorie citato iudex p̄t facere gratiā. s̄. de offi. dele. cōsuluit. sed si quis nō prosequit appellationem, statim tenet sentētia ut s̄. eod. cū sit. nec amplius auditur appellans, ut ibi dicit 1, & hic uer. saluis &c. & hoc intellige cū notum est hoc iudici, quod appellās non est prosecutus appellationē ī termino constituto, & ipse nō cōparet in presentia iudicis in ipso termino, alias non potest procedere contra absentem.

tā interposita prouocatio malitiosè recepta, uel approbata nō fuerit, cū cōstiterit legitime ꝓuocatum, nihilominus eā uigorem uolumus obtinere. Saluis a cōstitutionibus de prouocantibus post sententiā ꝓmulgatis, quibus appellationes suas prosequi nō curantibus, post terminū appellationis prosequēdę p̄fixum, rata manet sn̄ia b quæ fuerat appellatione suspensa. Quicquid aūt contra citationē perēptoriā posset ab absente c proponi aduersus appella. huiusmodi ualeat allegari. Si quis autē terminū app. præueniens d tacita ueritate e lr̄as impetrauit & careat f impetratis, & pœnam contumaciæ g nō euadat. Hoc aūt in litibus h siue iudicijs † exercēdis, uolumus obseruari.

1 Secundū Io. & idē Host. Ioā. And.

a Saluis constitutionibus. Hoc respicit id quod dixi s̄. uersi. ex tunc in absentem procedatur &c. sed hic post sententiam statim rata manet sententia, & procedit iudex ad executionem tātum, sed tunc ante sententiam, alius est modus procedendi, ut dictum est in notula illa, ut si lis non est contestata &c. Bernar.

b Sententia. Sic. s̄. eo. cum sit Romana. & ij. q. vj. c. ei qui. §. appellatore. qui enim non prosequitur appellationem, fingitur nō appellasse. C. de temp. appel. l. ulti. §. ult. unde etiā retro notatur infamis. ff. de ijs qui no. infa. furti. Sed nūquid est idem in sententia excōmunicationis: ut si aliquis fuerit excōmunicatus post appellationem & eam non prosequitur: an tunc rata maneat sententia excommunicationis: ut fingaī non appellasse? Videtur quod sic: quia retro notatur infamia qui cōdemnatur de furto, nec prosequitur appellationem: ut in l. prędicta, furti. Sed hoc non est uerū in sententia excommunicationis 2 : quia aut appellatio tenuit, aut nō. si tenuit excōmunicatio, lata postea ipso iure nulla fuit. j̄. de sen. excom. per tuas. & ita siue prosequitur appellationem siue non, non efficitur postea aliqua. ff. de re. iu. quod ab initio. & xvj. q. iij. c. placuit. §. potest. ultra unam colum. & si appellatio non tenuit: ergo excommunicatio postea facta statim tenuit. & aliud est 3 in sentētia excommunicationis quam in alijs: quia effectus aliarū sententiarū suspēdit si appelleī. ff. ad tur. l. j. in fi. sed effectus excōmunicationis non suspenditur per appellationē. j̄. eo. pastoralis. ex hoc sequereī absurditas si aliquis retro esset excōmunicatus. sequeretur enim quod aliquis canonice electus esset, & tamē cassanda esset electio eius facta medio tempore. Ioā. Sed pone aliquis episcopus depositus statim post sententiam appellat. appellatione pendente excōmunicat subditum suū, nunquid talis excōmunicatio tenet? Vin. dicit quod si episcopus non appellauit, uel si appellauit & non fuit appellationem prosecutus, excōmunicatio non tenuit. Ar. l. prædi. ff. de ijs qui no. infa. furti. quia fingitur non appellasse. C. de temp. ap. l. ult. §. ult. si fuerit prosecutus, siue confirmeī sententia, siue non tenuit excōmunicatio. T. dixit & melius 4, ꝙ ex quo appellauit, remansit in officio suo: quia qui appellat, non dicitur condēnatus ff. de pœn. l. ij. §. ult. & integer est status eius, ut interim fungatur honoribus. ff. de appel. interposita. ff. nihil nouā. l. una. §. integer 5 & iō siue prosequaī siue non prosequaī appellationē, excommunicatio tenuit, & hoc secundū prę dictam rōnem quā Io. assignauit. si uero non appellauit, acquieuit sententiæ: & sic per sententiam amisit omnē iurisdictionem. unde si tulit postea sn̄iam, nulla fuit.

2 Excōicationis. nec ēt in quacunq; sententia uel actu facto iurisdictione suspensa post appellationem legitimam, & qa quod nullū est nō cōualescit p desertionē. Ioā. And. Pan.

3 Hoc qn̄ sequiī appellatio ut statim dicit glo. qn̄ uero p̄cedit esset idē d̄ hoc no. præ alle. decr. licet in gl. ij. Io. An.

4 Melius. idem Ias. l. j. col. iij. de re iud. Prelatus depositus qui appellauit an interim subditos excōicare posit.

† Litibus id est appellationibus extra iudiciū iudicis, id est in iudicio interpositis. Panor.

5 Et expresse ꝓbaī. ff. de iniust. ru. & irri. tes. l. si quis exhæredato filio. §. hi aūt omnes. secundum Hos. Ioan. An.

Idem Lemouiceñ. & Caturcen. episcopis.

Appellatione deserta ꝑ negligentiam appellantis, potest iudex ex officio procedere in casibus in quibus eius officiū exuberat. et est casus ualde notabilis.

CAP. XLV.

CONstitutus i in p̄sentia nostra archidiaconus Claremon. nobis exposuit, quòd Claremon. decanatu uacante,

c Absente proponi. Hoc uult dicere litera ista, sicut absens perēptorie uocatus qui nō potuit uenire iusta de causa detentus, auditur allegans impedimentum suum, ita quod reuocatur quod contra eum factum est s̄. tit. proxi. cum Bertholdus. & ff. de iud. si prætor. & iiij. q. v. quisquis. sic appellans 6 si non potuit appellationem suā prosequi intra terminum constitutum, auditur uolens probare impedimentum. s̄. eo. cum sit Romana. & c. cum ex ratione. & C. de temp. ap. l. ult. §. illud.

d Pręueniens. Hoc intelligitur de termino statuto a iudice uel ab appellante, secus est in termino statuto a lege, quē potest quis præuenire. ij. q. vj. c. ei qui. §. appellatore. dum tamen appellatus nimium non præcurrat ut appellantem in commissione impetranda supplantet. j̄. eo. oblatæ.

e Tacita ueritate. Quia tacuit impetrādo, quod terminus statutus fuisset a iudice, 7 uel a seipso.

f Careat impetratis. Iste cui præfigitur tēpus ab homine, non potest ante terminū illum impetrare. Nunquid illud tempus currit in anno appellationis? Non 8 uidetur: quia tunc non est in mora: quia si uellet procedere non potest, ut hic dicit: & ei qui agere non potest, non currit tempus. ut dicitur C. de anna. exce. l. j. §. ultim.

g Pœnam contumaciæ. Quia punitur in expensis. s̄. eo. reprehensibilis. & iudex cui fit commissio, illum condemnabit ad expensas. j̄. e. ut debitus.

h In litibus. Et ibi non seruatur iuris ordo: ut in notorijs. s̄. de iureiur. ad nostram. & in causa inquisitionis. s̄. ut lit. non contest. quoniā 9, & ubi crimina patent, & corrigūtur. s̄. eo. reprehensibilis. & c. cum sit Romana. in fi.

COnstitutus. Si appellās in causa electionis, intra tempus legitimum non prosequitur, nō p hoc præiudicatur cognitioni faciendę officio iudicis super impedimentis electis. h. d. Diuiditur. Primo ponitur partis narratio Secunda ibi. Intellecto. papæ motiuum, & iudicum datio. Abb. Sic.

i Cōstitutus. Hęc decr. loquitur de materia illius. s̄. de test-

6 Supple uel appellatus: quia terminus de quo loquitur decret. perēptori⁹ est utrique. Ioan. An.

7 Fortius secūdum Host. si tacuisset ipsam appellationē. j̄. titu. ij. bonæ. s̄. de rescrip. c. ex parte. j. Io. And.

8 Nō. imo computaī in anno. Pano. hic.

9 Cōcor. tex. ī l. ij. §. qđ de frumentaria. & ibi Bar. ff. de admi rerū ad ci. ꝑti.

de testi.ueniens.ij.

a Transtulerunt. Et quidā alij retinuerūt penes se potestatē eligendi, hoc acto in ipsa translatione, qđ eps sine alijs ad electionem non procederet: ut ĩ. dicitur.

b Præter assensum omniū, i. præter assensum omniū requisitū: quia omnes sunt uocandi. s̃. de ele. qđ sicut. & ca. quia propter. & c. bonæ memoriæ. ij. Si uelles intelligere præter assensum omniū, s. habitum in electione, nō ualuisset appellatio: quia non est necesse, quod oēs consentiant in electione: quia sufficit consensus maioris partis & sanioris capituli in electiōibus ex quo uocati sunt omnes ut dicit illa constitutio: quia propter & multa alia iura eiusdem ti. & ĩ. de ijs quæ fiunt a ma. par. ca. ca. j. seruata forma illius c. quia propter.

g Exceptiones. Duas uidelicet quas statim subiungit quas iudex ex officio suo decurso tempore appellationis admittit, & de eis mandat inquiri, ne per surreptionem promoueat. ar. s̃. de ele. cum dilecti. sic C. de temp. appel. l. ij. in fin. In huiusmodi electionibus, præcipue ualet officium iudicis. s̃. de elect. cum nobis olim. & c. nihil est

quidā canonici uota sua in episcopū transtulerunt a, & episcopus cū quibusdam alijs expresse consentientibus, in eūdem archid. ei cōtulit decanatū, xj. canonicis prius appellantibus, ne quis assumeretur præter assensum oīum b in decanū, cum electioni eius xxv. tum per se, tū episcopo medio consentirent. Cumq; sancti Marcelli presbyter cardinalis tunc apost. se. leg. per partes illas transitum faceret, non ut appellationi interpositæ derogaret c, sed ut instructam trāsmitteret ad nos causam, sancti Egidij & sancti Andreæ abbatibus examinationē delegauit d ipsius, & mandauit eisdē, ut partem contradicentem electioni decani citarent ad ipsum, contradictionis suæ causam in eius præsentia ostēsuram: & infra. Intellecto igitur, per assertionē cardina. quòd sub ea forma fuerat appellatum, ne sine assensu omnium procederetur in electione decani, & quòd appellantes appel. suam intra annum non fuerāt prosecuti: nec erat propter quod eis esset biennium indulgendum e cum sicut bis intra tempus legitimum simplicem nuntiū ad se. apo. destinauerant, sic potuissent f saltem semel procuratorem idoneum destinasse. Ne tamen pereptorias exceptiones g ex eorū parte propositas uideamur sub silentio præterire, Mandamus quatenus si uobis constiterit archidiaco. facto episcopi ex quo nititur, sponte renuntiasse h, uel prædictum episcopum processisse i ad electionē ipsius prętermissis k prædictis sine q bus ne procederet in illa translatione uoluntatum ex qua nititur archid. proponitur esse actū, ei super decanatu silentiū imponatis, alioquin nominationē seu electionē taliter factā l de alio, & quicquid fuerit secutū ex ipsa denūtiantis irritum & inane.

Idem Cancellario Meteñ.

Cōtra electum uel confirmatum, nullum aliud ius expectantem, nō admittitur regulariter exceptio uel appellatio, maximè frustratoria ad impediendum electionis uel confirmationis effectum, sed possessione habita, poterit accusari uel denuntiari. hoc dicit, secundum hoc est casus notabilis.

CAP. XLVI.

Constitutis in præsentia nostra N. decano sancti Saluatoris, & cātore Meteñ. & infra Meteñ. m episcopus intimauit, ꝙ sancti Saluatoris præpositura uacante die electioni præfixo per patrem & filium & spiritumsanctum in uirtute obedientiæ, ac sub animæ periculo canonicos adiurauit n, ut secundum Deū & iuxta conscientiam suam, unum eligerent de duobus in quos partes uidebantur oculos extendisse, quem ecclesiæ magis utilem o

c Derogaret. Quia nec posset si uellet ex quo appellatum est ad superiorem uel delegatū. s̃. de of. leg. licet. & s̃. đ post. bōę memorię

d Delegauit. Sed qualiter potuit iste legatus delegare causam alij, cū iam esset delata ad Papā per appellationem, cōtra id. s̃. de of. leg. studuisti. & cap. licet? Io. dixit quod speciale est in causa ubi appellatur ab electione, quod alter cognoscere posit. Tanc. dixit & melius, ꝙ hoc facere non potest, nisi de consensu partium quē credebat hic interuenisse, ad hoc ut cām magis instructam remitteret ad Papā per iura prædi. C. de relat. l. j. & ij. & ĩ. eo. ĩtimasti.

x Reprobans id ꝙ quidam dixerant qđ sūmatim poterant examinarĩ sicut metropolitanus. ĩ. eo. solicitudinem. nam secundum hoc remitteret causam instructam. Ioā. And.

e Indulgendum. Quia indulgeri nō debet, nisi ex iusta causa. supra e. cum sit. & c. ex ratione.

f Potuissent. Sic supra de elect. bonæ. & de do. & cōt. cum dilecti.

a Vide de hoc, & xxviij. disti. priusquā. Ioā. And.

h Renuntiasse. Qđ ei licuit. vij. qō. j. q̃ periculosum. & C. de pac. si quis ĩ conscribēdo. unde amplius non est audiēdus. arg. ĩ. de insti. cum uenissent.

i Processisse. Excedendo fines compromissi, & ita nihil egit s̃. de elect. cū dilecti. & ĩ. de cōfir. examinata. ff. de arbi. Pedius. Be.

k Prætermissis. Prædictis. xj. canonicis, & sine qbus procedere non debebat, ꝑut expressum fuit in translatione uoluntatum: ut dicit hæc litera.

l Factam. De alio ab illis xj. pendente electioni decani de qua & si dubitaretur an teneret, nō est alia faciēda. ar. C. q da. tu. uel cur. pos. l. j. secus si notoriū esset. s̃. e. constitutis. & ĩ. de iure p. c. illud. Vin.

Constitutis. Appellatio frustratoria possessionē confirmati non impedit. Ita cōiter summaĩ sed secundum hāc summationem hæc decr. esset de non dubio. Diuidiĩ. Primo narrat factū. Secundo definit ibi, Nos ergo. Tertio protestaĩ ibi. Si quid. Ab.

m Meteñ. Ex una parte.

n Adiurauit. Talis adiuratio, loco iuramenti habeĩ. ij. q. v. si q s ꝑsbyter. ĩ. de purg. can. c. j.

o Magis utilem. Ad hoc q dē de iuĩ teneñĩ. ille. n. q est doctor & sanctior, est eligendus viij. qō. j. licet ergo cuius comparatione, cæteri grex dicantur. xxv. di. c. unum ora-

Electio, an de doctiori fieri debeat? Scia conuenientsic leratur in prælato.

oratorium.§.nunc aũt.& j.q.j.uillissimus.& lxj.di.in sacerdotibus. licet talis sit eligendus, sufficit [1] tñ si est idoneus: quia conueniẽs scientia toleratur in prælato.s̃.de elect.cum nobis olim. & sufficit quod nõ sit malus.xvj.q.vij.monasterium.s̃.de præsump.dudum.

strumẽta & allegationes possum inducere in causa appellationis.C.de tẽ. ap.per hãc.Sed cõtra.j̃.e.dilecto. & c.ut debitus. quia non admittit appellatio, nisi sit rationabilis causa expressa:ut ibi dicitur.ergo si illam non expressit:postea nõ põt aliam exprimere,pp quã non appellauit. In casu præsenti dico ꝙ coram iudice appellationis possũ opponere quamcunq; cãm rõnabilem uolo, siue illã expresserim in appellatione,siue nõ ut s̃.ut li.nõ cõte. accedẽs.& s̃.d fide instr. cũ Ioãnes.& de exce. deniq;.& multo fortius si ꝓtestatus sũ me uelle tũc aliã ꝓponere,ut hic,& si decanꝰ aliã ꝓposuisset, bene fuisset auditus. sed nullã ꝓposuit:qa nõhabebat quid obijceret,uel mutauit cõsiliũ suum:& superior tenet illã admittere: qa & si nihil opponeret, ipse ex officio suo tenet inquirere d ipsa electione & ꝯmeritis electi.s̃.de elec.cũ nobis olim.& c.nihil est.& c. uenerabilẽ. imo si aduersarius negligens esset,superior debet inquirere de exceptionibus perẽptorijs.s̃.c.ꝓx.ne p surreptionẽ aliqs adipiscat honores. s̃.de ele.cum dilectus.& in c.cũ nobis olim. Quid iuris sit in alijs casibus ab isto dicetur. j̃. eo. dilecto.In hac sententia quantum ad casum præsentem erat T.& alij:ut Ioã.& Da.colligebant ex hac litera,quod in casu isto non potest opponi alia exceptio, quam fuisset expressa,cum succubuit in una, nec licet uariare, ne ecclesia diu uacet. Vel hic non fuit admissus: quia cũ succubuit in una, præsumitur calumniose aliam proponere. iij.q.x.placuit. Quod prius dixi,teneas.Ber. Hodie opinio Io. & Da. est approbata per iura noua: ut patet in ca.ut circa de electio:libro sexto.& c.constitutionem.de electio. in clementin.

& idoneum reputarent, decanus autem cum duobus diaconibus, & subdiaconibus tribus, dictum cantorem in præpositum nominauit. cantor [a] uerò ipse qui presbyterali fungitur officio & custos cum scholastico & magistro B. sacerdotibus. leuitis duobus,& subdiaco.quinq;,te concorditer elegerunt: cuius electionem: tanquam à maiori [b] & saniori parte capituli factam (cũ de personæ tuæ honestate cõstaret) prædictus episcopus confirmauit: & cum tibi uellet domum & inuestituram porrigere (ut moris est) decanus ad sedem apostolicam appellauit, contra te impotentiam [c] duntaxat allegans, proponendo te in partibus illis, quàsi penitus impotentem: in quibus præpositura possessiones existunt, addens quòd alia tibi obijceret in præsentia nostra, quæ tunc in præsentia suspecti iudicis noluit explicare [d]. Nos ergo: quia constitit euidenter, illam appellationis causam quæ fuit expressa, rationabilem [e] non fuisse, aliam autem causam tunc non expressit, & si dixerit idẽ decanus, quòd aliã [f] uellet obijcere coram nobis: decreuimus tuæ confirmationis effectum non debere per ea, quæ sunt proposita impediri. Si quid tamen contra te non in modum exceptionis [g] ad impediẽdum electionis & confirmatiõis effectũ, sed in modum denũtiationis, uel accusationis duxerit proponendum, post-

[e] Sufficit. idem Phi. Dec. c. in præsentia. nume.53.de proba.

[a] Cantor. sancti Saluatoris.

[b] Maiori & saniori. Quasi à duabus partibus electus. unde merito debuit præualere:qd semper obtinet in electionibus.cõtra de elec.quia pp.& in alijs negotijs ecclesiæ,nisi à paucioribus aliquid rationabile ostendatur. j̃.de ijs quæ fiunt à maiori parte. c.j.

Nobiles & diuites cæteris paribus,alijs præferuntur.

[c] Impotentiam. Impotentia proueniens ex nimia senectute,uel corporis debilitate: bene nos repellit à ꝓmotiõe. lxxxv. di. archidiaconũ. sed hic non obijciebat talis impotẽtia: ut patet ex litera.Sed nunquid est habenda ratio potẽtiæ in electiõibus siue diuitiarũ,siue nobilitatis, sicut habet rõ dignitatis. Arg. ꝙ sic [2] .iiij.q.iij. in testibus.xxx.di. hoc scripsimus.xcvij.distin. nobilissimus.xlj.di non cogantur.xxiiij.q. j. qui contra pacẽ. in auth.de defen.ci.§.j.col.iij.& j̃.de præb.de multa. ff.de custo.& exhi.re.l.j.& ff.fami.erc.si quæ sunt.& ff.de fi.instr.l.ulti.& C.qui bo ce.poss.l.ulti.Sed contra uidetur,ut paupertas præferatur xij. q. ij. gloria epi.& c.socrates [3] .xv.q.j.illa.in fi.ff.de uar.& extra or.cog.l.j.§.ẽ enim res quidẽ sanctissima.Solu.si omnes aliæ circunstãtiæ pares essent hincinde, satis potest recurri ad diuitias seu potẽtiã: ut per eas subleuetur ecclesia per iura prædicta. Itẽ patet hic,ꝙ non recurritur ad dignitatem, cum numerus est longe maior ab alia parte.s̃.de elect.dudum j.

[2] Quod sic. & ẽ uerum si ecclesia tali indigeat alias secꝰ. Hos. Pan.

[3] Et q.' j. c.clericus q.ubi no. qñ sit peccatum,habere diuitias. Ioã. And.

[d] Explicare. Aduertendũ est, ꝙ hic deficit totus iste tex. loquens scdm qd' compertum est in registro. & incipit:Nec appellatio quã post cõfirmationem obiecerat, confirmationis factum debuit impedire: qm̃ à minori parte cõtra cõstitutionẽ maioris & sanioris, nulla rationabili cã obiecta uel ostẽsa interposita fuerat: qa decanus opponẽs rationabilem causam suæ appellationis,nec opposuit,nec ostendit. Nos ergo &c.

[4] Idoneus. qa ecclesia non indigebat potentiori alias secus. Pan. Electionẽ impugnans an possit in cã appellationis prose qui cãm aliã ab expressa?

[e] Rationabilem nõ fuisse.Ex hoc patet,ꝙ eps non tenebat deferre appellationi prædictæ: qa licet alius sit potentior,non fuit iusta cã appellandi, duntamen aliter sit idoneus [4] : & sic potentia huiusmodi uel nobilitas non præfertur,sed ideo detulit:quia dicebat se uelle aliam proponere coram papa.

[f] Aliam uellet obijcere.Ex hac litera satis colligit,ꝙ aliam exceptionẽ siue aliã cãm possum proponere coram iudice appellationis,quam expresserim coram illo à quo appellaui.ar.ff.de ap.scio quæsitũ.& noua in-

[g] In modũ exceptiõis.Simile.j̃.de conces. præb.post electionẽ.in fi. Sed cum isti detur actio ad impugnandam electionem,multo fortius exceptio debet dari ad impediendum.s̃.de iureiu.quẽadmodum. quia turpis eijcit & c.ut ibi,& cui damus actionem,multo fortius exceptionem.ff.de superfi.l.j.§.is autem.& ff.de reg. iu.inuitus.§.cui damus.Præterea qualiter põt iste electus pendẽte lite recipere dignitatem, cõtra id.lxxxj. di.tãtis.j̃.de acc.Deus omnipotens.& s̃.de test.c. ul. & ff.de re mili.q status?Io.dixit,quod hoc ideo statuitur: quia præsumitur [5] ꝙ calumniose. & differendi cã obiiciat.Ar.s̃.de ele.cum dilectus.& j̃.de res. spo. literas:imo uidetur, ꝙ cũ in modum exceptionis obijcit crimẽ electo: nisi electus publice sit infamatus de illo crimine,ꝙ differẽda sit exceptio.j̃.de acc.accedẽs.Ar.C.de edic.di.Adr.tol.l.ij.& C.de fal.l ij.& sic uidet,ꝙ iste sub cõditiõe recipiat dignitatẽ,si inocẽs

[5] Dicebat Host. ꝙ tolleretur ꝓsumptio, p iuramentũ, per iura quæ statim alle. gl.Io.An.

repertus fuerit.ff.de tu.& cur.dat.ei qui.Itē patet hic quod licet aliquis ſit excluſus à iure excipiendi,nō tamen à iure denuntiādi uel accuſandi.Sic ſ.de iureiur. quemadmodū.in fi.ſimile ĩ.de cōce.præb. poſt ele.in fi.Sed quare iſte etiam poſt confirmationem non poteſt obijcere crimē in modū exceptionis.ut ĩ.de accu.ſuper literis? Reſpō. 1 rōne præſumptionis onerat̃ duriori modo agendi: qa de facili repellit̃ quis à denūtiādo: ut ſi fuerit inimic⁹ uel criminoſus, qui denunciare non poteſt.cū ſe nō correxerit,uel ſi nō præmonuit. ſimiliter ē durum agere criminaliter propter pœnā taliōis, ſed excipere pōt quilibet criminoſus & excōmunicatus. ſ.de except.dilecti.in fi. Io. Alia ratio uerior eſt:qa ulterius nō poſſet obijcere crimē in modū exceptionis: ꝑ confirmationē quam iſte habuit, & poſſeſsionem corporalē quā mandat papa dari huic,conſequit̃ iſte plenū ius,à quo repelli nō poteſt,niſi per denūtiationē, uel accuſationem. Vnde exceptio locū non habet: quia per exceptionē repellitur qs ab obtinendo, ut dicit illa decr.ſuper his. & licet ibi ſit confirmatus,& habeat poſſeſsionē: nondū tamen plenū ius habet, unde adhuc habet ibi locum exceptio,ſed hic nō eſt ita.In dec. accedēs. erat ille iā inſtitutus per papam, & non deerat ſibi niſi ſola executio quam papa mādat fieri, niſi publice infamatus eſſet: quia executio differri non debet, prætextu exceptionis oppoſitæ,niſi opponeretur de falſo.ſ.ti.proxi.decreto.& ĩ.de cri. fal.ſuper eo.

2 Reſpō. dic quòd iſte agens pro poſſeſſione adipiſcēda intētat poſſeſſorium, unde non admittit̃ exceptio cōcernēs defectū ꝓprietatis niſi in caſibus expſſis qui nō fuerūt hic expreſsi. Pa. Accuſatio uel denunciatio, qñ que ꝑmittit̃ illi qui à iure excipiēdi excluditur.

2 Hodie dic ut eo. ti.ſtatutū. lib.vj. per quē etiam determinat̃, quod hic dixerat Petr.ſ. delegatū poſſe committere cām extra prouinciam.dummodo ſub delegatus non citet extra prouinciā.ſed dic ut ibi. §.in nullo.Io.An. Locus tutus eſt partibus aſsignandus.

quam pacificā ipſius præpoſituræ poſſeſsionē fueris aſſecutus, proponendi licentiam non negamus.

Idem Vigorieñ. epiſcopo.

Appellare poteſt, ſi locus non tutus partibus aſsignatur, etiā ſi ſit ſcriptum appellatione remota.

CAP. XLVII.

EX parte tua: & infrà. Præſenti pagina reſpondemus, quòd cùm excuſetur honeſtè, qui ad præſentiam delegatorum iudicum nō poteſt ſecurè uenire citatus: tu uel tui quoties ad illos iudices uos euocari contigerit ad quorum præſentiam uobis periculoſum ē ire [a], liberè poteris appellare, etiam ſi in literis commiſſionis, appellationis fuerit remediū interclusum, niſi iudices [b] uobis aſsignent locum idoneum & ſecurum.

Idem epiſcopo, decano & præcētori Herfordeñ.

a Districto præcepto. Et sic uidetur, ꝙ idem faciat præceptum canonis, ꝙ facit præceptum iudicis: ut beneficio huius canonis teneatur cõcordare uel aliũ eligere. sed quia canon iste pœnam istam nõ imponit iudex recusatus compellat illos, & pœnã eis imponat si nõ concordant. supra de offic. deleg. suspicionis. in fi. Quæ sit potestas istorum arbitrorũ diciẗ. s. de officio deleg. suspicionis. in fine.

b Terminum. Ab ipso iudice præfigendum intra quẽ arbitri suspicionis negotium terminare procurent. j. eo. ti. legitima. in concil. Lug. lib. vj. quę corrigit 1 illã, suspicionis. in hoc tãtum. & merito iudex recusatus arbitris iterũ præfigere debet, intra quẽ causam suspicionis determinent sicut iudex a quo appellatur, potest & debet præfigere terminũ appellanti 2 intra quẽ causam appellationis prosequatur: alioqui in causa procedet: ut i §. seq. & s. eo. sæpe. & eadem ratio est in utroque casu, sine prætextu friuolę appellationis uel recusatiõis negotium prorogetur. ideo decre. illa suspicionis corrigiẗ 3 quãtum ad hunc articulum. Ber.

c De recusatoris assensu. Nota ergo quod hæc constitutio loquitur in ordinario, quod ex eo probaẗ, quod iudex recusatus cõmittit alij negotium illud quod nõ potest 4 facere delegatus inuito recusatore. supra, eod. secundo. imo statim suspensa est potestas ipsius, ut ibi dictum est, quę loquitur in delegato tãtum. sic supra, de foro compe. si quis contra clericum. & xj. quæstio. j. peruenit. & supra, eod. ad hæc. & infra, ubi ordinarius recusans committit alij causam probata primo suspicione secundum tenorem huius constitutionis. Sed contra supra, de foro compet. licet. ubi ordinarius recusatus non cõmittit negotium. imo ibi recurritur ad alium iudicem, sed illa loquitur secundum consuetudinem loci, cum uacat imperium, nec continet ius commune. Et sic patet ex hac constitutione, quod ordinarius potest recusari. & causa suspicionis probanda est coram arbitris. & secundum determinationẽ istius intellige iura prædi. quæ loquuntur de recusatione ordinarij. Nota quod hæc clausula de recusatoris assensu, secundum Ioan. si determinet totalem disiunctam. committat negotium, uel ad superiorem remittat, in optione recusatoris est an uelit negotium committi, an ad superiorem referri. & dicit Ioã. quod intellectus iste probabilis est. Si determinat primam partem tantum, tunc litera uult 5 quod secundum uoluntatem recusatoris eligenda sit persona, cui committat negotium, duntamen non sit suspecta. Intellectus iste non uidetur probabilis, imo improbabilis, iniquum enim esset, quod actor ad uoluntatem ipsius rei ipsum conueniat. Nam pro modica causa, quandoq; traheret eum ad Papam ut illũ fatigaret laboribus & expẽsis. & sic posset sæpe contingere, ꝙ potius renuntiaret liti, quã uellet taliter laborare: uel posset eligere talem: licet illum recusare non possit, qui causam suã male tractaret. unde dicas, de recusatoris assensu, & etiam de assensu actoris: ut de utriusque partis assensu committat negotium recusatus, ꝙ probatur. s. de foro compet. si quis contra & s. eod. ad hæc. & j. ubi diciẗ te insistente iudicẽ eligant ipsæ partes. partes. n. cõmuni consensu iudices eligere debent cum ordinarius recusaẗ. xj. qõ. j. peruenit. Si partes nõ cõcordauerint, tũc iudex committat alicui personæ neutri parti suspectæ, & quod dicit, de recusatoris assensu præcipue intellige, quod requirendus est assensus recusatoris, ne iterũ recuset illũ, ex quo cõsentit in illum supra, de officio deleg. insinuãte. & ca. super quæstionum. §. nos. & §. uerum. & iij. q. iij. c. induciæ. §. offeratur. Et similiter cõsensus actoris requirẽdus, ne ipsum postea recuset: quia licet sit actor: posset eum recusare: ut supra, de foro competenti, si quis contra. Nunquam fuit intentio domini papæ quod potestas committendi resideret penes recusatorem. Et in potestate iudicis est remittere negotium ad superiorem uel committere de assensu accusatoris & etiam actoris: ut dictum est. & hæc determinatio, de assensu recusatoris, determinat tantum hoc uerbum. committat.

Porro. Primo dicit, quid in notorijs. Secundo quid in dubijs: ibi, Excessu quoque. Tertio protestatur in fin. ibi, Cæterum. Abbas.

d Confessione. Ita patet, quod non admittitur appellatio contra confessionem, uel si excessus sit manifestus, euidentia rei uel alio legitimo modo, puta per sententiam. Istis tribus modis factum dicitur notorium. j. de cohabi. cleric. & mu. c. ulti. Cõfessus nõ auditur apppellans. iij. quæstione, sexta, quicunque. Cõsueuit tamen dici, quod sola 6 confessio non impedit in criminali quin possit appellari ij. quæstione vj. c. ei qui. §. sunt quorum 7 in ciuili tamen si uellet probare errorem, auditur. ff. de confes. cum fideicommissum. supra, de confes. c. ulti. sed hic non admittitur: quia a correctione non appellatur. & extra ordinem agitur hic.

e Intra terminum. Nota quod triplex est terminus ut no. s. eo. personas. & ibi illud uideas.

Iudex ordinarius, potest recusari.

Iudex recusatus, negotium non committat: nisi utraque pars consentiat.

Appellatio, an impediat ꝑ confessionem?

6 Sola. imo si est cõfessio excusata. Pan. Phil. De. nu. 5.

7 Vbi dicit hoc & plenius. j. eo. Romana. §. si autem. li. vj. & in Spe. de appel. §. in quibus. circa prin. Ioã. And. in no uel.

Proce-

iudice moderandum appellationis causam prosequatur: quã si prosequi nõ curauerit, ex tunc ipse iudex (appel. non obstãte.) procedat. [a] nullo autem aduersario comparente, cũ iudex ex suo procedat officio: appel. causa coram superiore [b] probata, superior suæ iurisdictionis officium exequatur. Sed si appellans, in eius probatione defecerit, [c] ad eum à quo ipsum malitiosè appellasse constiterit remittatur. Cæterũ has [d] duas constitutiones præmissas nolumus ad regulares [e] extendi contra suas speciales obseruantias.

Hono. iij. decano & cãcella. & cantori Lintonieñ.

Si iudex confeßionem aduocati, eadem die reuocatam, pro litis contestatione uelit habere, uel processum à subdelegato subdelegati factum ratificat, licitè appellatur.

CAP. LXII.

Cvm causam, quæ inter abbatem, & fratres de ualle sancti Ioãnis ex parte una, & priorem & canonicos de Nouo loco ex altera, super ecclesia de Holiseth uertitur, R. sancti Angeli decano cardinali commisimus audiendam: ut infrà. Procurator prædictorum prioris & canonicorũ proposuit, quòd cùm coram subdelegatis iudicum delegatorum inducias ad proponendũ [f] exceptiones dilatorias petijsset: quia aduocatus ipsius ductus errore respondit, quòd ecclesia de Nouo loco, ecclesiam de qua erat quæstio, per xl. an. & amplius pacificè [g] possederat, licet ipse eadem die aduocati errorem corrigens, ipsius responsionem quæ suæ petitioni contra dicere uidebatur, (ne per eã aliquod sibi posset præiudicium generari, pro eo quòd ante litis contestationem [h] sunt exceptiones dilatoriæ proponendæ) coram eisdem iudicibus reuocauit. Iudices [i] tamen per huiusmodi responsionem erroneam aduocati, litem contestatam fore credẽtes, ad receptionem testium [k] partis alterius processerunt: & infra. Mandamus quatenus si dicti prior & canonici legitimè probauerint quod ꝑ procuratorem ipsorum eadem die [l] aduocati respõsio extiterit reuocata, quia sic per cõsequens lis contestata [m] non fuit, uel ꝙ delegati testes receptos à subdelegatis subdelegatorum suorum approbauerint, cùm non nisi delegatus [n] à principe causam alij ualeat delegare, quicquid ab ipsis post

[a] Procedat. Ad petitionem aduersarij: ut differat à sequenti, quando iudex ex officio suo procedit.
[b] Coram superiore. Sed qualiter procedit superior, quando episcopus procedit ex officio, nunquid uocabitur episcopus? Credo quod sit uocandus, ut defendat processum suũ si uoluerit: sicut uocaretur aduersarius in alio casu, cũ est ibi actor & reus: nec tũc necesse est iudicẽ esse ꝑsẽtẽ q̃ tulit sñiam: quia ius eius nõ lęditur. [1] arg. ij. q. vj. hoc etiam.
[c] Defecerit. Et sic uidetur, quod appellans teneat̃ probare se iuste appellasse, qđ est uerũ si appellatio recipitur: alias nõ. j. e. iterposita. & sic ꝓsumitur pro sentẽtia iudicis. s. de renuntia. in præsentia. Arg. contra. s. de proba. quoniã cõtra. Sed dic qđ præsumit̃ pro sententia iudicis, ex quo apparet de actis, sed pro processu non præsumit̃ si dubitat̃ de ipso nisi quatenus constiterit: ut in cõstitutione illa, quoniam contra.
[d] Has constitutiones. Scilicet pręsentem & illam. j. de senten. excom. c. sacro. B.
[e] Regulares. s. e. reprehensibilis. & s. e. c. ij.

Cvm causam. In prima ponitur narratio appellantis. In secunda iudicum datio: ibi, Mandamus. Abbas Sic.
[f] Ad proponendum. Quod iudex ex officio suo etiã facere debet. supra tit. proximo. inter monasteriũ. & supra de excep. pastoralis.
[g] Pacifice possederat. Propter quod petitio aduersæ ꝑtis fieri non debebat. & sic fuit lis contesta.
[h] Litis contestationem. Quod uerum est. iij. quæst. vj. c. si quis episcoporum. §. exceptio. & supra. titulo proxim. inter monasterium. & C. de excep. si quis aduocatus.
[i] Iudices. Delegati.
[k] Testium. Quibus receptis, iudices delegati examinationem quorundã testium cõmiserunt quibusdam qui uices suas alijs cõmiserant, & illi quosdam testes receperũt, primi iudices delegati approbauerũt receptionem illorum testiũ, cum de iure talis receptio nõ ualeret, propter quæ grauamina extitit appellatum. quod testes approbauerant primi delegati à papa, & sic iterũ aliud grauamen intulerũt propter quod appellatum fuit ad papã.
[l] Eadem die. Sed nũquid ẽ istud necessarium: ut eadẽ die debeat reuocari. Vel quãdocunq; ante sententiã? Videtur ꝙ quandocũque ante sentẽtiã, ut s. de cõfes. c. ulti. C. de iur. & fact. igno. error facti. & j. de cẽsi. olim. ubi de hoc. uel saltem usq; ad triduũ. [2] C. de erro. aduo. l. iij. In casu isto uidet̃ quod eadẽ die debeat reuocari, uel saltẽ antequã fiat aliq̃d in causa, per quod uideatur approbare huiusmodi cõfessionem puta si producerentur testes. uel si aliq̃d aliud fiat, qđ tãtum post lit. cõtes. fieri debet.
[m] Lis contestata non fuit. Ergo uidetur, ꝙ si nõ probauit ꝙ confessio eadẽ die fuerit reuocata, per consequẽs lis fuit cõte. & sic per indirectã cõfessionẽ aduocati ẽt fit litis contestatio. si s. de dolo, & cont. prout arg. cõtra. [3] s. de ele. dudũ. ij. & s. ut lit. non contest. c. uno ubi dicit̃, ꝙ ꝑ narrationem & respõsionem fit lit. cõte.
[n] Delegatus à principe. C. de iud. à iudice. & s. de off. de leg. super quæstionum. §. si uero. Per hoc patet, ꝙ reprobata est opi. illorũ qui dicũt qđ subdelegatus post lit. cõte. põt alij uices suas subdelegare, ad instar ꝓcuratoris q post lit. conte. factus est dñs litis: unde põt postea dare aliũ ꝓcuratorẽ. C. de ꝓcur. nulla. & l. neq; [4] & sic uolũt intelligere illã decr. s. ti. prox. cũ bertholdus. quæ expresse cõtradicit huic. sed illa [5] nõ continet ius quantũ ad hoc, nec fuit obiectũ: & ita per patiẽtiã tolerat. j. de præb. cũ iãdudum in fi.

Secus si ius suũ læderet: ut quia dicit̃ fecisse litẽ suã, uel incidisse in constitutione, de re iudi. cũ æterni. li. vj. probat̃ hoc. ꝗ sententia excõ. uenerabilibus. e. li. Ioã. And. in nouel.

Aduocati error quã diu põt reuocari.

[2] Nudo uerbo, nõ facta fide de errore, secũdum Hostiẽ. & scripsi in palle. decre. olim. super gl. ij. Io. An. Pan.

[3] Contra supple hic dictũ petita fieri nõ dbere uel æq̃pollẽs. Pan. nu. 9.

[4] Et j. de procu. c. j. lib. vj. sed hęc rõ nõ ualet, ut ibi not. ꝑ lit. conte. procurator fit dominus instãtiæ: uñ sine causa nõ reuocatur inuitus e. ti. c. ij. li. vj. qđ nõ est in delegato. ff. de iudi. iudicium. nec mirũ: q̃a ĩ contestatione procurator ẽ ut agẽs, iudex ut patiens. fortius ergo operat̃ cõtestatio ĩ agente, q̃ ĩ patiẽte. facit qđ̃ met. cau. sacris. Io. An. in no.

[5] Illa dic ꝙ ibi loquitur de articulo nõ iurisdictionali. Pan.

in fi.ꝙ ius non contineat, patet per hoc quod hic dicit, quod nõ niſi delegatus à principe cauſam poteſt alij delegare, non diſtinguendo ante lit.conteſtat.uel poſt.& ita ibi non potuit de iure delegari. Eſt ergo tenendum, quod ſubdelegatus alij ſubdelegare non poteſt: quia ſic & illi poſſent iterũ ſubdelegare: quod eẽ non debet. & eſt ſimile in excommunicatione, quæ nõ trãſit in tertiã perſonam.& quod dicitur delegatus ab alio quam à principe nõ poteſt alij cauſam delegare, ĩtellige de eo q̃ eſt delegatus ab alio ad unã cauſam tantum. Nã ſi eſſet ei delegata uniuerſitas cauſarũ, bene poſſet unã cauſam alij ſubdelegare. ff.đ iud.cũ pretor. §.j alias non põt. ff.de offi. proconſul.& leg.legatus. quia quaſi ordinarius uidetur.

a Dummodo hæc. Sed nunquid poſſit in cauſa appellationis proponere aliam cauſam quã nõ expreſsit in appellando? Videtur quod ſic. ſupra eo. cõſtitutis.ij. Item & noua cauſa poteſt opponi in cauſa appellationis, & noua inſtrumẽta, & allegationes. ſupra de fide inſtru. cũ Ioãnes. ff. đ ap. ſcio. s̄.de teſti.fraternitatis. & C.de tẽp.ap.per hãc. & s̄. ut lit. non cõte. accedẽs. Sed cõtra uideṫ expreſſum. s̄.e.ut debitus.ubi dicitur, ꝙ qui appellat, cauſam appellationis propter quam appellat debet allegare coram iudice. & hic expreſſe idem dicit litera iſta, dummodo hæc in appellationis cauſa expreſſa fuerint.& j̄.c. proxi. Super hoc ita diſtingue: aut appellatur à grauamine ante ſententiam diffinitiuam, aut à ſententia diffinitiua. Si à grauamine ante ſententiã, tunc neceſſe eſt allegare corã iudice appellationis cauſam ſui grauaminis talẽ quæ ſi eſſet probata, eſſet legitima, uel quæ eſſet expreſſa in iure. & tunc in cauſa appellationis non poteſt aliã allegare: ut hic dicit.& s̄.eod.ut debitus.& eſt ratio, quia nõ appellatur, niſi à grauamine: ſed propter hãc cauſam qua ſimul de nouo proponere coram iudice cap.non grauabatur, nec propter hoc appellauit:& iudex appellationis cognoſcere debet tantum ſuper eo pro quo appellauit:& papa ſemper ita reſcribit in appellationibus ante ſentẽtiam, ſi eſt ita. 1 Si uero aliquis appellat à diffinitiua, tunc non eſt neceſſe aliquã cauſam allegare cũ appellat ſed ſufficit dicere, appello ab iniqua ſententia: 2 & tunc in cauſa appellationis poteſt opponere nouã cauſam, & noua inſtrumenta, & ſic loquitur. s̄. de fide inſtru. cum Ioannes. & l. ſcio.& per hanc decret.illa. s̄.e.cõſtitutis.ſpecialiter. intelligitur in cauſa electionis, ut ibi dicitur. Et decre.illam accedẽs. intellige, ut ibi dicit. Itẽ in alijs appellatiõibus extra iudicium 3 faciẽdis, exprimẽda eſt cã propter quã appellatur. j̄. de ijs q̃ fi.à ma.par.ca.c.j. & s̄. eodẽ bonæ. & s̄. de ele. cũ nobis.& s̄.e.dilectus. & in ſcriptis proponenda eſt. alias reputabitur nõ appellãs, in decreta. Inno.iiij.cordi nobis eſt.eod.titu.libro vj.

appellationem eorum factũ eſt (dummodo [a] hęc in appellatione ipſa expreſſa fuerint) nuncietis irritum & inane.

Idem decano & theſaurario & P.ſancti Petri canonico Zamoreñ.

Nõ ſufficit appellãti docere quod exceptionem legitimam et uerã oppoſuit & appellauit, niſi doceat propter exceptionẽ nõ admiſſam appellaſſe.h.d. & eſt caſus no. & quotidianus.

CAP. LXIII.

DIlecto filio G.capellano noſtro D.presbytero & I. capituli Salamantini procuratori à nobis auditore conceſſo, procurator capituli propoſuit coram eo, quòd cùm dictus presbyter ſuper receptione ſua in Salamantina eccleſia executorias à nobis ad archid. Ciuitateñ.& collegas eius, literas impetraſſet, coram eis fuit ex parte capituli allegatũ quòd cùm in ipſa ſit eccleſia certus numerus canonicorum iuramento firmatus de quo in literis ad eos directis mentio non fiebat, per eas nõ debebant cõtra ipſos procedere: & ne aliter facerent, fuit ad noſtram audientiam appellatum: & infrà. Quoniam igitur, & ſi per confeſsionem preſbyteri factam coram auditore prædicto conſtiterit Salamentinam eccleſiam habere certum numerum canonicorum iuramento firmatum, & huiuſmodi exceptionem coram executoribus fuiſſe propoſitam, & quòd appellatum extiterit ab eiſdem: quia tamen non conſtitit quòd propter exceptionem huiuſmodi non admiſſam, aliamve legitimam fuerit appellatum: Mandamus quate. ſi uobis conſtiterit præfatam exceptionem huiuſmodi de certo canonicorum numero iuramento firmato, uel alias legitimas exceptiones fuiſſe propoſitas [b] coram ipſis executoribus, nec admiſſas: ac ideo partem capituli appellaſſe: ipſorum executorum proceſſum denuntietis irritum, & inanem.

Dilecto. Primo ponit factũ corã auditore narratum. Secũdo committit cãm, & præmittit: quare: ibi, Quoniã. Abb. Siculus.

b Propoſitas. Sic patet, ꝙ cauſa propter quam appellatur, proponẽda eſt corã iudice, à quo appellatur: & ſic fuit cauſa iſta legitima: quia non eſt uериſimile, q̃đ papa ex certa ſciẽtia mãdaſſet illum recipi cõtra iuramẽta canonicorum: imo uideṫ papa circũuentus. s̄.de reſcri.cõſtitutus in p te deciſa. Idẽ eſſet etiam ſi ſtatutũ canonicorum confirmatũ fuiſſet ſolũmodo p ſedẽ apoſtolicam ſine iuramento. 4 s̄.de conſtitu.cum acceſsiſſent.& ar. j̄. de priuileg.ex parte.& s̄.de reſcrip. cum ordinem. Item patet hic, quod licet exceptio etiam legitima propoſita non admittatur: ſi non ſit appellatũ propter ipſam, licet appellatum ſit non debet retractari prætextu illius exceptionis quod factum eſt: quia ſententia contra ius litigatoris bene tenet, à qua nõ eſt appellatũ, licet non teneat contra ius conſtitutionis lata. s̄. tit. prox.cum inter uos.& ij.quæſtio.vj.c.ei qui. §. diffinitiua.uerſicu.item ſi ſententia. C. quando prouoca. non eſt neceſ.l.ij.& ff. quæ ſent. ſine ap.reſcin.l.j.§.j. Item ex hoc patet, quod ſi quis appellat à grauamine, nec exprimit cauſam illã in appellatione propter quam appellauit, ſed aliam, illam proſequi non poteſt: quia propter illam non appellauit.de hoc dictum eſt ſupra.c.prox. Item uidetur, quod in cauſa appellationis ſufficiat probare cauſam probabilẽ fuiſſe propoſitam coram iudice à quo appellauit, & non admiſſam: ſed hoc intelligendum eſt ſecundum quod dicitur. j̄.

1 Et ſic ĩtellige ꝙ not.lxxx. diſt.c.j.& đ hoc. ij. q.vj. non ita.Ioan. An.in no uel.

2 Ita l ęc opi. poſtea ap.p-bata fuit per cle.appellanti. eo. ti.

3 De appellatiõibus extra iudic. in cauſis electionũ dic ut j̄. de ele. ut cir ca.li.vj.& cle. e. tit. cõſtitutionem. Ioã. And.

4 Imo uidetur id in numero ſtatuto, licet iuratus non ſit confirmatus. & de hoc in præalle.đ cre.cõſtitutus ĩ fi. j.gl.Ioan. And.

tur. j. eo. interposita.

NIcolao militi. Diuiditur. Primo ponit dationē auditoris, & petitionem appellantis. Secundo dat iudices: ibi, Mandamus. Abbas Siculus.

Appellās, appellationi ſuæ poteſt terminū ſtatuere.

a Appellationi. Poteſt enim quis appellationi ſuæ ſtatuere terminum ad ipſam proſequēdam. ſ. e. perſonas. & cap. oblatæ. & ſi talis appel. a iudice uel ab aduerſario fuerit probata, tūc appellans tenetur proſequi cauſam per ſufficientem procuratorem ad cauſam parte altera eā proſequēte alias in expēſis appellator cōdemnabitˀ, ut hic dicit. & idem intellige in diffinitiua, ut cum appellans ſtatuit terminū ad proſequendā appellationē ſuam 1 tenetˀ appellans mittere ſufficienter ad cauſam ſuam defendēdam, alias procedatur ad confirmādā uel infirmandam ſnīam etiā altera parte nō proſequēte: ut ſ. de renūtiens. Si uero appellās non præfixit terminum appellationi ſuæ proſequēdæ, nec a iudice, nec ab aduerſario appellatio fuit approbata, tūc ſufficit appellanti mittere procuratorē ad impetrandū & cōtradicendum altera parte etiā proſequente. j. eo. tit. interpoſita. §. j. ad hoc facit. j. eo. tit. cordi. lib. vj. ubi dicit ſi appellatus uoluerit proſequi: qa approbat appellationem. & ſic ideo uterq; tenetur mittere ſufficientem. ut ibi dicit. Sed ſi appellatus noluerit proſequi appellationē: quia eam non approbat, tunc ſufficit appellanti mittere ſimplicem nuntium, ad impetrandum & contradicendum a contrario ſenſu horum uerborum ſi appellatus uoluerit. & ita hæc decre. & illa interpoſita. §. j. loquuntˀ in diuerſo caſu, & non contrario. Et nota quod terminus ſtatutus ad proſequendam appellationem a iudice uel ab aduerſario. uicem obtinet peremptorij. ſupra, eodem. ſæpe. De hac materia plene not. ſupra, de renuntia. ueniens. in glo. quæ incipit, ſed non uidetur ꝙ miles iſte approbauit appellationem uel etiam iudex, quod patet ex eo ꝙ eam fuit perſonaliter proſecutus, alias ſtabitur illi decre. infra, eo. interpoſita. & ſic corrigitur iſta in hoc. ſi uero appellatio nec a iudice, nec ab aduerſario fuerit approbata, tunc appellans poteſt ſimpliciter conſtituere procuratorem ad impetrandū & contradicendum. licet pars altera eam ſufficienter proſequi ſit parata. infra eodē. interpoſita. §. primo.

1 Suam. adde & ꝙ ſit approbata a parte. Panor.

Idem ſancti Andreę archiad. & magiſtro I. canonico de Melteñ.

Appellans qui terminum ap. præfigit, ſi mittit procuratorem ad impetrandum. & contradicendum tantum, & appellatio fuit recepta a iudice: uel approbata a parte. aduerſario legitime proſequenti condemnatur in expenſis. hoc dicit ſecundum communem intellectum, licet gloſſa aliud ſenſerit.

CAP LXIIII.

NIcolao militi ac fratri E. monacho monaſterij ſanctæ Mariæ, ſancti Adriani diac. cardi. cōceſsimus auditorem: in cuius præſentia, cum dictus monachus non niſi ad impetrādum & contradicendum procurator fuerit inſtitutus, ſupplicauit humiliter idem miles, ut contrā ipſos tanquam contumaces procedere deberemus: & infra. Mandamus quatenus ſi uobis cōſtiterit dictos abbatem & conuentū appellationi a ſuæ terminum præfixiſſe: cum ad proſequendā eandem, ſufficientem procuratorē non miſerint: memorato milite ipſam perſonaliter proſequente, ipſos ad reſtituendas expenſas a tempore b app. factas eidem militi condemnetis.

Idem epiſcopo Mātiñ. & P. canonico Tuſcañ.

Ab eadem ſententia diffinitiua, tertio appellare non licet.

CAP. LXV.

SVa nobis R. tutor filiorū quondam B. ciuis Tuſcaneñ. petitione monſtrauit, quòd cum inter ipſum ex una parte, & F. pro ſe ac P. tutorē quōdam filij B. ex altera, ſup quadam ſumma pecuniæ corā iudice Tuſcañ. quæſtio uerteretˀ, idē diffinitiuam pro eodē R. ſentētiā promulgauit quæ bis fuit ꝑ iudices delegatos a ſe. apo. confirmata: & infra. Sed pars altera, quæ ſemel & iterū c appellauerat, tertio uocē appellationis ad nos emittens, P. & eius collegæ cognitionē ipſius ſentētiæ a nobis obtinuit delegari: & j. Cūq; R. ſanctæ Mariæ in Coſmed. diaco. cardi. ſuper ap. tertio ad nos emiſſa utriq; parti a nobis datus auditor interlocutus fuerit, illos nō potuiſſe de iure tertio appellare. d Nos prædicto P. & eius collegæ dedimus in mādatis, ut in negotio ipſo nequaquā procedere attentarent.

Idem magiſtro G. archi. & of. Lemo.

Appellatio omiſſo medio iudice interpoſita, cauſam nō deuoluit exceptione oppoſita. h. d. ſecundum communem intellectū.

b A tempore appellationis factas. quia ex tūc fuit cōtumax ex quo non miſit ſufficientem procuratorem: & quia ex tunc uidetur citatus ad cauſam. ſimile ſupra, de dolo & contu. cū dilecti 2 ſ. eo. reprehenſibile. & capitu. ſæpe.

2 De procura. auditis. Io. an.

SVa nobis. Diuiditur. Primo ponit querelam appellati. Secūdo ſententiam auditoris: ibi, Cumq;. Tertio inhibitionē factam iudicibus appellationis: ibi, Nos. Abbas.

c Iterum. Hæc uox iterū quas res ſignificat: & exponitur iterum, id eſt quoties opus erit. ff. de edendo ueluti.

d Tertio appellare. bene interlocutus fuit: ut ſecunda quæſtione ſexta, ſi quis in quacunque. & C. ne lic. in una eadēq; cauſa ter. pro. l. una. Ex hoc & prędictis iuribus patet quod non licet ter appellare. Sed contra uidetur ij. quæſtione ſexta, quoties. ubi dicitur, quoties putauerint ſe grauari, ad Romanam ſedem appellent: ut tertia quæſtione vij. pulſatus. Sed dic quoties, id eſt, ſecundo, & nō ultra in diffinitiua ſententia, ſiue ſuper eodem capitulo. ſic ſupra, eodem directe. ubi de hoc: & ſic illud quoties, reſtringitur. Verbum enim generale ſæpe reſtringitur. xviij. diſtinct. placuit. lxxv. diſtinct. quod die in fi. & xij. qō. ij. ſine exceptione. in princip. & ſupra, de reſcript. ſedes. Itē argu. contra. xxxj. q. ij. Lotharius. ubi dicitur ꝙ Teberga ter appellauit, ſed exponi conſueuit, ter appellauit, id eſt, ter uocem appellationis emiſit, dicendo appello ter. ſ. appello, appello, appello. Ber.

Appellatio, quoties interponi pōt.

Dilecti filij. De subdito uel delegato episcopo ad archiepiscopum appellare nō licet. h. d. Primo ponit querelam appellantis, qui secundo dat iudicē ibi, Quocirca. Abbas.

a Monstrarūt. Ex una parte, & quendā militem Claremontē. diœcesis ex altera. sup quodam nemore.

b Post huiusmodi appellationem. Ex hoc patet qđ gradatim est appellandū. ar. ij. q. vij. metropolitanū. & qō. vj. anteriorum. §. illo uidelicet. & ĩ. de offic. deleg. super quæstionum. §. porro. & si de app. Imperatores. C. de ap. ꝑcipimus. ff. quis & a quo ap. l. j. j. resp. Sed contra ĩ. de præb. referente. ibi, appellatum. fuit ad archiepiscopū omisso episcopo. & ff. quis & a quo ap. l. j. §. j. & ĩ. de no. oper. nun. significantibus. ubi omittitur medius. Dicas ꝙ gradatim est appellādum de iure: secundum canones tamen si omittat medius, & non opponat exceptio coram isto superiore, bene ualet c ꝙ per ipsum fit, sic intelligunt prædictæ decret. referente. & significantibus. Vel forte illud obtinet de consuetudine præscripta, ut ad illos archiepiscopos appelletur omissis medijs. Si uero non opponatur exceptio, nō ualet ꝙ postea fit si ꝑpter hoc appelletur, si consuetudo non obstat. & ita intellige ꝙ hic dicitur. Sed lex ista. ff. quis & a quo. l. j. §. j. multum contradicit: quia dicitur ꝙ generaliter debet appellari ad primum delegantem, & non ad illū qui delegauit. Sed intellige legem illam in subdelegatis, ut si appellatur ab aliquo subdelegato, cui cōmissa fuit tota causa: a delegato ad uniuersitatem causarum appellari debet ad primū delegantem, & sic intellige legem illam secundū illam decr. super quæstionum. §. porro. Sed si appelletur a delegato tantū, siue sit delegatus ad uniuersitatē causarum, siue sit delegatus ad unā causam tantū, semper de iure appellandū est ad suum delegātem. & sic intellige ꝙ dicit hic & in l. prædic. ff. quis & a quo ap. l. j. aliæ uero leges loquūtur in ordinarijs. & c. metropolitanū. Illud generale est: ꝙ ad papā potest appellari ommisso medio propter plenitudinem potestatis. ij. q. vj. quoties ad Romanam. & in pluribus alijs ca. ibidē. Quia per simplicem querelam pōt papa adiri: cū ipse sit iudex ordinarius singulorū. ix. q. iij. cuncta. & c. per principalem. nisi in casu illius decr. super quæstionū. §. porro. Et sic oīa plana sunt. De appellationibus interponendis ab officialibus episcoporum uel archidiaconorū, uel aliorum inferiorū dicas qđ cum idē sit auditorū, siue curia episcoporum & eorum officialium: si appelletur ab officialibus episcoporum, appellandum est ad archiepiscopum de iure, non ad episcopū. & si appelletur ab archidiacono uel eius officiali, appellandum est ad episcopum & non ad archiepiscopum. tñ si est consuetudo ꝙ appelletur ab archidiacono uel eius officiali ad archiepiscopū, omisso episcōpo, ualet appellatio. & hoc totū habes in quadam decre. Inno. iiij. e. ti. quæ incipit, Romana. li. vj. Et idē credo, ꝙ si consuetudo sit, ꝙ appelleť ab officiali epi ad epm, qđ teneat c appellatio nō obstante ꝙ dicit in illa decre. Romana. ne a seipsis ad eosdē uideat appellatū. xxij. di. multis. ubi appellatur ab aliquo ad se ipsum cum alijs. i. ab archiepō ad synodum ubi ipse est tanquam caput. & est simile. ff. qñ ap. sit. l. j. §. solent. ubi appllatur ab ordine & præside ad ipsum præsidē. Et decre. prædi. referē te. & significantibus. loquuntur de cōsuetudine, cum illa decr. Romana. quia ibi admittit appellatio ab archidiacono ad archiepiscopū omisso episcopo. Sed hæc decretalis uidetur cōtraria prædictis tribus decretali. ubi tenet appellatio omisso episcopo, & hic non tenet. Sed tu dicas, ꝙ debuit hic appellare ad episcopū, & non ad archiepiscopum: quia hic non fuit appellatum ab officiali epi, sed a quodā magistro R. canonico Claremontis, cui episcopus specialiter causam cōmiserat, qui nō erat de curia diœcesani episcopi: & ideo ad episcopū: qui cōmisit causam, gradatim fuerat appellandū. & hæc habentur in antiqua decretali in parte decisa. Bernard.

CAP. LXVI.

iij Dilecti filij prior & conuentus de Lacu rubeo, trāsmissa nobis petitione monstrarunt: a & infra. Ex parte dictorū prioris & conuentus, fuit excipiēdo ꝓpositū: quod cū omisso diœcesano episcopo fuisset ad archiepiscopum appellatū, ad quē gradatim fuerat appellandum, in causa ipsa de iure procedere non debebat: sed quia officialis archiepiscopi huiusmodi, exceptionem admittere denegabat, ipsi ad nostram audiētiam appellarunt & infra. Quocirca mandamus quate. sentētias post huiusmodi b appellationē latas in eos denuntietis penitus non tenere.

Gregorius ix. magistro scholarū H. & G. de rupe, canonicis sancti Andoniani Moriñ. diœce.

Si is qui desijt esse tutor, nomine pupilli conuenitur inuitus poterit appellare.

CAP. LXVII.

Ex parte M. dominæ de Colob. nobis fuit oblata querela, quòd cum nobilis mulier domina de Bellebron. super quibusdam terris ipsam nomine filiorum suorū corā iudicibus authoritate nostra traxisset in causam, eadem in iudiciū ipsorum excipi fecit præsentia, ꝙ cum res de quibus in iudicio agebatur, & prædicti filij eius sub potestate c & tutela ipsius minime permanerent, cum iam ad secunda uota transisset: super his ei nō tenebať ipsorum nomine quorum tutrix esse desierat respōdere, sed quia dicti iudices hac exceptione neglecta †, nihilominus ad hoc compellebant eandem, ipsa

c Ex parte M. Sub potestate & tutela. Filius nō dicitur esse in potestate matris, sed patris tantum quantū ad ius patriæ potestatis, inst. de pa. po. §. ius aūt. quia filius familiā patris sequitur, & nō mris. instit. de leg. ag. tute. §. j. & ĩ. de conuer. infide. ca. ul. sed per officium tutelæ bene recidit filius in potestatem matris. Illud tamen regulariter est uerum, ꝙ fœmina tutrix esse non potest: quia uirile officiū est. C. quando mu. tut. offi. fun. po. l. ij. & ff. de regulis iuris. l. ij. & ĩ. de arbi. dilecti. nisi a principe tutelam impetrauerit: ut ff. de tute. l. ult. unde si mater maior est & nullus tutor legitimus sit, uel datus non sit impuberi in testamēto, uel si sit excusatus, potest repetere tutelam filij. Et ipsa iurabit, ꝙ ipsa non transibit ad secundas nuptias, & renuntiat Velleiano sub hypotheca rerum suarum. C. quando mu. tut. offi. fun. po l. ij. & iij. olim sic obseruabatur. Hodie tamē per auth. præfertur omnibus tutoribus legitimis & datiuis, sed non testamentarijs renuntiādo simplici uerbo secundis

Appellatio interposita omisso medio, an ualeat.

a Archi. i decr. si de legatus. & offi. dele. lib. vj. dicit Inn. & Host. tenere contra riū in decre. referēte. sed ego nō uideo ꝙ hoc ibi teneāt, & ipse Host. hic tenet cū gl. secūdum Hos. ergo dicetur, ꝙ id quod hic potest tacite cōsensus introducens cō suetudinē ut sequiť, idem poterit consensus tacitus exceptionem omittēs. sed fallit hic: ut ij. q. vj. anteriorū. §. illo uidelicet. & ca. placuit. ij. Ioā. An. in nou. dic ꝙ iure pontificio glos. hæc uera est fa. gl. pra. tit. de causis. §. j. uerb. medijs. uers. viij. fallit. Sȝ nō procedit i terminis concilij Basil. & concordatorum, quia non pōt prorogari sed posset appellari tāquam ab abusu.

c Teneat. sed hoc reprobatur ca. ij. de cōsu. i v.

† Si ĩ. eo. c. pe. lib. vj. Dicebat J. de offi. ordi. irrefragabili. legē illā intelligendam, qñ pses se det cū ordine non quasi unꝰ ex ordine præs. cōsilium & authoritatē pbēdo facto ordinis: uel qñ pses non cōcordat cū ordine hæc secunda parum ualet, sed totū intellige iuxta distinctionē præ. decre. pend. Ioan. An.

c Hoc ipso grauat. Phil. Dec. hic. nu. iij. & c. cū su per. col. ij. de offi. de leg. Arti. cōs. cxviij Alex. cōs. c. nu. 2. li. v. ubi dixi.

sentiens se grauari, nostrā audientiam appellauit. Ideoq; mandamus, quatenus si ita est, reuocato in irritum quicquid post appella. huiusmodi inueneritis attentatum, audiatis hincinde proposita.

Idem magistro & fratribus domus Mori.

Si iudex de iure dubitans, uult cōsulere superiorē, debet cō sultatiōis copiā partibus edere: alias eius uerbis consultatiōis fides non adhibetur.

CAP. LXVIII.

INtimasti: & infra. Præterea hospitalarijs ignorantibus, & non facta eis copia de inquisitionis [a] processu, ad nos relationem transmisisse noscuntur, cùm iuxta legitimas sanctiones quoties relaturum se iudex quilibet pollicetur, illico litigatoribus apud acta consultationis exéplū edere teneatur.

Idem archiepiscopo & archid. & G. canonico Turoneñ.

Si ante litem contestatam circa principale negotiū, iudex aliquid innouat, uel diē aßignatā sine causa præuenit, licitè appellatur. Et si procurator datus ad impetrandum super appellatione, non seruauit formam mādati, auditur appellans, etiā post annum.

CAP. LXIX.

SIgnificante Aurelianñ. episcopo nos noueritis accepisse, quòd cùm decanus & capitulum Magduneñ. ipsum super eo qđ dicebāt alibi, quàm in stallis decani & capituli prædictorum carnifices carnes uendere non debere, coram iudicibus autho. apo. conuenissent: petentibus tandem decano & capitulo nominatis iudicum officium implorando, ut cum idem episcopus post citationem [b] carnes in stallis alijs uendi fecisset: quòd per eum super hoc factum fuerat, in statum pristinum reuocarent: pro parte ipsius fuit propositū quòd cùm lis præsertim [c] non fuisset super negotio contestata, locum imploratio huiusmodi non habebat, adijciens, quòd cùm de consensu partium coram dictis iudicibus ad litigandum super ipso negotio certus dies statutus fuisset, & quantum ad illam diem solutum fuisset iudicium eorundē præuenire [d] diem ipsum ac audire partem aduersam in tali imploratione absq; consensu partium, non debebant: & quia super his [e] non audiebant

dis nuptijs, & non per iuramentum, & Velleiano. & omni alio auxilio: ut si obligauerit se pro pupillo, nō iuuetur. C. qñ mu. tu. of. fun. po. auth. matri & auiæ. & in auth. de hære. ab intesta. ueni. §. ex his. col. ix. & in aut. ut matres sine prohi. tute. gerāt. §. quia uero. col. vij. & C. qñ mu. tu. offi. authen. sacramentum. & quam cito ad scđm matrimoniū [1] cōuolauerit, soluta ē [2] tutela, quasi mortua esset: ut d. §. qa uero. Et ita patet, qđ mulier ista bene excipiebat: qa tutrix esse desierat transeūdo ad secūdas nuptias. Itē si transeat ad secundas nuptias, non reddita rōne tutelæ, oīa bona sua, & mariti secūdi, tacitè sūt filijs obligata. C. ī quibus. cau. tac. pig. contra. l. si mater. & in aut. de nup. co. iiij. §. si ante turelā. Item in principio debet facere inuentarium. & satisdare rem pupilli saluā fore: ut in auth. ut ma. sine prohi. §. ult. colla. vij. Ber.

[1] Secus ē in spōsalibus, & de hoc ī Spe. de cura. §. nunc aūt. uer. qd si nondū. & seq. Ioan. And.

[2] Et tamen mortuo marito secundo, recuperat illā re ītegra. quod dicut in Spe. § prædic. uer. qd sit iuris. Ioā. And. Ioā. Fab. dicta aut. sacramētū. ipxi in consue. Parisi. tit. viij.

INtimasti. Exēplū relationis, debet ptibus edi, antequam fiat relatio. Et facit hoc. c. ad secūdam partē tituli. Et pro intellectu præmitte. qđ licet ex multis causis papa impugnaret relationem factā per iudices, inter alias adiecit istam cām, de qua ī text. ideo dicit in textu preterea. Abbas Sic.

[a] De inquisitionis. Hic processum fuit super excessibus istorum prælatorum puniendis in modum inquisitionis, & ideo siue causa sit criminalis, siue ciuilis, pōt iudex referre causam superiori, si iudex dubitat qualiter in causa debeat iudicare, talis relatio approbatur. Si uero uult euitare onus iudicandi, tunc non debet admitti relatio. in auth. de iudi. §. ult. col. vj. ff. de iudi. eum quem temere. §. j. de iure quæri debet, & nō de facto, ut ibi dicit: quia non crimina, sed uindicta potius ad nos debuit peruenire. C. de off. præfe. ori. l. iij. in fi. & xxvij. q. j. si custos. & c. si homo. si uero iudex dubitat de iure, & uult referre negotium superiori, exemplum consultationis illico teneť edere partibus, ut si forte minus plene referat, uel contrarium quā debeat, uel in præiudicium alterius partis, partes contradicere possunt & appellare. [3] C. de rela. l. j. & ij. & hic. Si autē tunc non appellauerit, postea cum princeps rescripserit, non poterit appellare. ij. q. vj. c. biduum. in fi. quia approbasse uidetur relationem: ut ibi, & ff. qñ ap. sit. l. j. j. rñ. & quia hospitalarijs ignorantibus relatio facta fuit, non tenuit relatio: quia exēplū relationis ostendi debet litigatoribus ut d. l. præalle. de quibus hic fit mentio. Ber.

[3] Et hāc contradictionē & eius cām, iudex debet referre de calumnia. an uero teneať referre de calumnia, periurio & uariatiōe dictū est sup artic. expēsarū. uide in Spe. de relat. §. ij. uersic. fin. Ioā. And.

SIgnificāte. Primo ponitur appellantis narratio. In secunda causæ cōmissio ibi, ideoque. Abb.

Post citationē. Certe nec ante citationē nec post đbuit episcopus molestari, sup possessiōe carnificij lite pen. si ipse possidebat. cum ca. super hoc cōueniret episcopū. unde patet ꝙ erat in posses. de qua non debuit eijci lit. pe. ṡ. ut lit. pe. c. j. & ij. xvj. q. iiij. uolumus unde male petebat. ca. uel si c. possidebat agens contra episcopū ne inqetareť, adhuc nō poterat implorare officiū iud. lit. nō cōte. ut j. sequitur: qđ magis uidetur. Ber.

[c] Præsertim. Id ē maxime: quia nec post lit. cōt. debuit ei auferri possessio si ipse possidebat. sed uerius uideť, quod capitulū possidebat: ut dixi.

[d] Præuenire. Qđ facere nō poterāt: quia pēdente dilatione. iudicis officiū conqescat: nisi partes cōsentiant. C. đ dila. siue pars. ex cā tamen mutatur dilatio quandoque. ff. de arbi. dicere autē. in fi. & ar. de re iud. quod iussit. & ṡ. e. cum cessante. arg. & est notabile, quod iudex data dilatione nihil facere possit ante terminum altera parte inuita.

[e] Super his. No. s. ꝙ iudices lit. non contest. reducere uolebāt capitulū in pristinū statū, ut carnifices nō uēderent carnes alibi, q̄ in stallis capituli, qđ facere nō debebant, cum adhuc possent recusari lit. con contes. iij. q. iij. c. induciæ. §. offeratur. & ita ante lit conte. iudex delegatus circa principale negotiū nihil facere potest. ar. ṡ. de rescri. super literis. & super eo. ꝙ pendente dilatione procedere uolebant: quod facere nō

eundem, nostram appellauit audientiā: & licet procuratorem suum intra annum ad huiusmodi appellationē miserit prosequendā: quia tamen dictus procurator (ut creditur) circūuentus contra inhibitionem ipsius episcopi, nostras super hoc ad quosdā iudices certa ratione suspectos literas impetrauit, dictus episcopus uti noluit literis sic obtentis, petens non obstante lapsu anni ad prosecutionem appellatiōis admitti. Ideoq; mandamus, quatenus si de inhibitione [a] huiusmodi & præmissis causis appellationis, uel earum altera constiterit, reuocato in irritum, &c. usq; ad attentatum in iam dicto negotio iuxta priorum continentiam literarum, &c. Idē.

Capitulum famosum et multum allegabile. & hoc dicit. Ad iustificandam appellationem ex causa interpositā, probare oportet causæ ueritatem coram iudice ad quem, nisi fuerit coram iudice à quo oblata probatio, et reiecta. hoc dicit, singulariter usque ad §. eidem.

CAP. LXX.

INterposita appellatione ex causa probabili, [b] non sufficit appellanti probare, quod ex cā huiusmodi prouocauit, si eā non doceat esse ueram: [c] nisi hoc se offerēs [d] probaturum, non fuisset admissus.

Si appellatio non fuit recepta à iudice, uel approbata à pte, sufficit appellanti mittere pcuratorem ad impetrandum & cōtradicēdum, licet pars appellata sit parata in curia prosequi. hoc dicit usq; ad §. ille deniq;. Ab. Si.

Eidem [e] quoque permittitur, si non recipiatur appel. eius à iudice, nec ab aduersario approbetur, super prosecutione appella. per procuratorem ad impetrandum, & contradicendum constitutum literas impetrare, licet pars altera, per se uel per procuratorem idoneum iudicium super hoc apud sedē apostolicam recipere [f] sit parata.

Ante inchoatam persecutionem ap appellans potest si uult inuito appellato petere ut remittatur ad iudicem à quo, sed condemnabitur in expensis factis p partem aduersam in illa appellatione. h. d. usq; ad §. sanè. Abb.

poterant: unde ualuit appellatio. argu. contra [1] s. de offi. iudi. c. ij. in fi. Potest dici, quod illa loquitur in ordinario cuius iurisdictio fundata est, cuius etiam officium ante lit. contest. & post implorari potest tempore competenti, sed nō dilatione pendente aduersario cōtradicēte: ut hic dicit. & C. de dila. siue hic loquit de delegato, cuius iurisdictio non est firma ante lit. conte. quare eius officiū implorare non potest ante lit. conte. & maxime dila. pēdēte: ut hic patet. Vel uerius dicas, ꝙ ibi loquit de alio officio iudicis, qd' petitur incidenter fauore minoris, uel alterius q utit iure minoris: hic d' alio quod quasi respicit prīcipale factum, ꝙ immutatū est ab aduersario, & quod etiam cōpeteret maiori p⁹ lit. contest. coram delegato. sed non ante, nec pendēte dilatione, ut dictū est. Vel dic, [2] ꝙ hic implorat iudicis officium eo die quo solutū erat iudicium: quia datus erat terminus in quo partes cōparere debebāt: & interim iudicis officiū conquiescit ut dictū est. C. de dila. si uero. Sed non negatur quin possit implorari officium in termino cōstituto, quamuis implorari non possit pēdēte dilatione, sed in contrario petit officium iudicis in termino cōstituto ad procedendum.

[a] De inhibitione. Et sic patet, quod procurator non potest excedere fines mandati alias non nocet domino. C. de procur. si procurator. & supra de offic. deleg. cum olim. Si uero simpliciter constitutus fuisset, nulla forma data sibi de iudicibus impetrandis, non posset eos recusare quos procurator impetrasset. s. de cau. pos. cū olim. & hoc à contrario sensu, ubi de hoc. Sed uidetur, quòd non sit amplius audiendus post annum, & sibi imputet, ꝙ tali commisit negotia sua. ff. de mino. cum mandato. in fi. agat ergo episcopus contra procuratorem, uel contra eum qui circunuenit procuratorem ipsum. ff. de do. & eleganter. §. si dolo. hic procurator circūuentor forte non erat soluēdo, & ita restituitur contra aduersarium. ff. de eo per quem fac. erit. l. ult. j. respon. uel auditus fuit episcopus, ex generali clausula [3] si qua iusta causa mihi uidebitur, in integrū restituam. ff. quib. ex cau. maio. l. j. in fi. ar. s. de in integ. restitu. ex literis. ar. j. de pig. significante. quantū enim in ipso fuit, bene psecutus fuit appellationem, & ita auditur episcopus triplici ratione. Quod auditur post annum, hoc fuit propter factum procuratoris: quod fuit iusta causa, quare indulgetur biennium: ut s. eod. cū sit Romana. ex alijs duabus causis præmissis tenuit appellatio, aut ex altera earū. Et est arg. quod quando plura mandantur cōiunctim, quorū alterum per se sufficit, alterū sufficit probare. De hoc dictū fuit. s. de rescr. ex parte. B.

[b] Interposita. Probabili. Tali, quæ si foret probata, reputaretur legitima. s. eo. ut debitus. & c. cū speciali. §. j.

[c] Esse ueram. Si. s. e. de testi. ex parte Adæ. & s. eod. titu. proxi. cum I. & A. Argu. contra. s. de offi. deleg. cum causa. & s. eod. ut debitus. & c. dilecto.

[d] Nisi hoc se offerēs. Huic uerbo signatur contra. s. de testib. ex parte Adæ. quia ille Adā obtulit se probaturū, nec fuit admissus ante sententiā, & tamen in causa appel. debet probare causam appellationis uerā fuisse. Solue hoc secundū ꝙ ibi dixi. Ex hoc enim apparet, ꝙ tum grauamen, ꝙ appono causam pbabilem, & eam offero me probaturū si non admittor, & iō sufficit [4] hoc pbare in causa appellationis: qa hoc probato satis probatur grauamen: quia perinde habetur, ac si causa allegata quam uolo probare, esset uera, & me repelleret. secus est cum simpliciter causam allegat: [5] quia tūc uidetur, id quasi malitiose fecisse. unde illā causam tenetur probare ueram fuisse. ar. s. e. super eo. §. si autem aduersa. De hac materia plene dictū est ī decr. ex parte Adæ. & s. de exce. olim. B.

[e] Eidem. Scilicet appellanti.

[f] Recipere iudicium sit parata. Sibi imputet, quod nōn approbauit appellationem, ex quo eam apud sedem apo. prosequi uoluit, & si appellationem approbasset, ipse uel iudex. tunc enim tenetur sufficienter prosequi, alias punitur in expensis. s. eo. Nicolao. Sit ergo cautus qui appellat circa duo. primo quod cum appellat ex causa probabili, quod offerat eam se probaturum quia in appellatione releuabitur: quia non oportebit eum probare causam esse uerā. itē in alio, quod

[1] Hos. dicit ꝙ ē simile: s. n. pponit officiū iudicis loco actiōis: planū est, ꝙ necessaria est cōtestatio. Si uero implorat iudicis officiū deseruiens, & illud litis cōtestationē reqrit: qa nec nudæ deseruiet actioni. Si autē hoc intelligas de iudicis officio, qd' implorat de plano: hoc nō pōt esse, quia illud nō imploratur quo ad hoc, ut prīcipalis qstio dirimatur sed tm̄ circa accessoria. hic uero implorat circa prīcipale ut sequit in gl. Miror de Hostien. qui contrariū solubile uult dicere: qd' uere cōtradicit in eo quod ibi dicit qd' ante lit. contest. locus est implorationi officij, sed dicit cōtrariū. Io. And.

[2] Vel dic hæc est uetus additio.

[3] Hos. dicit, ꝙ oppositio gl. procederet nisi cō

tra expressam inhibitionem iudices elegisset: s3 ueniendo contra ipsam non p iudicauit domino: ut ī prin. glo. & iō ipo iure sine restitutionis beneficio, seruat illesus: qa nō est qd sibi debeat imputari. remittit. s. c. ex rōe. Io. And.

[4] Quo ad iustificandā appellationē: sed nō quo ad sequēdum effectū exceptionis siue sit dilatoria siue peremptoria ut satis dixi in præal le. decr. ex parte. sup gl. ad hāc. Io.

[5] Allegat. Imo ex quo erat pertinens uidetur tacite se offerre tēpore cōgruo pbaturum qd sufficit & ita in Gallia obseruatur reiecto ueteri stilo super hac gl. fundato quo expssa oblatio acqrebatur.

Instruit appellantē in duobus.

Appellās sit cautus in duobus.

Ille deniq; qui uocem appel. emisit, cuius nondũ est alij cognitio delegata ad petitionem [a] eiusdẽ, ad eum à quo prouocauit, de iure remittitur, contradictione [b] partis alterius non obstante, est tamen in legitimis expensis aduersario, quas eum propter hoc fecisse constiterit cõdemnandus.

Articulus appellationis interposita à grauamine, discutitur per iudicem ad quem parte absente per cõtumaciam, etiã lite non conte. in appel. uel principali causa. h. d. Abb.

Sanè parato aliquo probare grauamen, propter quod duxerat appellandum, & parte aduersa se contumaciter absentante, potest super hoc lite non contest. [c] procedi, licet nondum litis contestatio facta fuerit in ipso ap. articulo, uel negotio principali: quia cũ in hoc casu, iniquitas prioris iudicis principaliter arguatur, non est rigor [d] iuris (ex quo sequi posset cãæ perplexitas † (requirẽdus.

Idem.

Clausula, appellatione remota in medio literarum posita, respicit præmissa quibus annectitur, nõ sequentia, nisi repetatur in fine literarum. Et hoc si negotia sunt separata.

CAP. LXXI.

INquisitioni t.t. respondemus, q̃ quoties clausula per quam tollitur appellatiõis remediũ, † in medio literarũ ponitur: si sunt plura negotia se minimè contingentia, præmissa [e] tantũ complectitur: nisi fortè in fine literarum prædicta clausula iteretur.

Idem.

Breue est, sed per alia uerba sic summatur: Appellatio unius prodest alteri, si communi iure inuenitur, & idem sit negotiũ, & eadem defensionis causa: & sint eadem sententia condemnati: alias secus.

CAP. LXXII.

VNa sententia [f] pluribus condemnatis, si unus solus ad appellationis beneficium conuolauerit, illius uictoria iure cõi cæteris suffragatˋ, si cõi iure iuuẽtur, idemq;

---

[1] Appellatiõis. nã super prĩcipali, nõ hẽt necesse se mittere nisi appellatus hoc petierit. licet recepta uel approbata sit appellatio secũdum Inn. & Hos. ut ĩ. eo. cordi. §. j. li. vj. vide de hoc in gl. ij. Io. An.

[2] Expẽsis Itẽ p̃figat terminũ appellationi suæ ne appellatio possit suppleantur. s̃. e. oblatæ. Item cõstituat fidelẽ procuratorẽ. s̃. c. prox. in fi. & ĩ. de pign. significante, secũdũ Hos. & de his cautelis plenius in Spe. de appella. §. qualiter. uer. ĩ sum. seq.

† Alias, p̃plixitas.

quod cum recipitur appellatio à iudice, uel ab aduersario suo, prosequatur causam suam per sufficientem procuratorem, ad totam causam, [1] nec condemnet alteri parti eam prosequenti in expensis. [2]

[a] Ad petitionẽ eiusdem. Sic. s̃. e. accepta. alias enim non debet causa remitti ad eũ, à quo est appellatum. C. de appe. eos. & ij. q. vj. c. ei. qui. §. ab eo. & ĩ. de sent. excomm. c. per tuas.

[b] Contradictiõe ptis alterius. Pars appellata contradicere non põt: quia non habet iudicẽ suspectũ, qui pro ea tulit sententiam, cũ ipsum per hoc approbauerit: unde ipsum reprobare nõ põt. iiij. q. iii. c. si testes. §. si quis testibus. & in fauorem tantum appellantis statutũ fuit, quod ad eum non remittatur à quo appellauit. huic fauori qui pro eo introducitur potest renuntiare: cũ hoc licitum sit cuicũq;. C. de pac. si quis in conscribendo. ĩ. de re. ad apostolicam. condemnat tamen alteri parti in expẽsis, tanquam contumax: quia malitiose ipsum traxit in appellando ipsum ad papam: quia per inde est, ac si ipse non fuisset prosecutus altero prosequẽte. s̃. e. c. reprehensibilis.

[c] Lite non contesta. Hic habes nouum casum, in quo potest procedi lit. non contest. alium habes. s̃. de offi. iud. c. ij. alij notantur, ut lit. non contesta. quoniam frequenter. rõ redditur in litera: quia agitur de iniquitate iudicis, non de negotio principali, uel de facto aduersarij. unde æquum fuit, ut de hoc cognoscatur non obstante absentia aduersarij. [3] Et ita colligitur ex hac litera, à contrario sensu, si esset p̃sens. quod super exceptione deberet lis contest. quod uerum credo: ut no. s̃. de offi. deleg. prudentiam. §. vj.

[3] Cõcor. auth. ei q̃. & ibi Bar. C. de tẽp. apppel. Litis contestatio, ã bet fieri super excep.

[d] Rigor iuris. Rigor est, ut non procedatur lit. non contest. talis rigor in hoc casu non est seruandus, cum principaliter agatur de iniquitate iudicis, sed in alijs causis ubi agitur prĩcipaliter de iniquitate aduersarij propter ipsius contumaciã ponendus est actor in possessionem causa rei seruandæ, uel excommunicãdus. hoc non debet fieri in hoc casu, quia de iniquitate iudicis agitur, sed propter hoc pars puniri non debet. unde si non posset cognosci de hoc grauamine lite cõ testa. esset quasi quædam perplexitas: quia cum non constet adhuc utrum appellatio sit legitima, non potest se intromittere de principali quæstione: in quo casu tantum & non ante, habet iurisdictionem super principali: quare non potest procedere in principali, nec pœnam imponere aduersario. cum ipse non peccauerit: & si puniret illum faceret contra conscientiã: sed propter contumaciã uidetur puniẽdus. Et ideo ut hæc p̃plexitas euitetur, potest iudex cognoscere de hoc grauamine, lite nõ contest. scilicet de iniquitate iudicis. probato uero grauamine, reuocabitur grauamen, & postea iudex citabit absentem: & si citatus non uenerit, propter ipsius contumaciam procedetur contra ipsum? [4] & sic nulla perplexitas est. Si uero appellatio nõ ualuit, remittiˋ ad illum à quo appellauit. arg. quod in negotijs ecclesiasticis rigor iuris non sit seruandus, sed potius æq̃tas. sic. s̃. de dolo. c. j. & s̃. de res. spo. sæpe. & s̃. de iud. c. dilecti.

† Adde q̃ hæc clausula ap. re. solius ẽ prĩcipis. l. j. §. j. ff. a q. appe. non licet.

[4] Vt no. s̃. e. sæpe. in gl. ut si lis. Ioan. And.

[e] INquisitioni. Præmissa. Argum. contra. s̃. eo. secũdo requiris. j. respon. ubi dicitˋ. quod nõ refert, an ponatur in medio, principio, uel fine remotio appellationis: quia ad oĩa refertur. Solu. est ibi, q̃ hic sunt diuersa negotia, non se tangentia: ibi unum negotium. licet habeat plures articulos. [5] Item est argumentum, quod determinationes respiciunt tantum præcedentia, & non sequentia. arg. contra. ff. de legat. j. l. si seruus plurium. §. ult. & xxxij. q. vij. apostolus. Ber.

[5] Quasi cõcatenatos. pone exẽplum. s̃. de resc. cum dilecta. secundum Hos. q̃ dicit de utroque mẽbro patent exẽpla. ff. de ne. ge. cũ actũ. ff. de admin. tuto. tutorẽ ff. de tu. & rõ. distr. l. j. §. nunc tractem[v]. & §. in tutela. & l. si tu. or reipublicæ. §. j. & ij. & l. si tutor post. & ff. e. tit. l. si qui. §. pe. & ult. Io. An.

[f] Vna sententia. Sententiam huius decre. habes. ij. q. vj. cap. ei qui. §. sunt quorum. & §. quandoque. & C. si unus ex pluribus appel. l. j. & ij. Vnde ut intelligas quod hic dicitur nota, quod si res communis sit pluribus, & corporalis, [6] nec diuersitas facti separationẽ recipit, ut in duobus correis debendi: si omnes condemnati sint, & unus appellauit, uictoria unius omnibus prodest, ut hic dicit, & ij. q. vj. c. ei qui. §. quandoque. & C. si unus ex pluribus appel. l. ij. & sint tales q̃ non iuuentur beneficio restitutionis. Si uero unus fauore minoris ætatis impetraret contra sententiam, beneficium restitutionis hoc non prodest alijs: ut in l. prædicta. C. si unus ex pluribus. l. ij. & ij. q. vj. §. quod & si ætatis. & ideo dicit hic, si iure cõmuni iuuentur. Si uero res sit incorporalis, & cõmunis, & indiuidua, tunc

[6] Corporalis. Idẽ fortius de icorporali. Pa. hic idẽ in cã criminali ter mota ut hodie. 1549 consului.

tunc uictoria minoris prodest maiori. ff. quemadmodum ser. amit. si cõmunem. j. respõ. ut seruitus indiui dua sit, tamẽ usus fructus licet seruitus sit, diuidi potest. ff. ad legem Fal. l. j. §. si usus fructus.

Tutor unus si appellet & obtineat, an prosit alijs?

a Eadem causa. Pone exemplum, tres erant tutores habentes administrationem indiuisam: gerentes condẽnati sunt. unus appellauit & obtinuit, cæteris prodest: quia idem est negotium commune, & eadem causa defensionis. Si aũt unus gessit, & alter nõ, si ille q nõ gessit appellauit, iniquum esset: ut eius appellatio prodesset ei q gessit: ut ff. de ap. si qui. § pe. ex quo. §. sumitur uersiculus iste. & C. si un9 ex plu. app. l. prima, & ij. q. vj. §. quandoq; & idẽ est, si habẽt diuersas administrationes: q̃a tũc non prodest unius appellatio alteri. ar. ad hoc. C. de diuer. rescrip. l. j.

S I iustus. Prĩo ponit thema. Secundo decisio: ibi, ad appellationis. Tertio moderatio: ibi, dummodo Abb. Sic.

Appellare timens an pro appellãte habeatur.

b Excusat. Argu. quod ea, quæ per metum fiunt, non obligant. de hoc di xi. s. quod me. cau. abbas. Et ita pro appellante habet. sed illud non sufficit, nisi & illud protestetur. C. de ijs qui per me. iudi. non app. l. ij. ff. de appe. cum quidã. de quibus legibus sumpta est hæc decr. & ita currit tempus ei qui agere non potest nisi istud protestetur. s. s. de off. ord. pastoralis. in fi & xvj. q. iij. c. placuit. §. pe. uersi. is autẽ. & s. de elect. ca. ulti. & C. de anna. excep. ut perfectius. & C. de epis. aud. l. ult. & ita interrumpitur præscriptio, per protestationem.

c Coram iudice à quo. Nota quod si potest habere copiam iudicis à quo, debet prouocare, non debet coram alio protestari, sed tunc demum cum iudicem illum habere non potest: ut hic dicit: & sic ex ordine uerborum argumentum est. arg. xliij. dist. sit rector. in fine.

Appellãs, an debeat causas exprimere?

d Exprimendas. Sed quare compellitur exprimere causas app. cum sufficiat dicere appello. ij. q. vj. c. post appellationem. §. forma? Hoc intelligo. quando appellatur ante sententiam ab aliquo grauamine: q̃a tunc causa appellationis debet exprimi. s. eo. ut debitus. & c. cum causam. ubi dicitur, quãdo sit exprimenda causa appellationis & quando non. Vel dic, q idem est in definitiua. C. de ijs qui per me. iud. non ap. l. ij. & supple maxime: quia non est necesse causas appellatiõis exprimere nisi uelit. ff. de ap. scio quæsitum. Vel quod dicit causas, intellige in genere: sic hoc modo iniqua sententia lata est contra me, nec audeo appellare, & hoc protestor coram uobis. B.

negotiũ, & eadem a causa defensionis existat.

Idem.

Iustus metus excusat, adeo quòd non appellans habetur pro appellante, si fuerit protestatus, & appellationis causas duxerit exprimendas.

CAP. LXXIII.

SI iustus metus quò minus appellaueris te excusat: b ad appellationis beneficium conuolasse. Dummodo intra tempus, quo licite prouocatur, coram c iudice à quo appellasse uolueras: uel si habere ipsius copiã nequiuisti in præsentia bonorũ uirorũ protestatione super hoc proposita cãs appe. duxeris exprimẽdas. d

TITVLVS XXIX.

DE CLERICIS PEREGRInantibus.

Cælestinus iij. Ambień. episco.

Contra peregrinantem, seu proficiscentem ad sedem apo. nõ est aliquid innouandum.

DE CLERICIS peregrinantibus.

Supra uisum est de appellatiõibus, sed quia peregrinãtes, in multis gaudent priuilegio appellantium, merito subijcitur hic titulus de clericis peregrinantibus. Abbas. De hac materia habetur. xxiij. q. iij. si quis Romi petas. et c. paternarũ. de pœn. dist. vi. sacerdos. de conse. dist. v. nõ oportet.

CAP. I.



CONquerẽte I. presbytero i intelleximus: & j. Licet presbyter idem res suas, & ecclesiæ suæ in protectione nostra non posuerit e quãdo ad nos accessit, tamẽ cùm ij qui accedunt ad præsentiã f nostram cum rebus eorum debeant esse sub apostolica protectione securi: Mandamus quatenus quicquid eidem presbytero post iter arreptũ ad nos ueniendi subtractum est, uel ablatum, sibi restitui faciatis. g †



Conquerente. Hoc dicit i summa. Peregrinantes ad papam maxime clerici, cũ omnibus rebus suis d bẽt esse sub protectiõe apostolica securi. Vel sic & melius comprehendẽdo utrunq; intellectum, ut in rubro. Primo ponitur q̃rela. Secundo prouisio: ibi, licet. Ab.

e Non posuerit. Expressa uoce, sed expressit ipso facto: quod plus ẽ. s. titu. proxi. dilecti. & capitulo ut nostrum. & cap. ad audientiam. ij.

† Faciat.

f Ad præsentiam nostram. Causa peregrinationis i supple, ut faciat ad hunc titulum: quia interim sub apostolica protectione cõsistunt. xxiij. q. iij. si quis Romi petas. paternarum. illi canones qui ad hunc titulũ pertinent. C. si per uim, uel alio modo absentis pos. turbata est. l. j. & C. de emancip. libe. l. iubemus. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. ult.

i Peregrinationis. uel gl̃ibet alia. Pan.

g Faciatis. In hoc casu, quando possessio absentis taliter turbatur, seruus amicus, proximus, colonus petere possunt, ut possessio restituatur: ut in l. prædicta. C. si per uim uel alio modo. l. j. B.

TITVLVS XXX.

DE CONFIRMATIONE uti. uel inuti.

Alex. iij. Exoñ. episcopo.

De re scienter cõfirmata p papã, inferor iudex cognoscere nõ potest, nisi confirmatio nõ te nuerit, ut quia surreptitia, uel de re litigiosa. h. d. cum c. seq.

DE CONFIRMATIONE utili, uel inutili.

Supra uisum est de suspensione sententiæ, seu iurisdictionis iudicis, quæ fit remedio appellationis, seu peregrinationis. Sed quia sententia, seu processus iudicialis: quandoque confirmatur per superiorem, & posset dubitari de ualiditate, uel inualiditate confirmationis, merito subijcitur hic titulus de confirmatione utili. Abbas Siculus.

Si quis.

CAP. I.



I quis rei litigiosæ [a] confirmationē [b] īpetrauit ab apost. se. nō minus potest iudex de causa cognoscere, & eam fine debito terminare. Sed si rem tunc pacifice posidebat, cum inde confirmationem obtinuit, non est licitum iudici de quæstione postea exorta [c] decernere, aut eam desinere absq; sedis apo. mandato.

Idem Vigori. episcopo.

Idem dicit.

CAP. II.

DE confirmationibus autē Romani pō. uolumus te tenere, quòd cōtra illas (nisi nouū apost. sed. procedat mandatū aut certū sit, ꝙ sint ꝑ falsi suggestionē elicitæ) nō est aliquatenus iudicandum. [d]

Clemens tertius.

Literæ confirmationis super sententia a qua erat appellatū, non ualent si appellatus malitiose præuenit appellantē: alias pendent donec de appellatione cognoscatur.

CAP. III.

BOnæ memoriæ A. canonicus uester ꝓposuit sñiam a delegatis iudicibus prolatā fuisse & intra x. dies ille cōtra quē sententiatū fuerat, ab illa sententia appellauit, iudices tamē, nihilominus sententiam executioni mandauerunt. [e] Cæterū appellans itinere statim ad apo. se. arrepto, literas de retractando sentētiam impetrauit. aduersarius autem ipsum caute [f] præueniens, confirmationis promulgatæ sententiæ rescriptum fuerat assecutus, ī quo nulla de facta appellatione mētio [g] habebatur. Ideoque requisisti, quæ quibus literis præiudicium faciant. Respondemus igitur, quod posteriores debent prioribus præiudicium generare [h] Verum si dicatur [i] nul-

[a] SI quis. Litigiosæ res litiosa est, de cuius dominio causa mouetur inter petitorē & possessorē iudiciaria cōuentione: ut traditur. C. de litig. auth. litigiosa res. Et sic cōtrouersia suꝑ possessione orta, non facit rē [1] litigiosam ꝙ uerum est: & super res litigiosas, nouū priuilegium impetrari non potest. s. de test. cām quæ. & s. ut lite pē. c. j. & ult. & j. e. bonę. Nec ad aliam potest transferri personam. xj. q j. quia res. & s. ut lit. pē. ecclesia sanctæ & ī auth. in medio lit. sacras insio. non fieri. §. si uero non dū. col. viij. [2] & non obstante priuilegio tali siue īdulgentia, iudex procedere debet.

1 Rem. facit tñ possessionē litigiosam. Pano. hic Ioā. Fab. Bal. Ang. in auth. j. & l. ij. C. de litig.

2 Vide ut lit. pē. c. fi. suꝑ ij. glo. Ioā. And.

[b] Confirmationē. Nota quòd confirmatio impetrata sub forma communi, siue etiam innouatio nihil noui iuris tribuit, sed solummodo uetus conseruat. xij. dist. pręceptis. arg. xiij. q. iij. c. ult. & j. eo. cum dilecta. & c. sequentibus. & j. de priuile. quia intentionis. unde per talem cōfirmationē uel innouationē non impeditur petitio alterius, uel iudicis cognitio. j. de concess. præben. quia diuersitatem. j. eo. bonæ. ar. ix. q. iij. conquestus. nunc uero. & s. de officio. ordi. licet. & ff. ne quid in lo. pu. l. ij. si quis a principe. quia hoc facit papa sine ꝑiudicio alicuius: ut patet per iura prædicta. Quid ergo ualēt huiusmodi confirmationes? parū ualent, nisi quia solet plus timeri ꝙ specialiter &c. xxiij. dist quanquam.

Cōfirmatio papę an īpediat ne iudices īferiores de re cōfirmata cognoscant.

[c] Exorta. Quia dicit hic nō esse licitum iudici cognoscere de quæstione exorta sine mandato papæ, dicit Vin. ꝙ si post confirmationem moueatur ei quæstio, an licite obtineat beneficium an non. non est licitū iudici de hoc cognoscere sine mandato papæ, sed si ei obijcitur crimen. non impeditur propter cōfirmationem iudicis cognitio. Sed certe non est uerum, [3] si confirmatio sit facta in forma communi sine causæ cognitione. si autem cum causæ cognitione confirmatio sit facta, tūc uerū est qđ dicit Vin. & idē dicit quod Tan. & l au. dicit, quod si moueatur quæstio an talis confirmatio ualeat uel non, de hoc nō potest cognoscere iudex inferior, quod uerum est. T. distinguit & melius [4]: Aut enim confirmatio facta fuit sine causæ cognitione in forma communi, & tūc non impeditur petitio alicuius uel cognitio, in quo casu loquuntur iura superius asignata. Si uero confirmatio fiat de beneficio alicuius uel de aliqua sententia cum causæ cognitione, & hoc cognito papa ex certa scientia confirmat tibi beneficium tuum, uel sententiam latam, de quęstione illæ, si postmodum quæstio suboriatur, nullus poterit iudicare sine speciali mandato papæ. Et hoc intelligiē ex ipsa confirmatione: quia tūc simpliciter cōfirmat nulla conditione apposita. De tali confirmatione habes. s. de offi. deleg. quoniā abbas. & s. de transac. c. j. & s. de pac. quoties. & s. de testi. ueniēs. & s. de offi. deleg. corā. in fi. & j. de test. Raynutius. & cap. Raynaldus. & j. de insti. ex frequētibus. & j. eo c. pe. & in alijs cōfirmationibus cum dicitur Cōfirmamus sicut iuste posides. sicut exponiē: infra de concess. pręben. quia diuersitatem. Et istas duas decr. intelligebat Tan. de confirmatione, quæ fit cum causæ cognitione ex certa scientia papę. tamen si certum esset ꝙ per falsi suggestionem confirmatio sit obtenta, non ualebit hmōi confirmatio. j. c. ꝓx. & sic pñt ītelligi istæ duę dec. B.

3 Respicit primū mēbrum opi. nō secūdū. suꝑ quo uide quod scripsi de offi. dele. super eo. super iij. gl. Ioā. And.

4 Melius. idē Pano. hic, late dixi in consue. Parisij. §. v. n. lix. cū seq.

[d] DE confirmationib⁹. Iudicādum. Nisi per eum qui cōcessit. uel successorem, ut notatum est in gl. præcedentis decr.

BOnæ memoriæ. Potest legi multis modis, sed hic non est insistendum: quia non continet utilitatē magnā. Et prīo poniē cōsultatio. Scđo rñsio bimēbris ibi respōdemus. Secundū mēbrum ibi, uerum Ab. Si.

[e] Mandarunt. Quod facere non debuerunt, quia appellatione interposita nihil est innouandum. ij. q. vj. appellatione. & ff. nihil no. ap. inter. l. una. imo reuocari debet executio, antequā de appellatione cognoscatur [5]. s. de iureiur. ueniens. & s. de ap. dilecti.

5 Et quid postea factū. est etiā ante appellationem & post sententiā. j. de appel. nō solum. lib. vj. Io. And.

[f] Caute præueniēs. Quod facere præmature non debet ut appellantem in cōmissione impetrata supplantet. s. de ap. oblatæ. Secus si nō pręueniat diligētiam appellātis. j. e. c. §. uerū. quia tūc ualēt primæ: ut ibi.

[g] Mentio habeatur. Et ideo non ualuerunt. s de rescrip. ex parte. quia tacita ueritate. fi. s. de app. sæpe. in fi. Et ita patet, ꝙ si quis non faciat mentionem de appellatione aduersæ partis, non ualent literę: ꝙ est notabile. fi. s. de rescrip. ex parte. ubi de hoc.

[h] Generare. In hoc, s. ꝙ nō obstātibus primis lr̄is cōfirmatiōis, iudices dati ad appellationē cognoscēt de ea. s. e. c. j. ar. j. e. c. ꝓxi. ad fi. Ar. si s. de testi. ex parte Adæ. & c. causam quę. & j. de priuil. dudum. Ber.

[i] Si dicatur. In secundis literis impetratis ab appellante. & quod dicit si dicatur, supple maxime.

Nullis

lis literis a ueritati & iustitiæ præiudicātibus uel sub alia forma b uerborum, dummodo nil diceretur c de literis confirmationis expresse dicimus, ꝙ primæ tandiu d suum debent habere uigoré, donec de iniqua e sententia cognitio plenior habeatur.

Innocentius iij. decano Padebureñ.

Innouatio priuilegij, nouum ius non tribuit, nec antiquum confirmat: sed si quod competebat, conseruat. Breuius sic potest summari, Innouatio priuilegij non inducit confirmationem iuris in eo contenti.

CAP. IIII.

CVm dilecta in Christo filia abbatissa & sorores ecclesiæ de Guardeueñ. sua cuperent priuilegia innouari: ꝑꝑ uiarum discrimina, quatuor epis & abbatibus totidé, ut ea inspicerent diligenter, & tenorem ipsorũ fideliter transcribentes, sub sigillis suis nobis remitterent duximus iniungendum: & infra. Nos autem tam legato, qui sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectui præsentari, quam inquisitoribus ipsis, fidem debitam adhibentes, licet non uideremus f quare non deberent eadem priuilegia innouari: quia tamen C. maioris ecclesiæ, & I. sanctæ Crucis canonici proposuerunt Hildesemeñ. ecclesiam in possessione subiectionis ipsius monasterij, per centũ annos, & amplius extitisse priuilegia ipsa, tunc non duximus innouanda. Vnde iudicibus dedimus in mandatis, ut ad locum idoneum accedentes (citatis qui fuerint euocandi) inquirerent super his diligentius ueritatem: a quibus pars Hildesemeñ, ecclesiæ ad apostolicam sedẽ appellauit. Nuper autem iterato, prædicta petijt abbatissa quatenus deberemus priuilegia suę ecclesiæ renouare. Ex aduerso uero fuit postulatum, ut causam ipsam discretis uiris committere dignaremur, qui testes reciperent quos cõtra priuilegia monasterij & ad probandum præscriptionem legitimã inducere proponebant. Nos igitur, attendentes quòd iure sit ciuili g cõstitutum, ut quãdo periculũ testiũ formidať, ne ueritas occultetur, & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite

Stipulatio generalis. non ualet.

a Nullis literis. Per hanc generalitatem, nihil reuocatur. s̃. de do. & contu. ex literis. & ff. ad legem Cornel. de fal. diuus. nec ualet legatum uel stipulatio fundi in genere facta, nullo fundo demõstrato. ff. de iure do. cum post diuortiũ. §. gener a socero. & ff. de iure fisci. ita fidei. expressam enim debent facere mẽtionem de primis, ad hoc ut primæ reuocentur. s̃. de offic. deleg. ex literis.

b Sub alia forma. Id est, in forma cõmuni.

c Nil diceretur. Quod eas reuocaret.

d Primæ tandiu. Ista litera multum uidetur cõtradicere priori, quę dicit ꝙ posteriores debent præiudicare prioribus. & hic innuitur, quod ualent literæ confirmationis primæ, ergo nõ est opus ut ĩ prioribus fiat mentio de appellatiõe, & ita non refert utrũ in secũdis fiat mentio de primis uel nõ. unde debet intelligi. §. iste in eo casu, cũ primæ ualent, cum appellatus nõ præuenit diligentiam appellantis, sed expectauit legitimo tpe, & sunt literæ sine aliquo uitio, & sic procedẽt primi iudices ad cõfirmandam sentẽtiam uel infirmãdam supra de ap. oblatæ. ad fin. quia per talem generalitatem nõ reuocantur primæ legitimæ impetratæ, ut dicit in proxima notula. In primo casu non ualent primæ literæ: quia appellatus ꝑuenit diligentiam appellantis, nec fecit mentionem de appellatiõe: ut patet ex ipsa litera. Vel dic, quod iudices dati super appellatione debent cognoscere de iniquitate sententiæ. & literæ confirmationis tandiu ualebunt, quousque constet de iniqua sententia: & si sententia confirmetur, remanebit confirmatio in statu suo. Si uero cassetur, confirmatio non ualebit. argu. s̃. de fide instrumen. accepimus. §. interim. & infra, cap. proxi. in fin. argu. ad hunc sensum. litera ista competentius adaptatur. Et ita fuit simplex confirmatio sententiæ quam fecit papa in forma communi commissa impetranti, alias quare fuisset posita hæc decreta. in titulo isto? potius debuisset poni in titulo de appella. si deberet intelligi secundum illam decreta. oblatæ. Et ex litera utriusque decre. patet intellectus iste. In illa decre. oblatæ. dicitur, quod plebanus de Sambro super obseruatione sententiæ literas ad iudices impetrauit cõmissionis, sicut rationabiliter lata erat: & hic dicitur, ꝙ rescriptum confirmationis fuerat assecutus: quia papa eam confirmauit in forma communi. & sic non intelligitur ista secũdum illam, & literæ confirmationis nõ mittunť hic iudicibus, sed illis q̃ confirmationẽ impetrant. Ber.

Appellatus nõ debet præuenire diligentiam appellãtis

e De iniqua. Vt dicit appellans.

CVm dilecta. Diuiditur in septem partes. Primo ponitur sororum petitio, & papæ commissio. In secunda ibi, nos autem, inquisitorũ relatio & canonicorũ obiectio. In tertia ibi, unde. iudicum datio, & ab ipsis appellatio. In quarta ibi. nuper autem. sororũ iterata petitio, & earum contradictio. In quinta ibi, nos igitur papæ interlocutio, & priuilegij innouatio. In sexta ibi, quia uero. papa abbatissam constituit procuratricem. In septima ibi, nolentes. cõmittit principale definiendũ. Abb. Sicul.

f Non uideremus. Nec poterat uideri, quod non erat, ut xxxv. quęst. quinta, ad sedem. ultra unam columnam. uersicu. hic ergo euigilẽt &c. & hoc ideo nõ poterant uidere: quia innouatio nihil noui iuris tribuit. infra, de priuilegijs. ex parte. & capitulo, quia intentionis. Et si originale cassatur, similiter & innouatio siue confirmatio: ut supra de fide instrumento. inter dilectos. & s̃. de re iudi. cum inter uos.

g Iure sit ciuili. In authentica, de testi. §. quoniam multæ. & §. hæc uero. col. vij. & ff. ad legem Aquiliã. in l. aquilia [1] ff. de restitu. in integ. diuus. [2] & C. de usur. pupillari. l. ulti. [3] & iure canonico. supra, ut lite non contesta. quoniam. j. respon. & supra, de testi. significauit. & capit. cum olim.

[1] Vide ĩ test. significauit super gl. ij. Ioã. And.

[2] Vide ĩ cri. falsi. cape. sup. j. gl. Io. An.

[3] Vide ĩ test. significauit. super j. glo. Ioã. And.

Similitu-

a Similitudine ꝓ uocati. Similis.n. æquitatis ratio, similia iura suadere uidetur.ar.s̄.de cōstitu.nam concupiscentiam. & C. ad leg.fal.l.ulti. ff.ad leg.Aquil. illud.& s̄.de trāslatio. iter corporalia. & C.ꝺ constit.pec. l.ulti. Item arg. eandem esse rationē in testibus & instrumētis. C. de fide istr. in exercēdis. & s̄. de testi.cogen.c.ꝑuenit.

b Duximus innouanda. Ne si uetustate consumātur, nulla fides eis adhibeatur.ar.s̄.de fide instr.inter dilectos. argu. contra quod instrumētis uetustate consumptis,uel à muribus rosis, sit adhibēda fides. 1 ff. de bono.pos. secundum tab.l.j.§.si rosæ.& s̄.de fide istr.c.ult.

1 Fides.si possunt legi licet cū difficultate.Panor.

c Nouum ius. Simile xij.dis.c. præceptis.

d Procuratricem. Sic ergo fœmina pōt esse procuratrix, sic & arbiter. s̄.de arbi.dilecti.si militer, & iudex. xij.q.ij. cum deuotissimam. Nam & monachus de man dato 2 abbatis potest eē ꝓcurator. xvj.q.j.monachi. Vel dic,quod rōne administratiōis potest esse procuratrix,sicut & abbas s̄.de transac.cōtingit.& j̄.de censi.sopite. Vel ideo potuit esse procuratrix ecclesiæ suæ,si cut miles in causa cōnumeri sui.ff.de procu. filiusfamilias. §. ueterani. Vel dic,qd' uerius est,qđ papa ex certa scientia constituit eam procuratricē, unde de hoc non est disputandum.xvj. q.iiij. §. qui autem.& C.de cri.sacri.l.ij. & ff. de re iudic. quidā consulebant. & s̄.

Fœmina potest eē procuratrix arbiter, & iudex.

2 Et sine mādato ꝓcōsorte si cut in cle. de procu. religiosus. Io. And.

non contestata, testes ualetudinarij,& alij de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, ad testimoniū admittantur: eiusdem æquitatis similitudine non prouocati, a prædicta priuilegia quasi iam nimia uetustate consumpta, cùm fuerint non in pergameno,sed in papyro conscripta, duximus innouanda: b nolentes tamen, ꝙ ex innouatione huiusmodi nouum c ius monasterio acquiratur,sed antiquū (si quod habet) per innouationem priuilegij conseruetur. Quia uerò præfatum monasterium ad ius & proprietatem apo. sed. per priuile. præ. n. pertinere monstratur: ne ius ecclesiæ Romanæ remaneat indefensum, eandem abbatissam procuratricem d ipsius duximus statuēdā: ut cùm aduersus Romanæ ecclesiæ possessiones & iura, non nisi centenaria currat præscriptio, ipsa super hoc & alijs uice nostra procuret, quæ coram te in iudicio fuerint procuranda. Nolentes igitur, quòd de statu eiusdem monasterij diutius dubitetur, Mandamus quatenus locum tutū & commodum eligens, recipias testes quos ad præscriptionem probandam Hildesemeñ. ecclesia, uel ad interruptionem e ostendendam cœnobium duxerit producendos: & si legitimam f præscriptionem probauerit,ut intendit,nisi probata fuerit interruptio ex aduerso, subiectionem ipsius monasterij adiudices episcopo memorato, cùm constet ipsum in sua diœcesi g constitutum,priuilegium quod monasterio innouari fecimus corrumpendo: alioquin eidem super hoc perpetuum imponens silentium, monasteriumque pronunties perpetua libertate gaudere, nostro sibi priuilegio resignato.

Idem episcopo & præposito Vriceñ.

Non ualet confirmatio, quā religiosus impetrauit à papa super temporali administratione, seu prioratu,si tacuit se regularem, si uerò expreßit rescriptū præsumitur falsum: quia papa non consueuit concedere.h.d.cū sequen.

CAP. V.

AD nostram audientiam præposito Nemaneñ.ecclesiæ significantē peruenit, quòd quidam canonici Nemaneñ. ecclesiæ à nobis literas confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant,religionis suæ conditione suppressa. Cùm igitur regularibus personis non consueuerit apo. sedes aliqua personaliter h confirmare. Mandamus quatenus confirmationes, quas ab ipsis canonicis (cū regulares existant) noueritis taliter impetratas, denuntietis irritas, & inanes.

Idem

Idem dicit quod suprà capi proximo.

CAP. VI.

PОrrecta nobis, ex parte tua petitio continebat, quòd plures ex religiosis qui prioratibus uel alijs administrationibus præsunt à nobis super ipsis quoad uixerint possidendis confirmationis literas se asserunt impetrasse i & infrà. Cùm igitur à cancel-

de offic. deleg. cū uicesimum. alias fœmina nō potest eē procuratrix.iij. quæstio. septima. c.infamis.§.tria.& C.de procura.alienam.ff.de reg.iur. l.ij. Sed si papa in sua persona uellet agere, coram quo agere debet? Debet super hoc arbitros eligere.uel delegare cām alij.argumētū.ff.de iurisdictio. omnium iudic. qui iurisdictioni. Vel posset esse iudex in cā ecclesiæ suæ.De hoc dictum est s̄.de iudi. cum uenissent.

Papa si ī sua persona uellet agere,coram quo agere deberet?

e Ad interruptionem.Sic.s̄.de resc. illud.& ca.auditis. ubi de hoc.

f Legitimam scilicet centum annorum,quæ sola currit cōtra Romanā ecclesiam.s̄.de rescri.cum nobis.

g Diœcesi.Vt xvj. q.vij. omnes basilicę.& xviij.q.ij.monasteria. & infra ꝺ relig.domi. constitutus.

h AD nostram Personaliter. scilicet tacita ueritate,qď sit regularis: & si exprimerēt sunt falsæ literæ: quia in talibus personis administratio non cōfirmatur.j̄.cap.proximo. Secus esset,si realiter aliqua cōcedantur,seu cōfirmentur, quia tunc ualent. 1 fauore. n.religionis,multa eis conceduntur. infra, de priuileg. ex parte. & capit. pastoralis.& capitu.dudum.& summa est ratio, quæ pro religiōe facit. ff.de religiosis, & sumptibus funerū.l.sunt personæ.

1 Simile. j̄.de priui leg.ne ali qui. li.vj. Io. An.

P Orrecta nobis·

i Impetrasse. Tacita ueritate: quia tales prioratus nō confirmantur.s̄.c. proximo.

Non

laria nostra huiusmodi literas emanasse non credamus: a Mandamus quatenus illos, qui tales literas exhibuerint, in quibus prioratus, uel administrationes tanquam religiosis cõfirmantur, b eosdẽ punias tanquam falsitatis c authores. Si uerò in eis nõ fit mentio religionis ipsorum, illas tanquam tacita ueritate surreptas denunties non ualere.

Idem nobili uiro Matthæo de Riuarijs.

Sententia, seu laudum cõtra formam iuris, uel compromissi latum, per arbitros, licet per papam in forma communi fuerit confirmatum, non tenet.

CAP. VII.

EXaminata causa quæ uertitur inter te & milites Campanicos super ecclesia sancti Angeli: perpendimus arbitrium: quod uice dominus Sabineñ. dicebat super eodem negotio promulgasse, contra formam iuris & compromissi d fuisse dictum. Vnde non obstante confirmatione e C. papæ præ. no. quæ confirmauerat illud, sicut prouidè f latum fuerat, & ab utraq; parte receptũ, decernimus ipsum irritum & inane.

Honorius iij. illustri regi, Baronibus, & militibus, & alijs hominibus Cypri.

In confirmatione ex certa sciẽtia dictio, sicut, ponitur causatiuè, nec nocet: si uerbum cõfirmationis præcedit tenorẽ confirmati.

CAP. VIII.

VEnerabilis frater N. archiepiscopus Nichosieñ. & suffraganei ei⁹, transmissa nobis petitione monstrarunt, quòd inter ipsos & uos super quibusdã decimis mediante Albaneñ. episcopo, tunc apost. se. legato amicabilis compositio g interuenit, expressè adiecto, quòd quanto citius eam authoritate apostolica confirmari contingeret, statim deberet executioni mandari. Verum licet sit per nos confirmata, & ad maiorem rei euidentiam literis confirmationis tenor compositionis insertus, h ipsam tamen renuistis obseruare, occasionem

a Non credamus. Quia omniũ habere memoriam, & in nullo peccare, potius est diuinitatis, quam humanitatis. C. de uete. iur. enu. l. ij. §. si quid autem.

b Confirmantur. Licet enim prioratus aliquando perpetui sunt. j. de statu regula. monachi. nec possunt remoueri sine ordine iuris: ut ibi, non tamen confirmantur: ut hic, & s. c. pximo, similiter nec episcopatus confirmari cõsueuerũt, licet sint ppetui. Est enim ratio, quare non confirmẽtur: qa regulariter uerum est, quod non sunt perpetui. j. de sta. reg. cum ad monasterium. §. tales. unde remouentur pro uoluntate abbatis: ut ibi dicitur: & quia de facili huiusmodi regulares etiã si sint ppetui, remouẽtur. infra de simo. per tuas. in fi. Sed si administratio ex certa scientia, & cum causæ cognitione esset alicui confirmata, nõ posset inde remoueri sine mandato papæ: 1 ut s. eo. c. j. & ij. & xvj. q. j. peruenit. Sed si confirmenẽ, & in literis fiat mẽtio de ipsis prioratibus, nõ ualent literæ, imo sũt falsę: ut hic dicit, & sunt puniendi tanquã falsarij, nisi euidenter appareat, quod ex certa sciẽtia domini papæ hoc pcesserit. 2 si uero non fiat mentio in prioratibus, tacita ueritate sunt impetratæ, & ita utroq; casu non prosunt: ut hic patet.

c Falsitatis. Qualiter falsarij puniendi sunt, habebis j. de falsa. ad falsariorum.

EXaminata. Primo ponit causam decreti. Secũdo decernit: ibi, unde. Ab. Sic.

d Iuris & compromissi. Duplici ergo ratione non ualuit arbitrium. Primo quia contra ius fuit latum arbitrium, forte per sordes, uel per gratiam, & ideo nullum. C. de arbi. l. iij. 3 sic etiã obtinet in alijs iudicibus, si ferant sententiam contra ius scriptum non tenet. j. q. vj. ei qui. §. definitiua, uer. item si contra ius. sed cõtra ius litigatoris lata, bene tenet sñia à qua nõ est appellatum: ut ibidem dicitur. & s. de re iudi. cum inter uos in fi. Et idem intelligit in arbitrio: quia contra formam compromissi, nihil potest facere arbiter. s. de arbi. cum dilectus. ff. de arbi. l. Pedius. in fin. & l. non distinguemus. §. de officio.

e Confirmatione. Et ita patet, quod confirmatio, nihil uel modicum operatur: quia si aliquid inuenit, cõfirmat illud: alias nihil operatur. j. de conces. præb, quia diuersitatem. 4 & sic patet, quod confirmatio sub forma communi, nõ impedit petitionẽ alterius, nec cognitionem iudicis. De hoc dictum est. s. e. c. j. arg. quod si principale cassatur, & accessoriũ. s. de fide instr. inter. & s. de re iudica. cũ inter uos.

f Sicut prouide. Hæc enim uerba, sicut pũide, in cõfirmationibus posita, cõditiõaliter intelligunẽ: ut hic patet. & infra. de cõces. præb. qa diuersitatẽ. Argumẽtum contra. j. c. proxi. Secus si ponuntur in priuilegio: quia cũ priuilegiũ sit lex priuata, certũ debet ibi poni ut aliquid cõcedat priuilegiũ. infra de uer. signific. abbate. alias esset inutile. j. đ priuile. in his. ar. s. de offi. deleg. quoniã abbas. & s. de ele. cum monasteriũ. Ioan. And.

g VEnerabilis. Amicabilis cõpositio. Bene dicit amicabilis cõpositio: qa transactio sup decimis ut aliquid temporale detur pro decimis nõ ualet. j. de rerũ permu. c. ulti. nec super alio spirituali. supra de transactio. cõstitutus. sed cõpositio bene interuenit ĩ decimis, & alijs spiritualibus. 5 s. đ trãsact. statuimus. & c. de cætero. & j. de decimis. ex multiplici. B.

h Insertus. Vt per hoc appareat, quod compositio legitima fuerit, & non posit de ea dubitari. ar. s. eo. c. primo, & ij. unde non posset alius iudex ulterius de quæstione suborta cognoscere, ut ibi dicitur: quia papa ex certa scientia, cum eam uiderit cõfirmauit. imo si compositio alias non ualeret: ex quo papa eam ex certa scientia confirmat, ualet. 6 supra de transact. c. j. & c. ueniens. Si uero tenor compositionis non esset ibi insertus, nec ipse uidisset compositionem, & eam confirmasset sicut prouide facta est, nihil operaretur: ut supra. c. proxim. & ut dictum est. s. e. c. j. Sed nunquid necessarium erit decætero ostendere instrumentum compositionis, postquam ostenditur confirmatio papæ, in qua continetur tenor compositionis? Argumen. quod sic. supra de fide instrumen. c. j. C. de edẽ. auth. si quis in aliquo. sed nõ credo, quod decætero expediat ostendere instrumentũ compositionis de necessitate

Prioratus quare nõ cõfirmẽt religiosis.

1 Et pp hoc nõ đbet concedi, q ẽt in perpetuis ualeant tales confirmationes p quas de cetero priuandi nõ essent sine papę licentia. & sic disciplinã eis cõtigeret ĩpedirĩ cõtra iura. đ appe. rephensibilis cũ speciali ad nostrã đ priore, scdm Hos. Io. a. Dic quod oportet confirmationẽ esse factam ad hoc ex certa sciẽtia sec⁹ si simpliciẽ Cardi. cle. j. đ supplẽ. negli. plat. Pa. c. nisi essent. ĩ fi. de præb. Pe. Rebu. trac. đ pacifi. poss. nu. 279. adde Phi. Cor. cõs. ccxxv. li. iiij.

Arbitriũ cõtra ius & formã cõpmissi nõ ualet.

2 Processerit. ut si fit mẽtio de hac decretali. Io an. an. qa hæc đcretalis spãliter đrogat & sola certa sciẽtia hẽt ui clausulę đrogatorię specialis.

adde Ant. de Rosa. trac. de legitimatione. co. IV. iij.

3 Vide j. ti. j. cũ ab oĩ. in ult. gl. Io. An.

4 Vbi de hoc ĩ fi. & j. de reg. iu. accessoriũ. lib. vj. Io. An.

5 Vnde dicebat, q hic nõ fuerat cõuentũ super quãtitate decimarũ diminuenda: sed quo loco, uel quo tpe uel q bus personis solui deberent, Tu dic q qa forte de qtitate fuerat cõuẽtũ: iõ fuit necessaria papalis confirmatio ex certa sciẽtia. Et no. qa scdm primã lec. Inn. bene pcederet qđ dixit hic Gof. q si legatus hãc cõpositionẽ approbasset, purgatũ fuisset uitiũ & ualuisset. s. de trãsac. cap. j. sed scdm secundã, nõ faciũt no. de deci. ĩ nobis. Io. And.

6 Valet. qa certa sciẽtia hẽt ui clausulæ gñalis nõ obstãte, uidelicet ubi i⁹ nõ habet clausulam

derogatoriã, qa tũc regreret derogatio ſpãlis quã non operatur certa ſcĩa ut c. porrecta. ſ. eo. Pano. Fel. c. non nulli. col. xviij. de reſcri. Ad de Alexã. conſi. cxj. li vj. Lud. Gomeſ. c. j. de cõſt. in vj. folio 120. in paruis.

neceſsitate, cum authoritate papæ tranſcriptum ſit & redactum in publicam cõfirmationem. C. de teſta. publicari. & ĩ. de priui. le. cum olim eſſemus. & arg. ſ. de fide inſtru. c. ult. De hoc no. ĩ. de uer. ſig. abbate. a Sicut ſine prauitate. Per iſta uerba, quæ in confirmationibus conditionaliter intelliguntur, ut dictũ eſt ſ. cap. prox. dubitabatur, an teneret compoſitio: quia nõ uidebatur eam confirmaſſe ſimpliciter, unde eã ſeruare timebant: ſed errabant: quia illud intelligitur, cũ papa confirmat ea quæ non uidet, & ideo dicit in cõfirmationibus, ſicut ſine prauitate. ſed quando cognoſcit de compoſitione, & uidet ea quæ cõfirmat, tunc licet illa uerba ponantur in confirmatione, non intelliguntur cõditionaliter ſed cauſatiue, & ſic intelligiẽ, ſicut ſine prauitate facta fuit compoſitio, i. quia ſine prauitate. Ber.

b Si præmiſsis ueritas ſuffragatur. Id eſt, ſi compoſitio taliter fuit facta & confirmata, tenore compoſitionis inſerto: quia ꝑ hoc apparet, quod ipſam approbauit: unde mandat eam ſeruari.

friuolam prætẽdentes, tũ ex eo, quod in literis uerbum confirmationis iuxta ſtylum eccleſiæ Romanæ præcedat, tum quia clauſula cõſueta, ſcilicet ſicut ſine prauitate a prouide facta eſt, in eiſdẽ literis cõtinetur. & infra. Mãdamus quatenus ſi præmiſſis b ueritas ſuffragatur, compoſitionem eandem adimplere curetis.

Idem uniuerſis abbatibus & prælatis, ac cõuentibus & clericis in Conſtantinopo. diœceſi conſtitutis.

Collatio eccleſiæ alteri facta per legatum, & per papam confirmata, ius diœceſani nõ lædit.

CAP. IX.

SVa nobis patriarcha Conſtantinopolitanus conquæſtione monſtrauit, ꝙ cum quidã ueſtrum ſumentes occaſionẽ ex eo ꝙ I. presbyter card. tunc apoſtolicæ ſedis legatus quibuſdam alijs eccleſijs & clericis in ſpiritualibus & temporalibus cõtulit monaſteria eorundẽ ipſi patriarchæ obedire recuſant, & ei de iuribus patriarchalibus reſpondere, in ſuæ præſumptionis adiutorium inducentes confirmationes hmõdi collationum, a ſede apoſtolica impetratas. Cũ igitur nolumus iura quæ diœceſanis debẽtur, per collationes ſeu confirmationes prædictas minui c ſeu lædi. Mandamus quatenus occaſione huiuſmodi non obſtante, ipſi patriarchæ reuerentiã & obedientiã exhibere curetis, eiq; de iudicijs ſuis integre reſpõdere. †

c SVa nobis. Minui. Quia nõ debet inde ꝓcedere iniuriarum occaſio: unde iura naſcuntur. C. unde ui meminerint. infra, de acc. qualiter & quando. & quia ſi ſua iura unicuiq; epiſcopo non ſeruantur, quid aliud eſt, quam ut ordo eccleſiaſticus confundatur? ut unde cima quæſtione prima, peruenit. nec fuit intentio domini papæ per confirmationẽ huiuſmodi aliquid ſubtrahere epiſcopo diœceſano, nec etiam per collationem cardinalis, imo remanet ius ſaluum diœceſano epiſcopo. ĩ. de religio. domi. c. ij. & dicit papa, Nec honorem meum reputo, in quo fratres meos honorẽ ſuum perdere cognoſco: ut xcix. diſtinctione ecce. Et ſic patet, quod per confirmationẽ huiuſmodi ius alterius non tollitur. ſic etiam licet papa recipiat aliquem ſub ſua protectione, non propterea eximit a iuriſdictione ſui epiſcopi. infra de priuilegijs ex parte. ſic licet aliqui aſſumãtur in confraternitatem hoſpitalariorum ſiue templariorum, non eximuntur a iuriſdictione ſuorum epiſcoporum. infra, de priuilegijs cum & plantare. §. penultimo, & capitulo, ex tuarum. & capit. penult. Ber.

† Et ſic ualet hęc cõceſsio ĩ ſpiritualibus & tẽporalibus ſeu in proprietate tãtũ ſine ꝑiudicio diœceſanorũ. cap. ij. ĩ. de relig. dom. Pano. Confirmatio papæ ius alterius non tollit.

Finis Secundi Libri.

Liber tertius.

TITVLVS I.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

DE VITA ET HONESTATE clericorum.

Quia ſupra, uiſum eſt de iudicijs, & iudices maxime clerici, non debent eſſe in peccato, maxime cum iudicant. iij. quæſtione vij. iudicet. ideo poſt tractatum iudiciorum, ſubijcitur qualiter clerici debeant ſe habere in uita & honeſtate, ut ſic uitent omnem maculam peccati. Item poteſt cõtinuari: ut ſupra, in procemio continuatur. Nam in primo libro dixit de perſonis, & officijs earum. In ſecundo de actibus hominũ in iudicio, reſtat uidere de actibus hominum extra iudicium, tam reſpectu clericorum quã laicorum. Et quia clerici ſunt digniores laicis, primo hic tractat. in tertio de actibus clericorum. In quarto uero de actibus laicorum. Tractaturus igitur author in hoc tertio libro de actibus clericorum, uoluit præmittere iſtum titulum de uita & honeſtate clericorum: quia præ omnibus debẽt clerici uita & honeſtate fulgere. Et dic quod uerbum uita, concernit neceſſaria ad uictum clericorum: uerbum autem honeſtatis, concernit ipſos reſpectu morum & ſic nihil ſuperfluit.

De hac materia habetur xij. q. i. & xxi. qõ. iiij. & xxiiij. diſt. c. clerici comã. uſque ad finem di. & c. his bene ergo. & xxxv. & xli. & xlij. et xliij. et lxxxvi. & xci. & xcij. di. per totum. & de conſecratione. di. v. nunquam. uſque ad ca. de ſpiritu.

Ex concilio Maguntino.

Cum celebratur. diuiſus eſſe debet clerus a popolo.

CAP. I.



T laici d ſecus altare, e quãdo ſacra myſteria celebrantẽ ſtare



T laici. Laici ꝓpe altare uel ĩ choro dũ officia celebrantẽ ſtare nõ debẽt, ſed cã orandi ire uel accedere pñt. h. d. Tria ſunt dicta. Scd̃m ibi. ſed pars. tertiũ ibi, adorandũ. Ab.

d Vt laici. Supple ſtatuimus.

e Secus altare. Laici enim ibi ſtare non debent, ſed tantum clerici. ut liberius intẽdant diuinis officijs f ut de conſec. di. ij. ſacerdotum. cõſecratæ enim mulieres

f Pro laicis qui cãtant in eccleſia, nõ ĩ pulpito arguit Io. xcij. diſt. nõ liceat. Ioã. And.

g Vnde nec olim subdiaconus intrabat. xxiij. dist. non op3. j. & ij. hodie sec9: cũsit ordo sacer ꝗ̃ ser. nõ or. mi ramur. secũdũ Hosti. Io. an. † Adde ꝙ idẽ est in laicis. cõcor. C. vt armo. vs. i prin. & §. si quis rusticus. ĩ titu. de pa. & eius vio. li. xj. † Gemi. cõs. cxlix. 2 Conc. tex. in auth. statuimus cum no. C. de epis. & cl. & Bald. in x. colũ. de pa. te. c. si clericus. 3 Secũdũ Tancr. & Vinc. Io. And. Imo ẽt de clericis qui primo su spẽdunt, secũdo excõicãtur, tertio deponũtur. Pa. 4 Hoc nõ probãt iura sequentia: nec approbat cõsuetudo secũdum Host. presbyter dicat euãgeliũ, nũq̃d vteř stola vt diaconus. s. sup sinistrum humerũ tm̃ vt xxv. dis. vnũ not. xxiij. dist. ecclesiastica. Ioã. And.

res incensum circa altare portare non debent. xxiij. dist. sacratas. & in c. non liceat. & de conse. distin. j. in sancta. & ĩ. tit. proxi. c. j. in fin.

a Sed pars illa. Id est, chorus, in quo morantur clerici ad cantandum diuiditur ab altari per cancellos, ut patet per exemplũ in ecclesia Bonoñ. & locus intra cancellos appellatur sacrariũ. unde insacrati hoĩes ibi 1 sacrata uasa cõtingere nõ debent. de conse. dist. j. in sancta. & appellat sacrarium diaconiũ, eo quod diaconus ministrat ibi altari. xxiij. di. nõ oportet. dicitur etiam præsbyterium. de consecr. distinct. ij. sacerdotum.

b Sicut mos est. Et ita est hic argu. pro consuetudine. alij exponunt sancta. i. maior pars ecclesiæ siue corpus.

c Sancta sanctorũ. In qua summus sacerdos intrabat, s3 hodie laici & fœminæ ad orandum & communicandũ tantum possunt intrare, sed alias, ibi stare non debent. Alij exponunt sancti, idest maior pars ecclesię siue corpus quę pars dicitur nauis ecclesiæ a uulgaribus. Ber.

uel sedere inter clericos nõ psumãt. Sed pars a illa quæ cancellis ab altari diuiditur tantum psallentibus pateat clericis. Ad orandum uero & communicandum, laicis & fœminis (sicut mos b est) pateant sancta sanctorũ. c

Ex concilio Pictauieñ.

CAP. II.

Clerici arma d portantes † & usurarij e excommunicẽtur.

Ex concilio Maticeñ.

Præsbyter habẽs populũ, debet habere clericũ qui secũ † cãtet & ĩ alijs hic expresis eũ iuuet.

CAP. III.

Vt quisq; f præsbyter qui plebem g regit, clericum habeat h qui secum cantet, & epistolam i & lectionem legat, & qui possit scholas k tenere, & admonere suos parochianos ut filios suos ad fidẽ l discendam: mittãt ad ecclesiam: quos ipse cum omni castitate erudiat.

Gregorius nonus.

CAP. IIII.

Si quis ex clericis, m comã relaxauerit, n anathema o sit.

Ex concilio Carthagiñ.

CAP. V.

j Clericus neque comam nutriat p neque barbam. †

Ex concilio Triburieñ.

Clericus non professus nec in sacris existẽs potest uxorem ducere sed iterũ tõdebitur si uult gaudere priuilegio clericali, uel dispensatiue tenere beneficium hoc dicit secundum modum qui est magis consentaneus literæ, secundum quem ponit unum casum duntaxat.

CAP. VI.

ij Clericus si tõsura dimissa uxorẽ acceperit, qui quidẽ sit sine gradu q, nec monasterio a parentibus traditus r

Clerici. Pro summario nota, quod armorum delatio clericis est inhibita, intantũ quod cõtra facientes grauiter peccãt. hoc colligitur ex eo quia tale delictum est excommunicatione dignũ: ut hic, sed excommunicatio non infertur nisi pro graui crimine ut in c. nullus. & in c. nullo. xj. q. iij. Abbas Sicul.

d Clerici arma. Clerici arma portare non debent. xxiij. quæstione ulti. clerici & c. quicunque sine iusta causa 2 Iustam causam intellige, si per loca periculosa transitum faciunt: tunc possunt portare arma, ad terrorem latronum licet percutere nõ debeãt. argu. xxiij. quæstio. iij. Maximianus. aliter portare non debent: & si tertio admoniti non destiterint perdũt priuilegiũ illius canonis. xvij. quæstione iiij. si quis suadente. & infra, de sententia excommu. in audientia. & capi. contingit. ij.

e Vsuram. Hoc intellige 3 de laicis, qui sunt excõmunicandi nisi restituant usuras. infra, de usuris præterea. & clerici ab officio & beneficio suspendẽdi, ut ibi dicitur, repellendi sunt etiam a dignitatibus. ĩ. de exces. præla. inter dilectos. & etiã deponi debent si de hoc conuincantur. lxvij. di. quoniam multi. & nihilominus excommunicandi sunt si eas non restituant.

f Vt quisque. Subaudi statuimus: ut supra, capitulo primo.

g Plebem. Id est populum: quæcunq; sit ecclesia siue plebs siue capella: ut ĩ. de filijs præsby. proposuit.

h Clericum habeat. Argumentum quod ecclesia dedicari nõ debet, nisi dos pro duobus ad minus sufficiat clericis j q. ij. placuit. & de consecratione distinctione prima nemo. De hoc dic ut ĩ. de conse. eccle. uel alta. cap. cum sit. in glo. nec etiam.

i Epistolam. Sic acolythus debet legere epistolam. contra trigesima quarta distinctione si subdiaconus, hoc intellige in necessitate in ecclesijs illis, ubi non sunt subdiaconi, a lias intellige secũdum illud. lxix. distinct. quoniam uideamus. Nec diaconus etiã epistolam legere debet: quia uideretur ab ordine suo recedere 4 septuagesima tertia distinctione. si qui clerici. ar. de cõse. dist. prima. c. primo & secundo in fin. & xcij. distinctione. in sancta. Sed pone quod ibi non sit subdiaconus sed presbyter diaconus & acolythus: quis dicet epistolam? Acolythus, & diaconus dicat euangelium, quod est eius officiũ sed si acolythus dixit prophetiam, diaconus dicat epistolã. Vincen.

k Scholas. Docendo pueros psalterium, & cantare.

l Ad fidem. Id est symbolum, id est, Credo in deum patrem. quod antiquitus ante baptismum didicerant baptizandi de consecratione distin. iiij. ante uiginti, & x. q. j. placuit.

m Si quis ex clericis. Istud cap. habes. xxiij. dist. si quis ex clericis.

n Relaxauerit. Habitum semel susceptum non debet dimittere. xx. q. iij. procliuis. nisi ex iusta causa. ĩ. eo. clerici. vnde cum quidam reprehenderetur a papa, respondit, Tutius vt peterẽ laici sub imagine Romam, Fas fuit vt finerem luxuriare comam. Ber.

o Anathema sit. i. fiat. nõ enim est excommunicatus ipso iure. xxx. dist. quasi per totum.

p Clericus. Nutriat. Nisi ex iusta causa: vt dictũ est in proxi. & infra eod. clerici. imo de tonso capite, & patẽtibus auribus incedere debet 5 xxiij. dist. non liceat ij.

Clericus. Legi potest hoc c. sic, quod principium & finis ponant vnum casum, medium vero ponat alium, & secundum hunc intellectum. h. d. Si clericus non in sacris contrahat matrimonium, vxorem non dimittat. & si professus contrahat, separabitur ab vxore, & iterum tondebitur. Abb. Sicul.

q Sine gradu Sacro. sic trigesimatertia distinctione, si quis eorum.

r Traditus. Si enim traditus fuisset ita, quod monachus esset, non posset habere vxorem quam postmodum accepisset, alias non prohibetur redire ad seculum. infra, de regula. & transe. ad relig. cum simus. & xx. q.

† Mutil9 ẽ text. qa in d. cõcil. Carthagi nẽsi quod est cõcil. quartum vbi capi. xliiij. hic canon hr, legit neq; barbã radat. & sic verbũ radat, falso expũgit, vt quidã libello in id edito latius cõtendit. & Plutarchus in li bro ꝗ̃ sera numinis vindicta pa. ij. itẽ ridiculas ponit legẽ ne q̃s barbã nutriat. Ego uero ridiculũ puto legẽ de al terutro fieri cãt ligionis i qua hoc imptinẽs est. Ego qdẽ rado nec ullis amicorũ flagitatio nibus adduci potui ut ei nutrirẽ, Sed ob id tm̃ facio ut in ope re meo sim expeditior nec tantillum quidẽ temporis in ea pexen da mihi deperent. 5 Et quid significet rõ capitis habes xxij. qõ. j. duo sunt. secũ dũ Philp. & Goff. & dicam secũdũ Hos. c. clerici. uers. coro nã. Io. an.

xx.q.j.quam progenitores.& xxij.dist.placuit.& c.seriatim.& c.si qui uero.

a Tondeatur. Arg. est hic, q clericus coniugatus debet portare coronam.arg.ad hoc.xx.q. iij. eos qui. & c.procliuis. Sed arg.contra.j. de cleri. coniug. Ioannes.ubi de hoc.

b Clericis. Capitulū istud ponitur xxiij. dist. clerici. & est pars illius.j.ne cleri.uel mo.c.clericis.

c Inuiti.Arg.q aliquis cogendus est ad bonum, & ad id præcipue q iam suscepit.xlv. di.de iudæis. in fin. & j. de bapt. & eius effec. maiores. uersus finem. alias nemo debet compelli ad bonum: ut ibi dicitur, & xxiij. q. v. ad finem. Item argu.q beneficia conferuntur in inuitos. xlv. distin. & qui emendat. & xxiij. qō.v. non uos. circa me. & q. iiij. displicet. & lxxiiij. dist. placuit. & cap. consuluit.

Monasteria. d Rationabili. xviij. q. ij. perniciosam. & cap.diffinimus. & xcj. dist. clericus. nec sufficit causa rationabilis, nisi sit manifesta: ut hic uidetur. & arg.xj.q. iij. non sunt. & xij. quæst.j. nolo.

e Frequentare. Solam frequentiam reprobare uidet: sed frequentia uidetur ex duabus uicibus. xxv. qō. ij. ita nos. argu. op. xxvj. dist. una. tantum nec repetita: quia remissionem ueniæ criminis semel commissa non habent. C. de epis. audi. l.iij.sic ergo ultra unam uicem sine manifesta & rationabili causa nullus illuc ire debet: quia statim malū præsumitur.

uxorem permittatur habere, & iterum tōdeatur, a nec in uita sua uxorem dimittere audeat.

Alex. iij. Cantuarieñ. archiepiscopo.

Clericus debet tonsuram deferre, et si non uult potest inuitus a suo superiore tonderi.

CAP. VII.

Clericis: b & j. Clerici qui comam nutriūt & barbā, ēt inuiti c a suis archidiac. tondeant.

Idem in concilio Lateraū.

Frequentans monasteria monialium, et monitus non desistens, si clericus est, deponitur: si laicus, excommunicatur.

CAP. VIII.

Monasteria sanctimonialiū, si q̄squā clericus sine manifesta & rōnabili d causa frequentare e præsumpserit, per epm arceatur; & si non destiterit f, ab officio ecclesiastico reddat imunis. Si laici, excommunicationi subdantur, & a cœtu fidelium, fiant penitus alieni.

Gregorius vij.

Episcopus potest statuere, ī ecclesia certum numerum clericorū, secundum ipsius facultates, qui uiuant in cōmuni: & contradictores ad hoc cōpellere: et istos in cōmuni uiuentes potest absoluere ab excommunicatione incursa, propter iniectionē manuum in socium.

CAP. IX.

m EX parte Residens. Quandoque censetur residens, qui non est: ut hic: & j. c. prox. sic ff. de cap. & postli. re. l. retro dicit. quãdoque dicitur præsens, qui in ortis est ff. de proc. præsens. & qui est in eadem prouincia, pro præsente reputatur, C. de præscriptio. lon. temp. leg. ult. sic quandoque fingitur monachus, qui non est. ar. j. de reg. uidua. & xxvij. dist. quod interrogasti.

Glo. seq. allegat duas cõcordantias, ponit tres casus similes interserit argum. cui aßignat contrarium.

n Periurium. Vide qualiter benigne interpretatur iura

3 Suo. idẽ Pã. & bene.

4 Conueniẽs. etiã si non sit generale. Pã. hic. & qđ de cõsiliarijs regis, uide Nic. boer. decis. Bur deg. xvij.

iuramentum, ne de periurio notetur. si, s. de testi. cum tu. ita tamen, quod fraudulenter se nō absentet: quia tunc periurium incurreret. si. j. de sen. excom. relatum. & si esset in seruitio episcopi, periurium non incurrit. s. e. decætero. quia pro præsente censetur, quia ecclesiæ tunc seruire intelligitur. vj. q. j. scire. & idē esset si reuocaretur a papa: quia eius authoritas in iuramento illo intelligitur excepta. j. cap. prox. & s. de iureiurā. uenientes. & ix. q. iii. per principalem. Item habes hic arg. quod iuramentum 1 extendi tur ad ea de quibus dictum non fuit uel cogitatum. Argum. contra: s. de iureiu. ca pen. Item quod propter negotio proprio potest esse absens, nec incurrit periuriū. s. de iureiur. petitio. & ij. q. j. prohibentur. ubi milites propter iuramentum, accusare prohibentur, tamen non obstante iuramento, causam suā uel suorum prosequi possunt. In hoc enim iuramento exceptū intelligit proprium factum, quia in generali sermone persona loquentis intelligitur excepta. C. de solu. inquisitio. & ff. de condi. & demon. qui hæredi. §. Plautius quia ordinata charitas à seipso incipit. xxiij. q. v. si nō licet. de pœn. distinctio. ij. qui uult.

1 Iuramētum intelligitur secundū materiā subiectā, & secundū oēs modificationes iuris. Pano. hic.

2 Idē Ho. sed dic cōtra si constitutio simpliciter contineat ius cōe pro decre. j. de rescrip. & per ea quod no. de constit. c. j. lib. vj. Io. An. Idē si statutū est in materia iuris, quia eo ipso secūdum ius cōe intelligitur, & recipit oēs modificationes iuris. Pan. hic.

3 Residentibus. hoc non sufficeret, quia distributiões quotidianæ non dant residentibus, sed in teressētibus. c. j e. in vj. Pan. hic.

Idem capitulo Metēsi.

Familiaris papæ (non obstante constitutione contraria) præbendæ suæ fructus percipit in absentia.

CAP. XIIII.

CVm dilectus filius magister Otto: & j. Mandamus quatē. non obstante constitutione, a quæ cōtra absentes canonicos inter uos dicitur emanasse, fructus b præbendæ suæ assignetis eidē in nostro seruitio comorāti. Cùm familiares c nostri, qui circa nos se obsequiales d exhibent uniuersis, minori non debeāt progatiua gaudere, quàm uestrum singuli quorum negotia per ipsos sæpius promouentur.

Idem Meldē. episcopo.

Duo canonici absentes cùm epo, seu in eius seruitio, fructus præbēdarum suarum percipiūt in absentia constitutione ecclesiæ contraria non obstante.

CAP. XV.

AD audientiam nostram peruenit quòd cùm in Meldeñ. ecclesia quædā sit constitutio, e uallata iuramento, & authoritate sed. apo. confirmata, ut canonici qui nō resident in eadē, suarum priuentur fructib. præbendarū, illis exceptis, quos infirmitas f excusaret, siue in apostolicæ g sedis seruitio contingeret deti neri: & j. Decernimus ut duo h ex canonicis ecclesiæ memoratæ, in tuo † seruitio existentes, suarū fructus integrè i percipiant præbendarum: cùm absentes dici non debeāt, sed præsentes, qui tecum pro tuo & ipsius ecclesiæ seruitio commorantur. k

Grego. ix. patriarchæ Antiochiæ ap. se. legato.

Si ecclesia patitur ministrorum defectū, priuilegiati super absentia per subtractionem prouentuum, redire coguntur. h. d. Et est bonus tex. & potest multum practicari.

CAP. XVI.

CVm ad hoc sint ecclesiastica beneficia deputata: & infrà. Sanè

a CVm dilectus filius. Primo ponitur dictum. Secundo eius ratio ibi, Cum. Abbas.

a Constitutione. Nisi hoc dictum fuisset, non ualuisset rescriptum 2 . de rescri constitutus. s. de offi. dele. ex parte. & j. de deci. ex multiplici.

b Fructus. Nunquid uictualia quæ tantum præsentib. consueuerunt dari, debent habere? not. s. e. decætero. & infra ti. proxi. nō liceat. nam si de illis papa intellexisset, mandasset ut tanquam uni ex residentibus 3 prouideret eis. infra, de uerb. sig. olim. arg. s. de transla. inter corporalia. infra, de deci. ad audiētiam. & C. de cad. tol. l. una. §. si uero nemo. in fi. arg. C. de rei uxo. act. l. una §. sciendum.

c Cum familiares. Nam & ipsi pars corporis eius esse intelliguntur. vj. q j. c. si quis cum militibus. uers. nam & ipsi. C. ad legem Iuliam maie. quisquis.

d Obsequiales. Ex eo enim eorum conditio deterior esse non debet, imo tunc gaudent priuilegio, quia excusantur a tutela. ff. de exc. tut. iurisperitos. & C. eo dem titu. l. ult. Et sic dicuntur præsentes, qui in seruitio papæ sunt. sic etiam qui in seruitio episcopi sunt. supra eo. decætero.

e AD audientiam. Constitutio. Isti constituerunt quod ius commune statuit, & iurauerūt seruare ius commune. absentes enim nihil percipere debent nisi sit de consuetudine approbata. supra, de con stitu. cum omnes.

f Infirmitas. Hoc ipso satis puniuntur, quia non debet addi afflictis afflictio. vij. q. j. cū percussio. & j. de cleri. ægro. c. j. & cap. ex parte 4 . non enim debet ei pœna in culpam uerti, dist. v. c. j in fin. & ca. ad eius uero. imo potius est miserēdum & compatiendum. iij. q. ix. indicas. & j. de const. licet duplici danno debet aliquis affici. ff. de iure dot. l. iure succursum est. & ff. de condi. ob. cau. si pecuniam. §. sed si acceperit. unde prælatus infirmus, non repellitur, sed datur ei coadiutor. vij. q. j. quāuis. & famuli ægri. quos curamus nobis seruire intelliguntur. ff. de stat. lib. l. iij. §. stichus. & tempore infirmitatis pascendi sunt. ff. commod. in reb. §. possunt.

4 Cōcor. lex diuus Marcus. ī prin. ff. de offi. præs. & l. si idē. ff. de iuris di. om. iudicum.

g In apostolicæ. Etsi hoc non fuisset appositum, nihilominus intelligeretur: quia præsens censetur. supra capitulo proxi. & supra, eodem. ex parte. ubi absens præsens censetur, nec periurium incurrit: ut infra, ubi dicit cum absentes dici &c. & eius authoritas semper intelligitur excepta. supra, de iure iuran. uenientes. ff. ad muni. Imperatores. & supra, eodem. ex parte ij.

† Non autem alterius etiā Card. Itē secus ī canonicis alterius collegij diœcesis, ut ī facto rñdi pro canonicis ecclesiæ collegiatæ S. Bartholomæi beluecensis.

h Vt duo. Per hoc intellige supra, eodem. decætero 5 . ut duo ex canonicis possint esse in seruitio episcopi, ita quod non priuentur beneficio suo interim. si uero plures essent, priuarentur. ex eo enim quod concedit duobus, intelligitur prohibere de pluribus. arg. xxv. distinct. qualis. & supra, de præsumpt. nonne. & credo hoc statutum fuisse, ne in fraudem hoc aliqui procurent, & ecclesiæ seruitium diminueretur propter illorum absentiam. & ex hoc uidetur quod ultra duos non posset cogere episcopus, ut in seruitio suo essent.

5 Idē ītelligas secūdum Gof. ī his qui sunt ī seruitio papæ uel, quod beneficio iuris studēt in theologia. s. quod debēt esse duo tātū. Ioā. And. Pan.

i Integre. Non tamen percipiunt uictualia, quæ tantum præsentibus dantur. s. eo. decætero. ubi de hoc. & infra titu. proxi. licet.

K Commorant. Et ita qui est in seruitio epi, seruire ecclesiæ intelligitur: ut s. e. decætero. ubi de hoc.

CVm ad. Primo narrat factum. Secundo prouidet ibi, Vnde mandamus. Abb.

a Destituta ministris. Hæc est iusta causa reuocandi eos: ut xxj.q.ij.placuit.& quia in eo manere deberét in quo uocati sunt.ea. causa.q. j. capi. j. & lxx. distin. sanctorum.

b Non obstantibus. Nisi [1] hoc diceretur, non posset illos prætextu reuocare, cum de indulgētia concessa non facerent mentionem [2] .s.de præscrip.ueniens.

c Indulgentijs. Similis reuocatio est. j.de decimis. suggestum.Ber.

d Licentia. Et si de hoc non fuisset facta mentio, nihilominus ualuissent literæ, quia indulgentia non extendebatur post mortem illorum, unde statim expirauit [3] cum in præiudiciū ecclesiæ nil facere posit: ꝙ si fecerit: successor poterit reuocare. j. de do.ca. ij.& penul.

e Asisios. Vocat asisios beneficiatos, qui non sunt canonici, qui seruire debent ecclesiæ, nec uocantur ad cōmunes tractatus cū canonicis, & dicuntur asisij quasi assidui. in multis ecclesijs sunt plures tales, qui mensionarij dicuntur.

f Venerint. Argum. contra. s. eod. inter quatuor. & cap. ex tuæ.& s.de ap. peruenit.ij.& vij.q.j.præsentium. ubi ex toto priuantur. si non redeant ad terminum sibi præfixum. Hic papa mitius uoluit agere cum eis, propter indulgētiam unde non priuantur statim sicut illi qui non habēt indulgentiam. j.prox.& satis priuantur, quia beneficia eis subtrahuntur ex toto: ut sic indirecte fiāt uolentes per amissionem beneficiorum. sic. s.de æta.& qua. quæris. tamen si diu perdurarent in sua contumacia, poterit illos ex toto priuare per iura prædicta. j. c. prox.

nobis innotuit, ꝙ ecclesia Antiochena multis ex seruitorib. eius absentibus, est ferè destituta a ministris. Vnde mādamus, quatenus non obstantib. b apostolicis indulgentijs, c & prædecessorum tuorū licētia d, absentes canonicos & asisios e reuoces ad residendū in ecclesia sua pradicta: & si non uenerint f, tu de ipsorum beneficijs, dum absentes fuerint, ipsi ecclesiæ facias congruè deseruiri, in utilitatem eiusdem quòd ex præfatis beneficijs super fuerit conuertendo.

Idem.

Priuatur beneficio clericus nō residens, si monitus non redeat, nec iustam excusationē alleget. h.d.& est casus notabilis.

CAP. XVII.

CLericos in ecclesijs tuæ iurisdictiōis beneficia quæ residentiā exigūt assecutos, si ad alteri⁹ diœcesim absq; licētia g tua morādi cā trāsierint, liceat tibi si moniti nō redierint h dictis beneficijs (nisi excusationé i rōnabilē ostéderint) spoliare. †

TITVLVS V.

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBUS.

Ex concilio Pictauien.

In bonis ecclesiæ non succeditur iure consanguinitatis.

CAP. I.



VT nullus k de clero siue populo ecclesiastica bona iure consanguinitatis l sibi requirat habenda.

In corpore canonum.

Non liceat episcopo, aliquem ordinare sine titulo.

CAP. II.

NOn liceat ulli episcopo ordinare clericos m, & eis nullas alimonias præstare: sed duorum alterum eligat, uel

g Clericos. Licentia. Sine licentia episcopi, clericus se absentare non debet. s.eo. inter quatuor. etiam de iusta causa. s.eo.relatum. & de conse. dist.v. non oportet.ij. Ber.

h Redierint. Nota quod clericus siue de licentia sui episcopi, siue sine licentia sit absens, prius est monendus ut redeat, quam priuetur beneficio suo: ut hic patet, ut supra, eodem. inter.& capit. ex tuæ. Super hoc tamen distingue, quia aut habet ecclesiam pro derelicto, aut non. Si habet eam pro derelicto. puta quia cōtraxit matrimonium, uel factus est miles, uel ioculator: cum de hoc constiterit, episcopus statim potest ecclesiam illius alij conferre. s.de cleri.coniug.capi.j. & lxiij.distinct.si quis. Vel si recepit aliam ecclesiam, habentem curam animarum, cum prius talem haberet. infra, titu.proxi. de multa. Si uero non habet eam pro derelicto, monendus est, si comparet, tunc fiat prout hic dicit. si non comparet, quia uagabundus discurrit, tunc fiat quod dicitur s.eo.ex tuæ. De hac materia plenius dictum est s. ut lite non conte. quoniam frequenter. §. porro.uer. si uero.

i Excusationem rationabilem. Puta quia erat infirmus quare uenire nō potuit. vij.q.j.p̄sentiū. uel quia hēt iste capitales inimicitias, ita qd̄ illuc uenire non audet. s. de elec. bonæ.ij. uel alia quacunq; iusta causa [4], ita quod uenire non posit: tūc si p̄cederet contra ipsum: non præiudicaretur ei. argu. s.de testib. in nomine dñi. Et argu. est hic semper rationé esse reddendam de omnibus. sic s.de rescrip.capi. si quādo.



k VT nullus. Supple statuimus.

l Iure cōsanguinitatis. Hoc intellige de bonis ecclesiasticis [5] ut dicit litera, uel de ijs quæ intuitu ecclesiæ q̄sita sunt. illa.n. neq; ex testamento nec ab intestato transeunt ad consanguineos, siue sint bona mobilia siue non, sed ecclesiæ remanēt. Alia uero bona, quæ intuitu personæ uel de hæreditate alicuius peruenerunt ad eos, transeunt ad cōsanguineos ab intestato uel ex testamento secundum dispositionem clericorum. j.de testa.ca. j.& cap. cum in officijs.& cap. ad hæc. & capi. relatum. ij. Et ita hæreditaria succesio, in ecclesia locum non habet. viij. quæ.j. apostolica. & supra. de fil. presbyte. præsentium. cap. conquerente. & cap. ex transmissa.& infra de deci. ad hoc.& infra, de iu.pat. consuluit.& infra, de insti. ad decorem.

m NOn liceat ulli. Clericos Indistincte dicit de omnib.& ideo vr̄, quod omnib. teneatur in quibuscunq; ordinibus: arg. s. de fil. presby. proposuit. & xxviij. dis. de his. Appellatione enim clericorum, oés in minoribus ordinibus & maioribus constituti continentur. xxj.q. prima, capitulo, de persona. uigesimaprima distinct. capitulo, cleros & clericos. nisi habeat de suo unde uiuere posit, infra, eodem. episcopus. & capitulo

1 Nisi. imo hoc omisso posset, si d̄ cā reuocandi cōstaret, ut per Pā. ī c. suggestum. de deci.

2 Putat Aegi. hoc uerū, quādo tempore indulgētię īpetratę ecclesia non patiebat ministrorū d̄fectū uel patiebat, & de hoc fuerat expressum in indulgētia. alias putat īdulgētiā nō ualuisse a principio datā ī p̄iudiciū enorme diuini cultus s. de constit. c. ex parte. Ioā. And.

3 Expirauit. hoc uerū si sine causæ cognitiōe data est. Pā. ca. fin. de offi. lega. Matth. afflict. decis. Nea. 128.

Clerici absētes, qualiter sunt reuocādi.

DE PRAEBENDIS & dignitatibus.

Quia clerici non possunt honeste uiuere, nisi habeant præbendas unde uitæ necessaria percipiant, merito post Titulos præcedentes subijcitur iste. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur. xxi. q̄. i. & quæstione secunda, per totum. & lxx. dist. sancto rum. xvi. q. vij. nullus.

† Nō ipō iure, sed p sententiā. Pano. hic Oldra. q. clxv. glo. prag. ti. & colla. §. sequunt. V. si. residentia. quāuis Innoc. & Henri. bo hic. cōtra.

4 Puta intemperies aeris uel timor mortis. lxxii. ij. di quorundā. de renunciat. ad supplicationem. vel fractio pōtis: uel similia. & hēs exempla. ff. si qs cau. l. ij. uel palalis īdulgentia. s. c. prox secūdū Ho, Ioā. And.

5 Vel dē ipsis dignitatib. & p bendis, ut pl⁹ faciat ad titulū. Ioā. And.

capitulo, tuis. Ecclesia tamen Romana, nõ consueuit cogere episcopos nisi pro ijs qui sunt in sacris ordinibus. infra eo. cum secundum apostolum.

a Viuere. Arg. contra. lxx. dist. c. j. & ij. Illud 1 corrigitur in odium episcoporum. infra eodem, cum secundũ apostolum.

b Ratio. Applicetur. . appropriertur. s. ut tanquam proprium reputet, quod est ecclesiæ. & sic non obuiat, quod hic dicitur diuisioni p̄bendarum. sic exponitur xxv. qõ. ij. quæ ad perpetuam. xij. q. j. c. nulli. §. si ergo.

Episcopus. Primo ponit dictum. Secundo eius exceptionem: ibi, nisi &c. Abb.

c Diaconum. Idẽ est de subdiaconato. j. eo. cum secundum. & idem videtur de minoribus ordinibus. s. eo. capit. non liceat.

d Necessaria. Consideratis facultatibus ecclesiæ, & dignitate ipsius clerici. argu. ff. de ali. & cib. leg. cum alimenta. & ff. de iure do. quæro. & s. de vi. & hone. cle. quoniam. & ff. de vsufruct. sed & si quid. §. j. & infra eo. de multa.

e Subsidium. Innuitur hic, quod aliquis sine titulo ecclesiastico posit ordinari, ex quo habet de suo vnde viuere posit. & est verum. j. eo. tuis. & facit ad hoc xij. q. j. illi qui. & xvj. q. j. c. ulti. & j. q. ij. clericos. & c. seq. quia intelligitur ordinari ad titulum sui patrimonij: 2 & talis censetur in persona & rebus 3 gaudere priuilegio clericali xij. q. ij. ecclesiarum seruos. & xvj. q. j. sunt. quia de foro ecclesiæ factus est, licet non habeat ecclesiam.

Quia in tantum. Primo ponitur excessus. Secundo prouisio: ibi, Per fratres. Abb. Sicu.

f Plures. Quid iuris sit de hoc. plene dicitur. s. de ele. dudum. ij. Sed quid si aliquis habeat plura beneficia per dispensationem, nũquid uocabitur ad capitulum vtriusque ecclesiæ pro negotijs, siue electionibus? Credo quod sic, si est in tali loco, unde commode vocari posit, nisi consuetudo ecclesiæ approbata faceret contrarium, quia ex quo cum eo dispensatur in ecclesia per consequens in omnibus accessorijs 4 dispẽsatur. & sic seruatur. s. de elect. c. in genesi. & coram uno episcopo cõuenietur tantum de ijs quæ ad unam pertinent 5 ecclesiam sicut conuenitur quis ratione possessionis ubicunque res sit, rei vendicatione licet non habẽt domicilium. C. ubi in rem act. l. vlt. & s. de fo. compeeten. sane. & c. fin. Et sic qui habet duas ecclesias in diuersis episcopatib. vtrobique 6 intelligitur habere domicilium. argumẽt. supra, de rescrip. dilectus filius. ij.

g Nec duabus. Sic supra titu. proxim. cap. quia nonnulli. & xvj. q. j. c. presbyteros.

h Canonibus. Quos habes. lxx. dist. cap. sanctorum. & xxj. q. j. cap. j. per totam quæstionem.

i Animarum. Nisi per dispensationẽ 7 obtineant illas: ut s. de elec. dudum. ij.

k Cum teneamur. Aliud beneficium. Et ita si quis habeat aliud beneficium potest excipi contra eum. s. de rescriptis. cum adeo. & c. si proponente. ubi de hac materia plene tractatur: nisi excipiẽs similiter habeat plura beneficia. supra, de except. cum ecclesiasticæ.

l Sustentari. Ergo videtur quod si nõ potest cõmode sustentari, non oportet fieri mentionem quod satis videtur æquum. Sed tutius est, quod de ipso faciat mentionem, quantumcunque sit modicũ q̃a videtur dolose tacuisse, ut citius obtineat literas, quia simpliciter se clericum appellauit. Si vero dixisset se nullum beneficiũ assecutũ, cum habuerit tenue, non ualent literæ. s. de rescript. si proponente aliquo vide. c. si motu proprio. eo. tit. lib. vj.

m Si nõ pót. Ar. Id solũ fieri posse. q̃ cõmode uel iure fit etiã sine scãdalo. ff. de verb. sig. l. nepos. ff. de usu & habi. l. nõ aliter. xxij. q. ij. faciat nõ. Et sic ꝓpter scandalũ, q̃nq; recedit à iure. arg. s. de cler. cõiug. cũ olim.

n Aequanimiter. Argu. quod mandatum superioris non est necesse adimpleri: ubi ratio non adimplendi potest

Ratio. Applicetur. non faciat clericos, uel si fecerit, det illis unde viuere a possint.

Gregorius Ant. subdiacono.

Bona ecclesiarum, communia sunt nec debet quisquam tanquã propria sibi uẽdicare.

CAP. III.

Ratio nulla permittit, ut qđ pro cõmuni utilitate datũ esse cognoscit, ꝓprijs cuiusquã usibus applicetur. b

Alexander tertius in concilio Lateranẽ.

Qui ordinauit aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habentem de suo vnde uiuat prouidere tenetur ei de suo, donec aliquem titulum fuerit cõsecutus.

CAP. IIII.

Episcopus si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria uitæ perci piat in diaconum c uel presbyterum ordinauerit tandiu ei necessaria d sub ministret, donec in aliqua ecclesia ei conuenientia stipendia militiæ clericalis assignet. Nisi talis ordinatus de sua uel de paterna hæreditate subsidium e vitæ possit habere.

Idem in eodem.

Non debẽt episcopi permittere, quem plures ecclesias obtinere.

CAP. V.

Quia in tantum quorundam processit ambitio, ut non duas, uel tres, sed plures f ecclesias perhibeãtur habere, cũ nec duabus g possint, debitã prouisionem impẽdere. Per fratres & coepiscopos nostros, hoc emendari præcipimus, & de multitudine præbendarum canonibus h inimica, quæ dissolutionis materiã, & euagationis inducit, certũq; continet periculum animarum, i eorum qui ecclesijs deseruire valeant indigentiam uolumus subleuari.

Idem.

Ad mandatũ papæ non tenetur quis prouidere illi qui beneficiũ in literis tacuit, uel cui sine scandalo prouideri non potest. h. d. Et in ulti. est iste tex. semper menti tenendus.

CAP. VI.

Cum teneamur: & infrà. Si mandatum nostrũ pro alicuius prouisione receperis, qui aliud beneficiũ k habeat, de quo ualeat cõmodè sustẽtari: l nisi fortè in literis ipsis de hoc mentio habeatur: aut si non potest m ✝ ei sine scandalo prouideri, æquanimiter n sustinemus, si pro eo mandatũ nostrum nondum duxeris exequendum.

Idem.

1 Illud. iura antiqua adhuc procedũt quãdo ordinatus solus fuit ĩ culpa. Anto. Butr. Phi. Dec. hic & epi. gl. cõmunis est, secundum Ioann. de Imo. hic.

2 Primo. hij. s. quo ad hoc, ut cesset obligatio epi. Ioã. Imol. hic Fel. c. postulasti. num. 5. de rescript.

3 Rebus. falsum ut l. iij. C. de epi. & cle. Quomodo quis intelligat ordinari ad titulũ sui patrimonij.

Præbẽdatus in duabus ecclesijs: ꝓ utrius; nego tijs est vocandus.

4 Accessorijs. Idem Imo. Pan. hic Pan. c. cũ in cunctis. §. si uero. col. fi. s. de ele. Phi. Fran. c. nõ pót. §. illud. col. ij. eo. ĩ vj. Fely. c. postulasti. col. xij. de rescrip. c. auditis. colũ. x. de præscript. c. cum te. col. antepen. de re iudi. Phil. Dec. c. quãto. supra, de iudici.

5 Pertinẽt s. si ibi nõ rsidet nec tenetur residere. nec alias habet ibi domicilium. Pan.

6 Vtrobique. hoc verũ utrũque requirit residentiam & in utroq; tenet reside re. Panor. hic. Sed certe non practicat quo ad ea quæ non spectãt ad ecclesiam illam.

7 Rationabilẽ: alias si fiat sine causa: secũ dũ beatũ Ber. dissipatio dici debet. Io. And.

✝ Alias, aut si non potes ei si ne scandalo prouidere.

poteſt redigi.argum.ſupra,de reſcript. ſi quando. argumen.ſupra titu proxi.cap.ultim.

REfereute. In prima ponitur impetrantis cóqueſtio. In ſecunda ipſius abſolutio, & cauſæ cognitio: ibi, nos autem. Abb.

a Aſsignauit. Quod hic dicitur, uidetur de iure communi ſpectare ad epiſcopum. xvj. q. vij. cap. nullus. & s̃. de offi. archidia. cum ſatis. niſi hoc habeat archidiaconus de conſuetudine præſcripta. arg. j̃ de exceſ. prælat. c. ij. & s̃. de off. archid. c. ult.

De hac materia quære. s̃. de off. ordi. paſtoralis. Ber.

Habens plures eccleſias, alteram eligere, & alteram dimittere compellitur.

CAP. VII.

REferente I. presbytero accepimus, quòd cũ duas haberet eccleſias archidiaconus tuus ipm altera ſpoliauit, & cuidã presbytero G. nomine aſſignauit a eandem. prædictus aũt I. ſentiens ſe in hac parte grauari, ad metropolitanum, uidelicet Remeñ. archiepiſcopum appellauit. b Cùmq; de mandato eiuſdem archiepĩ in prædicta eccleſia reſtitutus fuiſſet, præfatus archidiaconus eundẽ I. eò ꝙ ad præſentiã ſuã vocatus uenire contempſit, vinculo excõmunicationis adſtrinxit. c Nos aũt ipſum à ſententia qua tenebatur, faciẽtes abſolui, tibi mandamus quatenus præſcripto I. de prædictis eccleſijs, una quam maluerit d relicta, alterã præfato G. ſi eccleſiã non habet, non differas aſsignare, alioquin ipſam alteri perſonæ idoneæ beneficio eccleſiaſtico carẽti e incũctãter aſsignes.

b Appellauit. Et ſic omittit medius. ſic. j̃. de noui oper. nunt. ſignificãtibus. Argu. contra. s̃. de appella. dilecti filij prior. Dic ut ibi Lau. dixit, quod ideo quia omiſit medium, 1 nõ tenuit appellatio: vnde poſtea tenuit ſentẽtia excommunicationis lata ab archidiacono in presbyterũ. ſed hoc nõ eſt verũ, quia appellatio illa finita erat poſtquam fuit reſtitutus ſacerdos in priſtinum ſtatum: & de conſuetudine appellatur ab archidiacono ad archiepiſcopũ: 2 ſed archidiaconus poſt illam reſtitutionẽ iterum uocauit presbyterũ ad ſe: & quia nõ venit, ipſum excõmunicauit: & ſic tenuit ſententia nõ obſtãte appellatione quę diu terminata erat & finita.

1 Me diũ dic ꝙ tenuit quia non fuit obiectum. Pan. hic.

2 Hoc placet. Hoſt. qui dicit ſe ſcire, ꝙ archieps Remeñ. talibus conſuetudinibus vtitur allega. de appel. Ro. lib. vj. Io. And.

c Adſtrinxit. Sic patet, quod archidiaconi poſſunt excommunicare. j̃. de eo. qui fur. ord. rece. c. j.

d Quam maluerit. Iſte uolebat utrãque tenere. ſed videtur quod utraque debuit ſpoliari. vij. q. j. ſi quis epiſcopus quod concedebat Ala. & diſpenſatiue reſeruatur ei altera. quod non credo, quia illud decretũ ſpecialiter loquitur in epiſcopo. & licet non debuerit iſte recipere ſecundam, tamen non debebat propterea perdere utranque ſecundum illa tempora, ſed alterã tantum: vt j̃. eod. ca. præterea. hodie uero illud uerum eſt, quod qui recipit ſecundam habentem curam animarum. cum prius talem haberet, ipſo iure uacat prima: & ſi utrãque retinere cõtenderit, ſpolietur utraque. j̃. e. de multa. alias nihil adijceret cõſtitutio illa.

e Carenti. Argu. quod qui habet unum beneficium, non poteſt obtinere ſecundum, uel literas impetrare, niſi de primo faceret mentionem. s̃. c. proxi. & s̃. de reſcrip. cũ adeo. & c. ſi proponẽte. quia habenti dare, nihil aliud eſt, quã perdere: ut j. q. ij. paſtor. niſi per diſpenſationem. s̃. de elect. dudum. ij. & qui vnum beneficiũ habet, nõ reputatur idoneus ad aliud. j̃. e. ſup.

Idem in concilio Turonenſi.

Præbendæ & dignitates nõ debent diuidi, † nec etiam permutari.

CAP. VIII.

MAioribus eccleſiæ beneficijs in ſua integritate manentibus, indecorum nimis uidetur, ut minorum clericorum præbendæ patiantur ſectionem. Idcirco ut ſicut in magnis, ita quoque in minimis f membris ſuis firmatam eccleſia habeat vnitatem, diuiſionem g præbendarum, aut dignitatum permutationem h † fieri prohibemus.

MAioribus. Prohibetur diuiſio præbendarum, & permutatio dignitatum. In prima ponitur cauſa prohibitionis. In ſecunda prohibitio: ibi, Idcirco. Abb.

f In minimis. Arg. ꝙ idem iuris eſt in paruis, ꝙ ĩ magnis. xiiij. q. ult. cap. ult. s̃. de appel. c. de appellationibus. & ita magnum iudicabis, ut paruum. s̃. de iudi. nouit. Item eſt argu. quòd idem eſt iuris in parte, quod in toto. argumen. j. quæſt. j. ſi quis epiſcopus. Ber.

g Diuiſionem. Sine iuſta cauſa. j̃. eo. cum cauſa. Ex iuſta cauſa poteſt una præbenda, diuidi in duas cum uacat, ſi facultates ſufficiãt. j̃. eo. vacante. argu. j̃. eo. ſignificatum. & j̃. de eccle. ædi. ad audientiam. & ſic erunt duo iura, ſed duo ad unam præbendam eligi non poſſunt, ut unus vnã medietatẽ habeat, & alter alteram, uel quòd unus expectet quouſque alia uacabit, imo talis electio eſt caſſanda. j̃. eodem tuæ fraternitatis. & cap. dilecto. Bernar.

h Permutationem dignitatum. Permutatio dignitatum, aut etiã præbendarum ſine authoritate ſuperioris, fieri nõ poteſt: quod ſi fecerint, eiſdẽ ſunt ſpoliandi. infra, de rerũ permuta. cũ olim. niſi diſpenſatum fuerit cum illis. j̃. eo. tit. c. cum vniuerſorum. ſuperior vero ſi uiderit expedire hoc, facere poteſt: ut infra eo. tit. quæſitum. Ber.

† Niſi ex iuſta cauſa & cognita prius de ſina faciendo duas. c. vacãte. j̃. eod. late. Frãc. Rip. c. cum M. Ferra. nu. 66. de reſcript.

† Scilicet in proprietatẽ. ita loquitur hic tex. nõ ĩ de permutatione titulorũ, & ita obſeruatur quã uis Vrba. iij. ita videatur intellexiſſe in c. quæſitum. j̃. de rerum permut. quod canõiſtas errare fecit.

Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.

Receptus in canonicum, ex promiſsione capituli, debet (quando facultas ſe obtulerit) habere præbendam. vide c. ij. de cõceſ. præben. in vj. cũ gloſ.

CAP. IX.

REIatum eſt: & infrà. Quoniam igitur dignum eſt, ut poſtquã magiſter I. in eccleſia tua canonicus eſt inſtitutus, & à te habuit in promiſsis i de conferen

REIatum. Præmittit & ſubmittit cauſas mandati, ipſum mandatum inferendo. Abb.

i In promiſsis. Arg. quod ea quæ promittuntur, ſunt opere adimplenda. s̃. de pact. qualiter. & xij. q. v. quia Ioannes. & xxxij. q. ult. c. ſi. Sed uidetur ꝙ talis promiſsio non teneat, quia beneficium non poteſt promitti uel concedi antequam uacet. j̃. de conceſ. præb. & eccle. non va. nulla. Sol. 3 dicas, quod hæc promiſsio licita fuit, quia hic primo receptus fuit in fratrem & canonicum, & eo pure recepto, promiſit ei epiſcopus conferre primam præbendam vacaturam, & hoc nõ eſt contra ius, imo ad hoc tenebatur epiſcopus de iure,

3 Sol. dic quod promiſsio nõ valet, nec poteſt cõſequi præbẽdam ui promiſsionis: ſed vi canonicatus ſolũ, nec ex eo habet ius effectum. Panor.

ſure,quia eoipſo,quod dedit canonicatum,per conſequens obligauit ſe ad præbendam etiam ſine promiſſione expreſſa,quia alterũ ſine altero,diu eſſe non poteſt.j.q iij.ſi quis obiecerit.ff.de decur.Henricus.unde iſte taliter inſtitutus poteſt agere contra epm, ut conferat ei præbendam in eccleſia illa, in qua eſt receptus: ut dicitur in fin. Promiſsio uero ſiue collatio beneficij non uacantis, nulla eſt, ſic loquitur capi. j. de conceſ.præben.nulla.& c.relatum. & ca. ex tenore. & iſte nullã habet petitionẽ ex tali promiſsione ſeu collatione.

[a] Vacauerit. Arg. contra.ĩ c. dilectus filius. ibi ſoluitur.

Beneficiũ conferẽs, an exerceat liberalitatẽ,& faciat gratiam.

[b] Liberaliter. Imo uidetur, quòd ex neceſsitate: quia epiſcopus non habet liberalitatem neceſſariæ electionis.arg. ff.de le. ij. unum ex familia. & in neceſſitate nõ eſt liberalitas. ff. de adi.le.l.rẽ legatã. & ff.de don. inter ui. & uxo. ſi quis pro uxore.quia nec eam poteſt ſibi retinere. ſ. de offi. archipresbyteri ut ſingulæ.Sol.Liberalitas eſt, ut ei prouideat ſine coactione: & licet neceſſe habeat conferre beneficium, non tamẽ habet neceſſe conferre iſti uel illi: & ita ſi conferat tibi, gratiam facit, cum eam tibi non teneatconferre. & ſic liberalitas & neceſsitas circa diuerſa referuntur,ſed hic neceſſe habebat conferre cum iam eſſet inſtitutus,& promiſerit ei conferre primam præbendam quæ uacaret ibidem.

da ſibi prima præbenda, cùm in eccleſia ipſa uacaret,ut debeat p̃bendæ integritate gaudere: mandamus quate.ſi idẽ I. ĩ eccleſia tua eſt canonicè inſtitutus,& in choro & capitulo & alijs quorum uſus eſt communis,poteſtatem ſicut canonicus habeat:ei præbendã ſi qua nunc uacat,uel cũ ibi primò uacauerit: [a] ſecundum promiſsionem tuam cõcedas liberaliter [b] & aſsignes: quia non eſt congruum, ut præbenda careat, qui in canonicum noſcitur eſſe receptus.

Idem canonicis regularibus, & monachis Eboracen.dioecesis

Religioſi,redit⁹ eccleſiarũ ſuarũ diminuere nõ poßũt reſpectu portiõis,q̃ debetur rectoribus ſeu uicarijs, nec parochias (diuidere.

CAP. X.

Auaritiæ,quæ eſt idolorum [c] ſeruitus: & ĩ. Intelleximus ꝙ in eccleſijs ueſtris,de quib.certas penſiones cõſueuiſtis percipere, portiones [d] uel antiquos redit⁹ [e] minoraſtis,quos nõnulli clerici eccleſiarum ipſarum olim habuiſſe noſcuntur: & ĩ.Ideoque mandamus, quatenus ſi quas portiones uel antiquos reditus clericorũ, ſine cõſenſu archiep̃i ueſtri minuere,uel parochias diuidere præſumpſiſtis, ad integritatẽ priſtinam reuocetis.

[B] De hoc x.diſ.ca.j. dic hoc uerũ cõſentiente prę lato & clericis: alias non.de ecle.ædi.ad audientiã. lvj. diſt.ſatis. ſi nollent cõſentire & iuſta cã ſubeẽt: cõpellentur per ſuperiorẽ: ad quẽ recurrẽdum eſt.ĩ.de iure pat.nullus. dicit ẽt p̃latum hoc nõ facere, uacãte eccleſia de cui⁹ diminutiõe q̃rit de rebus eccle. nõ alie.du dum.li.vj. Ioã. And.

Auaritiæ.Primo ponitur exceſſus. Secundo correctio.Secunda ibi, Ideoque. Abbas.

[c] Idolorum.xxviij.q.j.idolatria.& xlviij.diſtin.c.bonorum.& in auth.ut iudi. ſine quoquo ſuf. §. cogitatio.ultra med.col.ij.

[d] Portiones. Hoc poteſt intelligi, quando monachi certam portionem aſsignant presbyteris,& totum ꝙ ſupereſt,appropriant uſibus ſuis.

[e] Reditus. Hoc intellige, quando monachi certam partem percipiunt, & totum aliud dimittunt capellanis:& tunc in nullo diminuere debẽt, quod relinquũt capellanis ſuis,ſine conſenſu archiep̃i ſui,uel epiſcopi ſui. & idem eſſet ſi clerici certam partem percipiunt, & monachi totum aliud, & ex eo quod dicit ſine conſenſu archiepiſcopi,uidetur, quod de conſenſu ipſius hoc facere poſsint, & diminuere, & parochias diuidere. quod uerũ eſt iuſta de cauſa. [B] ĩ.de ecc.ædi. ad audientiam.& infra,de exceſ.præla. ſicut uenire.& xvj.quæſtio.j.præcipimus.§.ſicut duo. & argumen.ĩ. de ijs quæ ſi.a præla.ſine conſen. cap.cum apoſtolica. & infra,de cenſi.quanto.& ſic poſſunt diuidere parochiam iuſta de cauſa:ut patet per iura prædicta. poſſunt etiam reditus diminuere, puta ſi eccleſiæ facultates eſſent ampliatæ ut ſic de augmento & monachi ſentiãt utilitatem cum huiuſmodi eccleſiæ ſubſint eis, quo ad temporalia quia de huiuſmodi uidetur loqui cap. & infra, eo.de monachis.

Idem præpoſito & capitulo inſul.

Poſſunt prælatus et capitulũ, præbendæ uacanti honeſtum onus imponere,ad quod præbendarius teneatur. †

CAP. XI.

Significatũ eſt nobis, quòd cuidã ſacerdoti præbendam unam in eccleſia ueſtra communi uoluntate dediſtis, ita quod [f] miſſam de ſancta Maria (niſi corporis infirmitate grauatus ſit) debeat quotidie celebrare,& eccleſiam ueſtram, non niſi communi tam præpoſiti quàm capituli [g] conſenſu

Significatũ. Primo ponitur ordinatio, tria continens.Secundo confirmatio cum limitatione: ibi, Quam ſi quidem. Abbas.

In ſpiritualib. ꝙ poſsit interuenire, pactio.

[f] Ita quod. argu. conſueuit hic notari, ꝙ in ſpiritualibus poteſt interuenire pactio ſiue conditio. ſ. de electio. ſignificaſti. argu. de tranſact.c.ij. ar.contra.ſ.de pact. c.ult. & j.q. ij. quam pio. ſolu.ut nulla ſit dubitatio, ſic intellige ꝙ nulla conditio ſiue pactio hic appoſita fuit cum aliqua perſona, ſed præpoſitus & capitulum uacante illa præbenda conſtituerunt, ut qui ad illã præbendam eligeretur onus iſtud ſubiret,ut ſic res tranſiret cum ſuo onere. ff.de pig. act.ſi conuenerit.§.j.& ĩ. de pig. ex literis. & ff. de uſufruct. l. uſufruct.legato. & l. ſi pendentes. §. pe. & opti. arg. ĩ,ut ecc. bene.ſine diſtin.conſe.ut noſtrum. ad fi.& hæc conditio licita eſt & honeſta pro diuino cultu appoſita.Quidam etiam dicunt,quòd ſimiliter poſſet eligi tali conditione appoſita.Sed quid eſſet ſi conditio eſſet illicita? Videtur quod conditione facta, collatio ſiue inſtitutio teneat argum.inſtitu.de hæred. inſtitu. §. hæres & pure.& infra, eodem. dilecto. & turpis conditio pro non adiecta habetur.ĩ.de condi.ap.c. ult.hæc uera eſſent,niſi obſtaret ſimonia.Vinc. itẽ argu.quod ſacerdos poteſt recipere pecuniam, ut celebret diuina: quia ſic operas ſuas uidetur potius locare.arg.x.q.iij. relatum. & xij.quæ.ij charitatem. & ca. quicunque. ij.infra,de ſimo.cum ſit. & j.quæſtio. ij. cap. ult. quia ſuis ſtipendijs hoc facere non cogitur. ſupra, de præſcrip.cum ex officij.Argu.contra.infra, de ſimo. cum in eccleſiæ corpore. Si nullum habet beneficium eccleſiaſticum,ratione cuius ad hoc teneatur, poteſt locare operas ſuas ad certum tempus,& recipere mercedem pro labore ſuo,nec ſimoniam committit: alias ſi habet beneficium,non licet ei hoc facere.

† Deciſ. thol. 312. Aug. Claua.uerſi ſimonia. i. §.vj.

Præbẽdæ uacãti poteſt honeſtũ onus imponi.

Sacerdos, poteſt pro pecunia celebrare.

[g] Tam præpoſiti,quam capituli.Iſtud præter ius fuit appoſitum,quoniam ſufficit conſenſus prælati.ſupra, de renun.ca.admonet.

a Delegare.i. non poteſt committere alicui officium ſuum,& dic.anniuerſarium.i.officium.

b Salua honeſtate.i.ſine peccato.Hoc ideo dicit,quia non eſſet honeſtum ut bis uel ter miſſam in die celebraret.de conſec.diſt.j.ſufficit.& infra, de celeb. miſ. referente.

ſu poſsit dimittere, uel cuiquam præbendæ illius anniuerſariũ delegare a. Quam ſi quidem inſtitutionẽ eatenns cõfirmam⁹, ut prædictus ſacerdos niſi infirmitate corporis fuerit impeditus. aſsidue debeat obſequiũ ſuũ impendere eccleſiæ memoratæ, & quãto frequentius põt (ſalua b honeſtate ſua,& debita deuotiõe) miſſarũ ſolennia celebrare: nec ſibi liceat, hoc illi ſubtrahere ſiue cauſa uoluptatis, c ſiue ſe ad aliam eccleſiam transferendo.

Idem Vigorieñ. archiepiſcopo.

Ad præſentationem religioſorũ in eorum eccleſiis, nullus debet inſtitui per epiſcopum, niſi prius ei congrua portio redditũum aſsignetur.

CAP. XII.

De monachis qui uicarios parochialiũ eccleſiarum grauant, ut hoſpitalitatem d tenere non poſsint, eam prouidentiã habeas, quod ad præſentationẽ monachorum, nullũ recipias, niſi tãtum ei de prouentib. e eccleſiæ coram te fuerit aſsignatum, unde iura epiſcopalia poſsit perſoluere, & congruam ſuſtentationem habere.

Idem Salernitano archiepiſcopo.

Plures dignitates uel perſonatus in una uel in diuerſis eccleſiis, quis habere non poteſt. †

CAP. XIII.

Ad hæc licet: & ĩfrà. Illud eſt omni rõni contrarium, ut unus clericus, in una f uel diuerſis eccleſijs plures dignitates uel pſonat⁹ obtineat: Cum ſingula officia g in eccleſijs: aſsiduitatem exigant perſonarum.

Idem Burdegaleñ. archiepiſcopo.

Habẽs plures dignitates alteram dimittere compellitur.

CAP. XIIII.

Præterea de G. qui in tua & Toloſana eccleſia eſt archidiaconus inſtitutus, & in utraque eccleſia, regulariter h profeſſus. Manda-

c Voluptatis. Tamen religionis cauſa poſſet ad aliam eccleſiam ſe transferre, petita licentia quãuis non obtenta. ĩ.de regu. licet quibuſdam.

De monachis. Reputat materia huius. c.difficilis propter iura uario modo loquentia. Et hodie hoc c.extenditur etiam ad religioſos exemptos: ut in c. j. ĩ.eo. tit. lib. vj. Et adde nouam prouiſionẽ quæ circa hoc habetur in cle.j.de iure pa. & uide de eccleſijs iſtorum regularium text. in cle. quia regulares. de ſup.neg. præla. Abbas Siculus.

d Hoſpitalitatem. ad quã clerici præcipue tenentur. & lxij.di.§.j. & lxxxv. diſtin.florentinum. quia quicquid habent clerici, pauperũ eſt.xvj.q.j. c.ult.

1 Tullius lib. ij. de off. Decorũ ualde ẽ patere illuſtrib. hoſpitalibus domos uirorum illuſtriũ. Io. And. Monachi, eccleſias diuerſimode poſſunt habere.

Gloſ. ſeq. tractat, quomodo monachi interdũ ex cõceſsione eporum, interdũ ex fundatione, habent eccleſiam quo ad temporalia, interdum ius patronatus tantum. et ſubdit quo caſu locum habet hoc capi.

e De prouentibus eccleſiæ. Per hoc patet. ꝙ loquitur de eccleſijs quæ ſunt monachorum quo ad temporalia: in quibus poſſunt monachi ſibi omnia appropriare reſeruata honeſta ſuſtentatione presbytero: ut hic dicit: multo magis ubi habent eccleſias quo ad ſpiritualia & temporalia. Si uero habent eccleſiam ex conceſsione laici, uel confirmatione epiſcopi: idẽ 2 eſt, quia temporalia tunc habent. ar.q.j. c.ult. ĩ.de priui.cum & plantare.§.in eccleſijs. ſi non accedit cõſenſus epiſcopi, nihil ualet ꝫ cõceſsio laici. ĩ.de iure pat. c.quod autem.in fi.& ca. illud. Si habent eccleſiam ex cõceſsione epiſcoporum, ſi certa forma fuit appoſita illa ſeruetũ.ff.de pact.in traditionibus. ſi pleno iure ipſam contulit, pleno iure habẽt eam: ſi ſimpliciter contulit eccleſiam cathedraticum & coërctionem retinet epiſcopus. ĩ.de don.paſtoralis. Si uero ex fundatione monachi eccleſias obtinẽt, habent eas tantum quo ad temporalia. 4 xvj.q.ij.c.j.& pe.& ult. niſi eſſent priuilegiati cum omnibus capellis habitis & habẽdis, & ſi non habent priuilegium, habebunt temporalia, reſeruata ſufficienti ſuſtentatione presbytero, & epiſcopus habet ibi inſtitutionem, ad præſentationem monachorum, & ei ſubeſt presbyter quo ad ſpiritualia. & ſic poteſt intelligi hæc decre. & ĩ. de priuile. cum & plantare.§. in eccleſijs. Quandoq; monachi habẽt ius patronatus tantum, & tunc nihil habent niſi ſolam præſentationem. ĩ. de iure patro. cum ſeculum cum tranſeat cum uniuerſitate: ut ibi. In quo ergo caſu locum habet quod dicitur ꝙ cenſualis penſio non augeatur. ſ. de pact. cum clerici. ĩ. de cenſi. prohibemus. & ſ. eo. auaritiæ. Poteſt dici, ꝙ ubi monachi habẽt eccleſias ex donatione epiſcoporum quo ad temporalia. cenſus prius impoſitus nõ debet augeri: uel cum ex donatione laicorum, ius tantum recipiunt patronatus, cẽſus qui ab initio fuit impoſitus, augeri non debet. ĩ.de cẽſi. ſciẽtes. niſi iuſta cauſa & rationabili, & de conſenſu epiſcopi: ut dictum eſt. ſ. eo. auaritiæ. in alijs uero caſibus, puta cum pleno iure habent eccleſias quo ad tẽporalia & ſpiritualia, poſsidere eas poſſunt pleno iure. Quandoque tamen monachi totum applicant uſibus ſuis, reſeruata honeſta ſuſtentatione presbytero: ut hic. Quandoque certam partem recipiunt ſiue certam dimittunt presbytero, aliud totum ſibi retinent: ut ſupra, eod. auaritiæ & hoc ſecundum conſuetudinẽ diuerſorum locorum. Dic de hoc, ut xvj. quæſt. ij. in ſumma. Ber.

Idẽ. imo tũc ſolum ius pſonatus hñt. Pa.

Imo ualet quo ad ius pat. ĩ. de iure patr. c.uno. li.vj. Ioã. And.

Tẽporalia. imo ſolũ iure Patronatus. Pan.

† Vide late Io. Staphilæũ in tract. de literis gratiæ. ca. iij.

Ad hæc. Ponit dictum, & eius rationem ſubditibi, Cum ſingula. Abbas.

f In una. Supra, eo. de multa. in fi. idem in diuerſis, ut ibi. ĩ.c.prox.& ſ.eo quia in tantum. & ſupra, de cle. non reſi. quia nonnulli.

g Officia.i.dignitates uel perſonatus.lxxxix. di.j. ca. ſingula.& xxj.q.ij.ſicut.& ĩ.eod. cum non ignores.& infra eo.de multa.niſi per diſpenſationem apoſtolicæ ſedis, ut ibi.& ſupra, de elect. dudum.ij.

h Præterea. Regulariter. Argumentum quod canonicus regularis, poteſt fieri archidiaconus. 5 argumen.lviij. diſtinct.ca.j. & lxxiij. diſtinct. quorundam. & infra, de ſta.reg. quod Dei timorem. Sic nec monachus in diuerſis monaſterijs eſſe poteſt, nec abbas præfici. ĩ.de relig.domi.c.ult. Sic non poteſt quis habere plures perſonatus in eadem eccleſia, aut etiam in diuer-

5 Archidiaconus. i eccleſia cathedrali regulari. Pan.

in diuersis. infra eo. de multa. & supra c. proxi.

a Maluerit. Sic. s. eo. c. referente. & sic habuit optionem secundum ista iura. 1 hodie non habet optionē imo recipiendo secundam dignitatem ipso iure uacat prima: & si contēderet retinere utranque, priuaretur vtraq;. j. eo. de multa. cum enim militiæ sint distinctæ, & personæ illis deputatæ debent esse distinctæ. unde nemo potest esse in duobus collegijs simul. ff. de col. il. l. j. §. ulti. nec duas militias habere. C. qui mili. non pos. l. iiij. & l. v. §. in posterum. libro xij. nec duos honores. ff. ad municipal. libertus. §. præscriptio ergo multo fortius hæc sunt in spiritualibus honoribus obseruanda.

1 Quæ hodie locum habent in casu. j. de rescri. gratia. lib. vj. Posset et locum habere, cum secūdū beneficiū est minus & vilius, secūdū Hos. qui dicit, æquum in scholis: fatet tamen in iudicijs & in curia simpliciter teneri decret. de multa. Io. And.

mus quatenus eundem altero quem maluerit a archidiaconatu facias esse contentum.

Idem Ianueñ. archieño.

Si electus ad secundam ecclesiā, noluerit dimittere primā, eligentes possunt resilire, & electum non acceptare.

CAP. XV.

CVm non ignores, q una ecclesia b unius debeat esse sacerdotis: & infra. Cum igitur nuntius presbyteri, qui in duabus ecclesijs locū habere contendit, c & quidā clerici alterius ecclesiæ ad nostram præsentiā accesserint contra eum: nos attendentes non esse conueniens, ut idem presbyter locum habeat in duabus ecclesijs: Mandamus quatenus ipsum beneficio qđ habet, facias manere cōtentum. d Quòd si fortè archipresbyter, & clerici alterius ecclesiæ in eū cōsenserint, e eis nunc dissentientibus, cū ipsorum scandalo f non debet locum in ipsa ecclesia quærere uel habere.

Innocētius tertius Zamoreñ. episcopo.

Ordinato ad sacros per episcopū sine titulo, nemine præsentante, ordinator, uel successor cōpellitur in necessarijs prouidere, donec titulū habuerit.

CAP. XVI.

CVm secundū apostolum, qui altario seruit, uiuere debeat de altari: g & qui ad onus eligitur, repelli h non debeat à mercede, patet à simili, ut clerici uiuere debeāt de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio i deputātur, ut ipsa nominis k ratio persuadet. Cū enim à cleros, q est sors l vel hæreditas, clerici appellētur, quia in sui ordinatione vel assumuntur m in hæreditatem domini, uel assequuntur n hæreditatem in episcopo, ut verè possint psallere cum propheta dicenté: Dominus pars hæreditatis meæ, &c. dignum o est ut ecclesiæ stipendijs sustententur, in qua, & per quam diuinis obsequijs ascribuntur. Licet aūt prædecessores p nostri ordinationes q eorum qui sine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinantium irritas r esse uoluerint & inanes: nos tamen benignius agere cupientes, tandiu per ordinatores, vel eorum successores, f

CVm non ignores. Hodie poteris seruare hoc c. in beneficijs residētiam requirentibus & etiam in curatis si de facto nollet dimittere primam ecclesiam. Primo ponitur causa mandati. Secundo mandatum: ibi. Cum igitur. Tertio soluit obstaculum: ibi, Quod si. Abb.

b Vna ecclesia. Hoc generaliter verum est, quod vnus debet esse sacerdos vnius: ut supra eo. cap. proxim. & infra eodē de multa. De hac materia dicitur. supra, de ele. dudum. ij.

c Contendit. Vnde hodie priuari debet utraque. infra eo. de multa.

d Contentum. Supra eo. c. proxi. & c. ad hæc.

e Cōsenserint. Si semel consenserunt in eum non possunt amplius dissentire. s. de elect. cum inter canonicos. & viij. q. ij. dilectissimi. & xxxij. q. v. horrendus. Quid est ergo, quod dicitur nunc eis dissentientibus, & sic contradicit hæc decre. prædictis iuribus? Sol. sic intellige quod dicitur hic, quod sacerdos iste electus fuit ad curā animarum, & simul ad cōtinuam residētiā, ad quam de iure tenetur. s. de cle. nō resid. quia nōnulli. sed ipse uolebat retinere priorem ecclesiam, cum illa ad quam electus erat secūdo ab archipresbytero & clericis. unde cum ipse nollet primā dimittere, licitum fuit archipresbytero & clericis ab electione ipsius recedere, & merito: quia utranque de iure habere nō poterat. Si autem uellet dimittere primam, & secundam recipere: tunc non possent archipresbyter & clerici ab electione eius discedere, ex quo semel in eum consenserunt, 2 & sic intelliguntur prædicta iura. Ber.

f Scandalo. arg. quod propter scandalum, quandoq; receditur à iure. supra eo. cū teneamus. & s. de temp. ord. c. ad aures.

CVm secundum apostolū. Primo ponitur causa constitutionis, & correctionis iuris antiqui, & noui promulgatio. Secūdo determinatio casus propositi spiritualiter. Secunda ibi, Inde est. Abb. Sume casum ad medietatem capituli: ibi, Inde est, &c.

g De altari. xij. q. j. ex his.

h Repelli. Ad quē spectat onus, & emolumentum. xij. q. ij. charitatem. & c. quicunque. & ca. ecclesiasticis. 3 & ecōuerso non est ferendus is, qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat. C. de cadu. tol. l. una. §. pro secundo. Vnde versus: Commoda qui sentis, iungas onus emolumentis.

i Obsequio. Non tibi, sed domino grauis est, cui seruit ægestas. Arg. xciij. dist. diaconi. versic. mendicat Lau.

k Nominis ratio. xxj. distinct. cleros. & capitu. clericos. & xvj. quæstione prima. si cupis. & nomina debent esse consonantia rebus. institu. de donatio. §. est & aliud.

l Sors. Duodecima quæstione prima. cui portio.

m Assumuntur. Vt qui ordinantur. sine beneficio, uel assumuntur ut habeant hæreditatem domini.

n Assequuntur. scilicet qui ad beneficium recipiuntur, isti in sua ordinatione statim consequuntur hæreditatem domini.

o Dignum. xij. quæst. ij. ecclesiasticis.

p Prædecessores. lxx. dist. neminem. & c. sanctorum.

q Ordinationes. nisi promotus sit ad tit. patrimonij sui. infra eo. tuis. & c. episcopus.

r Irritas quo ad executionem, nō quo ad veritatem, quia ordinem non admittunt.

f Successores. Sed quare conuenitur hic successor ex delicto defuncti cum regulariter crimina morte extinguantur. xxiij. distinctio. quorundam. & C. si reus uel

2 Vel intellige q archipresbyter & clerici habebāt sup se prælatum forte plebanū quo mortuo elegerunt istū presbyterū q volebat utraq; retinere. unde discordia orta inter partes, delata est ad papā: qui mandat ut sequitur ī litera. Io. And.

3 Cōcor. tex. in l. secundū naturā. ff. de re iudi. & l. fi. §. sed cum. ff. de furt.

accu.mor.fue.l.ij.& successor non conuenitur ex delicto defuncti. C.ne ex deli.defun.l.una.Respon. ne in cleri opprobrium mendicare cogantur.xciij. dist.diaconi.arg.ꝟ.de cleri.coniu. Ioannes in fi. Vel dic quod non tam successor quam ecclesia punitur in hoc casu quæ nõ resistit episcopo in tali promotione. nam sine cõcilio ecclesiæ nõ facit ordinationem xxiiij.dist.c. pe.unde punitur si ei delinquenti non resistit.ij.q.vij.c. quapropter. & hoc intelligo, quãdo ipse episcopus examinauit. si autem alij examinauerũt, ipsi tenebuntur.liiij.di. si seruus.xxiiij. dist. quando. & hoc innuit quod dicitur ꝗ.nullo præsentãte. Et in hac prouisione, dignitas promoti est attendenda. arg.xl.dist. non cogantur. ff. de iudi.l. sed & si susceperit. §.ij.ff.de usufru.sed & si quid. §. j. & ꝗ. eo.cap.de multa. & ff.de don.l. filiusfamilias. Item considerantur facultates ecclesiæ. argu.ff. de admi.tuto.l. cũ plures.§. cum tutor. & ff. de relig. & sump. fu. si quis sepulchrũ §. sumptus. & hic inferius.Bern.

Non uideo ĩ quo puniat ecclesia uel capitulum cũ epalis mensa grauatur, secundum Host. Ioã. And.

a Liceat.si scriberetur ipsi ordinatori, ipse non posset aliquid obijcere, nisi hoc in literis contineretur: qa quos idoneos reputauit ad ordines debet reputare idoneos ad beneficium. ꝟ.de ætate & qualitate.c.accepimus sed successor potest,& ita semel approbatus,iterum probatur & reprobatur, sicut medicus. ff.de mune. & hono. l.ut gradatim. §.reprobari.& virgo semel probata iterum probatur xxvij.q.j. nec aliqua.& melius.supra de probat. c.pe. & ult.& ij. q.v.habet hoc proprium.& c.mennam.sed hoc totum gratia est, quia de facto unius, sæpius quæri non debet. ff.nau.cau.sta.l. licet. in fin. Sed nonne præsumi debet pro ordinato? Sic,argu.supra, de proba.post cessionem nisi probet contrarium. Item qualiter cognoscitur postea de eius idoneitate cum sententia episcopi qua pronuntiauit ipsum idoneum, trãsiuit in rem iudic. a qua non fuit appellatum. supra, de elect.cum dilecti.in fi.Respon.totum fit de gratia. Vel dicas, quod tantum quærit de noua causa postea emergente.arg.supra de ætat. & qualita.cap j.

Quod ẽ speciale, ꝓpter hominum sanitatem. Ioã. And.

b Donec per te.quid si episcopus ordinauit eum ad aliquem titulum,& ille est euictus ab eo, nunquid episcopus tenetur de euictione? Arg.quod non:quia donator non tenetur de euictione.ff.de ædil.edi.l. ad res donatas.argu.cõtra.vij.q.j.præsentium.& ꝗ. eo.inter cætera.Dixit Vinc. quod episcopus specialiter nõ tenetur si dedit ei beneficium sufficiẽs, & factum sit insufficiens & exinanitum.sufficit enim minori, ab initio adire locupletem hæreditatem.ff.de mino.verum. §.si locupleti.tenetur tamen generali obligatione, quia tenetur ꝓuidere & ordinare ecclesias omnes sui episcopatus.de conse. dist.j. c. omnes. Tu dicas melius cũ T.si fraudulẽter contulit ei beneficiũ alterius, quo alius nõ fuit iuste priuat⁹, siue alij debitũ, & ipse cui contulit, hoc ignorauit, tũc specialiter tenetur episcopus ei prouidere in æquiualenti beneficio.arg.vij.q.j.præsentium. & ꝗ. eodẽ. inter cætera.& ꝗ.de iure patro. cap. pastoralis.

Beneficio euicto, an teneatur episcopus qui contulit.

Presbyter cui medietas palmæ cũ duobus digitis, est abscissa:missam nõ celebrat,sed cæteris sacerdotalibus fungi potest.

CAP. II.

Presbyterũ cuius duos digitos cum medietate palmæ à prædone abscissos significasti, missam non permittimus e celebrare:quia nec securè propter debilitatem, nec sine scandalo f propter deformitatem g mẽbri hoc fieri posse confidimus. Ipsum autem cæteris officijs sacerdotalibus fungi minimè prohibemus.

Lucius tertius.

Si rector ecclesiæ sit leprosus, dandus est ei coadiutor.

CAP. III.

De rectoribus ecclesiarum lepræ macula usq; adeò infectis,quòd altari seruire non possunt, nec sine magno scãdalo h eorum qui sani sunt ecclesias ingredi:Hoc uolumus te tenere,quòd eis dandus est coadiutor, i qui curam habeat animarum: k & de facultatibus ecclesiæ ad sustentationẽ suam congruã recipiat portionẽ. l

Clemens tertius.

Si rector ecclesiæ sit leprosus, ab administrationis officio remouetur, sed de bonis ecclesiæ sustentabitur.

CAP. IIII.

Tva nos duxit f. consulendos & infrâ. De sacerdote, qui diuino iudicio, lepræ morbo repercussus, † in parochiali ecclesia prælationis officio fungitur. Dicimus, quòd pro scandalo m

b Militaret.xxiij.q.j.militare.& j.q.iij.saluator. circa med.C.de epis.& cle.auth.sed hodie.

c Ordinem. Secundum ordinẽ cuiusq; & dignitatẽ constituenda sunt beneficia.xij.q.ij.concesso.De hoc dixi s̃.de maio.& obe.statuimus.

d Aegrotãti.Quia famuli ægri quos curamus, nobis seruire intelligunt̃. ff. de sta.li.l. iiij.§.stichus. & tẽpore infirmitatis pascendĩ sunt.ff.cõmo. in rebus cõmodatis. §. possunt.Sic & clerici in ęgritudine stipẽdijs suis priuari non debent.

Presbyterum. Primo prohibet, & cãm reddit. Secundo permittit: ibi,Ipsum aũt. Ab.

e Non permittimus.Arg.ꝙ ab initio ualuit, ex post facto infirmat̃. xxxiij.di.usq; adeo:& c.cõmuniter definimus.Ar.cõtra.qd̃. in factũ ẽ recte,ex superuenienti delicto corrumpi nõ põt.ff.de iti. actuq; pri.l.nec enim.

f Scandalo. Propter scandalum.n. multa sunt dimittẽda.j̃.c.prox. & s̃.d̃ tẽ.or.ad aures.& s̃. ti.prox.cum teneamur.

g Deformitatem. Ex hoc uerbo apparet, q̃ deformitas impediat ordinãdũ cũ suspẽdat ordinatũ hoc tñ põt ipso facto melius perpẽdi, q̃ȝ aliquo statuto exprimi.j̃.de dona.apostolicæ.Ber.

h De rectorib⁹. Scandalo. No. nihil cũ scãdalo esse faciẽdũ.s̃. c. p̃x.dũmõ sine peccato mortali posit omitti.j̃.de no.op. nun.cum ex.

i Coadiutor.Et ita ṽr ꝙ p̃p leprã non remoueat̃ p̃latus. sed contra.j̃.c. p̃x. ubi de hoc dicitur.

† Alias, respersus.

z Prælatus. imo ĩfirmus remanet uerus prælatus.Pano. hic Gab. biel. in cano. folio 13.co.iiij.

3 Seruit. imo prius infirmo prouidendũ & parochiani compellũtur subuenire coadiutori secundum Car. flor. & Panor. hic. Sed uerius est episcopũ qui est generalis parochus debere subuenire. c. j. lxxxij. di.c.uidẽtes. xij.q.j.

k Curam animarũ. Ergo ille coadiutor uidet̃ z esse prælatus.ex quo habet curam animarum.j̃.e.c. prox.

l Portionẽ.Et sic p̃uidebit ei de bonis ecclesiæ j̃.e.c. proxi. Sed pone ꝙ ecclesia nõ posit sufficere utriq;? Rñ.ille q̃ seruit 3 ecclesiæ habebit reditus, & illi ĩfirmo p̃uidebit eps.lxxxij. di.§.j.& c.j. & ex hoc ṽbo ẽ ar.ꝙ nõ sit prælatus,ex eo ꝙ dicit cõgruã recipiat portionẽ.

m Tva nos.Scandalo. s̃.c prox.

Glossa sequens obycit, ponit opin. Hugo. & Lau. Secundò opin. Barto. Tertiò opinion. Vinc. & Tancr. quam approbat.

& abominatione populi, ab administrationis a debet officio remoueri, ita q; iuxta facultates ecclesiæ sibi necessaria quandiu uixerit, ministrentur b.

Inno. iij. Arelateñ. archiepiscopo.

Episcopo qui propter morbū incurabilem, pastorale officium exercere non potest, dandus est coadiutor.

CAP. V.

EX parte tua fuit propositū, quòd cùm Aurasiensis episcopus graui morbo & incurabili ferè per quadriennium laborauit, ita quòd pastorale officium non potest ullatenus exercere, princeps terræ illius, ac ciues c ciuitatis eiusdem, à te postulant incessanter, ut ipsis (cùm sis metropolitanus eorum) studeas prouidere. Verùm cùm ipsum ad cessionem compellere non possis d, nec debeas ullo modo nec afflicto afflictio e sit addenda imò potius ipsius miseriæ miserendum: eo quòd idem uir bonus extiterit, & ecclesiam salubriter sibi commissam gubernauerit: Nos uolentes tā episcopo, quàm ecclesiæ prouidere, mādamus quatenus illico adiutorem f associes uirum prouidum & honestum: per quem tā episcopo, quā populo utiliter consulatur.

Honorius iij. episcopo Auersano.

CAP. VI.

COnsultationibus: & infrá. Archidiacono autem quem morbo paralytico laborantem officiū g linguæ asseris amisisse, coadiutor h est meritò adhibendus.

TITVLVS VII.

DE INSTITVTIONIBUS.

Ex concilio Arelateñ.

Numerus clericorū debet institui in ecclesiis collegiatis secundum facultatem ipsarum.

CAP. I.

NOn amplius suscipiant in monasterio monachorū, aut clericorum, seu etiam puellarum, quàm quot se regere de bonis ecclesiæ absq; penuria i possint.

a Administrationis. Ex hoc uidetur, quod propter morbū lepræ sit remouendus plātus. Sed cōtra uidetur s.c.proxi. & ita sine culpa punit: q; esse nō debet. lvj. di. satis peruersū. & xvj. q. vij. inuentū. Super hoc est diuersitas inter doctores. Hug 1 .dixit, q; nunq̄ substituit aliquis uiuo, nisi eo renūtiāte. & in hac opi. fuit Lauren. & dādus est ei coadiutor: ut s. ca. prox. & j. eo. c. penul. & ult. Et quod dicit hic ab administratiōis officio debet remoueri, dicit Lau. ab officio, q; est in actu, sed quo ad ius retinebit officiū. Barto. distinxit, utrū morbus sit curabilis, uel incurabilis, Dicas cū Vincent. & Tan. q; quādiu aliquis pōt remanere in collegio suo sine scādalo, & horrore, nō substituit ei aliqs alias alius erit substituēdus: ut hic, q; erit prælatus in totū, & infirmo prouidebit de bonis ecclesiæ. s.e. c.prox. Ad idem satis concor. quia talis coadiutor prælatus est ex toto. Et hoc patet ex eo quod dicit, q; habet curam animarum. & est hoc speciale in lepra propter abominationē populi & scandalum: sicut etiā iudex mutatur, si nō potest dare operā iudicio 2 ut ff. de iudi. si longius. alias autē obtinet sententia Hugo. & Laur. & datur tunc coadiutor. infra, c. proxi. Et sic est casus, ubi aliquis punitur sine culpa, sed non sine causa. si. s. ut li. non conte. quoniā frequenter. §. si uero aliter. in fi. In quibus casibus priuatur quis sine culpa 3, sed nō sine causa: dicitur. j. de priuil. antiqua.

b Ministrentur. s.c.prox. ex quo eum infirmitas non crimen abduxit: ut vij. q. j. quamuis triste. quia nō est afflictis addenda afflictio. vij. q. j. cum percussio. criminosus enim dignus est ut egeat. ff. depositi. bona fides. Laurentius.

c EX parte. Ciues. Sic. vij. q. ij. nuper.

d Non possis. vij. q. j. scripsit qualiter. & c. quāuis triste.

e Afflictio. Si. vij. q. j. cū percussio. iij. q. ix. indicas. & v. di. ad eius uero. ff. ad le. Rho. de iac. l. nauis. §. cū autem. In leproso tamen secus cōsueuit dici à quibusdā ut s.c.prox. ubi de hoc. Idē Io. dicit circa leprosum, quod Hugo & Lau.

1 Hug. hāc sequitur Pau. & communis.

Prælato īfirmo, an sit dādus coadiutor?

2 Et propter nimiam senectutē. C. de offi. pfec. ori. l. si quos p qd' dicunt quidam, idē in prælato, qd' nō placet. Phili. Io. And.

3 Tex. est ad hoc in l. fi. & ibi Bar. C. de naui. lib. xj.

Gl. sequens notat, alle. sex iura. & allegat tria in contrarium.

f Coadiutorē. Sic j.c.prox. & ita patet, quod propter infirmitatē superuenientē non priuat prælatus: qa ecclesiastica bñficia nō sunt tēporalia. lv. di. præcepta. & ff. de ado. si tibi. ff. de hære. instit. hæreditas. ff. de reg. iur. actus legitimi. sic. ff. de manumiss. testa. libertas. ff. d pecu peculiū. §. ij. qd' est uerū. Ar. cōtra. ff. de of. præsi. si forte. & vij. q. j. pastoralis 4 .xij. q. ij. uobis. Sol. uerum est, quod beneficia ecclesiastica ppetua sunt: & ideo propter casum superuenientē sine culpa nō priuat prælatus, sed dat ei coadiutor: ut hic patet: & c. seq. In casu tamē alius uiuenti substituitur, secundum quosdā. s. c. proxi. ubi de hoc. & vij. q. j. pastoralis. omni tamen casu prouidebitur infirmo de bonis ecclesię, & coadiutor illi datur etiam inuito. ar. j. de eccle. ædi. ad audientiā.

g COnsultationibus. Officium linguæ. Idē est, si amisisset officium oculorum. arg. lv. dist. si euāgelica. & quia est oculus epi. xciij. di. diaconi ecclesiæ.

h Coadiutor. Et de hoc dictum est, in proximis duobus capitulis.

4 Dic ut ibi, & s. p fil. psby. c. ueniēs. in ult. gl. Io. And.

DE INSTITVTIONIBVS.

Suprà uisum est de collationibus præbendarum, sed quia parum est conferre, nisi sequatur institutio, ideo subycitur hic titulus. Vel aliter: quia dubitari posset, ad quem pertinet collatio seu institutio præbendarū et beneficiorum, ideo post titulum de præben. subycit hūc Abbas Sicu. De hac materia tractatur xvi. q. vij. omnes. usque ad c. quoniam in quibusdam.

i NOn amplius. Absq; penuria. Sēper. n. considerandi sunt reditus ecclesiarū, ut scdm eos clerici instituāt in eis. s. de uita. & ho. cle. qm ut ait 5 .ubi d hoc. Ita ēt, q; hospitalitatē seruaī possint, &

5 Et C. d sac. sā. ec cl. nō plures. & hoc ne ad mēsurā personarū quarum possessiones: q; nimis auarū est: sed ex possessiōibus q̄ sunt, metiamur expensas. in auth. ut det. sit numerus cleri. ultra mediū. j. colla. sech dum Gof. Io. And.

sint,& soluere iura episcopalia.§.de præben. de monachis.& §.de sup.neg.præl.sicut nobis.Et ecõuerso tot sunt ponendi quot ex ipsis facultatibus possint commode sustentari.§.de cõsti.cũ M.& ȷ.e.authoritate. à contrario sensu.ȷ.de censi.cum instantia.ar.xij.q.j. ꝑcipimus . xvj. q. vij.omnes basilicę Tamen propter nimium incremẽtũ, non credo recedẽdum à numero cõsueto.ar. C. de allu.l.pe.& ult.ergo tãtũ debet eẽ augmentum de quo alius æquale stipendium cum alijs habeat,uel saltẽ sufficiens & honestũ. §.de consti. cũ M. Ferrarien.

a IN ecclesia uestra.Laici.Et merito: quia homines diuersæ possessionis, in eodẽ officio associari nõ debent.xvj.q. vij. in noua actione. & §. de ele. cũ causam.

b Differre Vltra sex mẽses, i alio qui trãsferatur potestas ad superiorem.ȷ.ti.prox.nulla. Bernar.

c Idoneis. Qui dicantur idonei, habes.§. de præb.super inordinata.

a Quasi dicat secũ dñ Hos. si recipitis laicũ curret uobis semestre tẽpus:quasi nil ĩter sit nullũ uel min⁹ idoneũ recipere. §. de supp. negl. prælа.c.ij.uide quod dicã. ȷ.ti. ȷ. cum nostris. ĩ gl. ergo uacabat.Ioan. And.

† Scilicet Thomæ Cantuariensi.

2 Animi. idẽ sentit Io.Staphilæ. de liter. grat. folio 59. licet Pan. hic cõtra.

Eugenius Papa.

Laici in canonicos, nõ possunt institui.

CAP. II.

IN ecclesia uestra certũ numerũ canonicorũ (sicut nobis innotuit) cõmuniter instituere curauistis: & infra. Cùm laici a non debeant in canonicorũ numero cõputari, nec uos de beatis differre b, quò minus statutũ numerũ de alijs clericorũ ꝑsonis idoneis c suppleatis: tales ad supplẽdũ numerũ inuenire curetis, ꝑ quos Deo in diuinis officijs per ecclesiasticos ordines congruè seruiatur.

Gloss. quæstio. an in laicum conuersũ cadat ius canoniæ?

d Tales.Qui sunt idonei,& morum honestate,& literarum sciẽtia.§.de præb.graue.alias puniunt.ut ibi dicitur.Hæc fuit quæstio, utrũ laici ĩtitulati in ecclesia ista posśint cõputari in numero clericorum? Et dicitur ꝙ non:quia non reputãtur idonei, cum sint laici. Et ita ius canoniæ nõ cadit nisi in clericum, sicut ius eligendi in ecclesia collegiata,non cadit in laicum.§. de ele.sacrosancta.& c.massana.hoc tñ intelligẽdũ est de laicis ꝓfesśiõe & habitu,& nõ de cõuersis.Si.n.cõuersus aliq̃s alicuius ecclesiæ incedat tõsuratus,nolẽs esse clericus, cũ iã destinatione animi 2 sit clericus, ut xxiij.q. j. paratus. iã ecclesiastica ꝑsona cẽset. uñ tale ius cadit in eum, & ius conuersi spirituale est. unde qui emit illud, simoniam committit:ut j.quæs. tertia.saluator

EX frequentibus.Primo ponitur abusio. Secundo refrenatio:ibi, unde. Tertio Papæ confirmatio: ibi,Nos itaque.Abbas Siculus.

Alex.iij.Cantua.archiepo † ,& ei⁹ suffraganeis.

Institutio beneficiorum, spectat ad episcopos uel eorum officiales.

CAP. III.

Thema uetus erat consuetudo iuris regaliorum & beneficia per regem conferendi in Anglia,sicut in Gallia,ut refert Speculator titu.delegato.§.nunc tractemus uersi.sed nunquid legatus.& ti.de præb.§.restat uersi.item nota.& Ioan.An.ibi in addit.& in c. ij. de præb in vi.Quam consuetudinem Thomas Cantuariẽ. archiepiscopus (qui prius fuerat cancellarius Henrici secundi regis Angliæ) cum cæteris episcopis approbauit,sed mox illam abrogare uoluit ut hic, solusq; regi obsistit,& Alex.iij. appellauit qui licet in Frãcia ageret profugus à facie Federici ænobarbi imperatoris,tamẽ cãm dicti Thomæ suscepit,& factum eius contra regẽ Angliæ cõfirmauit ut hic, Tandẽ collo præfati Federici Venetijs ꝓsso, Victor Romæ regnãs(cũ iterim. d.Thomas à d.Hẽrico ij. Rege ob cõtumaciã regaliorũ impugnationẽ occisus eẽt)in homicidas decretalẽ edidit,q̃ hẽtur. in fra de homic.c.sicut dignũ.& occisũ ĩ diuos retulit, & ẽt ab inimicis coli et inuocari fecit, ut refert Ant. ti.xvij.c.§.i.§.ix c.iij.§.i.donec Hẽricus octauus nouissimus Angliæ rex eũ dãnauit,ut notũ est,Sed in regno Franciæ tã fideles sunt subditi, ut nullus unquã regalia impugnauerit, nec ex exteris quidẽ, nisi solus Bonifa.viij.qui ob id Philippũ pulchrũ excõicauit, Regnumq; interdictũ primo occupanti dedit,sed oĩa frustra nisi malo suo exilio ut Anto. & oẽs chronographi testãtur et cano.in c.generali. de ele. in vi.

EX frequẽtibus querelis didicimus, in partibus uestris consuetudinẽ prauã à multis retroactis temporibus inualuisse, ꝙ clerici ecclesiastica beneficia sine consensu epi.dioecesс.uel officialium e suorum (qui hoc de iure possunt) recipiunt f, minus rectè, quàm deceat cogitãtes, quomodo id sanctorũ patrum est institutionibus † alienum,& ecclesiasticæ contrarium honestati. Vnde cùm tu frater archiepiscope ex officio g tibi cõmisso tam iniquam consuetudinem de prouincia tua uelis (sicut debes) radicitus extirpare †, tã in illos qui ecclesiastica beneficia taliter occupata scienter detinent h, quàm in eos qui decæterò occupare præsumpserint, excommunicationis sententiã ratã habentes,& eã autho.apo. cõfirmãtes i. Mãdamus

† Alias, constitutionibus.

† Cõcor. l.oẽs iudices.cũ gl. j.C. de decu.li. x.& gl.ĩ auth. ut nul.iu. §.j. colu. ix.

3 Nec ꝑscribere, possunt quantocũ que tẽpore : licet Bo.hic cõtra:per decret.cura. ȷ. de iure pa. ſ3 hoc reprehẽdunt Vince. & Gofre. Ad decre. rñde ut ibi no. Phi.hic dixit,per ꝑdictã decre. ꝙ sufficiebat ĩstituto subsequẽs consensus episcopi, ẽt tacitus: qui præsumitur ratiõe tpis. Io. And.

e Officialiũ.Officiales dicuntur: quibus episcopi cõmittunt uices suas,qui possunt instituere uice episcoporum ut hic dicitur.

f Recipiũt Si à laicis recipiãt, suspẽsi ipso iure ꝑ canones antiquos uidentur.xvj q.vij.si quis deinceps.Ar. cõtra.ȷ.de iu.pa.cura.cui stamus.sic ergo patet, ꝙ authoritas instituẽdi est penes epm, licet capitulũ q̃nq;. eligat.ȷ.ti.ꝓxi. nulla.tñ de cõsensu capituli eps instituere debet.ȷ.de ijs q̃ fi.à pl.nouit.nec ob.lxx.di.sanctorũ.q̃a ibi capellæ subditæ sũt ꝓposito, quo ad sustẽtationẽ,nõ quo ad ĩstitutionẽ & administrationẽ. L.

g Ex officio. Legationis quantum ad suffraganeos dioec.§.de offi.leg.c.j.

h Detinẽt.Vñ nullã pñt habere excusationẽ,quãtocũ sine tpe ea tenuerit 3 :q̃a diuturnitas tpis peccatũ nõ cõminuit,ſ3 auget.ȷ.de simo.nõ satis.& c.cũ ecclesię corpe.& xxiiij.q.j.schisma.§.d cõsu.q̃to.secus signo rãter.q̃a ignorãtia nisi sit crassa & supina, tales excusat.§.d ord.ab epo q renũ.epi.c.j.& viij.di.cõsuetudo

i Confirmãtes. Post quã cõfirmationẽ archieps sen-

Officiales.

ten-

1 Nisi. idem. Ioã. Andr. ad Spe. de sẽtẽtia. §. ut aũt. Pan. hic Roma. cõsil. ccclxxxvij. fely. c. pastoralis. §. j. colu. j. s. de offi. dele. c. ademinentiã. j. de sen. ex com.

Inuestire quid sit.

Instituere qd sit.

† Quoniam uenetus erat, & ab eis elect⁹, Cõstantinopoli ab eis & francis capta duce Balduino, quẽ frãci in Imperatorem Constãtinopolitanũ elegerunt, & Græcã ecclesiã papæ Romano ꝓ tẽpe suo subiecerunt, ut dixi. s. de maiorit. & obed. c. inter quatuor.

2 Dũ tñ ex his licet partius, uiuere possint. Gof. Ioã. And.

tentiam relaxare non posset, nisi illud quod sequitur fuisset appositum. ar. s. de confir. c. j. & ij. de cõse. di. ij. c. ul. & s. de tẽp. ord. cum in distribuendis. Ber.

quatenus clericos ipsos, qui ipsam sniam incurrerint, nisi cõgrue satis fecerint, absoluere minimè præsumatis.

Clemens tertius clero Constantino.

Vltra facultates, non debet quis institui inuitis clericis ecclesiæ.

CAP. IIII.

Authoritate apostoli. sed. & infrà. Statuimus insuꝑ ut nullus in ecclesijs uestris, ultra quàm facultates [a] earum sustineant, uobis instituatur [b] inuitis. [c]

Inno. iij. P. sancti Marcelli & sanctæ Susannæ Car. apo. se. leg.

Cùm in ecclesijs oportet extraneos institui, non debent institui clerici certæ originis tantum, sed undecunq; sint, duntamen sint idonei.

CAP. V.

Ad decorem: & infrà. Sicut nostris auribus est suggestũ, Constãtinopolitanus patriarcha aliarũ nationum clericos spernens, Venetos tantũ † in Constantinopolitanis ecclesijs satagit collocare, non attendens, quòd in omni gente qui facit iustitiã acceptus [d] est Deo, nec sanctuarium Dei cõuenit iure hæreditario [e] possideri. Quocirca mandamus quatenus moneatis eũdẽ, ut uiros literatos, & alias † idoneos undecunq; [f] originem duxerint, in prædictis ecclesijs, & maximè in maiori instituere non postponat: alioqui ĩdignũ [g] se reddet ut uos aliarũ clericos nationũ, ad eius obedientiam compellatis. [h] Nec dissimulare potestis, [i] quin hoc nostris auribus ĩtimetis, ut ex hoc ipso an uerum sit, quod super hoc Venetis dicit ꝓmisisse, [k] cõijcere ualeam⁹.

Idẽ Helień. episcopo, & archidia. Noruien.

Institutiões & custodiæ possunt de iure speciali ad non episcopum pertinere, & pendente lite cũ diœcesano, defenditur in possessione. hoc dicit. Vel sic: Si possidet ius instituẽdi is, ad quẽ de iure communi non spectat pẽdẽte iudicio proprietatis, in possessione defenditur.

CAP. VI.

Cum uenissent ad apos. sed. archidiaco

[a] Authoritate. Facultates. Hæ semper sunt considerandæ: ut s. e. c. j. ubi de hoc. & s. de uita & hone. cle. quoniã. ubi habetur similiter de hoc.

[b] Instituatur. Instituere est ius canoniæ in ecclesia uel ĩ ecclesiastico bñficio tribuere. j. de hære. cũ ex iniũcto. Inuestire, ẽ quasi possessionẽ illius iuris cõferre indifferenter tñ unũ accipit ꝓ altero. Ala. uerbi gratia: Instituere est spiritualis beneficij uel dignitatis possessionẽ corporalẽ tradere. s. de offi. archid. ad hæc c. ut nostrũ. quod spectat de iure cõi ad archidiaconũ, ut ibi dicit. & sic ĩtellige. j. eo cũ uenissent. Inuestire, est ius canoniæ uel dignitatis tribuere, quod põt fieri ꝑ anulũ uel librũ. & sic itelligit. j. e. cũ uenissent. sed ꝑ hoc nõ adipiscitur qs possessionẽ, nisi postea corporaliter ĩstituat. j. ti. ꝓ xi. cum nostris. & de præben. pro illorum.

[c] Inuitis. Nullus episcopus ẽ dãdus inuitis. lxj. distin. nullus. dũ tamẽ iustam causam ostendat. ergo eis uolentibus, põt dari, licet facultates non sufficiãt, 2 & ita possunt sibi in hoc præiudicare, & uictum postea sibi quærãt. xcj. dist. clericus uictum, & in c. seq.

Ad decorem. Primo ponit excessum patriarchæ. Secundo illum corrigi mandat, & non parenti comminatur. Secunda. ibi, Quocirca. Abb. Sic.

[d] Acceptus. xxxij. q. iiij. c. recurrat. §. is ita.

Glossa sequens alleg. concor. ex generali uerbo. argu. & respondet arg. tenens contrarium.

[e] Hæreditario. Sic viij. q. j. apostolica, & sic uidetur, ꝙ nõ solũ filij, sed nec collaterales in ecclesiasticis beneficijs non succedant. j. de iure pat. consuluit. sed tamen possunt. arg. supra, de offi. deleg. ex parte. dummodo non fiat iure successionis: ut supra, de election. uenerabilem uersus fi.

[f] Vndecunque. Arg. ꝙ nihil refert de quo loco sit natus clericus, uel de qbus parẽtibus, ar. xl. di. nos qui. & c. non loca. & lvj. dist. undecunq; & c. nasci. & c. dominus. Argu. contra. s. de ser. non ordi. c. j. & s. de fil. presby. c. j. & ij. & per to. & xcviij. di. aphros. s. de cle. pere. c. fi. ubi dicitur, ꝙ prælati quidã instituebãt clericos de alienis episcopatibus, ignorante ẽpo: quod esse non debet, sed hic oẽs erant extranei, 3 tam Veneti, quã alij: & ideo undecũque essent, debebãt ĩ ecclesia Cõstantinopolitana institui, & non Veneti tãtũ. Verũ est, ꝙ locus nõ obstat, dummodo cõstet de bonitate ꝑsonæ. & illud capi. aphros. de incognitis loquit. s. de ele. bonæ. ad fin. Si aũt ex damnato coitu natus sit aliquis, nõ obest ei quãtũ ad uitã æternã, sed obest ei quantum ad obtinẽda beneficia ecclesiastica. ar. s. de electio. innotuit.

3 Quod nulli erãt ibi clerici: quia terra erat de nouo conuersa Io. An.

† Alias, alios.

[g] Indignum. Simile. j. de usur. qa frustra. & ij. q. vj. quis scit. & est hic arg. culpam culpa compẽsandã. xcv. dis. esto. ff. ad legẽ Aqui. Item mela. j. resp. 4 . j. đ diuor. significasti. j. de adul. c. penul. & ult. & infra, de pœ. constitutus.

4 Adde ꝙ dicta l. itẽ mela. non bene probat. facit melius. l. si ambo. ff. de compen.

[h] Cõpellatis. Et hoc primo petierat patriarcha à domino Papa.

[i] Potestis. Id est, debetis. sic xxij. q. ij. faciat homo.

[k] Promisisse. Qđ esset iniquũ: quia nullo pacto & nulla cõditione beneficia ecclesiastica sunt conferẽda. j. q. ij. quam pio. s. de pact. pactiones. j. ut eccle. bene. ut nostrum. unde simoniacum esset.

Cum uenissent diuiditur. In tres partes. In prima ponitur allegatio pro archiepiscopo. In secunda allegatio pro archidiacono: ibi, inter alia. In tertia interlocutio. & sub certa forma definitiue commissio: ibi, Nos igitur. Abbas Sic.

CASVS. *Inter archiepiscopũ Eboracẽ. ex una parte, & archidiaconũ Ruchimundiæ ex altera quæstio uertebatur super institutiõibus personarũ & custodia ecclesiarum uacantiũ. unde procurator archiepiscopi et archidiaconus accesserũt ad Pap. procurator archiepiscopi proponebat: quòd ĩstitutio personarum & custodia ecclesiarũ uacantium spectabãt ad ipsum in diœce. sua, tam de iure cõmuni, quàm de con*

suetu-

ſuetudine generali, ſed quidā antecesſores illius, commiſerunt quibuſdam archi. Richimundiæ perſonaliter tam inſtitutionem quam cuſtodiam. unde petebat procurator ut archid. illas dimitteret liberas & quietas. Ex aduerſo reſpō. archid. quod archiepiſcopus nō perſonaliter, ſed realiter perpetuo conceſſit tam inſtitutionem quam cuſtodiam archidiac. qui tunc erat de cōſenſu capituli ſui & archidia. fuerat in continua poſſeſſione iſtarum dignitatum et aliarum libertatum temporibus multorū archiepiſcoporum archidia. & ipſe archiepiſcopus ſine aliqua cōditione archidiaconatū ipſū conceſſit eidem, ſed poſt cōceſſionē dicebat archiepiſcopus, quod conceſſerat ei archidiaconatū exceptis inſtitutionibus & cuſtodia eccleſiarum. Prætera dicebat archiepiſcopus, quod archidiaconus abiurauerat illas dignitates. Dominus Papa his & alijs auditis interlocutus fuit, quod archidia. defendendus eſſet in plena poſſeſſione ipſarum libertatum, donec ex parte archiepiſcopi probaretur, quod libertates prædictæ conceſſæ fuiſſent archidiaconis perſonaliter.

nus Richimundiæ & procuratores Ebora. archiepiſcopi fuit propoſitū, quod inſtitutio perſonarū & cuſtodia eccleſiarum uacantium, ad eum in diœceſ. ſua ſpectat [a] tam de iuriſdictione communi [b] † quàm de conſuetudine generali. Verum quidam prædeceſſores ipſius quibuſdam archidia. Richimundiæ tam inſtitutionem quàm cuſtodiam perſonaliter commiſerunt & infra. Inter alia uero archidia. ipſe reſpondit ꝙ archiepiſcopus tam inſtitutiones quam cuſtodias [c] non perſonaliter archidiacono qui tunc erat, ſed perpetuo de conſenſu capituli archidiaconatui reali conceſſione donauit.

Cum autem archidiaconatus ipſe, in continua poſſeſſione tam iſtarum quàm aliarum libertatum multorum archiepiſcoporum & archidiaconorum temporibus extitiſſet, & archiepiſcopus ſine conditione qualibet, conceſſiſſet ipſum [d] eidem poſt conceſſionem aſſeruit, quod ipſum conceſſerat, inſtitutionibus & cuſtodijs uacantium eccleſiarum exceptis. Ipſe [e] uero timens, ne ſi negaret expreſſe, cum nondum eſſet archidiaconatus poſſeſſionem adeptus uel impediretur penitus factum eius, uel diutius differretur, reſpondit, quòd non ſolum de illo, ſed de omnibus reditibus ſuis faceret quod ſibi placeret: & infra. Nos igitur interlocuti [f] fuimus archidiaconum eſſe in plena libertatum eiuſdem archidiaconatus poſſeſſione tuendum, donec probatum [g] legitime fuerit ex aduerſo, libertates ipſas archidiaconis ab archiepiſcopis perſonaliter fuiſſe [h] conceſſas: cum in hoc caſu tam ante, quā poſt, & in ipſa etiam conceſſione, archiepiſcopus eas retinere potuerit licitè tanquam ſuas, uel donec legitime ꝓbatum fuerit, eaſdem libertates archidiaconum abiuraſſe [i]

[a] Spectat. ſ. de offic. ordi. cum uos. & lxx. diſt. c. ij. Argu. contra. lxiij. diſt. ſi in plebibus. [1]

[b] De iuriſdictione communi. j. q. iij. c. iij. & c. res eccleſiæ. & c. peruenit. & xvj. q. vij. nullus omnino. ſed contrarium eſt uerum quia de iure communi inſtitutio perſonarum & cuſtodia uacantium eccleſiarū, ſpectat ad archidiaconū. ſ. de off. archi. ad hæc. & c. ut noſtrum. & lxiij. diſtin. ſi in plebibus. niſi conſuetudo repugnet, ut hic uidetur ad fin. capituli. & ex confeſſione archidiaconi hoc poteſt colligi. & hic loquitur de inſtitutione corporali: quia collatio dignitatū & præbendarum, pertinet ad archiepiſcopum. j. ti. proxim. quia diuerſitatem. & c. poſt electionē. & hic, ut patet ex confeſſione archidiaconi. Ber. Secus obtinet alicubi de conſuetudine. ar. ſupra de ap. bonæ.

[c] Cuſtodias. ſ. uacantium eccleſiarum.

[d] Ipſum. Scilicet archidiaconatum.

[e] Ipſe. Scilicet archidiaconus.

[f] Interlocuti. Nota ꝙ archidiaconus petierat ſe tueri: ut in fi. gl. obijciebatur ei.

[g] Probatum. Sed quare incumbit onus probandi archiepiſcopo, cū de iure cōi hæc ſpectent ad ipſum, ut hic uidet̄: unde eo ipſo uidet̄ fundata eius intentio. xvj. q. vij. oēs baſilicæ. C. de proba. ſiue. & j. de cenſi. Olim? Reſpōderi pōt qđ hic duæ fuerūt præſumptiones bonæ pro archidiacono contra archiepiſcopū: quia archidiaconus & ipſius anteceſſores fuerunt in pacifica poſſeſſione, unde præſumitur conceſſionē fuiſſe realē, & quia archiepiſcopus cōfeſſus fuit, qđ anteceſſores ſui conceſſerunt illas dignitates, licet pſonaliter: & archidiaconus dicebat conceſſionē fuiſſe realem, unde præſumitur cōtra archiepiſcopū. & ideo onus probandi incūbit archiepiſcopo qđ conceſſio fuit perſonalis & licet perſona inſeratur pacto, nō ideo eſt perſonale, ſed ut oſtendatur cum qua perſona ſit factum. ff. de pa. iuriſgentiū. §. pactorū. & l. tale pactum. Plerūque enim conſulimus ſucceſſoribus noſtris, ſicut & nobis. ff. de prob. ſi pactum. ſed tranſactio potius præſumitur perſonalis, quam realis niſi fuerit per ſuperiorē confirmata. ſupra de tranſact. ueniens. & cap. decætero. & ſupra de præbend. niſi hoc tamen adiecto, quod ſi epiſcopus alicui perſonæ det rem eccleſiaſticam, potius præſumitur donatio perſonalis, quam realis. x. quæſtio. ij. hoc ius. xvj. quæſtio. j. poſſeſſiones. Sed ſi donat eccleſiæ, præſumitur realis donatio, & perpetuo donaſſe. xvj. quæſtio. j. capit. ult. infra de ijs quæ fi. a præla. cum apoſtolica. argumen. hoc ideo eſt, quia eccleſia non poteſt mori. xij. quæſtio. ij. liberti. ij. [2] Sed hic præſumitur conceſſionē fuiſſe realem, ut dixi: quia archidiaconus ille & anteceſſores ſui fuerunt in quieta poſſeſſione. Ioā. And.

[h] Fuiſſe. Prę́ſumit̄ hic, cōceſſionē realē fuiſſe, ex quo eſt ī poſſeſſiōe, & iō tuēdus eſt ī illa, quouſq; probet̄ cōtra eū ceſſionē factā fuiſſe pſonalē. imo ſi pſonę facta fuit, p̄ſumi debet pſonalis: ſi dignitati realis [3].

[i] Abiuraſſe. Obijciebatur archidiacono, quod abiurauerat huiuſmodi libertates: unde cōtra iuramentum non

† Alias, tam de iure cōi.

[1] Vbi de hoc & xcv. diſt. plectis. dixit hic Phil. illud c. intelligi ex ſpeciali commiſſione epi: alias nō liceret niſi ex p̄ſcripta cōſuetudine & ſic ītelligitur de app. c. bonæ. de exceſ. prela. ad hoc uel loquit̄ ca. bonæ. de eccleſijs quæ ſunt de p̄ſona tu monachorū. In no. & Hoſtien. Dicebat Goffre. iura q̄ alle. gl. & c. ſi in plebibus. poſſe intelligi, d̄ eccleſijs ſpecialiter ſubiectis archidiaconis ſed ca. ſi ī plebibus. nō dicit ꝙ plebs cuſtodiat̄ p archidiaconū, ſed plebs. i. populus. Ioā. And.

Trāſactio potius p̄ſumit̄ pſonalis, q̄ realis.

[2] De reſc. l. ſi gratioſæ. lib. vj. Ioā. And.

[3] Cōcor. tex. ī l. donationes. §. ſpecies. & ibi Bar. ff. de do. idē in l. j. C. de peti. bon. ſub. & in l. pater filiæ. ff. d̄ ſerui. le. dixi in annot. ad Alex. cōſ. lxxxvj. nume. 1. li. j. cōſ. cxciij nu. 3. li. ij. ad Philip. Dec. cōſi. ij. num. 2.

Sed in hoc casu, si cõcessio illa fuerit realis, archiepiscopo nihil iuris uel utilitatis accedet, quia nos uel ad petitioné Eboraceñ. ecclesiæ a, uel ꝑ nosipsos super hoc archidiaconatui cõsulemus. Si ergo alterutrum ipsorum fuerit legitime approbatũ archidiacono b super libertatibus ipsis: si neutrũ archiepiscopo silentiũ imponatur.

Idem episcopo Treceñ. & archid. Parisiensi.

Is ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum instituere non potest.

CAP. VII.

CVm ad nostram: & infra. Illud aũt noluimus uos ignorare, ꝙ postquã M. fuit abbas effectus, custodiã de iure non potuit obtinere: quia cum ratione abbatiæ ad ipsum c pertineat donatio tam custodiæ, quâm aliarum dignitatũ, ac etiã præbendarum in ecclesia Patranen. custodiam ipsam recipere non potuit a se ipso, Cum inter dantem & recipientem d debeat esse distinctio personalis, sed nec ab alio, cum ius conferendi, alius non haberet.

TITVLVS VIII.

DE CONCESSIONE PRAEbendæ & ecclesię nõ uacantis.

Gelasius papa ad Ro.

Institutus scienter † in beneficium uiuentis, deponendus est.

CAP. I.



QVi in uiuorũ sacerdotum locis ponuntur hoc ipso sunt ab ecclesiastica cõione e repellẽdi f, quo se passi sunt successores uiuis g sacerdotibus adhiberi.

DE CONCESsione prebẽdę & ecclesiæ non uacantis.

Supra uisum est de præbend. & digni. ac earum institutionibus: sed quia sæpe præbendæ & dignitates conferuntur seu promittuntur antequã uacent, & quandoq; ipsæ uacantes non conferuntur, sed remanent uacantes, merito restabat uidere, & prouidere tam circa prouisiones nõ uacantium quam circa negligentiam in conferendo uacãtia. Ab. De hac materia *tractatur. i. quæstio. ij. & quæstio. v. per totum. et quæst. iij. in quibusdam. & xvi. q. vij. §. cũ ergo. & seq. c. et ij. quæ. iij. audiuimus. ij. q. i. in primis. vij. que. i. non furẽ.*

non fuerat audiendus, Sed quare non auditur archidiaconus licet abiurauerit huiusmodi libertates, cũ iuramentum illud temerarium fuerit, & in præiudicium archidiaconatus, & ideo non seruandum. s̃. de iureiu. sicut. ij. & c. intellecto? Lau. dicit quatenus iuramentũ tangit rẽ familiarẽ, obseruãdum est: ut nihil utilitatis uel honoris ad ipsum 1 perueniat, ratione illarũ dignitatũ si eas abiurauit. ar. s̃. de iureiu. quemadmodum. Vel dic, quod bene potuit renuntiare & abiurare ius instituendi, ut nũquam uteretur eo, & tamen dignitati ꝓpter hoc nõ pręiudicet 2 : qa ecclesia posset tũc uti iure suo, ut hic colligitur. Et sic potest seruari iuramentum, sine præiudicio ecclesiæ: & sine interitu salutis æternæ. s̃. de iureiu. si uero. §. j. fi. ĩ. de spõ. cõmissum. abiuratio talis siue renuntiatio nõ tenet in dãnum ecclesiæ. Tria notabilia notãtur hic. Primum, quod factum prælati non præiudicat ecclesiæ. Secundum, quod iuramentum præstitum a prælato in damnum ecclesiæ seruatur ab ipso prælato: quod est contra id. s̃. de iureiu. sicut. Tertiũ est qd' ecclesia habẽs ꝑlatum 3 sine ipso agere potest: quod est contra id quod dici cõsueuit, quia nec pręlatus sine consensu capituli, nec capitulum sine consensu prælati agere potest. s̃. de procu. c. j. & supra de iudic. causam. j. & s̃. de rescripti. edoceri. ubi de hoc. ꝙ nota, ꝙ agenti interdicto uti possidetis, non potest opponi ꝙ rem illã abiurauerit pro qua agit, sicut nec agenti interdicto unde ui s̃. de resti. spo. solicite.

a Ecclesiæ. Argu. bonum, quod ecclesia uacante. capitulum fungitur uice prælati, sed contrarium argum. colligitur.

b Archidiacono. Sed non archidiaconatui.

CVm ad nostram. Primo ponit dictum. Secundo ipsius rationem ibi: cum inter. Abb.

c Ad ipsum scilicet abbatem.

d Recipiẽtẽ. Si. xxiiij. q. j. didicimus. ĩ. de iure pa. per nostras. ĩ de batis. debitũ. ff. de aut. tu. l. j. & ff. de tut. & cu. da. l. ius dandi. §. prætor. alias lex est. nemo enim uicem plurium personarum sustinet. xvj. qõ. j. presbyteros. & C. de asses. nemo. lxxxix. dis. singula. ff. de pac. si plures. ff. de offi. præsi. l. ult. Arg. contra ff. de adop. si consul. & s̃. de elec. cum inter canonicos. Sed quid si ipse conferret alij potestatem conferendi illã dignitatem, nunquid posset ab illo illam recipere, ut sic non uideretur eã recipere a seipso? Non 4 argu. s̃. de test. licet. & arg. xvj. q. iiij. quæst. ff. de autho. tu. pupillus. ff. de re mili. milites. §. j. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. ij. §. j. supra de præben. de multa. in fin. Argu. contra: quia multa possumus per alios, quæ non possumus per nos lxxxviij. dist. episcopus. v. q. iij. c. ultĩ. ff. quæ res pig. ob. aristo. in fin.



QVi in uiuorũ. Faciẽs se poni in beneficium uiuentis, ab ecclesiastica cõione repellĩt. Vel clarius sic ut in rubro. & non diuiditur propter breuitatem. Abb.

c Communione, i. participatione corporis & sanguinis domini. vij. q. j. eum qui.

f Reppellẽdi. & nihilominus deponẽdi. ij. q. j. in primis. vij. q. j. non furẽ. & c. eũ qui 5 . nisi ignorãs quis instituatur aliquo remoto, quo casu excusatur. ff. de posi. si quis inficiatus. & episcopus tenetur ei in alio beneficio prouidere. vij. q. j. præsentiũ. & s̃. de præb. inter cætera. Sed pone: quod aliquis est iniuste depositus, alius hoc ignorans in locum eius substituitur, & stetit ibi per xl. annos 6 , postea scit de iure ad aliũ pertinere: nunquid debet cedere, & illi restituere? Videtur ꝙ sic. s̃. de præscr. uigilãti. & c. diligẽti. xxxiiij. q. ij. si uirgo. & de re iud. cõsanguinei. & c. lator. argu. cõtra. xvj. q. iij. c. placuit. §. quas actiones. & s̃. de præscrip. de quarta. Sol. Dicunt quidam theologi, quod quandocunq; sciuero rẽ pertinere ad aliũ, teneor rẽ restituere. De hoc dictum est. s̃. de præscri. uigilanti. Sed hoc non credo, ꝙ teneatur dimittere, quia eoipso ꝙ condemnatus non appellauit, acquieuit sententiæ & ita transiuit in rem iudicatam. s̃. de sent. & re iudi. quo ad consultationẽ. & sic alius iuste fuit institutus.

g Viuis. nisi iusta ratione depositis. vij. q. j. eos 7 l. di. postquam. Ber.

1 Ad ipsũ. scilicet qñ præiudiciũ ꝑlati separabile est a pręiudicio ecclesiæ. Pa.

2 Vñ caute agit iudex secundũ Inn. & Hos. si iungit in sñia declarãtes ꝙ ꝑ hanc sñiam nullũ dignitati in posterũ præiudiciũ generet. ar. ĩ. de ca. mo c. ij. §. fin. de do. inter dilectos. ad fi. Ioã. And.

3 Dicit Hostiẽ. de hoc nõ mirãdũ: quia cũ aduersarius sit prælatus: non autorizat, iure proprio ff. de auto. tu. l. j. Remittit aũt s̃. de resc. c. edoceri. forte glo. nõ intellexit de prælato archiepõ, sȝ de archidiacono. Ioã. An.

4 Non. & bene indistĩcte: nec ualet distĩctio Pa. & docto. hic an omnẽ potestatem transferat, an uero tm̃ cõmittat: quia ex quo superiorẽ uelut matrẽ retinet inhabilis est ut not. in cõsue. Pa. §. j. gl. j. n. 68.

† Vel ex ignoratia culpabili secus si ex iusta ignorãtia, ut tenet Pano. in c. post electionẽ. no. iiij. ĩ. eo. quis. Phil. Dec. in l. fi. nu. 17. C. de pac. & cõs. cccxcviij. & Ludo. Gomes. in reg. cãcel. xx. de impetr. beneficia uiuẽ. qõe. iij. adhuc idẽ tenẽt & male ut dixi super eadẽ reg. q. iij. ubi qõ. vj. nu. 49. ampliaui hoc ca. ad oẽm speciẽ uacationis.

5 Et sunt infames. iij. q. ij. audiuimus. vj. q. j. infames secũdum Petr. Ioã. And.

6 De hoc nõ est curãdũ: licet Go. hic cõtra, qui dixit ꝙ dato ꝙ sentẽtia fuerit nulla post lx. annos, nõ tenebit renunciare. Ioã. And.

7 Per hoc uidet Ber. intellexisse hoc ca. in deposito. & facit ad ea quæ ibi no. Io. And.

Nulla

NVlla ecclesiastica. Duæ sunt partes. Secūda ibi Cū uero. Prima prouidet circa beneficia nō uacātia. Et diuiditur in tres partes. Nā primo ponit prohibitionē. Secūdo eius causam: ibi, ne desiderare. Tertio fortificat: ibi. Cū enim. Secunda pars principalis prouidet circa beneficia uacātia. Et primo statuit tempus ad cōferēdum Secundo punit negligentiam nō cōferētium: ibi. Si autē. Et quotidie allegatur in practica, maxime in secūda parte, & ideo not. ipsum bene. Ab.

a Ministeria. i. officia, siue dignitates.

b Antequam uacent. not. quod beneficium antequā uacet, nō potest ꝓmitti, ꝙ si fiat, non ualet. ĩ. c. proxi. & ĩ. eo. ti. ex tenore. Et sic obligatio nulla contrahit̃ ex tali promißiōe: qa est cōtra ius. ar. cōtra. s̃. de præbē. relatum. & ibi soluitur. imo ibi receptus fuit statim in fratrem.

c Condemnare. Quia pactū de futura succeßiōe nō ualet. C. de inut. stipu. ex eo instrumēto. C. de pact. l. ult. nisi de cōsēsu eius cuius ē hæreditas: ut in l. prædicta. C. de pact. eodem modo non tenet promißio de præbenda non uacante, etiam de cōsensu ‡ eius, qui tenet eā, cū nulli poßit eā cōcedere. infra, de iure patrona. qd' autem. in fine. si in lib. feud. tit. j. §. si uero archieps.

Ex concilio Lateranēsi.

Beneficia non uacantia cōcedi uel promitti non debent, & cùm uacauerint, concedi debēt intra sex menses, quibus elapsis, de episcopo ad capitulum, et ecōtra, demum ad proximum superiorem deuoluitur collatio.

CAP. II.

NVlla ecclesiastica ministeria, [a] seu etiā beneficia ecclesiæ tribuantur alicui, seu promittantur ante, quàm uacent: [b] Ne desiderare quis mortem proximi uideatur, in cuius locum & beneficiū, se crediderit successurum. Cum enim in ipsis etiam legibus Gentilium inueniatur inhibitū, turpe est & diuini plenum animaduersione iudicij, si locum in ecclesia Dei, futuræ successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare [c] curarunt. Cùm uerò præbendas ecclesiasticas, seu quælibet officia in aliqua ecclesia uacare contigerit, non diu maneant in suspenso, sed intra sex menses, [d] personis quæ dignè administrare ualeant, conferantur. † Si autem episcopus ubi ad eum spectat [e] conferre distulerit, per capitulum ordinetur. Quòd si ad capitulum [f] pertinuerit, & intra præscriptū terminum hoc non fecerit, episcopus secundum Deum hoc cum religiosorum [g] uirorum consilio exequatur. Vel si oēs forte neglexerint, metropolitanus de ipsis secundum Deum, absq; illorum contradictione disponat.

Alexander tertius Eboracen. archiepiscopo.

Beneficia uacantia conferuntur, non obstante appellatione illorum, quibus promissa fuerant ante quàm uacarent.

CAP. III.

RElatum est auribus nostris: & infrà. Consul. t. t. r. quòd cum in Lateranensi cōcilio [h] promissiones factæ de ecclesijs non uacantibus sint cassatæ: prætextu appellationis [i] eorum, qui dictis promissionibus innituntur, omitti non debet quin ecclesiæ cum uacauerint de personis idoneis ordinēt.

Innocentius tertius præposito, & capitulo Cameracen.

Glossa se. Primò ponit quando incipit currere tempus semestre. Secundò an sit utile uel continuum. Tertiò utrum ibi poßit mora purgari. Quartò an sufficiat huius canonis authoritas ad supplendum, quod hic dicitur. Quintò in quibus beneficijs locum habet hæc constitutio. Addunt Vinc. Goffr. & Host. sextum an negligentia. &c.

d Intra sex menses. Tempus istud sex mēsium, incipit currere à tēpore sciētiæ generaliter, & non à tēpore uacationis. infra eodem. quia. in fine. argu. ff. de calum. annus. C. qui admit. ad bonor. posse l. ij. & qui scit certiorari nō debuit. ff. de actio. emp. l. j. in fine. supra, de elect. cū inter uniuersas. in fine. & expressum est supra, de sup. negligen. præla. licet. & supra de præbend. de multa. §. j ar. Itē tempus istud utile est: quia tempus illud nō currit à tempore suspensionis sentētiæ quo eligere non possunt. ĩ. e. quia diuersitatē Argu. cōtra, quod currat, licet eligere non poßint. s̃. de elec. c. ult. Nūquid possunt canonici eligere post tempus elapsum. Quidā [a] dicūt ꝙ sic, sed contrarium est uerum, ꝙ non poßint: & si eligāt, nō tenet electio supra de sup. negl. præla. c. licet. & c. ult. nisi de patiētia toleretur. ĩ. eo. ti. literas quia pro non dato habet, quod ab illo datur, qui nō potest de iure donare. ĩ. de iure pat. qd' aūt. in fi. Arg. cōtra. ff. si qs cau. & si post tres. ff. d' arbi. Celsus & authoritate huius canonis semestri tēpore statim elapso pōt eligere ille, ad quē deuoluta fuerit eligendi potestas. nulla licētia à superiore petita. & constitutio ista tm̄ locū hēt, ubi distinctæ sunt præbēdæ, & certus est canonicorum numerus cōstitutus. ĩ. e. ex parte. Itē locū habet in dignitatibus & personatibus omnibus: sed ĩ episcopatibus & archiepiscopatibus olim locum nō habebat. ĩ. e. dilectus hodie locum hēt ĩ episcopatibus & archiepiscopatib. & abbatijs ut potestas eligēdi trāsferat̃ ad superiorē: sed minus tempus datur in his. s. triū mensium. supra de elect. ne pro defectu. & ita in hoc æquiparantur: & differunt à minoribus beneficijs & dignitatibus: quia minus tēpus datur propter maius periculum: quia mora periculosa est in talibus. s̃. de ele. cum inter & s̃. ut lite non contesta. quoniam frequēter. §. porro.

e Spectat. ĩ. de iis quæ fiunt à præla. sine consen. ca. c. ca nofcitur. & s̃. de elect. cum ecclesia uulterana. ad fi.

f Capitulum. s̃. de elect. cum in cūctis. s. si. ix. quæst. iij. cum simus.

g Religiosorum. Sic. s̃. de elect. nec pro defectu ubi dicitur, qualiter hæc uerba intelligunt̃. & lxiij. dist. obeuntibus ubi de hoc. Ber.

RElatum est. Duæ sunt partes. Decisa consultatio & responsio. Secunda ibi. Consultationis. Ab. si.

h Lateranen. concilio. s̃. c. proxi.

i Appellatiōis. Tali appellationi non est deferrendū, cum

‡ Cōsensu. Idem Ioā. And. Ant. But. per tex. in c. detestanda. e. in vj. ubi decretū irritans.

† Idē de iure in institutiōe quicqd dicet Pano. hic ut latius super hoc ca. dixi.

a Tāc. hic dicēs, ꝙ ĩ odiū negligentiū & subsidiū ecclesiarū hoc statutū erat sed odiū: extēdi nō debet, sub sidium u[…]ro non est necessarium: ex quo ille morā purgauit & elegit. Io. And.

cum eorū non intersint.ij.q.vj.nō solent.& s̄. de ele. cum inter R. quia ex tali promissiōe nihil iuris acquiritur. sic nec emptor habet actionē furti in re uendita subtracta, si ei res nō fuit tradita. ff. de furt. l. eū qui emit. Bernardus.

Nec potest appellatio impedire, ne id fiat qđ edicto perpetuo fieri iubet. ff. de ap. re.l.ult.ij. q.vj.§.diffinitiua secundum Gof. Ioā. And.

Si scribitur ei ad quē spectat collatio, dato executore ad prouidendū, per præsentationē literarū collatori factam afficitur præbenda: ita quòd collatio alteri facta, non tenet: hoc dicit secundum uerum intellectum. uide.c.si capitulo.e.ti.in vi.

CAP. IIII.

PRoposuit nobis T. præsbyter, quòd cùm C.pàpa præ. noster pro receptione ipsius in fratrē, & assignatione [a] præbēdæ ad donationem uestrā spectantis in ecclesia uestra proximò uacatura mādatum apostolicum nobis destinasset, decano Remēsi executore [b] concesso, decanus ipse uos contumaces inueniēs, ipsum de præbenda primò uacatura in ecclesia uestra, quæ ad donationē capituli pertinet, authoritate apost. inuestiuit: [c] & infrà. Sed cùm præbenda quæ ad donationem uestram spectabat in ecclesia Cameracen. uacasset, eam alij assignastis: [d] & infrà: Idem autem præde. no. quod ab eodem decano factum fuerat, ratum [e] uolens haberi, collationem præbendę factam à uobis penitus irritauit, [f] & eum de ipsa per annulum inuestiuit. [g] Licet autem intentionis nostræ non sit, inuestituras de uacaturis [h] factas contra canonum instituta [i] ratas habere, qui secundum plenitudinem potestatis de iure possumus supra [k] ius dispensare [l] attendentes tamen, quòd idem presbyter non de uacatura, sed de uacante per prædecess. no. fuit inuestitus, [m] ut pote quæ post cassationem [n] concessionis [o] à uobis factæ intelligebatur uacare. [p]

Proposuit. Sūt duæ ptes principales. Prima narrat factū continēs gratiā & executoris processum.c.cōtemptū. & duplex factum Cælesti. Secunda ponit mandatum Innocētij, præmittens protestationē & ipsius motiuum: ibi, Licet autem. Abb. si.

[a] Assignatione. Facienda cum uacauerit eidem presbytero. & hoc probat in antiqua cōpilatione, ubi est illud uerbum facienda. unde uidet, ꝙ nihil ualuit. supra, de præbend. inter cætera. ubi de hoc.

[b] Executore. Dato forte sub hac forma, mādatū nostrum exequaris.

[c] Inuestiuit. i. assignauit, ut patet ꝑ hoc quod dicit. s̄. e. assignatiōe præbendæ &c. executor hoc fecit, & male, ut satis patet per literā inferiorē. sed litera illa, ratū uolēs &c. cōtradicere uidetur. sed Cælestinus hoc ideo dicit, [a] ut excusaret decanū, & assumeret causam cassandi collationē capituli. & hoc satis patet per uerba Inno. factū enim decani fuit causa, quare Cælestinus cassauit concessionem capituli, alias nō debuisset cassasse. s̄. de pręb. dilectus filius G. nō est alia ratio, nisi quia ipse uoluit: quia de eo ꝙ nihil est, potest Papa aliquid facere. de cōse. dis. ij. re uera. uersus fi. & fi. s̄. de præb. c. pro illorum. ibi, quod de memorato magistro prouide &c.

[a] Dicere pōt, ꝙ illa fueruut uerba pręsbyteri allegantis: sed in authē. patet ꝙ Inn. id cōstitit ꝑ literas cęle. Io. An.

[d] Assignastis. Vnde uidetur, quod nihil ualuit. s̄. de præben. inter cætera. imo bene ualuit: ut s̄. de præbē. dilectus filius. & hoc probatur per hoc ca. ut j̄. patet. ubi de hoc.

[e] Ratum cum effectu.

[f] Irritauit. i. irritum nuntiauit. Ioan. imo proprie tenetur, ut sequentia probant.

[g] Inuestiuit per talem inuestituram, contulit ei ius canoniæ, cum nihil prius habuerit per decanum.

[h] De uacaturis. Inno. & Cælesti. uident diuersi. Inno. non uult habere ratum factum Cælestini. Cælesti. uidetur habere ratam inuestiturā de præbenda uacatura facta per decanum. ubi dicit, ratum uolens factū decani haberi, cū tamen decanus non haberet illud in mandatis. Inno. uoluit habere ratam inuestituram de uacatura: quia Cælest. inuestiuerat presbyterū de uacante, post cassationē concessionis: & sic non poterat ratam habere institutionē de uacatura, cū iam esset īuestitus de uacante per Cælest. nec ēt Cælest. ratā habuit inuestiturā de uacatura: imo inuestiuit illū de uacante. Ex hac decr. uolunt quidā dicere, quod si papa mandat aliquē recipi in canonicū, & alius recipiatur, ꝙ debet cassari, ut hic fecit Cælestini. unde signat contra. s̄. de præb. dilectus. ij. sed hoc fecit. Celest. ex plenitudine [a] potestatis, & iniuriā facit illi institutioni, quē cassauit, cū de iure teneret electio, ut hic colligitur. Ber.

[a] Imo fecit hoc de iure, quia per præsentationem literarum factam capitulo affecta fuit præbēda: ex quo datus erat executor ad prouidendū. j̄, c. si capitulo. libro sexto. Io. And.

[i] Instituta. s̄. e. c. j. & j̄. de præbend. dilectus.

[k] Supra ius. ꝓ nihilo hoc dicit: qa hic nō dispēsat, sȝ ꝓꝑ hoc dicit: qa decanus illum inuēstiuit de uacatura: & poterat illā eandem cōfirmare, & ita dispensasset supra ius, sȝ nō habebat hoc locū hic: qa Cælestinus illū postea inuestiuit de uacante.

Glossa. sequens ponit quinque casus quibus papa dispensat, & quinque quibus nō dispēsat, sed quintum determinat.

[l] Supra ius dispensare. nā cōtra capitulum dispēsat. xxiiij. di. lector. & cōtra canones apostoli. lxxxij. di. presbyter. Itē contra uetus testamentū, in decimis nō dandis. j̄. de deci. ex parte. & c. seq. Itē in uoto. j̄. de uoto. & uo. redem. c. j. Itē in iuramento. xv. q. vj. c. ij. & s̄. de rescri. cōstitutus. A contrario sensu de his duobus dixi. s̄. de iureiu. quanto. tamē contra uniuersalem ecclesiæ statum, dispensare non pōt. [a] xxiiij. q. j. memor sum. Nec pōt dispensare ꝙ monachus habeat propriū. j̄. de sta. mo. cum ad monasterium. in fi. Nec contra quatuor euangelia. xiiij. di. sicut: Nec contra præceptum Apostoli. xxv. q. j. sunt quidā. quod intelligo in ijs quæ spectant ad articulos fidei. idem secundū quosdam, non dispensat in secundo gradu cōsanguinitatis. s̄. de resti. spo. literas. quod non est uerū. j̄. de diuor. Deus qui. quod intelligo de collaterali.

Papa contra uetus testamentum, quandoque dispensat.

[a] Imo nō solum dispēsat, sȝ immutat. j̄. de cōs. & affi. nō debet. xxxj. di. c. j. & lxviij. di. c. corepiscopi. Io. An.

[m] Inuestitus. per talem inuestituram cōtulit ius canoniæ. Bernard.

[n] Post cassationem. quo ad factum referas secūdum Ioannem.

[o] Concessionis. argu. expressum, quod si papa mandat alicui dare præbendā, & detur alij, tenet collatio, licet contra mandatum. De hoc dicitur supra, de præbend. dilectus. ij.

[p] Vacare. sic ergo uidetur, ꝙ per sententiā statim ꝑditur dominiū. insti. de off. iud. §. ult. cōtra. id. ff. de rei uē. in fundo. [a] & C. de pact. l. traditionibus. & inst. de rer. diui. §. per traditionē. Sed hoc ideo: quia papa cassauit concessionem illam, à qua sentētia non appellatur: unde statim dominium perditur.

[a] Non facit nisi in quantum dicit, ꝙ res euicta per sniam tenet euincēs ad impensas bona fide factas in ea. Io. And.

Assi-

[a] Aſsignetis.i.collatam dimittatis. Vel intellige, aſſignetis.i.conferatis iterum de facto. ſic ĩ.de iure pa. ſi uero. Vel iſtam aſsignationem poteſt referre, quo ad poſſeſsionem, cum de iure eam habuerit per Cæleſtinum papam, & etiam per decanũ de mandato Cęleſtini. unde dicitur ſ.ratum uolentes habere, qđ ab eodem decano factũ fuerat, ut dicebat Io. ſed factum decani nullũ fuit ut dictum eſt ſupra.

Quia diuerſitatem. Duæ ſunt partes principales. In prima ponitur archiepiſcopi quærela. In ſecũda cauſæ cõmiſsio, ibi. Mãdamus. Secunda ſubdiuidit. Nam primo ponit mandatũ, & ſoluit obſtaculum. Scđo duos caſus excipit ibi. Niſi. & ſecundum caſum tripliciter exponit: ibi, Sic tamen. Et tu aduerte ad omnes diuiſiones decreta. quando non intelliges textũ: qa multum declarant text. non in uanũ ſunt inuentæ diuiſiones: quod bene no. Abbas Sic.

Mandamus quatenus amoto ab ea præbẽda quolibet detentore, eam ipſi cum plenitudine honoris canonici aſsignetis. [a]

Idem P. ſanctæ M. in uia lata diaco. cardi. apo. ſed. lega.

Semeſtre ad eligendum ſeu cõferendum a iure præfixum, non currit legitime ĩpedito, nec impedit currere, niſi a die uocationis. h.d. Et eſt textus multum allegabilis & quotidianus.

CAP. V.

Quia diuerſitatẽ corporum [b], diuerſitas ſæpe ſequitur animorum: & infra. Conquerebatur inter cætera Eboracen. archiepiſcopus quòd cum ad eum in eccleſia Eboraceñ. & alijs [c] ſuis eccleſijs collatio pertinebat præbendarum, tempore ſuſpenſionis ipſius & poſtmodum etiam, quidam præter eius authoritatẽ ſe intruſerunt in ipſas: & infra. Mandamus quatenus eos qui præbendas uel dignitates eccleſiæ Eboraceñ. uel aliarum ad donationem eius ſpectãtes, præter authoritatẽ acceperũt ipſius, ad eas reſignãdas monitione pmiſſa p excõicationis ſñiam & ſubtractionem aliorum beneficiorum [d] non obſtante confirmatione a ſe. apo. obtenta ſub forma cõmuni [e] quæ confirmat beneficia & præbendas ſicut iuſte & pacifice poſsidentur: ap. re. cõpellas: Niſi forte aliqui eas uel ſpeciali mandato ap. ſe. uel authoritate Lateraň. concilij [f] ab Eboracen. capitulo ſint adepti: Sic tamẽ, ut tẽpus ſuſpenſionis [g] in ſex menſibus nullatenus cõputetur: cũ illa Lateran. conci. conſtitutio cõtra negligẽtes [h] tantum fuerit promulgata, & tunc ſi uoluerit, nõ tamen [i] uoluerit archiepiſcopus ipſe in conferendis præbendis [t] uti propria poteſtate a qua [k] & ſi fuerit ſua culpa ſuſpenſus [l], non tamẽ ad ipſum capitulũ ex illa culpa præbendarũ erat donatio deuoluta, ſed ad illũ tẽpore ſuſpenſionis illius prębẽdarũ donatio perti-

[b] Diuerſitatẽ corporũ. Quia, Quot ſunt capita, tot ſunt ſententiæ. de conſec. diſt. iiij. ſicut in ſacramẽtis. ff. de arbi. item ſi unus. §. principaliter. Et uoluntates hominum, ſunt uariæ. ff. ad Trebel. quia poterat. & illud: Velle ſuũ cuique eſt, nec uoto uiuitur uno. Item Ouidius, Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figuræ. Et illud uulgare: Quot capita, tot ſenſus.

Perſius.

Ouid. lib. 1. de arte amandi.

[c] Alijs eccleſijs. Sic ĩ. de exce præla. ad aures. & xvj. q. vij. nullus omnino.

[d] Beneficiorum. Sic. ſ. de æta. & quali. quæris. & xiij. q. j. §. j. circa fin. uer. nedum quæritis uſurpare quod ueſtrum non eſt &c.

Gloſſa ſeq. dat unum ſimile, & ponit tres effectus confirmationis.

[e] Forma communi. Per confirmationem enim non creatur ius nouum. ſ. de confir. uti. uel inuti. cum dilecta. c. j. & quaſi per totum. ſic & innouatio priuilegij, ĩ. de priuile. quia intentionis. quia qui confirmat, nõ donat. ſ. de fid. inſtru. inter dilectos. & ff. de iuriſ. om. iud. & quia. Verumtñ tria [a] operatur cõfirmatio. Per confirmationẽ fit maioris authoritatis res. xj. di. quis neſciat. & ſi fuerit minus ualida, fit magis ualida per confirmationẽ ſi ex certa ſcientia hoc fiat ſ. de trãſact. c. j. Item quia nullus præter authoritatem confirmantis poteſt de illo iudicare. ſ. de cõfir. uti. c. j. & ij. qualiter hoc intelligatur, ibi exponitur.

[a] Tria. hæc de cõfirmatiõe ex certa ſciã tãtũ. Pano. hic plene dixi in conſue Pariſi. §. v. nu. 69. cum ſeq.

[f] Lateraň. Concilij, ſupra eodem. nulla.

[g] Suſpenſionis. ita tempus in quo quis eligere nõ poteſt, nõ currit. Sed cõtra. ſ. de elec. c. ulti. ſic & impedito agere non currit tempus. C. de ann. except. l. j. §. ulti. & C. de iu. do. in rebus, ſic nec tẽpus deliberationis [a] imputaĩ creditori. C. de iure delib. ſancimus. §. do nec. in fin. argu. ff. quemad. ſer. ami. ſi quis alia. §. ulti. & l. ſi locus. Quando non currat præſcriptio, dictum eſt ſ. de præſcri. illud. & c. cum non liceat. & hoc dicit litera iſta, ſed ſi ante ſuſpẽſionem uel poſt abſolutionẽ, capitulũ ſuppleuit negligẽtiã archiepi, ualebit factum capituli. & hoc quod tempus iſtud non currit, intellige cũ non eſt negligens in petenda abſolutione: ſicut archiepiſcopus non fuit negligens, quia ſtatim poſt ſuſpenſionem ſuam, iuit ad curiam pro abſolutione. alias imputaretur ei. argu. diſt. c. quoniã, & ſupra de reſcri. ſi autem. ſimile. ff. de regu. iur. qui poteſt. & ff. de re milita. nõ omnes. §. qui captus. Lau.

[a] Id eſt tẽpus, quo deliberat hæres an uelit adire, non imputaĩ creditoribus hæreditarijs ĩ aliqua tẽporali præſcriptiõe. Ioã. And.

[1] Alias, beneficijs

[2] Dicebat Pet. ꝙ iſte fuerat ſuſpenſus a collatiõe beneficiorũ: forte enim delictũ eius denũciatũ fuit papæ, ꝙ peccabat ĩ beneficijs cõferẽdis ſecundũ formã decre. de pb. graue. Et ſi dicas, ergo non ad papã, ſed ad pſonã inſtitutam in concilio tpe ſuſpẽſionis ſpectabat collatio. reſpondet illud in inferiorib', qui per cõcilium ſuſpendunĩ: ſecus ĩ metropolitano. qui p papam ſuſpẽdiĩ: ut ibi patet. Io. An.

[h] Negligentes. Sicut cæterę præſcriptiones. ſupra de præſcri. uigilanti. & xvj. q. iij. c. placuit. §. poteſt.

[i] Non tamen ualuerit. Hæc tamen bona ratio eſt, & ideo non præiudicat ei. C. de anna. excep. l. j. §. ulti. & ff. de uſur. cum quidam. §. ſi pupillo. arg. contra. ff. ex quib. cau. ma. item ei. Item ſignatur contra. quod ſuſpenſus eligat. ĩ. de cle. excom min. ſi celebrat. ibi ſoluitur.

[k] A qua. Ex hoc loco colligitur, quod archiepiſcopus eſſet ſuſpenſus ab officio & iuriſdictione, [3] ut diceba Lau. & Ioan. ſ. de conſue. cum dilectus.

[l] Suſpẽſus. Sic patet, quod licet culpa ſua inciderit in excommunicationem uel ſuſpenſionem, nõ imputatur ei, quod ex illa culpa [4] proceſſerit. xv. q. j. ſi cõcupiſcentia. & c. inebriauerũt. & eſt ſimile ubi culpa procedit, & tamen non imputantur ea, quæ ex culpa ſua proceſſerunt. ĩ. de ſpon. ueniẽs ad nos. ff. de fur. l. uerum. & l. qui iniuriæ. in princ. ff. de pub. & uec. ſed ij. §. fin

[4] Culpa. quia iſtud impedimẽtum nõ ꝓcedit immediate ex culpa, ſed a pœna culpæ. Pano. hic Gemi. cõſil. xiij. in fin.

nebat, qui præter a eius desidiam & negligentiam poterat præbẽdas donare. Tempus etiam quo ad ap. se. accessit, b & apud illam permãsit, uel recessit ab illa, intra sex mẽses nullatenus cõputetur. Semestre autem tempus, non a tempore uocationis præbendarum, sed notitiæ c ipsius potius uolumus cõputari.

Idem Basilieñ. episcopo & abba. sanctæ Mariæ.

Non ualent literæ ad beneficium impetratæ, quæ de alterius colorata † facti possessione non faciunt mentionem. hoc dicit secundum uerum & communem intellectum. Et est textus multum allegabilis, & habet materiã quotidianã. Et fuit decisio multum subtilis.

CAP. VI.

Cum nostris fuerit olim auribus intimatum, quod præpositura ecclesiæ Lausañ. tẽpore tanto uacasset ut secundũ statuta Laterañ. cõcil. ad nos esset eiusdẽ donatio deuoluta, epo & canonicis Lausañ. mandauimus ut præpositurã ipsam thesaurario Lausañ. cõferrent, quibusdã super hoc executoribus deputatis: & infra. Verũ præfati episcopus & canonici literis receptis, prædictam præposituram non uacare dixerũt quia licet ille qui præpositus fuerat in episcopũ fuisset assumptus: ad ipsam tamen præposituram post consecrationẽ suã denuo fuerat ab ipsis canonicis electus, & eam sicut antea possidebat. Quod dicti executores dicentes contrarium esse iuri, ipsam præposituram de iure d uacantem autho. ap. præfato thesaurario assignarunt: e & infra. Auditor igit̃ super hoc datus a nobis, de mandato nostro decreuit, ut quod a memoratis executoribus factum fuerat obtẽtu literarum nostrarum, eo quòd per falsi suggestionem, f & ueri suppressionem fuerant impetratæ, cum præpositura illa non uacaret de facto g, quia talis possessio h plus habet i facti, quàm iuris, haberetur irritum & inane. Nos ue-

ij. §. si autem. argumen. contra l. distinct. sæpe. & c. studeat. ff. quod me. cau. l. si mulier. Ioan.

a Præter eius. Quia dominus Papa potest concedere prębẽdas siue fuerit negligens siue uigilans. ar. ix. q. iij. per principalem. C. de quadr. præscriptio. l. bene a Zenone. & s̃. eod. proposuit. Itẽ ar. est hic, quod bona clerici damnati deuoluenda sunt in fiscum ecclesiæ. s̃. de cle. nõ resi. c. pe.

b Accessit. Sic miles cõmeatu accepto, i. stipendijs quibus cõmeare, i. abire debet, reipublicæ causa abesse uidetur, quousq; in domum suam perueniat. cum est in domo non abest causa reipublicæ, quandiu est in itinere, habet priuilegiũ. ff. ex quib. cau. ma. l. miles. & l. qui mittũtur. in fine. sic & totum istud tempus quousque receperit se in domum suam, non currit.

c Notitiæ. Sic. s̃. de supp. negligẽt. præla. licet. De hoc dictũ est s̃. eo. c. nulla. nam is qui nescit, potestatem experiẽdi nõ habet. ff. de calũ. annus. in fi. & ij. q. vj biduum. & ff. de ædil. edic. cum sex menses.

Cum nostris. Diuidit. nam primo ponit gratiam & executionem thesaurario cõcessam. Secũdo exceptionẽ cõtra illam. Tertio processum executoriũ. Quarto pronũtiationis confirmationem. Secunda ibi. Verum. Tertia ibi, Quod dicti. Quarta ibi, Auditor. Quinta ibi, Nos uero. Abbas Siculus.

d De iure. De facto tñ non ualebat, ut j̃. sequitur.

e Assignarunt. Sed nunquid possunt hoc facere executores, quibus hoc solum mandatum est, ut aliquos moneant recipere aliquem in fratrem, eosdem si noluerint compellendo? Videtur quod sic. cum omnia accessoria intelligãtur sibi commissa. s̃. de offi. deleg. præterea. & c. prudentiam. in fin. ff. de procur. ad rem mobilem. & l. ad legatum. Sed non est ita, quia forma mandati diligenter est seruanda. j̃. de rescrip. cũ dilecta. & s̃. de off. dele. uenerabilis. & xxvij. q. j. si custos. sed si mandetur sub hac forma, mandatum exequi non tardetis, secundum quod mandabatur istis executoribus, ut patet in integra: tunc possunt facere quod dicit litera ista secũdum quod isti fecerunt. sed factum istorum effectum non habuit, quia non uacabat præpositura de facto: & literę non ualebant impetratæ tacita ueritate, ut dicitur in fi. Si uero simpliciter mandetur sub hac forma, mandamus ut tales compellatis ut talem recipiãt in canonicum & in fratrem: tunc non possunt illum ponere in possessionem siue inuestire, sed simpliciter compellere. hoc uidi de facto. Sed si mandetur, ut illum mittant in possessionem præbendæ, nũquid possunt excõmunicare contradictores & impedientes? Ioã. dicit quod non [1], quia executio tantũ & non coerctio eis mandata est. Ego credo, quod possunt, quia illa executio nulla esset, si coerctionẽ aliquam non haberet. s̃. de off. deleg. ex literis. & ff. de iurisd. omnium iudi. l. iij.

f Suggestionem. Ex hoc uidetur, quod si commissio per falsi suggestionem sit impetrata, & iudex eam secutus tulit sententiã, quod sententia nõ teneat ipso iure, [2] ar. s̃. de rescrip. cõstitutus. & s̃. de re iudic. cum I. & A. & C. si ex fal. instr. falsam. secus uidetur, si eam non sequitur, ut in c. cũ I. & A. de hoc dictũ est s̃. de rescri. ad audientiam ij.

Glo. seq. ar. de primo rescripto, quando non fit mentio in secundo.

g De facto. Ex hoc uidetur, quod ad hoc ut rescriptũ nõ sit uitiosum, non solum ea quæ iuris sunt narranda sunt, sed etiam ea quæ sunt facti. pari ratione uidetur, quod si secũdum rescriptum non faciat mentionem prioris rescripti inualidi, quod non ualeat secundum. sed non est ita [3] s̃. de confirma. uti. bonæ. quia literæ priores, non dicuntur priores sed nullæ potius exceptione opposita. vij. quæstiõe j. factus est. nec literæ quæ non ualent, debent præstare impedimentum secundis quæ ualent. j̃. de iure pat. illud. ff. de lega. j. si seruus legatus. §. si seruus. ff. de uerb. obl. si dari stipuler. ubi stipulatio quæ potest elidi per exceptionem, non impedit secundam: sic possessio non dicitur uacua, quam alter quocunque modo possidet uel detinet, licet re uera, nullus possessor sit. ff. de act. empt. & uen. l. ij. §. uacua. Ber.

h Talis possessio. Scilicet quæ habetur ab eo, qui habet plures dignitates.

i Plus habet facti. Not. ꝙ alicui possessio acquiritur quan-

† Secus si non colorata, glos. doct. c. ij. in prin. de decimis in vj.

1 Quod non. & bene nisi sit clausula contradictores cõpescendo Pano. hic. & d. c. ex literis.

2 Iure. hoc uerũ in rescriptis ad beneficia. secus in rescriptis ad lites. Pan.

3 Idẽ no. s̃. de resc. ex tenore in fi. j. gl. De hoc. j. de reg. iu. nõ pstat. Ioã. And. Hic Fel. c. ex tenor. de rescri.

ro sententiam eiusdem ratam habentes, mandamus quatenus nisi prædictus episcopus sufficienter ostenderit, quòd uel ex indulgentia se. apo. speciali uel ex alia iusta causa [a] & necessaria, sibi post cōsecrationē suā præpositura concessa fuerit memorata, ipsum ad resignationem ipsius (si spōte noluerit) compellatis. Deinde Lausañ. capitulum ad conferēdam eam thesaurario supradicto diligentius inducere [b] procuretis.

Idem archidia. Richimundiæ.

Vbi constat beneficium collatum per habentem potestatem per exceptionem abiurationis & renuntiationis, non debet possessio retardari.

CAP. VII.

POst electionem & cōfirmationem [c] episcopi Elieñ. uacante archidiaconatu Richimundiæ, quē tenuerat Eboraceñ. archiepiscopus, eum tibi propria liberalitate concessit, dans Eboraceñ. capitulo in mandatis. ut te in archidiaconum recipere procurarēt cuius noluerunt mandato parere: quia præ.n. inter alia quæ decano & capitulo Eboraceñ. suo priuilegio noscitur indulsisse, ordinationem [d] canonicorum seu personarum, liberam esse decreuit: ut uidelicet idonea & honesta persona cui archiepiscopus uacantem in ecclesia Eborac. præbendam uel dignitatem duxerit conferendam, secundum antiquam ipsius ecclesiæ consuetudinē præsentaretur decano & capitulo supradictis: & infra. Si quis contra consuetudinem huiusmodi in ecclesia ipsa esset per aliquem introductus, nec pro persona, nec pro canonico haberetur. Quòd si archiepiscopus intra terminum Lateran. concil. secundum formam præscriptam personæ idoneæ nō cōferret, liceret decano & capitulo authoritate apo. iuxta eiusdē cōcil. statuta cōferre. Cū igit in literis archiepiscopi directis capitulo de decano mentio nulla te

tur quandoq; qui habet plurimum iuris & minimum facti ut si acquiritur mihi possessio per seruū uel per eum quem habeo in potestate. ut. ff. de acqu. pos. possessio quoq;. & tunc ignoranti acquiritur possessio, & currit usucapio. ff. pro soluto. l. ij. in fin. Quandoq; possessio hēt multum iuris & facti, cū acquiritur per pcuratorē, & ignoranti acquiritur, sed usucapio non procedit nisi scienti. C de acqui pos. l. j. ff. pro solut. l. ij. cum l. seq. & ff. de acquir. possessio. quoque. §. ij. qñq; possessio hēt parū iuris, & plurimum facti, ut illa quæ corpore nostro acquiritur, quia ibi animus noster necessarius est. C. de acquiren. posses. licet. & tunc usucapio non procedit sine corporali possessiōe. ff. ex quib. cau. ma. l. denique si emptor. cum l. se. & talis est hæc possessio, quia habet plus hic facti, quā iuris, imo nihil iuris habet hic, nisi ostēdat ꝙ post cōsecrationē præpositura iusta de causa fuerat ei concessa: quia si haberet aliquid iuris nō compelleretur ad renūtiandum sine causa. xvj. q. vij. inuentū. lvj. di. satis peruersum. Item in acquirenda possessione, plurimum facti consistit, & parum iuris: quoniam sine corporali actu non procedit, ut prædicta l. licet. in retinendo plurimum iuris est, quoniam solo animo retinetur. C. de acq. pos. nemo ambigit. & l. licet. & solo animo perdit. ff. de acq. pos. possideri. §. in amittēda.

[a] Iusta causa. Nota ꝙ ex iusta causa potest quis habere plures dignitates, secundum antiqua iura inconsulto domino pa. ut hic colligitur. hodie uero non licet sine speciali dispensatione domini pa s. de præb. de multa. iusta cā [1] posset esse paupertas episcopatus [1] argu. x. q. iij. unio. & supra de præben. exposuisti. Sed pone quod aliquis habet beneficium cum cura animarum, recipit aliud beneficium cum cura animarum & nihilominus retinet primum quod uacat ipso iure. alias dicens beneficium uacare, impetrauit literas a domino pa. ad delegatum ut illud beneficium sibi conferat si est ita, nulla mentione habita in literis de tali possessione. nūquid ualent literæ taliter impetratæ? Credo [2] quod ualeant: & sicut ille ad quem pertinet collatio illius beneficij, pōt illud conferre possessore irrequisito, ut dicit decr. illa, de mu. ta. supra, de elect. cum in cunctis. quæ loquitur in episcopo sicut hic: ita delegatus iste potest conferre beneficiū cum in hoc eandem habeat potestatem non obstāte quod de hoc in literis mentio non habetur. Sed hic non ualuerunt literæ, quia ex noua causa potuit eligi de nouo post suam cōsecrationem ad præposituram eandem uacātem, prout pap. mandat inquiri. secus si non fuisset postea electus, sed præposituram retinuisset ex prima concessione credo quod tenuisset collatio executorum per decret. prædictas. Vel dicas literas tales nō ualere iure nouo illius decr. de multa. & idē credo in personatibus & beneficijs curam animarum habētibus, secus in beneficijs simplicibus, [3] aut si unū beneficium sit cū cura uel personatu, & aliud sine cura uel personatu, tūc est facienda mentio de possessione facti, alias non ualent. Ber.

[b] Inducere procuretis. Et nunquid possunt ad hoc eos compellere ut eū recipiant, secundū quod possunt episcopum compellere ut renuntiet? Non credo quod possint compellere eos, quia monitores tantum esse uidentur.

POst electionē. Contra agentem possessorio adipiscendæ, nō obstat exceptio resignationis & abiurationis. sed iste intellectus non facit ad titulum, & ideo sumatur secundo, quod dignitas nō uacans alteri conferri non potest. Et sunt duæ partes. In prima facti narratio. In secunda ipsius definitio: ibi, Quoniam. & quælibet pars subdiuiditur, ut de se patet. Abbas.

[c] Confirmationem. Supple & cōsecrationem, quia alias non dicitur uacare plene. s. de ele. cum in cunctis. uel ipse electus consensit ut archidiaconatus ipsius daretur magistro H. & sic uere uacauit.

[d] Ordinationem idest, institutionem. Sed contra infra, eodē uersiculo, quod si archiepiscopus intra terminum Lateraneñ. concilij secundum præscriptam formam personæ idoneæ non conferret. Solutio. Ad capitulum & decanum pertinet institutio in capitulo & in stallo: ad archiepiscopum autem pertinet institutio in præbenda & dignitatte, id est collatio beneficij uel dignitatis, ut infra, uersiculo, personæ idoneæ.

[1] Secundum I. uel non habebat possessionem epatus: & facit quod dixi de elect. c. cū in cunctis propter paupertatē aūt de qua dicit gl. posset fieri unio uel ppter aliq. unionē, & si nō personæ: epatui, tñ posset dari ad tps fructus alicuius dignitatis ppter debitorū exonerationē uel similē cām: imo & eps cū capi. ex causa hoc posset & adde ꝙ dicam. j. ut eccl. ben. ca. uno. in fi. & no. de rescrip. l. si propter. li. vj. Io. a.

[2] Credo & bene qa nō pōt dici posses sio seu titulus coloratus ex quo euidens est nullitas & ita ser[u]at.

[3] Inno. dicit idē in beneficijs uel præbēdis, quādo receptione secūdæ uacat prima: puta si hoc habet statutū utriusque ecclesiæ, secundū Hosti. uel synodale: uel pone in iure cōi in casu. j. e. literas. Ioā. And.

nus a habetur, per cuius manum debebas in capitulo inuestiri, eius mandato extitit contradictũ: & infra. Ipsius igitur institutione b propter præmissas rationes a capitulo reprobata, c ipsi intelligẽtes archidiaconatus donationem, ad eos tam authoritate Lateraneñ. concil. quam indulti sibi priuilegij deuolutam, R. de sancto Cadmundo illũ unanimiter contulerunt, inuestientes eundum de ipso, & solenniter installantes. Processu uero temporis, præfatus archiepiscopus post resignationem d & abiurationem a te factam & receptam ab ipso, eidem R. archidiaconatum contulit antedictum: qui archidiaconatum ipsum, tam ratione primæ quàm secundæ concessionis sibi assignatum, per se.apo.petijt confirmari: e & ĩfra. Quoniam constitit f nobis, archidiaconatum prę dictum tibi per Eborac. archiepiscopum primitus fuisse concessum, & quòd institutione g facta per ipsum secundum iuris ordinem minime reprobata, h archidiconatus non uacans non potuit, nec debuit in aliũ transferri: memorato R. qui contra iustitiæ regulam i in archidiaconatũ alterius prouehi se consensit: super eo silentium duximus imponendum, sententialiter decernentes, ut institutio facta per archiepiscopũ de te sortiatur effectũ. k Exinde si super renuntiatione l uel abiuratione, uel aliquo præmissorum aliquis qui uelit & ualeat, aduersus te quicquã duxerit proponendũ ordine poterit iudiciario experiri.

Idẽ C. canonico Tridẽ.

Recepto in canonicum tenetur capitulum prouidere, quam cito facultas se obtulerit.

CAP. VIII.

Cum super quæstione Trideñ. præbendæ: & infra, Cum autem constet te in canonicum Trideñ. ecclesiæ fuisse receptum, licet receptionem tuam factam contra Lateraũ. m cõci. pars aduersa proponat, quia tamen probatum non n

a Nullatenus. Nec erat necesse facere mentionẽ de parte.i.de decano cũ pars teneat in toto.xciiij.di.legimus.in fi. & xiiij.q.v.pœnale. de conse. dist.v.non mediocriter.ff.quod metus causa.l.j.ff.de reg.iu.in toto sic etiam episcopus in ecclesia.vij q.j.scire. Sic nomine populi, continẽtur senatores, insti. de iure nat. §.plebs. Sic & familię appellatione ipse dominus familię continetur. ff. de uer.si.i.familię. quandoque tamen noĩe ecclesiæ non cõprehenditur episcopus.lxiij. dis.c. sacrorum. §.ex his & ĩ. de uerb.sign. cum clerici. & lvj. di.apostolica & ĩ. a de test.requisisti. arg. contra prædicta quod plus ualet specialis nominatio.quam generalis.xxiij.dist.quã quam.cum suis cõcor. & s̃.de rescri. sedes apostolica. cũ suis concor. & ca. eam te. Io.

a Hæc iura loquuntur, qñ expresso epo submittit ecclesia: uel qñ dr per ecclesiã epm eligi. Io.a.

b Institutione.i. collatione.

c Reprobata. id est, non admissa.

d Resignationem. hoc proponebatur sed non fuit probatum: sed si probaretur: quia tamen petebatur confirmatio ratione primæ concessionis quæ nó tenuit, non prodesset, sed forte tenuisset rõne secundæ cõcessionis ab archiepo factæ, imo uidet quod nõ: dũmodo locũ uiuentis sciẽter occupauerit.j.qõ.j. in primis uersus prin.

e Confirmari. Ex hac litera uidetur, quod R. erat in possessione archidiaconatus, & H. petebat ei restitui, quia agebat possessorio contra R. ut dicit in glo.de his contra tamen dicit decreta.supra, de testi.constitutus ubi dicit, quod H.non spoliauit istum R. sed litera illa inferior, scilicet super eo duximus silentium imponendum &c. potius ostẽdit, quod ageret de proprietate.quod uerius puto ex eo quod dicit, petijt confirmari, si actum fuisset possessorio contra R.non fuisset condemnatus super ipso archidiaconatu, sed super possessione ipsius uel quasi. Tu dic, quod uterque agebat & petitorio & possessorio.supra, de causa pos.& propriet. cum sup eccle.

f Constitit. Per confessionem R. ut patet in antiqua decreta.

g Institutione. De te facta.

h Reprobata. Quæ primo debuit reprobari antequã transitus fieret ad secundam. s̃.de elect.consideraui-mus.c.bonæ memoriæ.ij.

i Regulam.s̃.eo.c.j.& vii.q.j.non furem.

k Effectum. Quia nõ cõstitit, quod tempus sex mẽsium fuisset elapsum ex respõsione R. ut patet in antiqua.

l Renuntiatione uel abiuratione. De his enim corã papa fuit propositum, sed non probatum, ut dixi, sed Io. dixit, quòd siue hoc fuisset probatum siue non: ex quo iudex processit ad sententiam, amplius audiri nõ debet. s̃.de re iud. inter monasteriũ. & c.suborta. & iõ non admisit eum in modũ exceptionis, quia calumniose hoc obijcere uidebatur. a unde licet non admittatur in modũ exceptionis, admittit tamen in modũ accusationis. sic s̃. de appel. cõstitutus. in fine. ubi de hoc. Vel intentabatur possessoriũ. unde non habet locũ hic talis exceptio. s̃.de rest.spol.c.ij. Ex antiqua bene colligit, quod possessoriũ intentabat. Vel ideo non fuit auditus iste R. quia si uellet probare qd alter renuntiasset uel abiurasset, propterea non obtinuisset, ex quo sua electio nõ tenebat argumentũ supra, de rescrip. olim. Et idem R. nitebatur ex cõsecratione capituli, quæ non tenebat. argumentũ supra, de rescrip. olim. Vel illa est potior causa quare hæc possunt postea opponi, ne uidelicet per surreptionem habeat dignitatem: quia si renuntiauerit uel abiurauerit, uel post tẽpus elapsum electus fuerit non potest licite remanere, quia nõ habet canonicum ingressum. s̃.de elect. cum dilectus. s̃. de appel. cõstitutus. & sic patet, quod talis sententia siue confirmatio nihil noui tribuit, si probabitur aliquid de præmissis: & ita quasi sub conditione sententiauit papa. Item habes hic quod mora nõ potest purgari. De hoc dixi supra eo. nulla

a Alias exceptio abiurationis debuisset admitti. s̃. de rest. spol. l. accepta nec placet illa solutio, qd hic possessorio agebat, secundum Phil. & Abba. Io. an.

Cum super. Primo ponit rationem definitionis, & allegationem contra illam, & duas responsiones ad eam. Secundo definit ex ratione concludens: ibi, sententialiter. Abbas.

m Lateranen. concilium. s̃.eo.c.ij.

n Non extitit. ideo tibi non nocet. C. de prob. cum precibus. sed nocet ipsis confitentibus. C. de fide instrum. l. iij. unde puniri possunt, tanquam confessi, ff. de

ff. de confessis. c. cum super. Bernar.

Gl. sequens coadiuuat text. per tres rões. Cõtra primas duas allegat ij. iura. contra tertiam tria. demum obijcit, & soluit dupliciter.

extitit, nec ipsi canonici uidebantur tibi hoc opponere posse [a] de iure, qui se fatentur te contra statuta præfati concilij recepisse: Sententialiter decernimus, ut tibi quamcitò se facultas obtulerit, præbendale beneficiũ in Trideñ. ecclẽsia conferatur: cùm ex quo receptus es in canonicum, non debeas carere præbenda. [b]

Idem episcopo & magistro P. canonico Hildeseñ.

Si habens præbendam in eadem ecclesia recipit dignitatem cum præbenda, uel aliã præbendam, uacat prima: † & quãuis à superiore sibi cõfirmetur, tamẽ ualet impetratio per alium facta de ipsa, & tacito de possessiõe alterius, quæ colorata non est. hoc dicit, secundum uerum intellectum. Pan.

CAP. IX.

Literas uestras accepimus, quòd cũ pro D. clerico uobis scripserimus ut eum de præbenda uacante sancti Vniscardi Bremen. quam dicebat ad donationem nostram fuisse iuxta Lateran. concil. statuta deuolutam, curaretis auth. apo. inuestire: & infrà. De facto fuit propositum [c] coram nobis quòd H. præpositus quondã simplex canonicus eiusdem ecclesiæ de ipsa in maiori ecclesia in canonicum est electus, [d] & post modum anni spatio euoluto in ipsa ecclesia sancti Vniscardi † in præpositum est assumptus, priorẽ præbendam nihilominus retinens: quam in ipsa ecclesia tunc habebat: & infrà. Sed præpositus allegabat econtra, quòd erat ex consuetudine [e] generali, quòd unus in eadem ecclesia plures haberet præbendas: & cum archiepiscopus Bremẽ. præpositum ipsum de præpositura in plena synodo inuestiret, tam præposituram quàm præbendam illam ei de communi canonicorum cõfirmauit [f] assensu: & infrà. Vnde cũ uobis dubium uideretur, utrum cùm aliquis de una præbenda eligitur ad aliã, statim prior uacare incipiat, an per sententiam debeat abiudicari † eidem, an propter confirmationẽ huiusmodi quæ superius est expressa, præbenda illa dici debeat nõ uacare: nos consulere uoluistis. Cùm igitur si ita est, præbẽda illa & si non de facto, de iure tamen uacare noscatur: [g] Mandamus quatenus dictum præpositum ut dudum, secundo.

[a] Posse. quia frustra legis auxiliũ inuocat, qui committit in legẽ. ĩ. ff. de usur. quia frustra & mutua delicta pari compensatione tolluntur. ĩ. de adul. c. penul. & c. ulti. ff. de dona. l. si duo. ff. sol. matr. uiro. s. de excep. cũ ecclesiasticæ. arg. cõtra. ĩ. de simo. ueniẽs. & ĩ. e. ex tenore. ubi de hoc præterea turpitudinẽ suam allegabant, unde non debuerũt audiri. ĩ. ff. do. inter dilectos. Et sic obstat alicui proprium factum, licet sit iniustũ. sic s. de cle. coniug. diuersis fallacijs. & ff. sol. presbyter. ueniens. xxviij. dist. diaconi. ff. de ado. post mortem ff. de seruitut. rust. prædi. per fundum. argu. contra lv. dist. pœnitentes. xxxv. q. ix. quod quis. s. de præben. cũ non ignores. Sed nonne in pari causa turpitudinis potior est conditio excipiẽtis. ff. de cõdi. ob turpem cau. ubi autẽ. s. de præ ben. relatum. & c. dilecti. Item cõtra ĩ. e. ex tenore. Sol. hic clericus ille iã erat receptus ĩ canonicum, & ideo potior fuit eius cõditio [2] secus si pro missionem solum habuisset: uel receptus fuisset ad proximam uacaturã: quæ nõ tenet. ĩ. e. ex tenore. & s. eo. ca. ij. & iij. & quia probatum non fuit, quod contra concil. receptus fuisset, hoc potius soluit contrarium.

[b] Præbenda. Nota quod qui receptus est in canonicum, diu præbenda carere non debet. sic. s. de præb. & digni. relatũ &. ca. dilectus. sed illa dilectus, contra dicere uidetur. ibi enim mandat papa, quod distributiones quotidianæ & conferant, & hic expectat quousque uacauerit beneficium. quare nõ mandat hic dari distributiones? Respondeo: hic fuit receptus simpliciter in fratrem & socium, nulla mẽtione habita de aliqua uacatura. & sic debet expectare uacaturam, ut hic dicitur. & in ca. dilectus. fuit receptus in fratrem, ita quod nihil perciperet nisi loco proxime uacature, quod non licuit & ideo fuit illud cassatum. unde papa uoluit quod illi darent ecclesiasticas distributiões propter uitium ex pressum: quod credo fuisse factũ ex gratia. hic noluit facere hãc gratiã, Nã postquam iste C. receptus in fuit, uacauit præbenda, & alius eã habuit, [3] ut habet in integra. B.

Literas. Primo ponitur consultatio. Secũdo responsio: ibi, Cum igitur. Prima subdiuiditur. Nã primo ponit formam mãdati pro actore directi. Secundo allegationẽ actoris ibi, De facto. Tertio defensionẽ rei: ibi, Sed præpositus, Quarto elicit dubia ex prædictis: ibi, Vnde. Abbas.

[c] Propositum. Ab ipso D. clerico.

[d] Electus. Nihilominus retinuit præbendam & canoniam minoris ecclesiæ, prout sequitur.

[e] Ex consuetudine. Hæc consuetudo potius fuit censenda corruptela. supra de cõsuetu. ca. ad nostram. & duobus capitu. sequent. quia quot præbendæ uel personatus sunt in ecclesia, tot canonici debẽt cõstitui. arg. supra eodem. nulla. & supra de instit. in ecclesia. & lxxxix. distinct. singula. & supra de præbendis. de multa.

[f] Confirmauit. Qùod facere non potuit. supra de electione. capitulo,

Gl. sequens. reci. per quæst. an episcopus possit eidem confirmare plura beneficia, in una uel diuersis ecclesijs? alleg. quòd non. subdit illud uerum in prohibitis per decr. de multa. uel in beneficijs eccle. alleg. ij. iura, & remittit. Demum tenet etiam in una dispẽsari posse ex causa.

[g] Nascatur. Per hoc uidetur, quod episcopus non potest

[1] Cõcor. tex. ĩ l. fi. & ibi Cy. C. de compensa.

† Tex. singu. scdm Card. flo. hic Pe. Rebuf. tract. de mãda. §. ita tamen.

[2] Nec obstat de diuor. significasti. de adul. intelleximus. ibi. n. dat agenti replicatio contra exceptionẽ, in fauorẽ, matrimonij: uel ibi datur replicatio cõtra exceptionẽ doli. ff. de doli except. l. apud. §. Marcellus secũdum Goff. Ioã. And.

[3] Magister meus dicebat, quod hic non erant quotidianæ distributiones. Abb. uide quod post Inn. dixi de cõstit. cũ M. super glo. hic pot. Io. And.

† Alias, Guichardi.

† Alias, abdicari.

Episcopi in pluribus simplicibus, dispẽsare possũt dũ modo nõ sint sub eo dẽ tecto.

illam sine difficultate resignet, app. re. cogatis: quã, cùm de facto uacauerit, clerico memorato conferre curetis.

Idem episcopo & archiepiscopo Papieñ.

In ecclesijs nõ numeratis, uacatio præbendarum seu canonicatuum poßibilis non est: nec fit ibi deuolutio ad superiorem ex negligentia semestri in nõ prouidẽdo ecclesiæ de ministris. hoc dicit. & est casus nor. †

CAP. X.

Ex parte Hasteñ. ecclesiæ nostris est auribus intimatum: quòd cum quædam præbendæ in ipsa per quatuor annos & amplius uacauissent, Hasteñ. episcopus quosdam ibidẽ instituit, credens sibi hoc ex Lateranensi cõcil. licere. Instituti autẽ scientes non esse firmam institutionem huiusmodi, ad Mediolanen. archiepiscopũ recurrerunt: qui eosdem in canonicos Hasteñ. ecclesiæ ordinauit, & in corporalem possessionem præbendarum induxit, capitulo eiusdem ecclesiæ præbente consensum, tribus tantum exceptis, qui se institutioni huiusmodi opponere a curauerunt: & infrà. Tandem utraq; pars b concorditer est cõfessa, ꝙ in prædicta ecclesia non erant distinctæ c præbendæ, nec canonicorum numerus erat certus. Nos igitur intelleximus euidẽter statutum Lateraneñ. concilij de beneficijs ultra sex menses uacantibus, locũ in hoc articulo nullatenus habuisse: & si fortè Hasteñ. ecclesia canonicorum pateretur defectum, unde institutio per archiepiscopum uel episcopũ facta occasione concilij memorati, carere debet robore firmitatis. Quia uerò totum capitulum, d tribus exceptis, prædictorum receptionẽ affectat, nec ab illis tribus aliquid rationabile contra ipsos obiectum est & ostensum, Mãdamus quatenus si Hasteñ. ecclesiæ suppetant e facultates, secundum consuetudinem f hactenus obseruatam prædictos clericos pro canonicis faciatis haberi.

Idem episcopo & capitulo Laudenensi.

potest alicui conferre plura beneficia. s. de præb. de multa. quia nõ potest dispensare, quod aliquis habeat plures ecclesias uel præbendas intitulatas. lxx. dist. sanctorum. item eoipso, quod transiuit ad secundam ecclesiam uacauit prima. xxj. q. ij. si quis iam translatus. & s. de elec. cũ in cunctis. & s. de præbend. de multa & est si. ff. de re iu. l. iiij. §. si ex cõuentiõe. ff. de diuor. l. ulti. in fin. Et hæc quæ dicta sunt, locum habent quando recipit secundã ecclesiam tãquam intitulatam cũ cura animarũ: secus si recipiat simplex beneficiũ, quia ꝑ constitutionem illam s. de præb. de multa. nõ uidetur episcopis adẽpta dispensandi facultas circa beneficia simplicia, uel circa beneficiũ & ecclesiã, sed in ꝑsonatibus & beneficijs curam animarum habentibus. Sed ut in eadem ecclesia habeat q̃s plura 1 beneficia, episcopus dispensare nõ potest, ut hic colligitur, cũ dicatur, quod talis præbenda de iure uacet, nõ obstãte confirmatione archiepiscopi ꝑdicti. Præterea simile habes supra, eo. cũ nostris. ff. ad municip. l. municeps. ij. & C. de pact. do. si mulier. xxvj. distĩctio acutius. in fi. Arg. contra. ff. de act. & obligat. quoties. 2 & C. de rei uxo. act. l. una. §. sciendũ. Io. de hac dispẽsatione dixi. s. de præbendis. de multa. sed melius. s. de elect. dudũ ij. in glo. no. ergo in glo. Vel dic quod ideo confirmatio nõ ualuit, quia per talem confirmationem non intendebat dispensare cum illo quia semper est necessarium, ut dispensatio exprimatur. j. de schisma. capi. ij. & ita confirmatio nõ ualuit cum iam uacaret de iure, licet non de facto, nec archiepiscopus intendebat dispensare cum ipso. & si causa fuisset, poterat dispensare cum ipso, ut supra eodem, cum nostris. Ber.

Ex parte. Concilium Lateraneñ. locum nõ habet, ubi non sunt distinctæ præbendæ, nec certus canonicorũ numerus. hoc dicit. Prima pars ponit facti narrationem. Secunda partium confessionẽ: ibi, Tandem. Tertia sententiam: ibi, Nos igitur. Quarta gratiam. ibi, Quia uero. Abbas.

a Opponere. Videtur ergo, quod duo uel tres de collegio defendere possunt ipsum collegium inuitis alijs, sicut & agere: xij. q. ij. nõ liceat. uer. liceat. ff. de lib. cau. l. ij. & iij. sed tamen isti reportauerunt contrariam sentẽtiam, 3 quia nihil rationabile ostẽderũt, quare possent cæteris obuiare, & est argumen. quod si unus canonicus uelit agere pro ecclesia, quod non sit necesse ostẽdere literas de rato. sed hoc non est uerũ. s. de iudi. causã. & s. de offi. deleg. coram. & est hic no. quod unus uel duo possunt se opponere pro defensione ecclesiæ, si rationabilem causam ostẽdãt. j. de ijs quæ fi. à maior. par. capit. cum in cunctis. & hic.

b Vtraque pars. Nota quod dominus papa, supplet hic de facto. ꝗ hoc dictũ est. s. de ele. cum nobis. & s. de postu. prælat. bonæ. j.

c Distinctæ. & ita ubi præbendæ distinctæ non sunt, nec certus canonicorũ numerus definitur, nõ dicitur uacare præbenda: nec locum hẽt sua constitutio. s. eod. nulla. ut hic patet. sic etiã dicit de cõmuniter uiuentibus, qđ nõ debent facere portiones inter se. arg. xij. q. j. quia tua. ibi ergo non dicitur uacare præbenda, sed ubi certum quid datur quotidie cuilibet personæ per se uiuẽti, & ubi est certus numerus tñ cõstitutus. Laur.

d Capitulum. arg. ꝙ si aliqua ratio allegatur, & alia ratio mouet iudicẽ, quæ non allegatur, iudex ex officio suo potest eam supplere, & secundum illam procedere. s. de ele. cum nobis. ff. de pecu. quæsitum. §. pe. & ff. depositi. l. j. §. si apud. & ff. de pe. hæ. l. ult. Sed argu. contra. s. de iudi. c. examinata. 4

e Suppetant. hoc semper considerandum est s. de instit. c. j. & c. authoritate. C. de sacrosan. eccle. l. in ecclesijs. & s. de ui. & ho. cleri. c. quoniam ut ait. & ita obtinet hic pars ista non ex illa causa, quam allegauit pro se scilicet institutionem episcopi & archiepiscopi. Sed quia pa. inuenit eos institutos per episcopum de consensu capituli, & si certus numerus esset constitutus, adhuc non ualebat institutio archiepiscopi uel episcopi, cum potestas conferendi præbendas illas translata fuisset ad papam, cum iam per quatuor annos uacauissent. s. e. nullo.

f Consuetudinem. Not. quod cum dominus papa scribit

† Adde Phil. Dec. cons. cxxix. num. 4.

1 Plura uniformia. Pano. hic Gemi. c. j. de cõsue. in vj.

2 Non est sic iuri inimicum, habere duas actiões ex eadem re, sicut habere duas ꝑbendas in eadẽ ecclesia: q̃ non sic effectiue recidũt in unam sicut actiones & in §. sciẽdũ. qui sequitur, mulier habet dotẽ & legatũ quia maritus hoc uoluit, q̃a in his nulla est absurditas: sed in casu decre. secus. Io. And.

3 Imo habuerũt ꝑ se sñiam, licet papa illis receptis, postea fecerit gratiã. Io. And.

4 Dic ut ibi. & s. ꝗ post. c. iij. in j. gl. dicit Hos. ꝙ gl. nõ procedit hic, ꝗ nã quo ad partes, papa iã terminauit negotiũ: ipse uero papa ex officio uult facere gratiã extra iudiciũ & inducit rõnes motiuas ꝑ eo: quia sine causa non sunt talia faciẽda. ar gu. s. e. cũ nostris. ad si. cum cõcord. ff. de transa. cũ hi. §. uult igitur oratio. Ioan. And.

ſcribit pro aliquo eligẽdo, ſemper facienda eſt interpretatio ſecundum conſuetudinem eccleſiæ illius. ſ. de cõſue. cum olim. nec enim minuendi ſunt reditus conſueti. j. de cenſi. prohibemus. & quilibet eũ gradum & honorem retineat, quem ex conſuetudine priſtinę conditionis meruit. C. de offi. prefe. vr. l. ul. & ita licet nõ ſit numerus conſtitutus, tñ tot ſunt ibi conſtituẽdi quot conſueuerunt ibi eſſe dun tamen ſufficiãt facultates: alias ſi nõ ſufficerẽt, deberet reduci numerus ille ad eũ numerũ quod poſſent congrue ſuſtentari in auth. ut decret. ſit nu. cle. in ulti. col. ij. §. iueſtigãtes. B.

Conſtitutus. Diuiditur, qa in prima ponitur gratiæ petitio. In ſecunda exauditio ipſius: ibi, Quo circa. In tertia futuræ fraudis puiſio: ibi, Quia uero. Ab.

a Canonice. hoc enim intelligebat in illa conceſſione ut perſonæ idoneæ & modo canonico illa cõferret. ſ. de ele. cãm quæ. ar. j. ut eccle. benefi. ut noſtrũ. ff. de ſerui. ſi cui. ff. de ritu nup. quanquã. Sed quid ſi ille cõferat indigno, nunquid iterum poſſet dare? Certe non. ſ. de ele. cum in cunctis. Idem credo, ſi electus ille nõ uult cõſentire, quia ius reddit ad priſtinũ ſtatũ. ſ. de ele. cum uintoniẽ. arg. uide c. ſi compromiſſarius. de elect. li. vj. Sed nũquid epiſcopus & capitulũ, eam dare poſſunt? ita q dolus procuratoris non obeſt domino. ff. de dolo. & eleganter §. pe. ſ. de reſti. in integ. c. ij. & ſ. ut li. nõ conteſt. c. j. ubi de hoc. Vin. Sed pone, q epiſcopus ante collationem ipſius H. conferat eam, nunquid ualet collatio? ſic. Sed ſi clauſula illa, ſi cõtra fecerit. decernimus irritum & inane & c. adiecta fuiſſet, tunc non poſſet cõferre. de pbẽ. inter cætera. alias ſi eps cõferret: credo q collatio teneret. ſ. de præb. dictus filius. G. Ber.

b Conceſſionis. Sic. ſ. de præb. relatum. Non enim reuocat perfecte donatio. xxij. qõ. ij. §. non enim & C. de uſuca. pro donato. l. ulti. & C. de condi. ob cauſam da. cum ancillam. niſi ob culpã donatarij. xvj. q. vij. inuentum. lvj. diſt. ſatis peruerſum. & j. de dona. c. ulti. C. de reuo. don. l. ulti. & inſti. de dona. §. ſciendum. Sed ſi ante iſtud mandatum, illam contuliſſent epiſcopus & capitulum ſi qua prę bẽda uacaſſet, ualeret collatio: quia talis donatio uel conceſſio non tenuit. ut hic patet, & ſi. ſ. eod. relatũ. & j. eod. c. ulti. Item hic habes, q conceſſio quæ nulla eſt efficit ualida per conſenſum papæ. ſimile. iij. q. vj. hoc quippe.

Per epiſcopũ. ſ. de uita & hone. cle. l. quoniã ubi d hoc Ioã. And.

De his oĩbus. dic ut ſ. de ele. l. ſi cõpromiſſarius. li. vj. Ioã. And.

Et de officio uic. ca. ulti. li. vj. & de pbẽ. c. ſtatutũ. in ſi. eo. li. per quę iura & per hãc glo. di

Habens poteſtatem conferẽdi nõ pt de iure alteri tradere poteſtatem cõferendi primum beneficium, quod uacabit.

CAP. XI.

CONſtitutus in præſentia noſtra H. eccleſiæ ueſtræ canonicus, humiliter intimauit quod tu frater epiſcope poteſtatem ei dediſti ſacerdotalem cõferendi præbendã, quæ primo in eccleſia ueſtra eſſet uacatura: & Remeñ. archiepiſcopus tunc ap. ſe. leg. uobis filij capituli authoritate noſtra præcepit, ut cum præbenda ipſa uacaret, perſonam illã (cui uellet idem H. eam conferre (ſine interpoſitione alterius perſonæ reciperetis ad ipſam: & infra. Quocirca mandamus, quatenus perſonam illam cui memoratus H. ſacerdotalem præbendã cum contigerit eam uacare duxerit canonice a conferendam, ſine cõtradictione qualibet admittatis, & tu interim frater epiſcope, præbendam huiuſmodi contra formam conceſſionis b tuæ conferre alicui non præſumas: & infra. Quia uero conceſſiones tales (ſi ad conſequentiam traherentur) fieri poſſent in fraudẽ c canonicę ſanctionis, per quã prohibentur eccleſiaſtica beneficia cõcedi ſiue promitti ante, quàm uacent, nolumus q huiuſmodi occaſione mandati, (quòd gratiam continet perſonalem) fraudẽ adhibere uolentibus licentia concedatur.

Idem.

Lateranenſe concilium de beneficijs ultra ſex menſes uacantibus, ad epiſcopatus non extenditur.

CAP. XII.

DIlectus filius magiſter G. canonicus † ueſter uobis ſuggeſsit, q ep̃o ueſtro uiã uniuerſæ carnis ingreſſo, archiepiſcopus ſc̃tę Seuerinæ aſſerens, q propter negligẽtiam ueſtrã ad ipſum erat eligendi authoritas deuoluta in epiſcopum ueſtrũ elegit eundem. Nos igitur attendentes, q canon Lateraň. concil. ab Alexandro papa contra negligentes editus, ad archiepiſcopatum, uel epiſcopatum non ſolet extendi d, ſed ad perſonatus alios: & minora ec-

Sed nunquid epiſcopus poteſt iſtud ius delegare alij, cum illud ſibi cõpetat? Arg. q ſic. ſ. de ele. ſuffraganeis de conſe. diſt. j. miſſarũ & c. nullus. ij. maxime cũ inſtituere ſit iuriſdictionis non epiſcopalis officij. ſ. de elec. nr̃i, & c. trãſmiſſam. Reſpõ. in genere põt epiſcopus ex cauſa delegare tã inſtitutionem, quã adminiſtrationẽ rerum ſuarum. xvj. quæ. j. ſtatuimus. & ſ. de inſtitu. ex frequentibus ſed nõ in ſpecie per hãc dec. & j. eo. c. ulti. quia illud poſſet fieri in fraudem conſtitutionis. ſ. eo. nulla. ueruntamen ius inſtituendi in aliqua eccleſia donar̃ poſſet. j. de donat. paſtoralis. arg. cõtra ĩfra, de iure patr. cũ dilectus. ubi legatus reſeruat ſibi donationẽ primæ uacaturæ. Ioan.

c In fraudem. Nota hic argu. quod ſi aliquid prohibetur una uia, nõ cõcedit̃ alia uia, quia fraus fit legi. ſic ſupra, de procu. tuæ fraternitati. ubi de hoc & optime habes hoc. ff. de tut. & cura. ſi rem. §. j. & ff. de condi. inſtitu. quæ ſub conditione. §. ſi quis. & ff. de bo. liber. quæritur. & ſi mancipium ita ueniet ne proſti. l. ult. ff. ad maced. leg. iij. §. is autem. in fine. & ff. de ſponſa. lege oratio. & infra, de priuileg. quanto. ubi de hoc.

DIlectus.

Gloſſa ſequens ponit quomodo Lateranen. concilium in deuolutione concordat cõcilio generali, ſed diſcordat in tempore.

d Extendi. hodie uero ſi cathedralis eccleſia uel regularis per tres menſes uacauerit, eligendi poteſtas deuoluitur ad proximum ſuperiorẽ. ſ. de elect ne pro defectu. & ita hodie ualeret talis electio facta poſt tres mẽſes cõſtitutio illa. ſ. e. nulla. loquit̃ de minoribus dignitatibus & beneficijs, uñ non extenditur ad epiſcopatus uel archiepiſcopatus, ſed poterat conferre

ctaui cuidam meo ſcholari nobili, requiſito p patrẽ cui parẽti decebat q daret uicario ſuo poteſtatẽ cõferẽdi primũ beneficiũ qđ uacaret ſecũdũ hãc formã: qđ dabat uicario generalem poteſtatem cõferẽdi beneficia ad ipſius collationem ſpectantia qñ illa uacare contingeret: tñ per aliã literã inhibuit, qđ ex quo unum beneficiũ cõtuliſſet: ſecũdum cõferre non poſſet niſi prius notificato ſibi, cui pſonæ dictũ beneficiũ cõtuliſſet & reſponſo ab ipſo recepto p ipſius literas quod collationẽ illã gratam haberet. Io. a. Ego uero dico q eſt fraus & uide huiuſmodi uicariatus ĩ ſenatu Pariſiẽſi reprobari debẽt eſſe gñales ſine limitatione præſertim occulta.

† Alias, concanonicus.

ferre eos authoritate illius canonis l.di.postquam.& lxiij.di.obeuntibus.unde non ualuit hic electio facta authoritate ipsius illa ne pro defectu, locũ habet tm̃ in epatibus,archiepatibus,& abbatijs. [a] Ber.

[a] EX tenore.Chartam quandam.sibi imputet,qui chartam huiusmo di contra se exhibuit quia potuit prouidere an ei ꝓdesset uel obesset. sic.s.de fide instr. imputari. & s.de præscri. c.pe.ad fi.

Glossa sequens rect.obijciẽdo quod turpitudinem suã allegans &c. soluit, ponens quatuor casus, in quibus auditur. signat etiam contrarium. remittit, & soluit.

[b] Statuta. s. eod. nulla. & c.relatum Hic auditi fuerũt monachi isti, turpitudinem suã allegantes, in odiũ illius recipiẽtis turpem promissionẽ xxviij.dis.diaconi. sic auditur quis ubi uertitur periculum animæ. [2] s. de re iudic. lator. & c.consanguinei. imo generaliter in excipiẽdo bene pt quis allegare turpitudinẽ suã.ff.de condi.ob turpem. causam. per totũ. & etiam in agẽdo, cũ eam allegat cõtra eum qui eam exigit. C.de iure. leg.j.& ij. Argum. contra supra eod. cum super quæstione. sed ibi soluitur plus, fuit ibi processum,quia receptus fuit in canonicum. hic sola promissio interuenit, quia ibi non fuit probatum, ꝙ contra concilium ille receptus fuisset alioquin bene fuisset repulsus.

[A] Ccedens. Prima pars factũ narrat.Secunda approbat: ibi, Nos. Et hodie propter abusiones prælatorum, qui in fraudẽ concilij Lateranẽ. promittebãt bene-

[1] Abbatijs. Idẽ ĩ oĩbus regularibus & cõuentualibus. Pa.

Turpitudinem allegans,qñ que auditˀ

† Alias, proximã.

[2] Adde q̃liter & qñ audiatˀ allegãs turpitudinẽ suã in l.iusiur. ꝙ ex cõuentione.§.fi.ff. de iureiu. & ibi per doct. Alex. cõsil. lix. in fin. li.j.

clesiastica beneficia coarctari, electionẽ huiusmodi iustitia cassauimus exigente.

Idem priori Hostien. & superiori sancti Prid.

Non ualet promißio beneficij uacaturi.

CAP. XIII.

EX tenore literarũ uestrarum accepimus,ꝙ cum causa quæ inter I.clericum ex una partẽ, & abbatẽ & cõuentum de Bello ex altera, super prouisione ipsius uertebatur: & infra. Dictus clericus post litem contestatam, chartam quandam [a] monachorum exhibuit continẽtem quòd primam † ecclesiam ad donationẽ suã spectantem assignarent eidem: & infra. Nos igitur attendentes quod promissio prædicta nõ tenet, ut pote contra statuta [b] Lateranẽ.concil. attentata: Mandamus quatenus memorato clerico super hoc silẽtium imponentes, ab impetitione ipsius dictos abbatem & monachos absoluatis.

Idem.

Obligatur prælatus, qui promittit prouidere cum poterit.

CAP. XIIII.

ACcedẽs ad apost. se. R.clericus sua nobis insinuatione mõstrauit, ꝙ cum promiseritis uos prouisuros eidem in ecclesiastico beneficio cum posse tis, sicut per literas iudicum delegatorum, inde confecta liquido apparebat: & infra. Nos autem cõsiderantes, quòd aliud est prælatum promittere beneficij collationem, cũ poterit, aliud cum uacabit: cum in multis casibus [c] se facultas offerre posset, in quibus collatio non esset in expectatione uacaturi beneficij differenda: mandamus quatenus memorato R. (cum poteritis) ecclesiasticum beneficium assignetis.

Idem.

Si ad capitulum & prælatum ut prælatum potestas conferẽdi pertinet, de uno ad alterum lapsu temporis non transit: secus si prælatus intersit ut canonicus: quia tunc de capitulo transit ad prælatum, nisi dolum cõmittat. hoc dicit. & est textus multum allegabilis.

CAP. XV.

POstulastis per sedem aposto. edoceri, ut cũ ad uos & archiepiscopũ uestrũ simul donatio præbendarum ecclesiæ uestræ pertineat, utrum præbendæ uacantis donatio penes archiepiscopũ ipsum remaneat, si eam intra semestre tempus neglexeritis ordinare? Ad quod breuiter r. quòd si uos & idẽ archiepiscopus intra tempus præscriptũ circa hoc negligentes extiteritis: sicut nec ab illo ad uos, ita nec a uobis ad illũ potestas deuoluitur conferendi, sed secundum statuta Lateranensis concilij ad superiorem transit donatio: Nisi [d] forte archiepiscopus, non ut prælatus, sed ut canonicus [e] uobiscum ius habeat conferendi. † Et in hoc casu, cum do-

ficia cũ facultas se obtulerit, est correctũ hoc c. ꝑ cap. ij. ĩ. eo. ti. lib. vj. nam nullo modo hodie ualet promissio siue fiat de uacatura, siue in genere cum facultas se obtulerit. Abb. Sic.

[c] Casibus. Generalior est enim ista concesio, cũ potero, quã ista, cum uacabit, nec etiam in ea cõtingit expectare mortẽ alterius sicut ĩ alia. nã pñt aliqui priuari ecclesijs. s. de pbẽ. referent. Itẽ qñq; aliqui renuntiant. Itẽ quia pñt aliqui adiungi alijs tanq̃ socij ĩ ecclesia. Itẽ pñt fieri de una ꝓbenda duæ. s. de ꝓben. uacãte. Item quia pñt augeri facultates ex testamẽto alicuius uel donatiõe: & sic nõ semp timetˀ, quod aliquis desideret mortem alterius, quæ fuit causa huius prohibitionis: ut s. eod. cap. ij. Sæpe. n. permittitˀ aliquid in genere, qđ non pmittitˀ in specie. xiij. quæ. ij. nõ æstimamus. xxiij. qõ. iiij. non potest ff. de questio. l. j. §. qui quæstionem. & s. de officio. ord. si sacerdos. & eodem modo uidetur, qđ huiusmodi promissio ualeat, promitto tibi beneficium ecclesiasticum cũ sit generalis.

[P] Ostulastis. In prima ponitˀ consultatio. In secũda respõsio: ibi Ad quod. a quo unũ casum excipit ibi, nisi: quẽ determinat ibi ca. ĩ hoc Abbas.

[d] Nisi. Mutat casum quando scilicet non pertinet simul ad episcopũ & ad capitulũ ius eligendi. si. s. de officio deleg. consul tationibus.

[e] Sed ut canonicus. Hic patet, qđ ubi eligẽdi ius cõmuniter ptinet ad episcopum & capitulũ hmõdi ius eligendi non deuoluitur de uno ad alium. de hoc etiam dictum fuit supra de

Beneficia uacatˀ post mortem alterius, sunt sepe sine morte.

† Agitur hic ꝗ quæstione no. utrũ donata ambabus cedãt eorum lucro uide uarias op. in l. si uero. §. item quicquid. ff. so. ma. & in l. qui proprio. ff. de ꝓc.

e Filium. Videtur quod ob delictum patris nõ debeat filius a feudum amittere. arg. ff. de in ius uocan. adoptiuum. in fin. ff. de decurio. l. ij. §. nullum. & ff. de bonis damna. cum ratio naturalis. j. reſponſo. §. ſi plures. & argumen. ff. de bonis libertorum. quæritur pro & contra. & C. de quæſtio. diuo. ff. de iure patro. l. iura. Argu. contra. ff. eod. titu. l. qui contra legem. Ioan. De hoc ſcire debes, quod ſi uaſallus intra annum & diem inueſtituram feudi ab hæredibus domini non quæſierit, uel domino petente iuramentum fidelitatis tertio commonitus nõ præſtiterit, uel aliquam feloniam contra tenorem iuramẽti fidelitatis fecerit perdit feudum, & reuertitur ad dominũ. Si uero aliquid graue contra dominum perpetrauerit, puta fratrem eius uel patrem interfecerit, uel aliud graue, ſi feudũ eſt paternum, amittit illud: & non ad dominum, ſed ad cõfeudatarios ſuos pertinet: ut in libro feudorum: quibus modis feud. amit. §. ult. ſed ad filios illius non pertinet. Tan.

† Alias, ipſum.

TITVLVS. XXI.

DE PIGNORIbus & alijs cautionibus.

DE PIGNORIbus.

Viſum eſt ſupra de quibuſdam ſpeciebus alienationis. Videndum reſtat, đ obligationib. realibus, ideo ſubijcitur titulus de pignoribus, Abbas Sicu.

De hac materia tractatur xij. q. ij. et q. iij. per totũ. et infra in titulo de ſolutionibus.

Ex concilio Remeñ.

Res eccleſiæ pignorari non debent, niſi ex neceßitate et rationabili cauſa.

CAP. I.



NVllus ꝑsbyter ꝑſumat calicẽ, uel patenã, uel ueſtimentũ ſacerdotale, aut librũ f eccleſiaſticũ tabernario, uel negotiatori, aut cuilibet laico uel fœminę in uadiũ dare: Niſi iuſtiſsima neceſsitate g urgẽte.



NVllus. Vaſa eccleſiæ & alia deputata ad cultũ diuinũ niſi ex iuſtiſsima neceſsitate pignorari non debẽt. h. d. Abbas.

f Librũ. Non prohibet obligari, quaſi ſacrũ: quia non benedicunt̃ libri: ſed ideo, quia ex quo fuerit in ſacro uſu, ad manus laicorum uenire non debent. de conſe. di. j. ligna, altaris pallia. ueſtimenta. in ſancta. Vel eodem modo prohibentur obligari liber uel calix, ſicut prohibentur aliæ res eccleſiæ. niſi in caſibus neceſsitatis. s̃. de rebus eccle. alie. uel non. nulli. ut hic patet.

g Neceſsitate. Quæ erit illa neceſsitas: puta ſi parochiani illius eccleſiæ caperentur. xij. q. ij. ſicut omnino. & pro pauperibus alendis & conſimilibus. xij. q. ij. aurum habet. Et cauſa captiuitatis, pignori dari poſſunt: ut in authen. de non alie. rebus eccle. §. his autem pœnis. col. ij. Sed contra uidetur. C. quæ res pig. ob. poſ. l. iij. & ff. eod. ti. l. j. §. eam rem. & ff. de pig. ſed & quod. §. quod emptionem. a contrario ſenſu, ſed canones præualent.

Gregorius iij. Exoniẽ. epiſcopo.

Liber homo, non poteſt pignorari.

CAP. II.

LAtor præſentium: & infrà. Lex h habet, ut homo liber pro debito non teneatur, etſi res defuerint quæ poſ-

LAtor. Liber homo pro debito detineri non debet, etiam ſi non habeat unde ſatisfaciat. hoc dicit. Abbas.

h Lex. C. de actio. & oblig. obes. & C. quæ res pig. ob. poſ. l. filios. ff. de lega. j. ſenatus. §. ulti. in authenti. ut nulli iudi. §. quia uero. collat. ix. Niſi in caſibus: ut qui ab hoſtibus detinentur. C. de cap. & poſtli. re. l. ab

 hoſtibus

hostibus.& l.ultima. Pater enim potest filium obligare quandoque: quoniam & uendere potest in maxima necessitate. C.de patribus qui fi.distraxe.l.ij.Item ex consensu libera persona obligari potest, scilicet in obstagio: [r] ut supra,de iureiur. ex rescripto. alias ordinarium est ut qui bonis cedit, liber uadat quo uult. C. qui bo. ce.pos.l.j.& ĩ. de solut. Odoardus.Ala.

[r] Obstagio. sed p principes tantũ uel remp.fieri potest.

[a] Adijci.i.adiudicari. quod uerum est, si bonis cedat, alias in carcere detrudatur.C.q bo.ce. pos. l.j.j.respon.

EX præsentium. Primo narrat factum.secundo dat iudices: ibi, unde. Abbas.

[b] Necessitate. Si pro sua necessitate obligauit, non tenuit obligatio. argu.C. si res alie.pi. da. fue. curator. & C. quæ res pig. oblig.possunt. qui filios. quia non obligãtur nisi quæ quis de rebus suis obnoxia facit. Quare ergo præcipitur, ꝙ hæres luat, cum ecclesia libere a creditore possit repetere.x. quæst.ij.hoc ius. §. qui uero res ĩ.de reb. eccle.alie. uel non.si quis presbyterorum? Forte de facto: quia nisi recolligerẽtur,ecclesia rehabere non posset. Vel uoluit hic papa creditori prospicere.quia aliter, ab hærede presbyteri suum debitum consequi non potuit. uel est in optione ecclesiæ utrum uelit alienantem uel recipientẽ conuenire. xij.q.ij. si qua de rebus. & ca.si qualibet. Ala. & C. si tut. uel curator. l. etiam. & l. ulti.ad instar minoris: ut ibi dicitur. Bernar. Et dic pro sua necessitate patrimoniali, non personali. [a]

† Etiã iusto ptio ant.burg. c. ad nostrã colũ. xj.de emp. & uendi.

[a] Persona li. quia p necessitate psonæ põr debita cõtrahere q tenet success for benefi cij nõ autẽ hr̃s soluere.Car. flor. co.j. opposit.j. Pã. hic & ĩ c.j.de solutio.& ĩ peti. c. cũ esses. col. xj.ĩ iiij.q. prĩcipali de test.Oldr.q.248. Calderin⁹ consi.j.de solutio. frãcisc⁹ ripa. in l.obligatiõe. num. 46. de pig.

[c] Filium. De matrimonio natum ante clericatum.

[d] Ex successione. Ex facto defuncti, conueniuntur hæredes.C.de euictio.lege si parentes.& duodecima-quæstione secunda,episcopus qui filios. & quia pater eius tutor ecclesiæ fuit,hæres tenetur insolidũ. C. de hæredi.tut.l.ult.

ILlo uos.Communis diuisio.Secunda ibi,respondemus.Abbas Sicu.

[e] Obligatis.Eo considerato,quod inter contrahentes agebatur. ff. de uerborum oblig. eum qui. quia n[on] quod scriptum e[st] sed quod gestũ e[st] inspicitur.C. plus ualere ꝙ agi.quam quod simulate conci.l.ij.& iij. & infra qui fil.sint legi. per tuas.

sint pro debito adijci. [a]

Alexander iij episcopo Exonieñ.

Si rector ecclesiæ pro facto ꝓprio rẽ ecclesiæ obligauit,cogitur eius hæres rem redimere,et ecclesiæ restituere.

CAP. III.

EX præsentium latoris insinuatione accẽpimus, ꝙ sacerdos ecclesiæ de Offitona calicem argẽteum & medietatẽ unius breuiarij eiusdẽ ecclesiæ pro sua necessitate [b] pignori obligauit, & ea morte præuentus minime recollegit. Vnde quoniã indignũ est, ut eiusdem ecclesiæ res suæ (præsertim quæ sacris ministerijs deputatæ sunt) taliter debeant deperire, Mandamus quate.si uerũ est, qđ asseritur, filiũ [c] eius qui ex successione [d] ipsius patrimonij ius dicit obtinere,moneas et cõpellas ut ea recolligat & restituat ecclesiæ memoratæ.

Innocen.iij.G.subdiacono nostro,& P.canonico Pisano.

Si usurarius emit. † *rem eo pacto,quòd post tẽpus restituat eã uenditori, recipiẽdo aliquid ultra sortem, fructib.tamen in ea computatis:iudicatur cõtractus fœneratitius.*

CAP. IIII.

ILlo uos credimus sciẽtiæ dono uigere: & infra. Sane intimastis nobis, ꝙ causam quæ uertitur inter H.& B.filios G. de cosa ex una parte & G. filiã T. & hæredes ipsius ex altera, super quibusdã terris præfatis personis ꝓ xxiij. libris pignori obligatis: [e] uobis duximus cõmittendam:& ĩ.Ex parte prædictæ G. & hæredũ [f] eius fuit propositũ, terras quas ijdẽ H. repetebant,ab eis nõ esse pignori obligatas,sed purè uẽditas:sicut in instrumẽto cõfecto exinde cõtinebatur. Præfatus uerò H. pro se ac fratre suo firmiter asserebat, terras nõ esse purè uenditas,sed pignori obligatas:cùm uenditioni prędictæ talis fuerit adiecta cõditio:ut si a tẽpore contract⁹ usq; ad duos proximos annos [g] præfato T. emptio displiceret, [h] G. pater H. abinde usque ad annum xxvj. libras (perceptis fructibus computatis in ipsis) dare deberet. Verum quia ambigitis utrum pura [i] sit & absoluta uẽditio:an præfatus cõtractus pignus [k] debeat iudicari: Respondemus, ꝙ qualiscunq; fuerit intẽtio contrahentium, & ex forma [l] contractus uenditio non appareat conditionalis, sed pura: quamuis per conditionem [m] possit resolui, ex duobus † tamen quæ in pacto fuerunt expressa, uidelicet quòd fructus percepti [n] deberent in soluenda pecunia numerari, & quòd

[f] Hæredum. Id est filiorum eius: quia non dicitur hæreditas uiuentis, sed defuncti. ff. de hære.uel ac. uen.l.j.

[g] Annos. Cum contractus sub hac forma celebratur, ut liceat emptori a contractu discedere si emptio displiceat sibi, tunc usq; ad lx. dies potest emptor a contractu discedere, & non ultra, nisi hoc dictum sit,quòd quandocunq; uelit, possit recedere a contractu. ff. de ædil. ædict. quod si nolit.§.ult.

[h] Displiceret.ff.de rescinden.uen.si cõ uenerit.

[i] Pura.Id est,certis uerbis. scilicet ut a uerbis non recedatur. Lau.

[k] Pignus. Scilicet mente contrahentium considerata.

[l] Ex forma. Forma tamen inspicienda non est, ex quo constat de contractu. C. plus ualere quod agi. l.j. & ij.Si autem dubium esset, standum esset scripturæ. ff. de exer.act. l.j. §.si is qui nauem.

[m] Per conditionem.C.de ædil.edi. si prædium. ff. de contrahenda empt. l.iij. ff. de leg.com. l.j. ff. de in diem adie.l.ij.

[n] Percepti. Hoc uidetur potius facere pro ipso quod contractus usurarius non fuisset. sed hoc fuit contra naturam pacti: quia si aliquis rem uendit eo pacto, quod quandocunque pretium restituerit, rem ipsam recipiat,emptor lucratur fructus perceptos quousque pecuniam recipit. C. de pact.inter empto. & uendi. si fundum. Et ideo

† No.qđ hæ duæ ꝓsumptiones includũt tertiã scilicet qđ erat pactũ de retrouendẽdo.Ad de Phil. corneum. consi. ccxiiij. cõs. ccxlj. li.j.

ultra summā a receptā. lx. sol. deberent persolui, contra ipsum emptorem præsumitur b vehementer, præsertim cum usuras cōsueuerit c exercere. †

Idem epo Aquinati.

Mulier agit pro dote, contra quemlibet detinentem bona mariti.

CAP. V.

EX literis tuæ fraternitatis accepimus, q̄ causam quę vertitur inter R. & A. mulierem, tibi duximus committendam: & infrà. Si quidem probatum est, quòd pro facinore a marito prædictæ mulieris commisso, eo fugam petente, tam frater mariti præfatus videlicet R. quàm ipsa mulier (licet minus iustè) à regio iustitiario capti fuerint, & de ipsius mandato bonorum omnium delinquentis facta distractio, & soluta pecunia mercatori, qui à marito mulieris uulneratus fuerat, & rebus proprijs spoliatus, sed quædam possessiones illius penes eundem R. remanserant: quas idem de mādato curiæ retinuit soluta pro eis pecunia prædicto mercatori, quam emptor alius propter possessionum minutias d non extabat: pars uerò mulieris æstimationem dotis instantius petebat sibi restitui, uel in possessiones, quæ mariti fuerant, ex officio delegationis induci: & infra. Mandamus quatenus, si tibi cōstiterit ex ijs quæ in præsentia tua fuere proposita, & probata. quòd mulier dicit viro dedisse e in dotem: & prædictum R. de bonis fratris aliqua possidere: cùm mulieribus fauor f multus, in recuperandis dotibus debeatur, & cautum sit in iure, quòd propter maleficium g uiri mulier remanere non debeat indotata, cū etiam bona uiri mulieri sint pro dote tacitè obligata, h & cū suo onere i transierint ad quemlibet possidentem: R. prædictum eidem mulieri ad restitutionem dotis eatenus cōdemnes, quatenus de bonis fratris sui præfati noscitur possidere.

Idem R. de monte Fortino.

Si creditor, uel is qui ab eo causam habet, † tot fructus percepit ex pignore, quòd satisfactum est sorti, debet pignus restitui debitori.

CAP. VI.

CVm contra G. ciuem Anagninum super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tuus L. de saul. pro certa quantitate pecuniæ obligauerat, & ipsius creditoris hæredes prædicto G. pignorauerant,

[...]eo præsumptio erat contra istum. sed dic quod non [...]it uenditio, sed pignus: quia in pignore computan[...]r fructus, sed in uenditione non computantur: ut s. [...] rebus eccle. alie. uel non. ad nostram. & in legibus [...]ædictis: quia iste creditor usurarius erat.

a Summā. fuit ex [...]esse usurariū. xii. [...]q. iij. plerique. & [...]. putant.

b Præsumitur. sed uidetur q̄ hoc non debeat obstare emptori, q̄ aliquid ultra recipiat, ex quo fructus perceptos computat in pecunia recipienda. nam percipiēdo fructus, suos facit. ff. de in diem adiect. l. ij. Responde. uerum est, sed tamen tenetur eos restituere. ff. de in diem adie. item quod dictum est. & hoc uerum est, quādo alius emptor meliorem conditionem attulerit. Ioā. And.

c Consueuerit, ita ex qualitate 1 personæ præsumitur talis cōtractus in fraudem usurarum factus. Idem potest dici in contractu, vbi pœna apponitur, quæ excedit legitimū modum usurarum. ff. de actio. emp. Iulian⁹. §. idē papin. & C. de usur. cum allegas. Et est simile, ubi præsumitur contra aliquem ex eo quod facere consueuit: ut ff. de pig. act. l. uel uniuersorum. ff. de usur. qui semisses. §. j. & ff. ad macedo. item. §. quod dicitur. ff. de lega. iij. nummis indistincte. Ioan.

EX literis. Primo ponitur cōsultatio. Secundo responsio: ibi, mandamus. Abb. Sicu.

d Minutias. & est simile: quia exactio & solutio partium nō minima incommoda habet: ut ff. famil. ercisc. plane. Bernardus.

e Viro dedisse. De duobus constare debet, quāta scilicet fuerit dos: quia alias non potest fieri restitutio ipsius, & quod ille R. aliqua possideret de bonis mariti illius mulieris, ut eatenus condemnetur.

f Fauor. Quoniam mulier præfertur omnibus creditoribus qui habēt personales actiones, uel qui habēt tacitas hypothecas quantum ad dotem, sed non quo ad donationem propter nuptias. C. qui po. in pig. ha. assiduis. sed non præfertur creditoribus habentibus expressas hypothecas. Nam fiscus simile habet priuilegium cum muliere. C. de priuil. fisc. quamuis. & fiscus non præfertur prioribus creditoribus, habentibus expressas hypothecas. ff. qui pot. in pigno. hab. si pignus. ergo nec mulier præfertur eis. præcipua est enim causa dotis. ff. sol. matr. l j. Ioan.

g Maleficiū. propter maleficium viri mulier puniri nō debet. C. de do. inter uirum & uxor. res vxoris. & C. ne vxor pro marito. l. ij. & C. ad leg. Iul. maiest. quisquis. §. vxoris. & C. de bonis damn. si quis. & auth. bona. nec etiā propter delictū patris. C. sol. matr. l. ij. nisi in casu. C. quibus mod. pig. ta. contra. satis. Ber.

h Obligata. Hoc priuilegium dotis, quod omnia bona mariti sint obligata uxori nō extenditur ad paraphernalia. C. de pact. cōuen. tam super dote l. ulti. nec ad donationem propter nuptias. C. qui po. in pig. hab. l. ulti. in fi. Et sic omnia bona prælati, 2 sunt obligata ecclesiæ si male administrauerit. Et forte ob hoc dicit capitulum, q̄d res epi eodem priuilegio gaudēt quo & res ecclesiæ. xvj. q. j. similiter. Sicut & res tutoris pupillo. C. in quibus. cau. pig. ta. contra si mater. Hoc priuilegiū non habent mulieres, quæ catholicam nō percipiunt communionem. C. de hæret. l. j. & auth. ibi signata.

i Onere. Sic ī. de deci. pastoralis. & c. cum non sit in homine. xvj. q. j. si quis laicus. C. de distr. pig. si debitor. C. quib. mod. pig. ta. contra. l ij. & iij. & ff. de contrahen. empt. l. alienatio. ff. de pact. inter debitorem.

CVm contra.

† Vocabul[...] [...] quirit hic: q̄a præcedunt quatuor primū actū de reemēdo, secundū limitatio pacti post tēpus & usq; ad tēpus, tertiū quod maiore p̄tio redimat, quartum fructibus eo casu imputatis ad hoc. Corad. de sumanhar, de cōtrac. q. lxxxiiij. cōclus. iiij tum sola libertas sese liberandi ablata ī ducit usurā ut plene not. in tra. vsura. nu. 352.

1 Qualitate. Andr. Tiraq. de retract. cōment. in p̄fat. nu. 34.

Præsumit contra aliquē, ex eo qd' facere cōsueuit.

Solutio partiū magna incōmoda hēt.

Mulier in dote repetenda quibus creditorib. præfertur.

2 Prælati Idem Ioā. Imol. hic col. iiij. nume. 21. cū seq. & Pan.

† Et sic actio pignoratitia est in rē scripta. & ita ī gallia obseruat: & bene omisso circuitu Host. hic hoc admittit data mistura fœnoris & sequit Imo. l. j. de pig. act. Rom. l. iiij. §. cato. nu. 27. de verbo. obliga. sed nō ē opus hac restrictione, & etiā in hoc text. nullū verbum d̄ vsura.

mouisses in nostra presentia quæstionem, legitimè probauisti ꝙ ex earū prouentibus tantùm fuerat tā ab eodem G. quàm ab alijs qui eas tenuerant, à tempore quo fuerāt obligatæ perceptum, [a] quòd fructus [b] sorti poterant adæquari. Nos igitur attendētes, ꝙ in talibus perceptio fructuum in solutione sortis accedat, cum secundū canonicas [c] sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant cōputari, [d] considerantes etiam, quòd possessiones ipsæ iam extenuassent [e] penitus, totum onus, & debitum annullassent, ipsas tibi restituēdas [f] esse decreuimus, & te per nuntium nostrum in possessionem induci fecimus corporalem.

Idem.

Si is qui sub pacto legis commissoriæ pignorauit rem suā, & iurauerit nō contrauenire: iustè impeditus intra diem statutum non redemit, post diem redimere poterit.

CAP. VII.

Significante R. ciue Pisano, nobis innotuit, quòd cùm domum suam G. Pisano ciui pro ccl. libris pignori obligasset, ac promisisset præstito iuramento, quòd nisi domū ipsam statuto termino recolligeret: [g] creditorem ulterius super ea minimè molestaret: & intra statutū tempus [†] per certum & fidelem nuntium (prout ei videbatur) creditori pecuniam numeratā remisit: quàm idem nuntius infideliter agens, sicut ei iniunctum fuerat non persoluit, & postmodum idem R. ab imperatore detentus dicto G. satisfacere non potuit ut debebat: & infrà: Cùm igitur pactum legis commissoriæ [h] sit in pignoribus improbatum: & prædictus R. quantum in eo fuit, iuramenti debitum adimpleuit: cùm per eum quem certum [i] nuntium esse sperabat pecuniam remiserit termino statuto, sed in captione detentus [†] satisfacere non potuit creditori: Mandamus quatenus si est ita, [k] prædictum creditorem, ut sorte contentus, pensionibus pignoris computatis in eā, illud præfato R. omni dilatione postposita resignet (pacto tali uel iuramento, [l] nequaquam obstante) censura ecclesiastica cogatis.

Gregorius nonus.

Vsufructuarius cauet, quòd fruetur rebus immobilibus salua ipsarum substantia, & pecuniam & æstimationem mobilium, quæ consumuntur usu, finito usufructu restituet.

CAP. VIII.

Cvm constet I. mulierem vxorem Ogerij, quò ad usumfructum filio suo successisse [m] in bonis quorū proprietas ad M. mulierem vxorem C. dignoscitur pertinere: Mandamus quatenus eā

[a] Perceptum. imo & quod percipi potuit, computandum est. C. de partu pig. & omni causa. l. ij.

[b] Fructus. fructus intelliguntur, qui supersunt deductis expensis. C. de fruct. & lit. expen. l. j.

[c] Canonicas. infra de usur. quoniam. C. de pign. act. l. j. & secunda.

[d] Computari. Nisi in casibus. s. de feu. c. j. & j. de usur. c. j. & c. conquestus. & c. salubriter.

[e] Extenuassent. Non enim potuit primus creditor in plus obligare pignus, secundo creditori [1] quā ei fuerit obligatum. j. de donat. inter vir. & vxo. nuper. & ff. de reg. iu. l. nemo plus. & ff. de usufru. quod nostrum. & j. de iure pat. quod autem. in fi. arg. contra. ff. de acqui. re. do. non est nouum T.

[f] Restituendas. tenetur em creditor, pignoratitia actione si pign9 deteriorauerit. C. de pign. act. l. ij. sic & res cōmodata, reddita nō videtur si deteriorata reddatur. ff. commo. si mihi. § ij.

Significante. Primo ponitur querela. Secundo datio iudicum: ibi, cum igitur. Et pro intellectu scias, quod pactum legis commissoriæ fuit inuentū ad dissoluēdum cōtractum emptionis & venditionis. & pone exēplū prout dicitur in glossa ij. Abb. Sicu.

[g] Recolligeret. i. redimeret.

[h] Pactum legis cōmissoriæ. Sic pactū legis commissoriæ fit hoc modo, [2] Vendo tibi fundum Titianū certo pretio, puta x. pacto tali adiecto quod si usque ad mensem nō solueris x. fundus sit inemptus, quod hic pure uenditum est, potest sub conditione resolui, & est in potestate venditoris, vtrum uelit uenditionē resolui: quia istud pactum, venditoris causa apponitur. ff. de leg. com. l. j. & ij. arg. contra ꝙ sit cōditionalis talis uenditio. ff. de pig. si fundus. §. fi. & ff. de cō trahen. emp. l. fi. j. rn̄. Sed ibi potius conditionalis venditio cōtrahitur. Sed pactum istud legis commissoriæ in pignoribus improbatur per l. j. & iij. C. de pact. pig. ut dicit hic in fin.

[i] Certū nuntium, ergo non imputatur domino malitia nuntij uel procuratoris, si modo credebat idoneus, ut hic uidetur, & ff. commo. argentū. sic. C. qui pe. tu. cū à matribus. arg. cōtra. s. de offi. deleg. cum olim. & ff. de præscriptio. uerbis. apud §. vlti. & iij. quæst. vij. in grauibus. Ioan.

[k] Si est ita. argu. quod iuramentū cōtra legem factum, seruādum est, quasi diceretur, si non est ita seruabitur iuramentum. uerba ista, si est ita referuntur ad id quod dicit. per eum quem certum nuntium &c. arg. contra, s. de fo. compe. si diligenti. in fi. ubi de hoc.

[l] Iuramento. arg. cōtra. s. de iureiur. cum contingat. ibi solu. in fin. magnæ notulæ.

Cvm constet. Pertinet ad secundam partem rubricæ. Et primo ponitur quæstio. Secūdo mandatum: ibi, mandamus. Secunda pars continet duo dicta. Secundum ibi, pecuniam. Abb.

[m] Successisse. scilicet ex testamento filij: quia si ab intestato decederet & filius non habuisset descendentes, parentes [3] in totū succedunt secundum tenorem illarum authen. C. ad Tertullianū. authen. in successione. & etiam in authen. de hæ. ab inte. veni. §. consequēs. & §. primo, & secundo. collat. ix. vnde sumptæ sunt authenti. C. de suis & legit. authen. in successione.

[1] Nunqd secundus creditor possit iterum obligare: vide in Spe. eo. tit. §. j. versi. sed cum pignus. Ioann. And.

[2] Modo. imo idē in oībus pactis habētibus vim resolutiuā principij Pau. raph. Cuma. ī l. j. col. fina. de donat. Pau. & alij in l. ab emptione. de pact. dixi late in cōsuetu. paris. §. xxiij nu. 11. & iudicium meum de quo ibi, confirmatū fuit aresto senat9 parisiensis āno 1539. idem do. And. Tiraquellus in tracta. retract. commēta. §. j. gloss. vij. num. 15.

[†] Alias, terminū.

[†] Io. Imo. hic col. j. in fi. nu. 5. not. quod eo ipso quod quis detinet in carcere, dicit legitime impeditus ad soluendū in termino & refert ad emphyteutas post Ant. butr. hic.

[3] Salua gradus prorogatiua: ut pater excludat auū maternū: & ecōtra. & si pari sunt gradu pariter succedūt: paternis dimidia, maternis vero dimidia delata: licet eorū impar sit numerus: hoc uult authē. defuncto. & §. consequēs. Ioā. And.

Cautionem

a Cautionem idoneam. Nomine cautionis, nuda promissio intelligitur. C. de verb. signi. sancimus. sed cum additur idonea uel sufficiens, pignoratitia uel fideiussoria intelligatur. ff. man. si mandato Titij. §. ult. & ff. de fideicom. lib. l. iiij. §. adijci. & instit. de re. di. §. venditæ. Et sicut in casu isto pignora uel fideiussores dantur, sic s. de sequestra. ad hoc. satisdationem desiderat hæc cautio ad arbitrium boni viri. C. de usufruct. l. usufructu constituto. Et hæc cautio non potest à testatore remitti. C. eo. l. j. & C. ut in poss. leg. scire. cum fauore hæredis sit introducta. sed ipse hæres potest remittere. ff. ad legem Falcid. potest.

Secus si non consumūtur sed atterūtur & minuuntur ut eq vestes. Panormi.

ad cautionem idoneam a exhibendam, quòd utatur b & fruatur c salua rerum d substantia in rebus immobilibus e quæ usu non consumuntur, ad arbitrium boni viri. f Pecuniam g uerò si quā habuit uel habebit: ac æstimationem bonorum, quæ cōsumuntur † usu, & in hæreditate inuenta fuerint: in morte sua dictæ mulieri vel hæredibus eius restituat: per cēsuram ecclesiasticam compellatis. h

TITULUS XXII.

DE FIDEIUSSORIBUS.

Ex concilio Cantuarieñ.

CAP. I.

Vsusfructus definitio.

b Vtatur & fruatur. usufructus est ius utendi fruendi rebus alienis, salua rerum substātia. ff. de vsufru. l. j. & est ius incorporale: quo sublato, ipsum tolli necesse est. ff. eo. l. ij. & ideo dicitur rebus alienis: quia res sua nemini seruit. ff. de ser. urb. prædio. l. in re communi. & ff. si usufruct. petatur. l. uti frui. in princip.

b Vtatur. Ideo dicitur, ad differentiā utilis dominij, quod in rebus alijs habetur: ut est emphyteuta & feudatarius qui habent utile dominium.

c Fruat. Hoc dicitur, ad differentiā nudi usus: quia minus est in usu, quā in usufructu. insti. de usu & habi. §. minus. & clerici possunt, dici usuarij, quia nec pñt uedere, nec testari, nec donare, sed uictu tm̄ & uestitu contenti esse debent: ut x. q. ij. episcopus habeat. Ber.

Cautio pstanda per usufructuarium quādoque remittitur.

d Salua rerum substantia. i. ne in totum pereat substantia. unde tenetur reficere ædes, quoniam ad eum omnes fructus pertinent. ff. de usufru. l. usufructu legato. & l. hactenus. alias est. §. illius prædictæ legis. & C. eo. tit. eum ad quem. unde cautio præstatur.

Satisdat hæres legatorū noie sed si portio hæreditatis ad fiscū perueniat cessat stipulatio quia nō solet fiscus satisdare.

e Rebus immobilibus. Hæc autem cautio interponi debet, siue res sit mobilis siue immobilis, siue soli: ut hic, & ff. usufru. quemadmodum ca. l. j. & appellatione mobilium etiam sese mouentia cōtinētur. ff. de uerb. signi. mouentiū. & arbitrio boni uiri præstare debet ut hic dicit. & C. de usufruc. l. usufructus. & ff. eo. itē si fundi. Et continet cautio ista, duas causas. Vnam de vtēdo fruendo arbitrio boni uiri. Aliam de restituendo finito usufructu. ff. usufructu. quemadmo. ca. l. j. j. responsione. & §. hæc stipulatio. Quandoq; tamen remittitur hæc cautio, cum certum est proprietatē redire ad usufructuarium. ff. usufruct. quemadmo. caue. l. si usufructus. §. plane. Item in fisco usufructuario. ff. ut leg. seu fideicō. no. caue. l. j. §. si ad fiscū.

Vsusfructꝰ, an possit cōstitui in rebus q̄ usu consumuntur.

1 Itē cū usufructus pertinet ad patrē in rebus filij. C. de bo. quæ libe. l. ulti. §. hæc proculdubio. Constituitur autē usufructus in feudo rustico, & in ædibus, & in seruis & cæteris rebus. s. gemmis, annulis, libris. ff. eo. sed & si quid. §. j. & ij. & l. statuæ. & l. item si fundi. in princ. §. j. & l. iij. §. j. & primo responso.

f Viri. i. iudicis. ff. de verb. oblig. cōtinuus. §. cū ita.

g Pecuniam. in his uero quæ usu consumuntur, proprie vsusfructus non potest cōstitui: quia neque naturali iure: quia nō potest esse salua rei substantia: neq; ciuili: quia ita dantur usufructuario, ut fiant huiusmodi recipiētiū usumfructum, puta vinum, oleum frumentū, & consimilia. Item pecunia numerata, q̄ assidua permutatione & commistione cōsumitur. instit. de vsufru. §. constituitur. & ff. de so. si nūmi alieni. utilitatis tamen causa constituitur usufructus uel quasi usufructus: quia ille cui dātur huiusmodi res, satisdat de tanta pecunia restituenda: vel æstimatione alia rū rerū: ut hic dicit & insti. de usufru. §. constituitur. & ff. de usufru. earū rerū quæ usu consumuntur l. j. ij. & iij. & l. si tibi uini. & finitur morte fructuarij, & capitis diminutione: ut l. prædicta si tibi uini. maxima & media. 2 instit. eo. §. finitur.



Clericus fideiussionibus in seruiēs, 1 abijciatur. †

Lucius iij. Elieñ. epo & archiepisc. Noruiceñ.

Compellitur clericus seruare fideiussorē indemnem per assignationem redituum suorum.

CAP. II.

Peruenit ad nos ex cōquestione R. clerici, q̄ cū ipse pro C. & F. clericis, mercatoribus Bononieñ. fideiusserit: illis præscriptā pecuniam nō soluētibus k coactus est satisfacere de eadem. Ne igitur dispendium l patiatur, unde uidetur præmium meruisse: Bonoñ. epo dedimus in mādatis, ut super debitis illis īstrumēta quæ sunt apud cre-

† alias, ab ecclesia abijciatur. ℘ hoc text. adde concord. in l. ꝺ die. §. j. cum gl. in vers. ℘bādi. & not. ff. q satisda. cog.

2 Vt si amisit ciuitatē & libertatem: uel ciuitatem tantū. Minima vero dicit cū retinet libertatē & ciuitatē, sed status eius mutatur, ut si is qui sui iuris est, alieno iuri subijcitur ut qa arrogatur. probatur hoc in tit. de ca. dimi. Ioā. And.

h Compellatis. Sed si non potest satisdare, quid erit? Dicunt quidā, q̄ sufficit si iuret. in auth. ut nulli liceat habere loci conseruatorem. §. si uero crimen. col. ix. argu. Azo. dicit, quod non habebit usumfructū. ff. de usufruct. leg. uxori. Ber.

3 Frequētiam dixi in tra. vsura. q. xxiij.

DE FIDEIUSSORIBUS.

Suprà uisum est de rebus, quæ pro debitis pignori obligantur, restat uidere de fideiussoribus, qui pro alienis debitis intercedunt. Abb.

De hac materia habetur xxij. q. v. cum homo. & de consec. dist. iiij. nos autem. & c. quærit.



i Clericus. Inseruiēs. frequētiā 3 denotat, vel verum est, q̄ clericus fideiubere non debet. xj. q. j. te quidē. ubi de hoc si tñ fideiussit, tenet. 4 j. c. pxi. & c. cōstitutꝰ. sic & regulares fideiubere nō debēt. j. eo. q̄ quibusdā.

k Peruenit. Si intelligeret textus de reditibus beneficiorū, ut est cōis doct. intelle. eēt hic casus notabilis, & ualde singularis, probās q̄ ex reditibus bñficiorū pōt satisfieri creditoribus clericorū, de quo latius hic tractat per Panor. In prima ponit impetrātis cōquestio. In secūda causæ cōmissio, ibi, ne igit. Abb.

k Non soluentibus. Primo fuit in optione creditoris, quē uellet primo cōuenir, principalē, uel fideiussorem. C. de fideius. iure nostro. hodie corrigit illud per auth. quia quādiu principalis inuenitur, fideiussor nō molestatur. C. eo. tit. aut. præsente. nisi ipse fideiussor renūtiauerit huic iuri. C. de duo. re. sti. aut. hoc ita. & huic iuri renuntiant fideiussores, & constitutioni diui Adriani quæ est. C. de constit. pec. diui Adriani. & huic iuri iste clericus fideiussor renuntiauit.

4 Quantū ad ꝑsonā & res patrimoniales uel alias, quas obligare potuit, nō quantū ad ecclesiam uel res ecclesiæ: qs obligare nō potuit. de hoc de depo. cap. j. & j. cap. quod quibusdā. Tenet etiam quo ad fructus beneficij sui quos suos facit. j. c. j in fi. secundū Host. Ioā. And.

l Dispendium. arg. officium suum nulli esse damnosum

ditores inſpiciat: & eorū tranſcripta ſuo ſigillo [a] ſignata, uobis mittere nō poſtponat. Mādamus itaque diſcretioni veſtræ quatenus ſi ex cōfeſsione [b] prædictorū clericorum uel alias legitimè uobis rem ita ſe habere conſtiterit: moneatis eoſdem, ut memorato R. pecuniam quam pro eis ſoluit, reſtituant: ipſumq; ſeruent indemnem. [c] alioqui de reditibus [d] eorum, præſcripta d̄bita faciatis exolui, & damna etiā, quæ propter hoc pertulit, reſarciri, aut prædictos reditus ſibi aſsignetis, tandiu ſine moleſtia detinendos, donec ipſa damna reſarcita fuerint, & debita ſine diminutione ſoluta. Præfatos verò clericos, ſi religionem fidei & iuramenti [e] ſui eos uiolaſſe conſtiterit: ab officio & beneficio ſuſpendatis.

Idem Cantuarieñ. archiepiſcopo.

Per diſtrictionem canonicā compellitur debitor à fideiuſsione abſoluere fideiuſſorem: qui a creditoribus moleſtatur.

CAP. III.

CONſtitutus in præſentia noſtra, magiſter S. ſua nobis aſſertione monſtrauit, ꝙ pro cancellario tuo tempore Lateraneñ. concilij in quadam ſumma pecuniæ interceſſit, quam quia uſque modo debitor non perſoluit, ſe aſſerit plurimas a creditoribus Bonoñ. moleſtias pertuliſſe, & debitū augmentatum. Ideoq; mandamus quatenus ſi legitimè tibi de huiuſmodi aſſertione conſtiterit, præfatū debitorem, ut eum à prædicta interceſsione ſine dilatione prorſus abſoluat, [f] eccleſ. cenſura compellas. Præſentium authoritate iniungimus, ut ſi debitum uel acceſsiones [g] ille negauerit, conſuetudine quæ eſt legi [h] contraria non obſtante, iuramentum calumniæ ſubire cogatur. Prætereà quia difficile foret interceſſori [i] ſuos teſtes in Angliam ducere iudicibus Bononieñ. (ſatiſdatione [k] idonea à Cancellario ipſo accepta, quòd ad teſtes audiendos uadat uel mittat intra termi-

ſum. ff. de fur. ſi ſeruus communis. §. quod uero. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. vēturis. & ff. ad Velleia. l. ij. §. j. ff. quēadmo. teſt. ape. ſed & ſi quis. ff. quibus ex cau. ma. l. videlicet. & ij. q. vj. hoc etiam placuit. ſ: c. s̄. de renun. ſane. [1] Similiter ecōuerſo, nō debet præmiū cōſequi vnde pœnam meretur. xvj. q. j. legi. ff. de neg. geſt. ſiue hæreditaria. argu. contra. ff. de ijs quibus ut indig. auferuntur. & l. j.

[1] Et infra de elec. cū ñ deceat. lib. vj. contra. vij. q. j conſtitutū ubi d̄ hoc. Ioā. And.

[a] Sigillo. No. ſcripturam authenticā, quæ continet ſigillum epiſcopi. arg. s̄. de fide inſt. ſcripta. Ala.

[b] Ex confeſsione. Confeſſus in iure, pro iudicato habetur. C. de confeſs. l. una. s̄. de confeſſ. cum ſuper. c. ulti. & ſemper ſtatur confeſsioni contra ſe factæ. xiiij. q. ij. §. j. & ff. de inter. act. l. de ætate. §. ſi quis. & s̄. de confeſs. c. ulti.

[c] Indemnem. Ergo petet uſuras, [2] ſi eas ſoluit creditoribus. Sed oppono tibi, uſuræ indebitæ fuerunt. s̄. de iureiuran. debitores. ergo ſi ad eas etiam ſoluendas exceptione oppoſita fuit cōdemnatus, hoc per iniuriam iudicis factum eſt: quare principalis debitor non tenetur ei ad hoc. ff. de fideiuſſ. exceptione. ff. de euict. ſi per imprudentiam. & s̄. de empt. ſi venditori. & ff. mand. idemque. §. generaliter. Vbi dicitur exceptio, quæ competit reo & fideiuſſori: & ſi eam ſcienter omittat, ei eſt imputandum. ff. de except. omnes exceptiones[3]. Item debitor non intelligitur mandaſſe, ut ſoluat indebitum. ff de condi. indeb. ſi procurator. Sed dicerem, ꝙ ſi fideiuſſor iurauerit ſoluere ſortem & uſuras, propter iuramentum exceptionem proponere non poterit. s̄. de iureiuran. c. debitores. niſi primo impetraſſet abſolutionem iuramenti. [3] eo. tit. ex adminiſtrationis. unde ſatis poteſt petere uſuras. & expenſas: quas fecit: quia totum eſt intereſſe ſuum. ff. manda. ſi mandato. §. ſi fideiuſſor. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. ij. §. ulti. & hoc prout ſequitur. & j̄. cap. proxi. Sed obſtat illa decr. debitores. quia ipſe debet repetere uſuras. ſed ſi non iuraſſet, & potuit opponere exceptionem, & non oppoſuit, non repeteret uſuras: quia indebitum ſoluit. hoc dicit Ala. Vel dic, quod idem eſt cum iurauit. quia debuit impetrare abſolutionem iuramenti, antequam ſolueret uſuras ſi potuit: ſed ſi nō potuit, ipſemet repetet ab uſurario. Alij ut Tanc. contradixerunt.

[2] Vſuras. Alex. cōſ. lvij. lib. j. Ange. clauaſ. verſi. fideiuſſor. §. xvj. Vſuræ per fideiuſſorē ſolutæ an poſsint repeti a reo.

[3] Dicit Gof. ꝙ licet teneatur excipere: ñ teneť agere: prætereа quia talis petitio quaſi inhoneſtatem inducit, excuſari debet fideiuſſor. ff. mand. l. idē. §. gn̄aliter. ubi fideiuſſor inhoneſti exceptionē ex ſui pſona cōpetentem omittere pōt. Ioan. And. Pau.

[d] Reditibus. Not. clericis ob cauſam iudicati, quotidiana ſtipendia interdici. ff. de re iudi. cōmodis præmiorum. arg. cōtra. C. quæ res pig. obli. poſſunt, ſpem præmiorum. ſed licet ſpeciali' cōuentione non poſſunt obligari: ut l. proxim. tamen ex cauſa iudicati à iudice poſſunt pro iudicato obligari argu. C. de execu. rei iudic. ſtipendia. & C. de prædi. minor. non alie. l. j. ff. de re. eorū qui ſub tute. uel cu. magis. Vinc.

[e] Iuramenti. Puniri enim debēt: quia periuri ſunt & infames, ſecundum canones. vj. q. j. quicunque. xxij. q. v. ſi quis. & s̄. de iureiu. querelam. C. de tranſact. ſi quis maior. & idem eſt venire contra fidem promiſſam, ſicut cōtra iuramentum: ut hic patet. & s̄. quod met. cau. ad aures. quia inter ſimplicē loquelam & iuramentum, non facit Deus differentiam. xxij. q. v. iuramenti. Sed quare mandat eos ſuſpendi, cum ad hoc non ſit actum? Poteſt dici, quod hoc facit ex officio ſuo: cū per denuntiationem ad papam peruenerit: quia undecunque crimina claruerint, punienda ſunt. xxiiij. q. iij. ecce.

Periuri ſunt & infames.

[f] COnſtitutus. Abſoluat. Et ita poteſt fideiuſſor agere contra principalem debitorem, ut eum liberet ſi diu ſteterit in obligatione. ſic infra eo. c. ulti. ubi de hoc.

[g] Acceſsiones. Sic eſt argu. fideiuſſor teneri ad uſuras. arg. cōtra. C. eo. tit. fideiuſſor. Diſtingue utrū fideiuſſerit in omnem cauſam, & ſic tenetur: alias nō. ff. loca. quæro an fideiuſſor. & ff. eo. tit. fideiuſſores magiſtratuum. Vinc. contrarium tamen eſt verum ſecundū canones. s̄. de iureiur. debitores. ut s̄. tit. proxi. dixi.

Fideiuſſor, an teneatur ad vſuras.

[h] Legi. C. de iureiur. propter calumniā. l. j. & ij. & iuri canonico contraria eſt, quantum ad cauſas ciuiles. s̄. de iura. calum. c. j. & ult. & c. in pertractandis. & c. ſeq. concordat tamen canonibus. ij. q. v. c. j. & ij.

[i] Interceſſori. Id eſt fideiuſſori. Ber.

[k] Satiſdatione. Hoc ſi uoluerit, alias nō compellitur ſed ſufficit, quod ei denuncietur ut mittat uel uadat ad ipſos uidendos, alias reciperentur in termino conſtituto. ſupra de teſtibus, in nomine domini. & quod

dicit

dicit audiendos.i.uidẽdos iurare. Vel forte ideo cautionẽ præstare debet: [1] quia præsumptio erat contra cancellarium, ne in fraudem malitiose debitum ei negaret, ut aduersarium fatigaret laboribus & expensis, ut si eam præstare nollet, hoc ipso tanq̃ suspectus compelleretur ad satisfaciendum. sed hoc non uidetur quia siue uadat siue non, nihilominus tenetur aduersario in expensis, imo debet compelli, ut uadat uel mittat, ut & ipse magis puniatur: quia tũc grauatur in suis proprijs expensis & etiam aduersarij.

[1] Secũdũ Inn. quia qđ sequitur, fuit additio. Ioã. And.

num competentẽ) literis tuis significes, ut eos uice tua recipiãt & examinent diligẽter, & depositiones eorũ transmittentes [a] inclusas significent, quanta fides [b] possit instrumentis uel testibus adhiberi.

Innocentius iij. in concilio generali.

Si sine licẽtia prælati et maioris partis capituli, religiosus fideiusserit, uel mutuũ acceperit, non tenetur ecclesia, et ipse recipiens punitur, nisi mutuum sit uersum in utilitatẽ ecclesiæ.

CAP. IIII.

QVod quibúsdam religiosis a sede apostolica est prohibitũ uolumus & mandamus ad uniuersos extẽdi, ne quis uidelicet religiosus absque maioris partis capituli, & abbatis sui licẽtia, pro aliquo fideiubeat [c] uel ab aliquo pecuniã mutuã accipiat, ultra summam cõmuni prouidentia constitutam: alioqui non teneatur conuentus, pro his aliquatenus respõdere. Nisi fortè in utilitatẽ [d] domus ipsius manifestè constiterit redũdasse. Et qui contra istud statutũ uenire p̃sumpserit, grauiori [e] disciplinæ subdatur.

Gregorius ix.

Ponit tres casus in quibus fideiussor contra debitorem agit antequam soluat, ut à fideiussione liberetur.

CAP. V.

EVm ꝓ quo te fideiussorẽ obligasti, si diu [f] in debiti solutione cessauit, aut dissipare [g] bona sua cœpit, seu super hoc condẽnatus fuisti, iure poteris cõuenire ut te à fideiussione debeat liberare.

TITVLVS XXIII.

DE SOLVTIOnibus.

Alexander tertius decano & capi. Moriñ.

Successor ĩ beneficio, tenetur soluere ꝓ debito prædecessoris, ꝓ necessitate ecclesiæ cõtracto

CAP. I.

[a] Transmittentes. Hoc fieri potest in causis ciuilibus. secus in criminalib. in quibus testes in præsentia iudicis suum testimonium dicere debent. [2] C. de fide instru. iudices. & authen. apud eloquentissimum.

[2] Nec debet hoc subdelegari. & idẽ uñ ĩ matrimonialib. j. de consan. & affi. ca. j. talia tamẽ tota die de cõsuetudine subdelegamus. ad ꝙ facit đ offi. deleg. super quę stionũ. §. ĩtẽtionis, secũdum Host. Ioã. And.

[b] Fides. Hoc ideo dicit: quia ille qui testes examinat, melius scire potest quanta fides sit eis adhibenda. ff. de testibus testium. j. responso. in fi. Ber.

[b] Fides. Non debet ipse scribere, ꝙ testibus sit fides adhibenda, sed scribat de honestate & qualitate personarum testium, ut per hoc appareat quantum eis sit credendum.

[3] Vbi de hoc, & de depo. c. j. ubi uide sup j. glo. dicebat. G. na. illũ Ṽ. loqui qñ mutuũ recipit nõ p̃latus uel nõ cõstitutꝰ ad hoc: secus si p̃latus uel alius cum consensu. cõuentus. graue. n. esset creditori se qui prælatum ad curiam itinerantẽ pro negotijs ecclesiæ & curiosum esse in ꝗbus pecunia expendatur. Ioan. And.

QVod quibusdam. Primo ponitur dictum. Secundo exceptio: ibi, nisi Tertio pœna: ibi, & qui. Abbas Siculus.

[c] Fideiubeat. Nec clericus nec monachus fideiubere debet. s̄. eo. tit. ca. j. & xj. quæ. j. te quidem. nisi necessitas, sit, & tunc tenetur ex pietate subuenire alijs. lxxxvj. dist. non satis. Sed pro ecclesijs suis possunt fideiubere: ut hic dicitur, & in auth. de san. episco. §. alium autem. col. ix. Et hoc de licentia capituli uel maioris partis: ut hic dicit: alias monachus nihil ageret, nisi in utilitatem monasterij pecunia fuerit conuersa, quia tunc etiam perinde est, ac si capitulum obligaretur. Item clerici inter se possunt fideiubere, cum conueniuntur. C. de episcopis & clericis. omnes. §. in hac. Item nec adstrictus curiæ potest fideiubere. C. loca. curialis. Io. And.

[d] In utilitatem. Istud bene notabile est, quod creditor probet in utilitatem ecclesiæ credidisse. decimaquæstione secunda. §. hoc ius. uersiculo is creditor. [3] Sed nec tunc agetur ex illo contractu, cum ille nullus sit credendo monacho, sine consensu capituli. sed agitur actione de in rem uerso: ut hic patet. & ff. de in rem uerso. lege prima. & lege, si pro parte. A contrario sensu uidetur, quod usque [4] ad summam a capitulo constitutam, non tenetur creditor probare in utilitatem ecclesiæ processisse, ex eo quod de alia probare tenetur, ut hic dicit. Ber.

[4] Vsque. Cepo. cautel. 279.

[e] Grauiori. Sed etiam ad arbitrium iudicis, cum hic non sit certa pecunia statuta. supra, de officio deleg. de causis.

[f] EVm pro quo. Si diu. Nota hic tres casus, quibus fideiussor põt agere contra principalem debitorem, ut eum liberet a fideiussione. Primus est, si diu stetit in obligatione. ff. manda. l. Lucius. Titius. Secũdus si reus incipit uergere ad inopiam: ut l. Lucius Titius. & C. mand. si ꝓ ea contra quam. Tertius si fideiussor condemnatus sit: ut in l. si pro ea cõtra quã & istos tres casus habes hic. Quartus est, si hoc ab initio conuenit ut est. l. p̃dicta, si pro ea. & ff. de fideiu. fideiussor pro uenditore. Et ita in casibus ante solutionem põt agere fideiussor ut liberetur. arg. ff. manda. si mandato. §. quoties. & ff. commod. si ut certo loco. §. rem tibi dedi. alias non potest: quia & hoc ipsum uidetur ei mandatum ut soluat, & hoc promisit: & sunt quasi duo mandata. ut se obliget, & ut soluat. unde ad utrunq; tenetur. argum. ff. de condict. indeb. indebitam. & est si. supra, de do. & contuma. cum dilecti. ubi duo intelligun tur mãdata. ff. de arbi. celsus. & quia intempestiue nõ debet reuocare beneficium suum, ne omnino inutile fuisset: quia adiuuari nos beneficijs oportet: & non decipi. supra, de commoda. c. uno. ff. eo. in commodato. §. sicut. secus est in precario. supra, de preca. c. ult. B. Et quod dicit diu, referendum est ad arbitrium iudicis, sicut illud celeriter supra, de loca. & conduct. ca. potuit. Ber.

[g] Dissipare. In isto casu, potest mulier petere dotem constante matrimonio. C. de iure dot. l. ubi. alias non potest. C. sic constante matri. dos solu. fu. l. una Bernard.

DE SOLVTIONIBVS.

Visum est supra, de obligationibus quæ tolluntur ex solutionibus: (nam solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio. insti. quib. modis tol. oblig. in princi.) merito post titulos præcedentes, subijcitur iste de solutionibus. Abbas Siculus.

Hoc capitulum

i

expeditus

De

De hac materia habetur de pæ.dist. i. medicina. & distin.iiij.in tribus capitulis.




a D hoc. filius. Hoc uerum est, si est hæres. b Debita. Omnia si nõ fecerit inuẽtarium. si fecit tunc nõ tenetur nisi quantũ uires hæreditatis se extendunt. C.de iure delib. scimus iam duas, & hoc in debitis ex contractu descendentibus uel quasi. sed in debitis quæ ex delicto uel quasi ꝓcedunt, non tenetur, nisi inquantum ad eum peruenit, uel nisi cum defuncto lis fuerit cõtest. C.ne ex deli.de functo.l. una. Alias secundũ canones tamen uidetur, quod hæres teneatur ex delicto defuncti. s. de sepul. ca. ulti. & infra, de rapt. in literis. Tan.

† Bertachi.tra. de episco. li. iiij.ij.par. q.54.in fi. Ias. consi. 222.lib.ij. s.de pign. c.iij.

c Prædecessoris. Est enim quasi hæres ipsius. xxiij.qõ. viij. conuenior. xij. quæstio. ij. capitu. ult. Ala.

d Necessitate. Alias non tenetur ecclesia. x.quæst.ij. hoc ius. §. & ijs creditor. & supra, titu. proxi. quod quibusdam, & supra, de deposi. grauis. & sic successor ad id tenetur, ꝙ prædecessor facere debuit. xij.q.v. quia Io. & xvj.q.vj.illud. Ber.



AD hoc in apostolicæ: & j. Sicut Filius a debita b patris soluere tenetur, ita prælatus sui prædecessoris c pro ecclesiæ necessitate d contracta.

Gregorius ix. uniuersis ecclesiarum prælatis.

Si prælatus obligat ecclesiam pro alienis debitis, est suspẽsus ipso facto ab administratione spiritualium et temporalium et ecclesia non tenetur.

CAP. II.

SI quorundam: & infra. Firmiter inhibemus, ne quis ꝑsumat ecclesiam sibi commissam pro alienis grauare e dbitis, aut literas f alicui seu sigilla g cõcedere, quibus possent ecclesiæ obligari. Decernẽtes si secus fuerit attentatũ, ad solutionẽ taliũ debitorum, ecclesias non teneri. h Si quis autẽ contra præmissa de cætero uenire præsumpserit, ab administratione spũalium & temporalium nouerit se suspensum. i

Idem decano & I. cano. Tullieñ.

Si clericus nõ habeat unde satisfaciat, suis creditorib. † nõ debet excõicari, nec aliter molestari, præstabit tamen cautionem, saltem iuratoriam de soluendo cum uenerit, ad pinguiorem fortunam.

CAP. III.

ODoardus clericus ꝓposuit, ꝙ cũ P.clericus, D.laicus, & quidã alij ipsum corã officiali k archi. Remeñ. super quibusdã debitis, cõuenissẽt idẽ in eũ recognoscentẽ l hmõi debita, sed ꝓpter rerũ inopiã soluere nõ ualentẽ, m excõicationis sententiam promulga-

SI quorundam. Tria facit. Primo prohibet. Secundo decernit. Tertio pœnam imponit. Secunda ibi decernentes. Tertia ibi, si quis. Abbas.

a Cũ effectu. & nomine ecclesiæ. secundũ Alanum. Ioã. And.

e Grauare. Mutuum accipiendo, & alij tradendo: uel pro contrahente fideiubendo ultra ca.pe.s.ti.j.

f Literas. Per quas concedunt prælati, quod aliquis possit recipere pecuniam mutuo, nomine suo & ecclesiæ suæ. Vel tradunt sigilla, ut inde sigilletur instrumentum sicut creditor uoluerit dictare. Vel dic literas seu sigilla, id est, literas sigillatas.

g Sigilla. Argumentum quod literis prælatorum credatur. s.de prob. post cessionem. & undecima quæstione tertia, curæ. & s.de fide instrumen.c.ij. & s.de cleri.peregri.ca.j. & sigillo ecclesiæ creditur. lxxiij.dist. in nomine patris.in fi. Argumen. contra. s. de prob. quoniam contra. Sed quare dicit hic pro alienis, cum hic creditor intelligatur &c. decima quæstione ij. c. ea enim.§.hoc ius.uer. & his creditor. & supra, titu. proxi. quod quibusdam. & supra, de deposi. grauis. & sic nec nomine suo, nec nomine alieno tenetur ecclesia. Ad factum referas hoc: quia sic fatigaretur ecclesia de facto, & non de iure. B.

h Teneri. Nisi quatenus uersum est in utilitatem ecclesiæ. s.ti.prox.c.quod quibusdam.

i Suspensum. Ipso iure. & insuper ecclesiam ipsam reddere debet indemnẽ, si in aliquo grauata est. s.de rebus eccle.alie.si quis presbyterorum. Et est argum. optimum, quod si aliquis dilapidauerit ecclesiam, ꝙ licet uelit eam reddere indemnem nihilominus remouendus est. ‡ De hoc dixi supra, de electio. quod sicut in fine. Et sicut ipso iure suspensus est, ita ipso iure uidetur restitutus, cum ecclesiam reddiderit indemnem, argum. lxxxj. distinctione. si qui sunt. xvj. quæstio. vij. si quis deinceps. & xv. quæstio. vj. nos sanctorum. Sed non credo, quod propter hoc sit restitutus: quia iam suspectus est, & satisdatio non immutat maleuolum animum tutoris insti. tu. de suspe. tut. §. nouissime. & ff.eod. titu. suspectus. & l. seq. imo remouendus est de facto si administrationẽ nõ dimisit. ff. de suspect.tut. suspectus. De hoc dixi supra, de offi. delega. uenerabili.

‡ Hoc nõ cõcedo, licet sit hoc cõmissũ superioris arbitrio: cũ nec pa. sibi hoc reseruet. Io. And.

† Decisi. Tho. 246. Phi. Dec. c. reprehẽsibilis. nu. 9. de app. c. eps. col. j. de preb. ubi not.

ODoardus. Debitor, qui non est soluendo, excommunicatus: quia non soluit, absoluitur cum cautione de soluẽdo cum ad pinguiorem fortunam peruenerit, hoc dicit. Et est casus singularis iudicio Panormitani, cum nullam faciat mẽtionem iste tex. de cessione bonorũ, licet glo. & doc. aliter sentiant. Et diuiditur in duas partes. Nam primo ponit querelam impetrantis. Secundo dat iudices. ibi, mandamus. Abba.

k Officiali. Officialis dicitur ille, cui episcopus uices suas committit. supra, de institu. ex frequentibus querimonijs. Ber.

l Recognoscentem. Id est, confitentem debita. Qui enim cedit bonis, antequam recognoscat debitum, uel antequam condemnetur, aut in iure confiteatur debitum: audiri non debet. ‡ ff. de cessi.bo.l.pe. quod est uerum, si placet creditori, alias statim probabit debitum suum, secundum quod illa lex potest legi cum non, & sine non: ut ibi notatum est.

‡ Alias, sine non: & sic in l. est duplex litera: & cõmunior hẽt nõ. & Ho. ponit sine nõ. dicit Vincẽ. ꝙ interest creditoris recognosci debitũ, ut illo negãte ꝓbet hñs testes paratos, ꝙ postea probare nõ posset. & idẽ Phi. & Abbas. & fuit dictũ Pla. & sic ĩ litera nõ ꝓcedit nolẽte creditore & sine non, eo uolẽte. Ioã. And.

m Non ualentem. Et ideo inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. ff. de dolo nam is. & supra, de restitu. spolia. olim. quia qui nihil habet nihil dare potest: ut prima quæstione septima. Daibertum. & eius periculo nihil est. ff. de fur. itaque fullo. in principio. unde uidetur, quod non tenuit excommunicatio, sed debuit eum expectare quousque soluere posset: argumẽto decretalis prædictæ, olim. & impossibile præceptum non obligat. ff. quæ senten. sine appellatione rescinden. l. Paulus. ij. & impossibilium nulla est obligatio. ff. de reg. iu. impossibilium. sed hic tenuit sententia forte propter dubium quia nõ plene constabat an in totum uel in partem posset soluere: & ideo cũ de hoc cõstiterit, relaxatur: ut hic dicitur. sed si certus esset iudex, qa nihil soluere posset, uel si cessisset bonis, sententia nõ tenuisset: uel si tenuisset,

iniusta

uit: & infra. Mandamus, quatenus ſi conſtiterit ꝙ prædictus O. in totum uel pro parte non poſsit ſoluere debita ſupradicta, ſententiam ipſam ſine † difficultate qualibet relaxetis, recepta prius ab eo idonea [a] cautione, ut ſi ad pinguiorem [b] fortunam deuenerit, debita prædicta perſoluat.

Idem.

Conquerens ſe indebite ſoluiſſe, hoc probare debet, niſi in caſu hic poſito.

CAP. IIII.

IS qui conqueritur indebitam [c] pecuniam ſe ſoluiſſe, probare tenetur [d] quòd indebitè ſit ſoluta: Niſi eius aduerſarius ſolutionem inficians exinde cõuincatur. [e] tũc enim diffitenti, onus incumbit probãdi, [f] quòd debitum recepiſſet.

TITVLVS XXIIII.

DE DONATIONIBVS.

Gregorius A. Patritio Gallorum.

Decimæ noualium debētur eccleſiæ, in cuius parochia ſurgunt, ſi uerò non ſunt in certa parochia, debentur diœceſano, qui poteſt ſibi retinere uel alteri eccleſiæ concedere.

CAP. XIII.

QVoniā à nobis ſolicitudo tua requiſiuit, quid de decimis noualium tuæ diœceſ. tibi ſit ſtatuendum. Reſpondemus, ut ſi terræ quæ arabiles ſunt, intra certam alicuius eccleſiæ parochiam [d] fuerint, decimas earum (tua parte [e] retenta) eidem [f] eccleſiæ deputare, uel ad opus tuum poteris retinere.

Idē Remenſi archiepo.

Decimæ poſſunt exigi.

CAP. XIIII.

PArochianos: & infra. Cùm decimæ † non ab homine, ſed ab ipſo domino [g] ſint inſtitutæ, quaſi debitū [h] exigi poſſunt.

Idem ambia. epiſcopo.

Decima laico iure hæreditario concedi non poteſt.

CAP. XV.

AD hæc donationem decimæ, quam abbas ſancti S. de Monſtrali cuidam laico cōceſsit, per ſucceſsionem tenendam: (Quoniam ſanctuarium [i] Dei iure hæreditario poſsidere non debet) viribus carere decernas: & laicum (niſi decimam ipſam ipſi eccleſiæ liberè reſignauerit [k]) vinculo excommunicationis adſtringas.

Idem Macilieñ. epo.

Iudæi coguntur prædiales decimas ſoluere, aut prædia dimittere.

CAP. XVI.

DE terris quas Iudæi colunt, tuæ prudentiæ reſpondemus, ut eos ad decimas perſoluēdas, [l] uel poſſeſsiones penitus renuntiādas, cū omni diſtrictione cōpellas, [m] ne fortè occaſione illa eccleſiæ ualeant ſuo iure fraudari.

Idem.

Decimæ uel oblationes eccleſiæ laicis cōcedi non poſſunt & prælatus contra faciens eſt puniendus.

CAP. XVII.

QVamuis ſit graue

[a] Interpretatione. & male: quia priuilegium principis largiſsime interpretandū eſt. j. de uerb. ſign. olim. s. de dona. cum dilecti. & C. de bo. quæ lib. cum multa. in fi. ff. de conſti. princ. l. ult. & ff. de re iud. quidam cōſulebant. & infamiam iuris incurrit, qui priuilegium principis ſtricte interpretatur. C. de lega. l. ij. & uerba calumniāda nō ſunt. ff. ad exhib. l. pen.

[b] Aſſerunt. Et male: quia ſi uerbū eſſet ambiguum, latiſſima eſſet interpretatio facienda. ff. de conſtitu. princi. beneficium. uel ipſe idem princeps deberet ſuum priuilegiū interpretari. C. de leg. l. ult. & j. de ſenten. excō. inter alia. & s. de iud. cum ueniſſent. xj. qō. iij. §. ex his. & priuilegiū aliquid debet concedere, alias inutile eſſet. infra, de priuileg. in his.

[c] Intelligeremus. argu. quod a forma verborum ſine certa ſcientia, non eſt recedendum. xxxj. diſt. omnino. ff. de leg. iij. non aliter. & xxxj. q. j. §. quomodo uirginib⁹. C. de cad. tol. leg. una. §. ſi uero. & de conſe. diſtinctio. iiij. ſi quis presbyter. & ſupra, de transla. inter corporalia. & C. de procura. eius qui libertatē meruit. l. una. xxviij. quæſt. j. ſic enim. uerſi. cum uero, dicit ego dico non dominus.

QVoniā. Primo ponitur conſultatio. Secūdo reſpōſio: ibi, reſpondemus. in qua diſtinguit. Secundū membrum ꝓſequitur ibi, alioqui. Abbas Siculus.

[d] Parochiā. quid ſi ſint inſulæ? Conſiderandum eſt, cui prouinciæ adhæreant, & de illa prouincia ſunt. & ibi debent decimas, & ibi indicentur. ff. de iudi. inſulæ.

[e] Tua parte. eandem quā de antiquis percipis, & nō maiorem: quia nō debent in his duplici iure cenſeri. xij. q. ij. cognouimus. & j. eodem. cum in tua. & infra, de cenſib. eccleſijs. hæc eſt quarta. x. quæſtio. iij. unio. Vel intellige ſecundum diuerſam conſuetudinem locorum. ſupra, de ſepul. certificari. Argumē. contra. infra eo. cum contingat, ubi dicitur, quod de iure communi ad parochiales eccleſias pertinet perceptio decimarum, & ibi ſoluitur.

[f] Eidem eccleſiæ. ſed nōne dabuntur, ubi coloni recipiūt ſpiritualia. xvj. q. j. quæſtio? Reſpō. [1] nō: quia decimæ. & tributa, dantur ratione prædiorum, & non perſonarū. ff. de publi. & vect. imperatores. xvj. q. j. ſi qs laicus. & cap. decimæ. & ff. de cenſib. forma cenſualis. §. ſi uero quis.

PArochianos. Litera per ſe patet.

[g] Domino. ut xvj. q. j. reuertimini. & capit. de crimine ſunt. & q. vij. omnes de crimine.

[h] Quaſi debitum. Iſtud, quaſi, non eſt ſimilitudinariū, ſed expreſsiuum ueritatis, ſicut illud, [2] quaſi unigeniti a patre. & ex debito requiruntur. infra eodem. tua nobis. & xvj. q. j. decimæ. & c. ſtatuimus. & xiij. quæſt. ij. qui oblationes.

AD hæc primo recitatur factum quod ſecundo reuocari mandat: ibi, quoniam. Abbas Siculus.

[i] Sanctuariū. viij. quæſt. j. apoſtolica. & infra, de iure patron. conſuluit. Bernardus.

[k] Reſignauerit. & ita laicus, decimas poſsidere non poteſt. xvj. quæſtione vij. capit. j. & ſupra de præſcriptio. cauſam quæ. & ſic in feudum dari non poſſunt de nouo. De hoc dicetur infra eodem. quamuis & ideo ſi non reſtituat, debet excōmunicari.

[l] DE terris. Perſoluendas. Is enim ad quem ſpectat fructuum perceptio, fructuum onera ſubire cōpellitur. ff de uſufruct. ſi pendentes. §. pen. & l. hactenus. & ff. de pact. inter debitorem. & ff. de cenſib. forma. §. ſi uero quis. & ita ratione prædiorum, ſoluere debent decimas, & non ratione perſonarum: quia non ſunt de corpore eccleſiæ: unde perſonales decimas non perſoluunt.

[m] Compellas. prout traditur infra, de uſur. poſt miſerabilem. & c. quanto.

QVamuis. Primo ponit factum reprehenſibile.

† Alexā. cōſi. lxxxvj. lib. j. cōſil. xlvj. li. iij. Philip. Dec. cōſi. dxliij. cōſ. dxcix. numer. 4.

† In quātum uult qd' decimę ſit hodie d' iure diuino falſum ē Alfonſus toſta. late. 1. Reg. viij. q. clx. qō. ccij. & ſecundum theologos in 4. Sent. Tho. in ij. ij. q. lxxxvij. ſuſtentatio quidem miniſtrorū de iure diuino eſt: cæterū ſiue quota ſiue decimatio ipſa ceremoniale, aut ad ſūmum iudiciale qd' dam fuit.

[1] No. ſecūdū R. qui dixit hic confundi Cardinalē & ſequac. quæſt. loquit quando prædia ſunt in ipſa parochia: uel loquit d' perſonalibus. Ioā. And.

[2] Id ē uel pro tanto dicit quaſi ſecundum Hoſt. quia licet eccleſia cū parochiarijs nō cōtraxerit: ab eis petit ut ſic ſint ex quaſi contractu obligati. ad hoc inſtit. de obli. quæ ex quaſi contract. & ſic pōt legi ſimilitudinarie: nec p hoc excludet veritatē debiti. Ioan. And.

Secundo pœnam : ibi, statuimus. Abb.

a Disponere. Quod omnino eis non licet : quia de rebus ecclesiasticis, nulla est laicis attributa potestas. xcvj. di. bene quidẽ. xvj. q. vij. laicis. & s. de consti. ecclesia. & s. de reb. eccl. nõ alie. cũ laicis. & lxxxix. dist. quoniam in quibusdam. & cap. indicatum. & tales laici excõicandi sunt. xvj. q. ultim. nullus laicorum.

b Cõcesserit. Laici enim decimas sine peccato non possunt retinere. j. q. iij peruenit. & s. eod. prohibemus. Sed nũquid possunt dari laicis in feudum. Dicendum est quod non : quia decimæ sunt cibus in domo domini. xvj. q. j. reuertimini. & q. vij. decimas. decent eis dari, à quibus spiritualia recipiuntur. xiij. q. j. ecclesias. §. his ita. & præterea feudum transit ad hæredes, sed decimæ nõ. s. eo. ad hęc. & ita laicis concedi non possunt in feudum : quia eas possidere non possunt. supra de præscript. causam quæ. & xvj. q. vij. c. j. & j. qõ. iij. §. potest in vers. itẽ decimæ Deo mandatæ &c. [2] & hoc ideo : quia dantur intuitu diuini obsequij. xiij. q. j. c. ecclesias. §. his ita. & xvj. q. j. quæsti. & s. eo. nouum. & infra eo. tua nobis. unde in laicum cadere non possunt, sicut nec ius eligendi supra, de elect. sacrosanctã. & c. massana. Fructus uero decimarũ, bene possent cõcedi laico ex causa ad tẽpus uitæ [3] suæ: sed nõ in feudum. s. de loca. c. ij. quia etiam possent uendi ad tps. j. ne præla. uices suas. c. ult. Sed ius pcipiẽdi, ꝙ est mere spirituale. nõ potest eis in feudũ dari, uel etiã ad tempus rationib. præmissis cõcedi. Et est simile, cum dicimus vitulũ, fructũ uaccæ demõstramus, nõ ius, sed corpus. ff. de euict. vaccæ. & sic hodie decimæ in feudũ dari non possunt, sicut nec alia feuda. s. de feu. c. j. Et ea fuit causa, quare olim antiquis tẽporibus dabãtur in feudũ laicis, & ẽt alia feuda, ut uidelicet dfenderẽt ecclesias ab hæreticis & ab alijs oppressorib9. postea uero cum causa cessauit, nõ fuerunt cõcessæ. imo expresse fuit prohibitum : quia sine pacto, laici non possunt eas retinere. supra, de his quæ fiunt a prælat. sine consensu capitu. cum apostolica. & j. eodẽ. prohibemus. Et decimas ab antiquo concessas adhuc posident laici & eorum successores. tamẽ si aliqua noualia consurgunt, in decimatione nõ accrescũt eis. j. eo. tua nobis. propter rationem quæ ibi redditur in fi. Bernardus.

[1] Licet soluãt ęstimatione eius quod pceptura erat ecclesia a catholicoparochiano: quod dic ut j. de usuris. quãto. in fine. Ioã. And.

[2] Adde ꝙ nec etiam locare ad longũ tẽpus, nec ĩ emphyteusim. facit. l. fi. si ager vectig.

Decimæ q̃re olim fuerũt laicis in feudum concesse?

[3] Vitæ. idẽ Henr. Bo. hic, sed Ange. Claua. in v̄bo decimæ. §. xiij. cõtra tenet & veri9 nisi solemnitate seruata.

[4] Ita dixerunt oẽs antiqui & moderni

nimis, & diuini dignum animaduersione iudicij habeatur, ꝙ laici quidã, ꝙ sacerdotum est in ecclesiasticis rebus usurpant : maiorem tamen incurrũt formidinem, quòd fomitem sui erroris dicuntur in ipso clero, aliquoties inuenire, dum quidam prælatorum ecclesiæ decimas & ecclesias disponere [a] eis indulgent, & eos in deuia mortis impellunt, qui prædicatione eorum, ad uiam uitæ fuerant reuocandi : & infra. Statuimus, ut si quis alicui laico, in seculo remanenti ecclesiam, decimam, oblationemq; concesserit, [b] à statu suo sicut arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur : [c] & donec emẽdet, dolore suæ iaceat ruinæ prostratus.

Idem.

Statur consuetudini, an colonus soluat decimã ecclesiæ in cuius parochia sita sunt prædia an ecclesiæ ubi audit diuina, et pcipit ecclesiastica sacramẽta.

CAP. XVIII.

CVm sint homines in parochia unius ecclesiæ (sicut asseris) qui terras in alias parochias excolunt : tua discre. nos consuluit cui ecclesiæ de terris illis decimas soluere debeant : & infrà. Sanè [d] non est nobis facilè super hoc certum dare responsum : cùm authoritates sanctorũ patrũ, etiam sint diuersę. [e] Et ideo in huiusmodi dubitatione ad consuetudinem [f] duximus recurrẽdum, [†] & attendendum etiam si illæ ecclesiæ in uno sint, uel in diuersis episcopatibus constitutæ : quia difficile [g] nimis uidetur, ut una ecclesia in episcopatu alterius recipiat decimas cùm ex hoc episcopatuum fines confundi non immeritò uiderentur.

Ex concilio Lateranensi. †

Non potest laicus transferre decimam in alium laicum, etiam si cum titulo illam possideat. hoc dicit cum gloss.

CAP. XIX.

c Succidatur. id est suspendatur, ut innuit litera seq. donec &c. uel succidatur, id est, excommunicetur, uel suspendatur, uel deponatur, & hæc expositio probatur vigesimatertia. quæstione quarta. ipsa pietas. sed primum verius uidetur.

d Cvm sint. Non est nobis facile. quia quod à sanctis patribus nõ est definitum, nec nos definire debem9. ij. qõ. v. consuluisti. & qd' Apostolus non definiuit, nec nos definire debemus. xxxj. quæst. j. quod si dormierit.

e Diuersæ. non tamen aduersæ. sic. supra de ijs quæ fiunt à præla. sine consensu capit. cum apostolica. Quidam enim ibi dicunt, dandas esse decimas ubi recipiuntur ecclesiastica sacramenta. s. eod. nouum genus. & xvj. qõ. j. quæsti. Alij dicunt, quod ibi debent dari, ubi prædia sita sunt. supra eodẽ. quoniam. & s. de paroch. c. ulti. & xvj. q. j. si quis laicus. Sed facile est soluere [4] hanc diuersitatem, ibi debent dari personales decimæ ubi quis recipit ecclesiastica sacramenta: & si habet prædia in alia parochia, ibi debet dare decimas illorũ prædiorum: ut s. titu. proxi. c. ulti. & j. eo. ad apostolicæ. Si habet prædia in eadẽ parochia, ubi audit diuina. ibi debet dare decimas p̄diales & personales. & sic diuersitas illa potest intelligi. Et hoc est uerum, nisi consuetudo præscripta sit contraria. ut dicit hic. Bernardus.

f Ad consuetudinem. Nota quod in decimis persoluendis consuetudo attenditur sic. j. eo. ad apostolicæ. & ca. in aliquibus. in fi. Et intelligo, quod illa consuetudo sit præscripta [5] per quam iuri communi præiudicatur, quæ est optima legum interpres, alias non credo locum habere consuetudinem : ut supra, de cõsuetudi. cum dilectus.

g Difficile. non tamen impossibile : quia quod uix fit, tamen fit. si. ff. de iud. uix certis. quia si decimæ illæ sint intra limites alterius episcopatus nõ adherentes limiti, bene possunt tunc præscribi. dummodo habuerunt titulũ ex quo causam habent præscribendi. j. eo. dudum. s. de præscrip. ad aures quæ sic intelligitur. Si vis intelligere difficile. i. impossibile, quasi non posit percipere decimas in alieno episcopatu : tũc intellige de decimis in limite positis, & limiti adhærẽtibus : qa illæ præscribi nõ possunt : quia sic per cõsequẽs & limes scri

[1] q̃ iudicio meo ñ uiderunt du biũ decre. qd soluet non est facile. & secũdũ eos, frustra papa sic ponderauit hoc dubiũ loquit aũt decr. d colono partiario: qui pro cultura certam partẽ fructuũ recipit : puta dimidiã. de hac sua parte cui ecclesiæ soluere dbeat decimã forte dubiũ est, nã hæc ps videt sibi prouenir ex opera culturæ : & sic decimabit ut psonalis e contra si ex prædio prouenit. Ioã. And.

[†] Cõcor. tex. i l. mi nime. & in l. si de interpretatione. ff. d legi.

[†] Qd fuit ab Alexã. iij. anno. 1179. ut p Ioã. And. Ant. But. Cardi. flo. in ca. cum apostolica. de his quæ fiunt à prel. sine cõsen. ca. not. in cõsue. Paris. §. xxxvj. nume 18.

[5] Præscripta ĩ casu huius c. ñ est contra ius cõe, & sufficit tẽpus decẽ annorum, Panor.

P Rohibemus, ne laici decimas cùm animarum suarū periculo a detinentes, in alios laicos b possint aliquo modo transferre. Si quis uero receperit, & ecclesiæ non reddiderit, Christiana sepultura c priuetur.

Lucius iij. Strigon. archiepisc.

Decimæ personalis debetur ecclesiæ, ubi quis percipit sacramēta, licet alibi lucrū contigerit. In prædiali uero statur consuetudini, si in aliena parochia colonus prædium coluit.

CAP. XX.

A D apostolicæ sedis regimen: & infrà. Intelleximus ꝙ quædam cōsuetudo ī Hūgaria inoleuit: ut multitudo populi, plerunq; de parochia unius episcopi in diœcesim alterius transferatur: d in qua licet per multa tēpora morā traxerit, uterque tn̄ epōrum, tam is cuius parochiā reliquerunt, quàm is cuius parochiani sunt facti, decimationem requirit. Ideoq; t.nos duxit fraternitas consulendos, cui poti⁹ decimæ sūt reddendæ. Noueris igitur ꝙ æquū est, ut illi ecclesiæ decimæ personales e reddātur, ab eis in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta. Super decimis uerò messium uel fructuum arborum, si coluerint in alia parochia, quàm in ea in qua habitāt (quoniā a diuersis diuersa cōsuetudo f tenet) tu eligas ī hoc casu ꝙ per consuetudinē diu obtentam, ibidem noueris obseruatum.

Clemens tertius.

De omni fructu prædij soluendæ sunt decimæ.

CAP. XXI.

E X parte canonicorū ecclesiæ tuæ nobis est querela proposita, ꝙ quidam agricultores, cum simul uel diuersis tēporibus anni in eodem horto uel agro diuersa semina sparserint, non nisi de unius g illorū seminū fructibus, decimas illi persoluunt: & infra: Mandamus quatenus si noueris rē taliter se habere, agricultores illos, ut de omnibus h prædiorum fructibus, decimas absq; diminutione i persoluant, eccle.cen.compellas.

Cælestinus tertius.

Decimæ prædiales soluendæ, sunt, expensis non deductis.

CAP. XXII.

N On est in potestate hominum, cùm plātant arbores, uel aliqua semina terræ mandant: & infrà. Reuera sicut sancti patres in suis tradide-

mes præscribi posset: quod fieri non potest, ne fines episcopatuum confundantur: ut hic dicit. & xvj.q.iij. quicunq;. & c.licet in regulis. & c. inter memoratos. & idem est in parochijs limitatis. s̃. de paroch. super eo. & sic intellige quod dicit. Ber.

a P Rohibemus. Periculo & sic xvj.qō.j. ca.ulti. & s̃. de h's quæ fiūt a præla. sine consensu ca. cum apostolica.

b Laicos. Nec etiā in clericos sine authoritate epi. xvj.q.j.c.ult. & s̃. de ijs, quæ fi. a præl. cū apostolica. & infra, de iure patr. nullus. Sed nunquid de cōsensu. epi, possunt transferri in alios laicos, si laici isti habent decimas in feudum ab antiquo? Satis vr̄, 1 ꝙ illas, possunt dare in alios laicos de cōsensu episcopi in feudū, sicut ipsi habent: nec dicitur episcopus tūc illas dare in feudū. sic. s̃. de feud. ca. ij. sed si alias de facto possident illas nec laico nec clerico possunt transferre, etiā de consensu epi, ut dicit prædicta decr. cum apostolica in fin. Ber.

c Sepultura. Sic ergo q decimas quas iniuste possidet, detinet, & non restituit ecclesiæ ad quā spectant christiana sepultura priuari debet: sicut in usuris. 2 j̃. de usu quia in omnibus. Ber.

A D apostolicæ. Decimæ personales, debentur ecclesiæ parochiali, prædiales prædiali, nisi aliud habeat cōsuetudo. Sic cōmuniter summant doctores. sed hæc summatio nō congruit tex. in uersicu. sup. qui ponit casum ca. cum sint homines. s̃. eod. Communis diuisio. Secunda pars ibi, noueris. Abb.

d Transferatur xiij.q.j. per totum. & s̃. de parochijs. ca. ultimo.

e Personales. Hic ergo patet, ꝙ decimæ personales, semper dādæ sunt ubi quis percipit ecclesiastica sacramēta sic. s̃. de paroch. c. ult. Et dicūtur personales decimæ quæ potius contēplatione personæ soluunt: ut puta de negotiatione, artificio, & de militia. xvj. q. j. decimæ. & j̃. e. nō est & c. pastoralis. de quibus expensæ ante solutionē decimarū deducēdæ sunt: ut in c. pastoralis. Sed decimæ animaliū an inter personales, an inter prædiales sunt, quærit: & pōt dici ꝙ inter prædiales. ubi ergo pascuntur continue, ibi decimæ solui debent. ar. s̃. c. commissū. & ff. de ser. rus. præ. pecoris pascēdi. C. de uerb. sig. l. ij. Sed qd si ꝑ medietatē anni in territorio unius ecclesiæ, & ꝑ aliā medietatem: in territorio alterius ecclesiæ pascūtur? æquū est, ut diuidantur. 3 arg. s̃. de test. relatum. in fin. & j. q. j. cap. ij. & ca. ulti. & xij. q. ij. uulteranæ. eodē modo si continue iaceāt hic, & cōtinue pascantur ibi. ar. ff. ad municip. assumptio. idem esset si aliqui facerēt in una parochia & larē haberēt in alia, debent diuidere 4 decimas personales & oblationes.

f Consuetudo. Ius tn̄ cōmune in promptu est, quod illi ecclesiæ debent dari in cuius territorio sunt prædia: ut s̃. de parochi. c. ult. & s̃. e. qm̄. tn̄ statur cōsuetudini loci, si est præscripta: ut dixi. s. eo. cum sint homines. Nam & mulier ibi subit munera patrimonialia, ubi habet patrimonium siue prædia: personalia uero ubi habet domicilium. C. de mulie. & in quo loco munera sexui cōgruentia & honores agnoscant. le. j. lib. x. Lau.

E X parte. Prima pars ponit querelā. Secūda dat iudicem ibi, mandamus. Abbas Sicul.

g Vnius. Et male: quia qua ratione soluūt de uno semine, & de alio soluere tenentur siue eodem tempore, siue diuerso eiusdem anni, Quia una & eadem res diuerso iure censeri non debet. xij. q. ij. cognouimus. & j̃. c. cum in tua. & de conse. di. ij. comperimus.

h De omnib. prædiorum. Et etiā arborum. s̃. c. proxi. & de fœno & de lana. s̃. e. peruenit. j̃. eod. cap. prox.

i Diminutione. i. nullis expensis deductis. s̃. eo. cum homines. & j̃. e. ca. prox. & j̃. eo. c. tua nos. Ber.

N On est. Primo ponitur exordium. Secundo narratio: ibi, reuera. Tertio conclusio: ibi, uolumus. Abb. sicu.

1 Satis ui detur glo. sequit Hosti. ī sum. e. §. tertio quæritur. uersi. porro aliud ī decimis Ias. consi. clv. libr. j. sed Pan. & alij crebrius reꝓbāt, & Valeria. Zazius ī iiij. parte feudorū in fi. sed forti⁹ dico quod papa cum suo ꝑfacto primo cōsilio non potuit ullo mō diminuere: i⁹ laicorū ideo infeudatiōes q̄ tunc erāt factæ stāt & possunt illæ decimæ indistīcte sicut quodlibet prædiū uē di libere, & ita practicatur & hodie sufficit ꝓbare possessionē tēporis immemorialis, etiā nō ꝓbato titulo nec fama ut ꝑsumat infeudatio ante illud cōcilīū & hæc d̄ decimis ꝑ se si em̄ cōpetāt ratione certi castri uel loci, tunc indistincte cū uniuerso transeūt. ca. ex lr̄is d̄ iure pa. no. in consue. Paris. §. xlvj. q. iiij.

2 Et in alijs casib. qui nor. & quos not. s̃. d̄ sepul. c. ex ꝑte. Ioā. And.

3 Diuidantur. Thomas ij. ij. q. lxxxvij. artic. iij. Alb. in dictio. Vbo decima hosti. hic Stepha. Bert. cōsi. cclij. si animalia. lib. iij. ubi limitat si alia sit consuetudo.

4 Diuidere si tamē in utraq; habet domiciliū, & pariter frequentant. Pan.

1 Greg. ad Reginam Francorũ. Crede mihi: ꝙ cum peccato cõgregat, cũ dãno ꝑditur. Ouidius sine titulo. Nõ habet euẽtus, sordida p̃da bonos. Claudia. Quas male collegit fallacis dextra parentis, Has per⁹ nati dextra refundit opes, uide ꝙ dicã de cẽsi. ꝓcurationes ĩ gl. ut si. Io. An.

† Nõ seruatur nisi forte in locis ubi papa dñs est tpalis. hęc enim & ꝑsonales sunt de inuẽtiõe papę & ĩ Gallia non debent nisi consuetæ tm̃. unde de stagnis syluis cæduis pratis & alijs de quib. ñ est solitũ, nequeunt exigi, ut ẽt statuit Phili. pulcher & habet ĩ stilo parla. par. iij. ti. de decimis.

2 Et ut ibi no. licet solutum sibi nõ repetatur ꝓmissum tamẽ ipsa petere non potest: cũ turpis fuerit ꝓmissionis causa. ff. de uer. obli. gene

[a] De omnibus. Sic xvj. q. j. decimæ. & q. vij. quicũque & c. omnes decimæ. Bernar.

[b] Percelli. Et potest etiam ecclesiastica sepultura priuari, qui decimas non restituit. s̃. eod. prohibemus. & qui decimam non soluit. ad decimam partem (ut dicit Angelus.) reuocari meretur. [1] xvj. q. j. decimæ. & in fame & in penuria maledictus erit: ut ea. causa. qõ. j. reuertimini.

[c] Antequam. Hoc uerum est, in prædialibus decimis: ut s̃. c. prox. & j̃. eo. ca. tua nos. Secus ĩ personalibus. j̃. eo. pastoralis.

EX transmissa. Primo ponit decisam querelam. Secundo dat iudicẽ: ibi, quia ibi præmittit generalem rationẽ, ex qua infert cõclusionẽ ibi, mandamus. Et potuit esse ratio dubitandi, in isto. tex. quia uenti non nascuntur in loco, nec uidetur moueri ex Dei beneficio. ideo uidebatur quod decima ex tali molendino ad uentum nõ esset soluenda. Sed contrarium deciditur, quia & mare & uenti obediunt Deo Matt. viij. c. Itẽ quia terra in qua est tale molendinũ, subiacet oneri decimarum, unde sicut ecclesia ex tali terra perciperet fructus si coleretur: ita debet consequi de reditibus ædificij ibi constructi, per hoc. & c. commissum. s̃. eod. Abb. sicu.

runt scripturis, de uino, grano, fructib. arborũ, pecoribus, hortis negotiatione, dẽ ipsa ẽt militia, de uenatione, & de omnibus [2] bonis, decimæ sunt ministris ecclesiæ tribuendæ, ita ut qui de his eas soluere neglexerint, ecclesiastica districtione debeãt percelli: [b] & j̃. Volumus ergo & districtè p̃cipimus, quatenus antequã [c] ullas deducatis de bonis prædictis expensas, decimas ecclesijs ad quas pertinent cum integritate debita persoluatis.

Idem.

De redditib. molendini ad uẽtum, soluendæ sunt decimæ †

CAP. XXIII.

EX transmissa querela rectoris ecclesiæ de N. intelleximus: & infra. Quia fidelis homo, de omnib. quæ licitè [d] põt acquirere, decimas erogare tenet: Mandamus quatenus H. militẽ ad solutionẽ decimarum, de ijs quæ de molẽdino [e] ad uentũ prouenient, sine diminutione aliqua compellatis.

Inno. iij. Pistorieñ. episcopo.

Locator uel cõductor possessionum tenentur ad decimas, nisi se immunes ostendant.

CAP. XXIIII.

A Nobis tua fraternitas requisiuit: & infrà. Cũ igitur quilibet [f] decimas soluere teneatur, nisi a præstatione ipsarũ specialiter sit exemptus: [g] Fraternitati t.t. responde. ꝙ a dantibus

[d] Licitè. Ergo uidetur, quod de illicite acquisitis, non teneantur decimam soluere ar. j. q. j. nõ est putanda. ubi de hoc: & sic meretrix de meretricio suo decimam soluere non debet, iuxta illud, non accipias mercedem prostibuli. & Esa. Non accipias mercedem meretricis, nec pretiũ sanguinis, & illud: Honorabis dominum Deum tuum de tuis iustis laboribus. ut in ca. non est putanda. & illicite acquisita, non sunt in bonis nostris. ff. pro soc. cum duobus. §. ult. Arg. cõtra, quod meretrix debet decimã soluere, quia non turpiter accipit. ff. de cond. ob tur. cau. idem & §. quoties. [2] Præterea delictum non præstat immunitatem. ff. de interdic. & rele. relegatorũ. §. ult. Criminosum enim non dignitas sed pœna debet comitari. C. de decur. ne quis. li. x. & illud euangelij: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. ut xiij. quæ. v. qui habetis. & § seq. Quidam dicunt, quod de nullo illicite acquisito, potest fieri eleemosyna, uel etiam decima solui. Et sic nec meretrix, nec aleator, nec simoniacus nec histrio potest facere eleemosynam, uel decimã dare de tali lucro ꝓpter priora iura arg. ex hac litera. Alij dicunt (quod uerius credo) quod de illicite acquisitis, potest fieri eleemosyna, & dari decima, si de illis non competit repetitio, & dominium transferatur. & sic meretrix, histrio, simoniacus, & qui de mãmona iniquitatis uiuũt, id est per solicitudinem temporalem, aliqua acquirunt: decimam dare, & eleemosynam [3] facere possunt: & de eo quod extorquetur ratione officij. xiiij. quæstio. v. non sane. quia in his dominium transfertur, & non competit repetitio: sacerdos tamen, nõ debet recipere decimam a meretrice: ne uideatur ei impunitatẽ præstare: sicut quandoque oblationes aliquorum respuuntur ratione criminis. xc. distin. oblationes. xvij. qõ. iiij. miror. Alias si dominium non transfertur, aut si transfertur, & competat repetitio, non potest inde fieri eleemosyna, uel dari decima, cum non sit illius: quia aliena non potest aliquis cõcedere præter domini uoluntatem. j̃. eod. tua nobis. ut in usuris. & in simonia. s̃. de iureiur. debitores. & j̃. de simo. de hoc. & capi. ueniens in furto & rapina. Decimæ autem, quæ dantur ratione prædiorum, iuste accipiuntur ab ecclesia, & a quocunque etiam innasore, ex quo non dãtur ratione personæ. ecclesia enim suum recipit. [4]

[e] De molendino. s̃. eod. peruenit. & j̃. eodem. pastoralis.

A Nobis. Primo ponitur decisum exordium. Secundo ratio generalis: ibi, cum igitur. Tertio solutio: ibi, fraternitati. Quarto exceptio: ibi, nisi. Abbas Sic.

[f] Quilibet. Laicus: indistinctè nulla temporis præscriptione obstante. s̃. de præscrip. causam quæ. clerici uero secundum quod dicitur. s̃. eo. nouum.

[g] Exemptus. Cum enim decimæ sint tributa egentiũ animarum: & eas in signum uniuersalis dominij sibi retinuerit. xvj. q. j. decimæ. & infra eod. tua nobis. & quæ debentur diuina constitutione. j̃. eo. tua quomodo potest papa concedere priuilegium, de non dandis decimis contra præceptum diuinæ legis, contra quam dispensare non potest imo usq; ad animam & sanguinem debet defendere. xxv. q. j. sunt quidã & v. dist. in prin. & viij. dist. quæ contra mores? Dic quod nõ dat alicui priuilegium, de non dandis decimis: sed concedit ei administrationem decimarum, ut inde suscipiat sustẽtationem, & residuum conuertat in usus pauperum tali modo concedit monachis. sic posset etiam laicis concedere. Vel dic, [5] quod contra ius naturale dispensare potest remittendo decimas alicui specialiter: nõ tamen constitutionem potest facere, quæ omnino tolleret illud præceptum: quia ius naturale immutabile permanet. v. dist. in prin. uerum est insimul, sed non in indiuiduis. i. non potest omnino tolli, sed potest in quibusdã remitti: sicut illud ius naturale, qđ omnes homines ab initio sint liberi. in authen. quib. mo. nat. effi. legitimi. §. si quis uero. uer. postea uero. col. vj. immutatum est in quibusdam, sed non in omnibus: hoc enim fuit impossibile, quod omnes essent serui propter naturam correlatiuorum.

raliter. Io. And.

3 Quomodo ĩ excõicato, distinguit inter eleemosynam ei⁹ & oblationẽ. dicã. j̃. de sen. excõ. cũ uoluntate. super uẽs. eleemosynas. Ioan. And.

4 Recipit idẽ Hos. Pano. hic Pet. anch. rep. c. peccatum. co. xxij. q. v. de reg. iu. in vj.

Decimæ an possint per papã remitti?

5 Vel dic idem Pi. hic Phil. Dec. cõs. cxlvij. nume. 1.

Ius naturale, in quibusdã potest tolli per papã

& recipientibus a possessiones ad firmā de fructibus quos percipiunt decimæ sunt soluēdæ. Nisi ab eis ostendatur b quare ab huiusmodi sint immunes.

Idem Vercellensi episcopo.

Imperialis cōceßio, sub quacunque forma à solutione decimarum eximere non poteſt.

CAP. XXV.

j Tua: & infrà. Porrò cùm laicis nulla sit de spiritualibus c concedendi uel disponendi tributa facultas, imperialis concessio, quantuncunque generaliter d fiat, neminem potest a solutione decimarum eximere, quæ diuina constitutione debentur. e

Decimæ noualium non pertinent ad laicum, qui decimas habet in feudum. h.d. †

Nec occasione decimationis antiquæ (licet in feudum decimæ sint concessæ) sunt decimæ noualium usurpandæ: cùm in talibus nō sit extendenda f licentia, sed potius restringenda.

Idem eidem.

Sine deductione ſeminis & ſumptuum, debent dominus et colonus decimam ſoluere: & non cui uoluerint eccleſiæ uel pauperibus: ſed eccleſiæ cui debentur, nec ab hoc excuſantur propter malitiam clericorum.

CAP. XXVI.

Tua nobis f. intimauit, ꝙ quidā laici decimas ecclesiæ à clericis tuis peruersis machinationibus subtrahere moliuntur. Quidā enim ex eis, semē & sumptus qui fiūt in agricultura, dicunt primitus deducendos, & de residuo impendendā decimā asseuerant. Alij uerò de portione fructuum, quā à colonis accipiunt, partem decimæ separantes, eā capellis † suis, aut alijs clericis, aut etiā pauperibus conferunt, uel in usus alios pro sua uoluntate conuertunt. Nōnulli etiam uitā clericorum, tanquam abhominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere nō uerentur: & infrà. Verū, si ad Deum (à quo cuncta bona procedunt) assertores huiusmodi debitū respectum haberēt, ius ecclesiasticum diminuere non cōtenderēt, nec decimas (quæ tributa g sunt egentium animarum) præsumerēt detinere. Cùm em̄ Deus cuius est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. deterioris h conditionis esse non debeat, quàm dominus temporalis, cuius statutum i de terris quas exhibet alijs excolendas, non quidem deductis sumptibus, aut semine separato,

a Recipientibus. Sic infra eod. tua nobis.

b Ostendatur. Puta priuilegiū exemptionis, â præstatione decimarum, uel nisi haberet decimas illas in feudū ab antiquo. tūc dn̄s illas retinet sibi: licet hodie non posſit dari in feudum, c ut dixi. s̄. eod. quamuis.

Tua. Duo sunt dicta, ut in rubro. Secundum ibi, nec occasione. Abbas Sicu.

c De spiritualibus. Nec de temporalibus, etiam si ad commodū ecclesiarum respiciat. xcvj. di. bene quidē. & s̄. de iud. decernimus. In casibus tamē laici potestatē habent super clericis de licentia ecclesiæ. j̄. de fals. ad falsariorum. in clerico deposito incorrigibili. s̄. de iud. cum non ab homine. Itē ubi schisma faciunt, cū non possunt corrigi per ecclesiā. a xvij. distinc. nec licuit. xxiij. quæst. v. de liguribus & j̄. de sentē. ut famæ. Tanc.

d Generaliter. Puta cum dicit, concedimus cū omni honore & districtu, tibi possesiones tales, & sine aliquo onere uel grauamine: per talē concesſionē non concedit decimas, etiā si spiritualiter decimas cōcederet: quia ipsas de iure posset posſidere. ergo ipsas nō potest alicui concedere. j̄. eo. dudū. quia lex humana nō est supra legē Dei: sed subtus. x. di. l. imperatorum.

e Diuina constitutione debentur. Quasi ex debito. s̄. eo. parochianos. & j̄. ca. proxi. quia debent esse cibus in domo domini. xvj. qō. j. reuertimini. & q. iij. §. potest. vers. item decimæ Deo mandante. & q. vij. primum. & sunt tributa egentium animarum, ut ea causa. quæstione prima. decimæ.

f Non sit extendenda licentia. Hoc ideo dicit: quia laici sine peccato decimas posſidere nō possunt. xvj. quæstione. j. cap. ultimo. & supra eodem, prohibemus. & supra eodem, quamuis. Et ideo licentia ista non potest extendi ad noualia. Argu. contra. infra eo. ex parte ubi soluitur. si. s̄. de rescript. nōnulli. quia odia sunt restringenda, & fauor ampliandus. ff. de liber. & posthumis. cum quidam.

Tua nobis. Diuiditur. Primo ponit tres machinationes. Secundo ad eas respondet: ibi uerū. Tertio concludit: ibi, quoniam. Abb. Sic.

g Tributa. Vt xiij. quæst. j. decimæ. sed improprie dicūtur tributa: quia in tributis nō admittitur appellatio: ut ij. qō. vj. ei qui. §. diffinitiua. & §. quoties. sed super decimis bene admittitur, sicut in alijs causis vbicunq; aliqs grauatur. s̄. de ap. ut debitus. Item in tributis nō currit præscriptio. xvj. q. iij. c. placuit. §. potest. vers. ad hoc ecclesia. sed in decimis bene currit. s̄. de præscri de quarta. & ca. ad aures. Sed actione petuntur decimæ. Dixit Ioā. ꝙ petuntur per actionē confessoriā: quia ius præstandi decimas, est quædā seruitus. Vel potest dici, ꝙ petuntur rei uendicatione. xvj. q. j. moderamine. & c. reuertimini. Ecclesia enim dicitur habere dominium decimarū, licet nondū habuit posſesſionē, ut quidam dicunt: & satis rationabile est. Sed uerius est, ꝙ in hoc consistit priuilegiū ecclesiæ, ut re nondum tradita, ipsa facta sit domina. arg. de consuetudine. ex literis. & C. de sacr. san. eccl. ut inter diuinū. & sic. C. arbit. tut. l. iij. & C. de rei ven. si ut proponis. ubi hoc priuilegiū obtinet in minore, & in milite. Nec ob. ꝙ dicitur. ff. de polli. §l. ij. in fin. ubi dicitur, ꝙ nisi decima sit segregata ab alijs nō desinit esse in bonis prioris domini, sed aliud est cum decima debetur ex uoto. ut ibi, & aliud cū debet̄ d̄ iure, ut hic. uel petunt̄ cōdictiōe ex canōe. ; xvj. q. j. decimæ. & c. reuertimini. & ar. ff. de cō. ex le. l. unica.

h Deterioris. Imo melioris: quia plus punire, & plus bn̄facere pōt. C. de mo mulc. eos. xj. q. iij. qui resistit.

i Statutum. Id est pars conuenta, siue pensio.

e Vel nisi super hoc facta esset cōpositio, quæ pscripta eēt, secūdū Hos. qui remittit de trāsact. c. ij. s̄. eo. cū homines. Io. And.

a Et in casu. j̄. de ele. ubi periculū. §. præterea. lib. vj. & quandam quæstionē Vincē. hic an incidēter cognoscat d̄ numero: uide ad literā in Spe. de recō. § ij. post prī ci. & quod hic subdit ibi uide ī ver. & no. Ioā. And.

Decimæ sine peccato à laicis posſideri non posſunt.

† Anto. Rub. cōsi. xxxij.

Decimæ & tributa differunt.

† Alias, capellāis.

; Canōe, idē Ro. l. imperatores. nu. 3. de publi. ubi tenet quod etiā nouus posſessor tenet̄ ad decimas præteritas nō psolutas antiquum dn̄m. idē Federi. de Senis cōs. xciij. & ꝙ ecclesia habet electionē agēdi contra antiquum dn̄m uel nouū posſessorem, sed hoc nō seruat̄ siue personali siue hypothecaria uel quouis iudicio agat̄ qa debent singulis annis exigi.

necessario cum integritate persoluitur: nimis profecto uidetur iniquum, si decimæ, quas Deus in signum uniuersalis dominij sibi reddi præcepit, suas esse [a] decimas & primitias asseuerans, occasione præmissa uel excogitata magis fraude diminui ualeant, cum Deo debita sit solutio decimarũ intantum ut ad eas clericis exhibẽdas, quibus eas ipse pro suo cultu concesſit, laici si fortè moniti reddere noluerint, ecclesiastica sint districtione cogendi. Et cũ de cunctis omnino prouẽtibus, decimæ sint reddẽdæ sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanet ratione culturæ: sic & dominus [b] de portione quã percepit ratione terræ, decimã reddere sine diminutione tenẽt. Prætextu [c] verò nequitiæ clericorũ nequeũt eas (nisi q̃bus ex mãdato diuino debẽtur) pro suo arbitrio erogare, cũ nulli sit licitũ, aliena [d] cuiquã cõcedere præter domini uoluntatẽ: [e] & ĩ. Quoniã igitur pati nolumus, ut ecclesiarũ, & clericorũ iura præsumptione qualibet minuantur. Mandamus quatenus oẽs qui ratione personarũ, aut etiã prædiorũ decimas ecclesijs & clericis suæ dioecesis exhibere tenentur, ad eas cũ integritate reddendas ap. re. compellas. [f]

Idem abbati Sanctæ Colum. Seno.

Priuilegium super decimis nõ soluẽdis ecclesiasticæ personæ concessum, noualia comprehendit. hoc dicit secundum intellectum qui placet Panor.

CAP. XXVII.

iij EX parte tua: & infrà. Cùm tibi qđ maius est, sit concessum, ut uidelicet decimas de laboribus terræ parochiarum tuarum cum integritatæ percipias: de noualibus † eas exigere satis potes: quia ubi maius cõceditur, [g] minus concessum [h] esse uidetur.

Idem Heliẽ. episcopo.

Negotiator de lucro decimã soluit, deductis expensis quas facit de pecunia decimata, expensæ uerò quæ fiunt pro habendis fructibus non deducuntur, & de fructibus soluitur decima, etiam non deductis expensis factis pro re restauranda.

CAP. XXVIII.

PAstoralis officij: & infrà. Explicari po-

Decimæ an sint tã per colonum, quã p eius dominũ soluendæ?

[a] Suas esse. xvj. q. j. reuertimini.

[b] Sic & dominus. Hoc intellige, cum recipit partem suam ante solutionem decimarum, secus si post: quia tunc illa iam decimata est. & hoc uerũ est, cum dominus aliquotam partẽ: puta tertiã uel quartã, uel etiã medietatẽ pcipit. tunc eñ uterque & colonus & dominꝰ tenetur soluere decimã de parte sua. sic s̃. eo. à nobis. Si uero certã partẽ puta duos corbes, uel tres tantũ colonus reddat domino, q̃tuncunq; percipiat iste colonus: tũc dominus de illis tenetur soluere decimas quia pars illa nõ est decimata, neq; diminuta, [1] licet de decimato aceruo descendat. Sed illud quæri potest, cui dãda sit decima de illis tribus uel duobus corbibus? Illi ecclesiæ in cuius territorio sita est illa terra? Nõ: quia iã percipit decimã totius à colono, & est contra illã regulam bona fides nõ patitur ut bis idem exigatur. ff. de reg. iur. bona fides. Parochiali ecclesiæ non debet dari: quia nõ est decima personalis. Satis potest dici quod debet dari ratione prædiorum, licet descenderit à decimato aceruo: sicut si aliquis donet alicui hunc corbem decimatũ. illi enim tenetur soluere decimam: quia ex lucro habet. colonus vero ille, q̃ duos corbes tantum uel tres soluit, tanto minus potest soluere parochiali ecclesiæ de toto aceruo: ut uidetur arg. op. ĩ. eo. cũ non sit. in fi. & istud æquius [2] uidetur, tamen ecclesia potest cõuenire possessorẽ, siue suo, siue alieno nomine sit in possessione, siue etiã sit creditor. xvj. q. j. si quis laicus. ff. de usufr. hactenus. decima enim tanquam onus sequitur possessorem: quia res transit cum onere suo. ĩ. eod. cum nõ sit. s̃. de pigno. ex literis. nec etiam pactum tuetur possessorem. s̃. de pact. plerisq;. ff. de pact. inter debitorẽ.

[c] Prætextu vero nequitiæ. Hoc ideo dicit: quia decimæ potius dãtur intuitu ecclesiæ, quã personæ. Sed nũquid teneor [3] dare decimas psonales ei, quẽ scio esse simoniacum, cum ipse sit suspẽsus. xxxij. dist. cap. præter hoc. §. verũ. Decimæ dãtur ratione diuini obsequij; ut hic dicitur. §. in uer. quib. eas pro suo cultu concesſit. & s̃. eo. nouũ. & xvj. q. j. questi. Itẽ quia ordines nõ debent ab eo recipi. ĩ. de simo. per tuas. Dico q̃ decimæ sunt dandæ illi. nã & Iudæus præstat personales decimas, quasdã quãdoque, sed non omnes licet non ratione diuini obsequij & prædiales. ĩ. de usur. quanto. Io. & s̃. eo. de terris. & per quãdam decret. quæ est in antiqua compilatione. & s̃. eo. c. ad audientiam.

[d] Aliena. i. ecclesiastica. xvj. q. j. in canonibus. & xij. qõ. iij. placuit. & xij. q. j. expedit. Secularia verò, potest princeps concedere alij. C. de quadri. præsc. per totũ. excipe creditorem. ff. de acquiren. rerũ do. non est nouũ. & in alio casu. xix. qõ. iij. si qua mulier. Vinc.

[e] Domini uoluntate. quia nõ remittitur propter hoc debitum, sed augetur. supra, de iureiuran. eam te.

[f] Compellas. Excõmunicari debẽt, qui decimas admoniti non soluunt. s̃. eo. c. & xxxij. dist. præter hoc. & bannum [4] domini Papæ cõponat. xvj. q. j. statuimus. Bern.

EX parte tua. Primo ponitur decisa consultatio. Secundo responsio: ibi, cum tibi. Abb. Siculus.

[g] Conceditur. Sic xij. q. j. præcipimus. & xvj. qõ. ij. uisis. xcv dist illud. & ff. de reg. iur. non debet. ĩ. de do. post diuor. resti. p vestras. Et ecõuerso. cui interdicitur minus, & maius prohibitum esse videt. ĩ. de senten. excommu. cum illorum. argu. lxxiiij. di. gesta. & ff. de senato. qui indignus. & ff. de ser. expor. cui pacto. Itẽ est argument. quod beneficia large sint interpretanda. ĩ. de verborum significa. olim. supra, de dona. cum dilecti. in fine, ff. de constitut. princip. l. ulti. argumen. contra. supra eodem. tua. Sed ibi donatio decimarum laico facta, odiosa est cum peccato, & ideo non est extendenda licentia, sed est restringenda: ut ibi dicit.

[h] Concessum. Argumen. contra. infra eod. cum cõtingat. sed soluit ibi.

PAstoralis. Duæ sunt partes. Primo consultatio. Secundo responsio: ibi, ad quod. Et hæc subdiuiditur: quia primo tractat de expensis negotiationis. Secundo de expẽsis, quæ fiunt pro fructibus habẽdis. Tertio

[1] Adde q̃ posſidens debet soluere decimas. l. j. C. đ exac. tribut. lib. x. not. in cõsue. Paris. §. xxij. q. xlvj. cum. seq. dictũ tamẽ glo. reprobat p Pan. hic & bñ, quia dñs ob decimas minoris locauit.

[2] Et iustius secũdũ Host. qui ẽt hic no. q̃ dixi secũdũ eũ s̃. eo. l. cũ sint. Ioan. And.

[3] Teneor dic q̃ non ĩ notorio quia talis suspẽsus ẽ ipso iure. Henr. Bohic. hic.

† Sed in eisdẽ terris in priuilegio inclusis duntaxat nec etiã debet ad terras postea q̃sitas extẽdi c. cum capella. ĩ. de priuileg.

[4] Vt. s. iniungatur sub pœna pecuniaria. q̃ intra certũ diẽ soluat. tale eñ bannũ uel pœnã exigit ecclesia à rebelli clerico, uel laico. xxj. q. v. si q̃s cuilibet. nã hoc solũ bñ agit &c. abstinendũ tñ est diebus feriatis ab executiõe huius banni: ut ibi sic intelligit Hugo. & Hostiẽ. Ioã. And.

Tertio de his quæ fiunt pro re restauranda. Secunda ibi, expensas. Tertia ibi, nec. Abb. Sic.

a De molendinis & piscarijs. Permanentibus non emptis causa mercimonij. Bern.

b Necessarias. Necessariæ dicuntur impēsæ, sine quibus res fit deterior. ff. de impen. in reb. do. fac. l. impēsæ. & l. quod dicitur. ff. de verb. significat. impensæ. Bern.

Impensæ necessariæ quę dicuntur.

c Concessum. Nō iure scripto, sed tantummodo hic inuenitur, & non alias, sed cōsuetudine approbata, uel ratione, quæ est optima legum interpres. supra de consuetudi. cum dilectus. Bern.

d Acquisitas. Vel factas causa mercimonij. Bern.

e Deducendas. Hæc est ratio, quare deducuntur expensæ de mercimonijs, & non de fructibus & reditibus aliarū rerum: quia in negotiatione operatur manus hominis, sed in alijs præcipue operatur manus Dei. argu. lvj. dist. nasci. §. eo. non est. & §. eodē, cum non sit. hanc rationem assignat Vin. i Et tu adde aliam, ne bis eadem res decimaretur: quia tūc sunt decimæ personales.

f Expensas. Factas in eundo & redeundo & negotiādo & faciendo meliorem. Bern.

g Quasi de lucro. Ex hoc uidetur, qđ de omni eo, quod peruenit ad aliquem gratuito titulo, decima sit soluenda: sic ergo hæres, legatarius, donatarius de hæreditate, legato, & donato, debet soluere decimā: quia de omni licite acquisito, decimæ sunt soluendæ. supra, eodem ex transmissa. & arg. xvj. q. j. decimæ. & q. vij. c. iij. Super hoc dicas, quod filius hæres de hæreditate, decimam soluere non debet: quia una persona reputatur cum patre. C. de impube. & alijs subst. si quis duobus. §. ulti. & institu. de inuti. stipu. §. ei qui. & xxxv. q. iij. §. cōtradicimus. §. hac authoritate. & quia de iure naturæ sibi debita est. unde uiuente patre, dominus est. institu. de hære. qualit. & differ. §. sed sui quidem. & sola administratio deest ei. ff. de liberis & posthum. in suis. Quidam dicunt, quod extraneus hæres donatarius, legatarius (quia totum est ei lucrum) decimam dare debet. Alij dicunt, & melius, quod de immobilibus non tenetur quis soluere decimā: quia res ad quēlibet possessorem transit cum onere suo: ut infra eo. cum non sit. quoniam cum Deus alienam terram dederit filijs Israel, tantum de fructibus sibi dare decimas mādauit: & si de possessionibus decima daretur, cito possessiones deuoluerentur ad ecclesias. Sed nunquid doctor de collecta, & aduocatus de aduocatione, mercenarius de mercede tenentur soluere decimam? utique. xvj. quæst. j. decimæ. Bern.

1 Pl[9] placet Host. ista rō q̄ seq̄t, quā prima: qa verū ē, ꝙ sine Deo, nil possumus. Addit aliā ne clerici uideant improbi exactores. §. de censib. c. ex parte. & ne nimis locupletent cū aliena iactura. ff. de cōdict. indeb. nā hoc. maxime considerata natura hui[9] decimæ q̄ dicit consuetudina riā nō præceptoriā, quia personalis. Ioā. And.

stulasti, utrum quis possit de molendinis a & piscarijs, necessarias b expensas deducere, prius, quàm soluat decimas ex eisdem, sicut est in negotiatione cōcessum. c Ad quod respondemus, quòd licet circa res acq̄sitas d uel factas de pecunia decimata, cū ipsæ uendantur, credamus deducēdas e expēsas, f & de residuo, quasi de lucro g decimas persoluēdas, ut si vēdatur domus, ager, vinea, clibanus, molēdinū, grex, aut quælibet merces. h Expensas tamen quæ fiunt pro fructibus percipiendis, ex illis de quib. fructus proueniunt, nō credimus deducēdas, i etiā si fuerint decimatæ k q̄m l salua decima fructus efficiunt eorū qui faciunt ipsas expēsas. Fructus autem ipsos alienari posse non credimus, nisi cū m onere decimarū, Nec pro restaurādo n detrimēto quarumlibet rerū, ex quibus decimæ persoluunt, credimus o deducēdas expensas de prouentibus decimandis: p quia penes dominum, res permanent restauratæ, ut si pars aliqua moriatur armenti, deterioretur uinea, portio mercis q depereat, uel totus clibanus destruatur. r

h Merces. Emptas causa mercimonij. de pecunia decimata. Bern.

i Deducendas. Quia tunc intelliguntur esse prædiales decimæ. 2 Bernardus.

k Decimatæ. Etiā si possessiones illæ sunt emptæ de pecunia decimata, uel sic etiam si expensæ illæ sint factæ de pecunia decimata, qđ melius uidetur. Bernardus.

l Quoniam. Istud quoniam, potius illatiue quam causatiue ponitur, secundum Vincentium, uel proprie, & melius.

m Nisi cum onere. Nota, ꝙ res transit cum onere suo. xvj. quæstione prima. si quis laicus. ff. de cō trahend. emptione. alienatio. infra eodem. cum non sit. supra, de pignoribus. circa finem. Bernardus.

n Nec pro restaurando. Hic respondet quæstioni propositæ.

o Credimus deducendas. Hoc speciale est in decimis, ꝙ nō deducuntur expensæ pro fructibus colligendis, uel etiam pro conseruatione alicuius rei: alias etiam malæ fidei possessor, deducit sumptus necessarios. ff. de petitione hæreditatis. si à domino. §. ultimo. & supra de in integrum resti. requisiuit. ff. de solutionib. Ioannes.

2 Pl[9] placet ꝙ loquat̄ d̄ decima lucri quæ ꝑsonalis ē: ꝙ uidetur in eo qui percepit fruct[9] sed si nō ꝑcepisset: videtur deducēda expēsa culturæ ꝓpter quā est uēditura carius. Ioā. And.

p Decimandis. Sed si emissem ad hoc ut uenderem, & antequam rem illam uendam, fecissem sumptus pro illa conseruanda, bene deducerem sumptus.

q Mercis. Mercis appellatio. proprie ad res pertinet mobiles. ff. de verb. sign. mercis appellatio.

r Destruatur. Si aliquid expenditur necessario, ad illius conseruationem illud non deducitur: ut dictum est supra.

Idem.

Qui præscribit decimas in aliena parochia, si ibi insurgunt noualia, ipsorum decimas non habebit.

CAP. XXIX.

Cum cōtingat interdum in tua diœce. & infrà. Cùm in quibusdam parochijs ad quasdam ecclesias uel personas ecclesiasticas, ab antiquo s pertineat perceptio decimarū, & de nouo fiant noualia in eisdem, quæris à nobis ad quam huiusmodi noualium decima incipiat pertinere? Vnde inquisitioni t. t. rñ. ꝙ cùm perceptio decimarum, ad parochiales ecclesias

Cum contingat. Diuiditur: quia primo ponitur quæstio. Secundo responsio. Secunda pars ibi. unde. Abbas. Siculus.

s Ab antiquo. Forte ex præscriptione. supra de præscript. ad aures.

Glossa sequens notat, quòd de iure &c. allega. duas concord. Demum duo contraria, & uni dupliciter, alteri tripliciter respondet.

De iure

de iure communi pertineat, decimæ noualium quæ fiunt in parochijs earundem, ad ipſas proculdubio pertinere noſcũtur, niſi ab ijs qui alias percipiunt decimas rationabilis causa oſtendatur per quam appareat, noualium ad eos decimas pertinere.

Idem epo Beluacenſi.

Decima omnium fructuum prædij, debetur ei qui decimas ibi præſcripſit, ſed ad aliud prædiũ præſcriptio non extẽditur.

CAP. XXX.

CVm in tua diœceſi quædam monaſteria & conuentuales eccleſiæ in multis parochijs maiores decimas percipiant, & minutas, de quibuſdam fructibus annuatim perceptis, non fuerunt decimæ perſolutæ: & infrà. Reſpondemus, quòd ſi fructus prædicti de illa terra proueniunt, de qua monaſteria uel cõuẽtuales eccleſiæ aliquos percipiebant ratione decimarum prouentus: eis proculdubio decimæ fructuum debentur eorum, cùm ipſis terra illa ab antiquo fuerit decimalis, & non debeat una eademq; eccleſia, diuerſo iure cenſeri: alioquin parochialibus eccleſijs exoluãtur, ad quas de iure cõmuni ſpectat perceptio decimarum.

Idem Veſprimen. epo.

Laici eccleſias uel decimas donare nõ poſſunt, etiã ſi ſunt reges, nec ex eorum titulo præſtatur cauſa præſcribendi.

CAP. XXXI.

DVdum aduerſus fratres Hieroſolymitanos, hoſpitalis ſancti Stephani, te proponente in noſtra præſentia quæſtionem ꝙ ipſi decimas de laboribus ruſticorũ ſuorum Veſprimeñ. eccleſiæ debitas nõ permitterent tibi ſolui: & infrà. Comparentibus igĩt te ac ipſis ſtatuto termino corã nobis G. presbyterum cardina. tibi & eis conceſsimus auditorem, coram quo decimas terrarum, quæ per ruſticos hoſpitalis Veſprimen. diœceſ. excolunt, & de chirographa, & de nouacularia eccleſias quæ per ipſos hoſpitalarios detinẽtur, intentione tua de iure communi fundata petiſti.

b Et eorum negligentias. Et si aliqs post depositũ officiũ, tenetur reddere rationem de ijs quæ male gessit, uel quæ male administrauit. ı sic curator, tenetur de sua administratione, & conuenitur post depositum officium. C.de transact.l.iij. & sic etiã magistratus reipublicæ de lata negligentia tenetur. ff. de adm.re.ad ciui. perti.magistratus.

ı Ad hoc ĩ.de imu. eccl. aduersus. in gloss. seq. Ioan. An.

c Clericos seculares. Quia in uno eodemq; officio, dispar non debet esse ꝓfessio, nec est arãdũ in boue & afino. xvj. q.vij.in noua.ĩ.de electio. cum causam.Ber.

DE RELI- [illegible] giosis domibus.

Supra uisum est, de statu religiosorum, & quibus subijciantur, nunc de eorum domibus & ecclesiis & quibus sunt subiectæ, est uidendum: ideo &c. De hac materia habetur xi.quæstione i.per totum. & xi.q.vij. omnes basilicæ. cum sequẽti.xviij.q.ij.quidã. cum sequenti. Abbas.

NVnc autẽ. Continet unũ constructum, in quo approbat unũ modum cognoscendi, ad quem episcopum pertinet consecratio ecclesiæ, & alium modũ improbat: ibi, Non enim. Abbas.

timare. Hæc eadem circa exemptos abbates, fieri ꝑcipimus per uisitatores, uel præsidentes capitulo generali: depositione ipsorum sedi apo.reseruata ita ut abbate qui amouendus uidebitur, interim per uisitatores, uel in capitulo præsidentes ab administratione suspenso, administrator idoneus monasterio deputetur. Illorum autẽ excessus, & alia quæ uisa fuerint intimãda capitulo præsidentes nobis denuntiẽt per fideles nuntios & prudentes, quibus de communi contributione a abbatum iuxta cuiuslibet facultatẽ sufficiẽtes ministrentur expensæ. Sequentes autem uisitatores perquirant priorũ uisitatorum uestigia diligenter, & eorum negligẽtias b & excessus referant sequenti capitulo generali, ut iuxta culpam publice debitã, pœnam portent. Idem etiam de abbatibus præsidentibus generali capitulo præcipimus obseruari. Præcipimus quoque, ut in nullo monasterio ad præbendas recipiãt decætero abbates & monachi c clericos seculares: nec ij qui iam recepti sunt locum uel uocem in capitulo, dormitorio, uel refectorio seu claustro, sibi uendicare contendant, seu monachorũ cœtibus importune se ꝓsumant miscere, sed beneficijs sibi concessis contenti, conuersentur honeste opportuna obsequia ĩ monasterijs fideliter impẽdentes, nihilq; ultra in spiritualibus aut tẽporalibus exigant in ipsis monasterijs uel usurpẽt. Si qui uero talium, a uisitatoribus inuẽti fuerint criminosi, per diœce. episcopũ in nõ exemptis, & per uisitatores uel præsidentes generali capitulo in exẽptis beneficijs priuentur eisdem. Hæc autem omnia, etiam in monasterijs quæ non habent abbates proprios seu priores, nec non in monasterijs monialium, quo ad articulos ab batissis & monialibus cõgruentes præcipimus obseruari.

TITVLVS XXXVI.

DE RELIGIOSIS domibus ut episcopo sint subiectæ.

Gregorius Victori archi. Neapo.

Si dubitatur in cuius diœcesi sit basilica consecranda ille episcopus consecrabit, qui prius in illo loco episcopalia exercebat.

CAP. I.

NVnc autem † ad basilicam quæ dedicã d da ẽ, debet disquiri cuius ciuitatis episcopus antequã fundaret baptizauerit incolas: & ad cuius cõsignationẽ, e sub annua deuotione concurrerint. Non.n.terminis f hæc aut locis g conuenit definiri: sed ille ad consecrationem uocetur h cui p hunc modum: quẽ scripsimus, constat debere permitti.

Idem Agapito abbati.

Nihil iuris deperit episcopo, in cuius diœcesi sita est ecclesia quam papa unit ecclesiæ alterius diœcesis, & est casus quotidianus.

CAP. II.

d Dedicanda. Id est, consecranda ı tunc appellatur ecclesia. sicut electus in consecratione, nomen assumit episcopi: sic monachus tunc dedicatur Deo cum facit professionẽ. xxvij. q.j. uirginibus. & capitu. si quis sacro.Ber.

ı Põt põni etiã ꝑ ædificatione in qua idẽ esset, scilicet cũ quærit ꝗs eps debeat primariũ lapidẽ imponere. Ioã. And.

e Ad cuius consignationẽ. Ex istis duobus, scilicet, quod dicit baptizauerit, & ad cuius consignationẽ sub annua deuotione concurrerint, apparebit ad cuius iurisdictionẽ debeat pertinere, decima quæstione tertia, licet in regulis. & quæstione quinta, possessione territorij. Et hoc uidetur habere locum, ubi limes certas parochias non distinguit. Sed si limes distinctus esset, non uidet esse dubitatio, quis eã consecraret nisi alter præscripsisset populum.

† Aliás, cum autẽ.

f Terminis. Distinctis inter ciuitates per ciues. x. distinctio. & tertia quæstione sexta, hæc quippe, uel terminis nouis, scilicet quoniam antiquis bene definitur. argumẽ. supra. de paro. sup eo. ı & xvj. quæstione iij. inter memoratos. & cap. delicto. Io.

ı Vide qđ ibi dixi post. Hos. in prin. q facit ad ꝓpositũ. & de uoto. ꝗ sup. ad finem ma gna. glo. Io. And.

g Locis. i. proprietate locorum, quia proprietas loci, nõ facit diœcesim. xvj. q.iij. licet. & q v. possessio. & c.si quis episcoporũ. Eius ergo authoritate cõsecrabitur ecclesia: qui populo hæc duo sacramenta sub annua consignatione cõtulit. Ber.

h Vocetur. Et si ei quæstio moueatur, interim in posse

possessione defenditur. vlij.q.iiij.nõne.& ſ.ut lit. penden.à memoria.& c.ſeq.

Q Via. Primo ponit unionem & eius cauſam. Secundo ibi, Ipſum autem. unã determinationẽ, cuius ſubdit generalẽ determinationẽ: ibi. Nam Abb.

a Vniendum. De hac unione dic, ut ſupra ne ſede uacã te.c.j.

b Cuius eſt diœceſis. Per hanc unionem, non fit præiudicium epiſcopo, in cuius territorio eſt. Et ſic eſt arg. ꝙ papa non intendit iuri alterius d̃rogare per ſuũ priuilegiũ. ſ. de conſuetu. cũ olim.& ſ. d̃ uſu pal. ex tuarũ. & ſ. de offic. ordi. licet & ff. ne quid in loco publ. l.ij.§.ſi qs à principe. & §.merito.& ſ. de maior. & obe.cũ inferior. quia ſi unicuiq; epiſcoporum, ſua iuriſdictio nõ ſeruatur, eccleſiaſtic⁹ ordo cõfunditur, xj.q.j.peruenit. ſi. ſ.de dona.inter dilectos. Ber.

D E xenodochijs.

c Locis.i.monaſterijs, & poteſt ſuppleri ſtatuimus, ut planior ſit litera. uñ pthocotrophiũ, gerontocomiũ, orphotrophium, bephanotrophium, & xenodochium, idẽ fere ſignificant, unde, Ponit in pthoco, gerontho, bephot, orphano, xenod. Infirmus, uetulus, puer, orphanus & peregrinus. xxiij.q.ultim. c.tributum.§.quamuis.

d In quorum diœceſi. Hic manifeſte patet, ꝙ mõaſteria & alia loca religioſa, pertinent ad epiſcopum loci d̃ iure communi. xvj.q.v.ſi quis epiſcoporũ.& q.vij. omnes baſilicæ. & xviij.q.ij.monaſteria. niſi oſtendant exemptionem. xviij. q.ij.abbatibus. ſ. de præſcrip.cum non liceat.

e Ad eaſdem.i.ad eundem cenſum: qui fuit impoſitus in fundatione, debeant dare. ĩ.d cenſib.prohibemus. xviij.q.ij.Eleutherius.uel ex præſcriptione.xviij. q. ij.ſeruitiũ.uel ex uiſitatione.ſ.de reſcri.cũ ex officij.

f Ordinentur. Id eſt ordinate exponantur uel regantur. Bernardus.

Q Via monaſterium, quod in fundo Martiano ſitum eſt, hoſtilitate faciente, dicitur deſolatũ illud tuo monaſterio cum omnibus rebus ſuis, uel quæ ei competunt actionibus proſpeximus uniendum, a & infra. Ipſum autem monaſterium, ſic tuæ nos ordinationi commiſiſſe cognoſcas, ut tamẽ iuriſdictionem illic non epiſcopus Surrentinus, in cuius ciuitate monaſteriũ tuum eſt ſitum: ſed Nucerinus cuius b eſt diœceſis habeat. Nam ſic huius loci ordinationem diſponimus, ut tamen iura ſua ſingulis epiſcopis inuiolata ſeruemus.

Ex decretis Eugenij papæ.

Epiſcopo ſubſunt omnia loca pia, & ad eius ſolicitudinẽ, debent ordinari ad uſum deſtinatum.

CAP. III.

D E xenodochijs, & alijs ſimilibus locis, c per ſolicitudinem epiſcoporum, in quorum diœceſi d exiſtunt, ad eaſdem e utilitates quibus conſtituta ſunt ordinentur. f

Vrbanus.iij. Ariminen. epiſcopo.

Locus authoritate epiſcopi ad uſum hoſpitalitatis deputatus eſt religioſus, & ad mundanos uſus redire non debet.

CAP. IIII.

a Poſſet tamen poſtea apparere loc⁹, de alteri⁹ dominio, ſecũdum Vin. Ioã. And.

a Et not. ſecũdum Pe. epiſcopum de iure cõi iuriſdictionem habere ĩ monaſterijs diœceſis ſuæ. uñ ut dicebat Ho. d̃ uno monaſte. uni cpo reſpõdebit: & alteri de reliquo. ſi. de priui. cum capella. Io. And.

† Imo religioſa, id eſt autoritate epiſcopi cõſtituta, & q̃ pri⁹ talia eſſe cõſtat ut ĩ c.ſeq. alias non hẽt eps intẽtionem fundatam ut no. ĩ an notat. ad Alex. cõſi. cxx. co.ij. lib.j.& ad Phi. Dec. cõſi. cxxj. col.j. Adhuc in Regno Franciæ cogni tio eſt iudicis Regij uel magni eleemoſynarij regis.

3 Quæ ſi eſſet in certis capitulis, non iuuat ĩ alijs ĩ.e. cũ uenerabilis.

A D hæc. Authoritate pontificis. hoc ideo dicit, quia priuatus locum non facit ſacrũ. ff.de re. diui.in tantum.§.ſacræ.ff.de ſepult.uio.l. iij.§.ſi quis in ſepulchro dolo malo.& §. ſi quis in ſepulchro.

h Mundanis uſibus. quod enim ſemel Deo dedicatũ eſt: ad humanos uſus amplius redire non debet.xij.q.ij. nulli licet. & ſupra de re.permu. mãcipia.& c.ſeq.& d̃ cõſe.di.j. ligna.& ca. ueſtimenta. & xix. q.iij. quæ ſemel.& ff. de reli. & ſump. fun. ſi quis ſepulchrũ.§.j. 4 Ar.cõtra.liiij.di.ex antiqs & c.frequẽs. Primus titulus, uerus eſt regulariter. Cõtraria loquũtur de ſeruis, qa eo ipſo, ꝙ promoti ſunt dominis eorum ignorantibus, peccauerunt, & ideo in eo puniuntur, quia reuocãtur in ſeruitutẽ, excepto ſacerdote, diacono, & ſubdiacono: qui rediment ſe. diaconus dabit uicarium: ut in c.ex antiquis. & ſubdiaconus eodẽ priuilegio gaudet, cum diacono. ſ. de ſeruis non ordi. miramur. Secus eſt in eccleſiaſticis poſſeſſionibus, quæ ſpirituales non ſunt qa & illæ poſſunt alienari ſi expedit. xij. q.ij.ſine exceptiõe & x.q.ij.§.hoc ius.

I Nter quatuor. i Per regulares. ĩ eccleſia regulari, non poteſt epiſcopus ponere canonicos 5 ſeculares: ut hic patet. & xix.q. tertia.quę ſemel.& xviij.q.ij.peruenit. & ſ. de rebus eccl. alie.uel nõ. poſſeſſiones. ſ. de ſta.mona.ea quæ. ſ; hoĩes diſtrictioris uitæ, ſunt ibi ponẽdi, uel alterius religionis. ĩ.ne cler.uel mo.relatũ.dũ tamẽ haberi poſſint.alias ponerent̃ ſeculares.ut hic dicit, qa neceſsitas legẽ nõ habet. ſ.de cõſu.quãto.& ĩ.de reg.iu.qd' nõ eſt.& de conſe.di.j.diſcipulos. 6 ſicut & de ſeculari eccleſia, poteſt fi ri monaſteriũ. ĩ.de eccle.ædi.ad audiẽtiã.B.

C Onſtitutus. Primo ponitur facti, ſeu cauſæ narratio. Secundo ipſius definitio: ibi, Cum autem.

A D hæc: & infrà. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi locus ad hoſpitalitatis uſum & pauperum prouiſionẽ fuerit (ſicut moris eſt) authoritate pontificis g deſtinatus, cùm ſit religioſus, non debet mundanis † uſibus h deputari, ſicut de ueſtibus, & ligneis uaſis & alijs utenſilibus, ad cultum religionis per pontificem deputatis antiqua cõſuetudo indubitanter obſeruat, & uenerabiliũ patrum edocent ſanctiones.

Innocentius iij. Cõſtãtinop. patriarchæ.

Locus religioſus, debet reformari de religioſis duntaxat, nõ de ſecularibus, niſi in defectum religioſorum.

CAP. V.

I Nter quatuor: & ĩ. Quãdiu monaſteria ꝑ regulares i remanere potuerĩt ordinata, nõ ſunt ad ſeculares clericos transferẽda, Sed ſi regulares defuerint, propter eorum defectum, in eis ſeculares clerici poterunt ordinari.

Idem abba. & fratribus Cryptæ ferratæ.

Eccleſia ſita in diœceſi epiſcopi, tenetur ſibi in epiſcopalibus reſpondere niſi appareant remiſſa legitimè: & poteſt epiſcopus remittendo epiſcopalia cenſum ſibi retinere.

CAP. VI.

C Onſtitutus in præſentia noſtra epiſco-

Dedicatũ Deo, an poſsit ad uſus humanos redire.

† Alias, humanis.

4 Senatus ꝓhibet ſepulchrum permutari id eſt alterius conuerſatiõis uſum accipere. Ioã. And.

5 Imo nec præbẽdarios. de hoc. ſ. ti.j. c.ult. §. penul. Io. And.

6 Cõcor. l.j.ff.de offic.conſu. & l. nõ ſolum. cum uulg.§.ſi. ff.de excuſa.tuto.

pus Albañ. in ecclesia castri quod Pauli dicitur, in qua ius patronatus monasterio uestro recognoscebat: [a] uobis ius [b] episcopale petebat, quoniam sita erat in diœces. Albañ. & ideo de iure communi [c] ei tenebatur in episcopalibus respondere: & infrà. Verùm œconomus uester, proposuit ex aduerso, quòd etsi ecclesia sita esset in diœcesi Albañ. [d] ei tamen non tenebatur in aliquo respondere: cùm Dominicus Lauitanus episcopus, qui fuerat episcopus Albañ. uniuersas ecclesias ad uestrum monasterium pertinentes, [e] in diœcesi eius sitas & quicquid iuris tam in monasterio uestro, quam in eis habebat: in emphyteusim sub annua octo denariorum usualium pensione [f] monasterio uestro concessit, [†] ita uidelicet ut liceret abbati, & fratribus à quocunq; [g] uellent episcopo tam ordinationē clericorum, quam consecrationem altarium in monasterio ipso, & prædictis ecclesijs obtinere, in quibus etiam uobis tertiam [h] partem mortuariorum indulsit: & Cælesti. pa. præ. n. quod ab eo factum fuerat, confirmauit. [i] uerùm, & si ecclesia ipsa fuisset aliquando ecclesiæ Albañ. subiecta, monasterium uestrum nihilominus legitima se poterat præscriptione tueri, cùm per xl. ann. ipsam pacificè possedisset. Cæterùm œconomus [k] episcopi concessionem episcopi Lauitani non tenere dicebat, utpote continentem symoniacam prauitatem: cùm enim tertiam partem mortuariorū monasterio concessisset, & tam in ordinationibus clericorum, quàm altarium consecrationibus indulsisset ei plenariam libertatem, non est dubium, quin cùm spiritualia hæc existant, eoipso, quòd super his recompensationem [l] certæ pensionis accepit, commiserit uitium symoniæ. unde contractus huiusmodi nullam obtinet firmitatem, confirmatio autem apost. sed. fuerat per subreptionem obtenta: cùm in eadem de pensione nulla mentio habeatur: & infrâ. Cùm autem nec insolitū sit nec nouū, ut cùm episcopi ecclesias concesserint pijs locis, aliquid [m] sibi reseruent in eis, nomine pensionis: [n] nos quoque cum libertatis priuilegium, uel protectionis præsidiū aliquibus ecclesijs indulgemus, gratis accipiamus cēsum, gratis oblatum: & in literis nostris ad successorum no

Prima subdiuiditur in tres partes. In prima actoris petitio. In secunda eorum defensio: ibi, Verum, In tertia actorum replicatio: ibi, Cæterum. Abb. Sic.

[a] Recognoscebat. Id est confessus fuerat ius patronatus ad uestram ecclesiam pertinere.

[b] Ius episcopale. Quid est ius episcopale, & in quibus consistat, habes. supra de offi. or. conquerente. & c. dilectus. in glo.

[c] De iure communi. xvj. q. vij. omnes basilicæ. & xviij. q. ij. monasterij. & s. e. de xenodochijs.

[d] Albañ. Forte diuersis tēporibus, [1] uel uno tempore potuit habere per dispensationē domini pa. xxj. q. j. relatio.

[e] Pertinentes. Sed non pleno iure, tūc uerbū, pertinere, latissimam habet significationē. ff. de uerb. signi. uerbum pertinere.

[f] Pensione. Id est censu.

[g] A quocunque. hic uidetur, qđ episcopus possit aliquam ecclesiā eximere in totum à iure episcopali. infra de censi. cum uenerabilis. ar. ꝙ nō est uerum, ut ibi no. & arg. ad hoc. s. de dona. pastoralis. Tamen episcopus potest conferre priuilegia. s. de ijs quæ fi. à præla. sine consen. c. quāto. & s. đ re iudi. cum inter. sed in præiudiciū aliorū, priuilegiū conferre non pōt: ut uidetur: quia solus princeps pōt auferre uni, & dare alteri. ix. q. iij. nūc uero. & c. per principalem. & C. de quadrien. præscri. bene à Zenone. nā episcopus rē unius ecclesiæ, alteri ecclesiæ dare nō pōt. supra de rebus eccle. non alie. c. j. & episcopus in præiudicium archidiaconi, aliquem priuilegiare non potest. j. de exces. præla. ad hæc. arg. ad hoc. s. de ijs quæ fi. à præla. sine consen. ca. cū apostolica. Io. dixit, [2] ꝙ episcopus bene pōt dare priuilegium uni ecclesiæ in præiudicium alterius: & inducebat. xvj. q. j. statuimus. ubi dicitur, quod nullus prꝑter conscientiam episcopi, debet dare decimas extra baptismalem ecclesiam. idem argumentatur à contrario sensu, ꝙ de consensu episcopi potest. & Gratiannus sic argumentatur in sequen. §. Hugo tamē dicit contra, ꝙ hoc non potest episcopus. & intelligit. c. statuimus. de decimis ad episcopum pertinētibus. Verius credo quod dicit Hugo, ꝙ episcop⁹ nō posset dare res uni⁹ ecclesiæ clericis inuitis, alteri ecclesiæ, per iura præmissa, nisi certa & rōnabilis causa ostenderet: quia licet princeps hoc possit, episcopi tamen hoc non possunt.

[h] Tertiam partē. secundum consuetudinem illius loci s. de testa. requisiti.

[i] Confirmauit. Ex certa scientia supple.

[k] Oeconomus. In principio fuit episcopatus Albañ. in causa, ut dicitur in principio, postea creauit œconomū: ut hic innuitur.

[l] Recompensationem. uidetur, quod simoniac⁹ fuerit talis contractus, & præcipue, si pactū interuenit: quia tēporale, pro spirituali dari non potest. s. de re. permu. ad quæstiones. & cap. ult. [3] Sed sine pacto, est ar. ꝙ possit. s. ut eccl. benefi. c. uno. Quare ergo in dubio potius interpretatur contractū esse, non simoniacū, nisi quia in dubio accipiēdū est id, quod uitio caret. ff. de leg. in ambigua? Dico quod non committitur hic aut in consimilibus exemptionibus simonia, quia plus percipiebat episcopus, temporalis commodi ab illa ecclesia, quā erant isti denarij, & ita potuit remittere totum, retētis sibi octo denarijs. & istud non dicitur percipere propter aliquam recompensationē: sed potius in signum subiectionis. j. de censi. c. ij. Io.

[m] Aliquid. Quod potest: quia etiam patronus hoc facere potest. infra de iure patro. c. præterea. & infra de censi. cum uenerabilis. & xvj. q. ij. uisis & de dona. pastoralis.

[n] Pensionis. Id est census.

[1] Nō de facili trāsferret curia cardinalē, episcopū, ad alium episcopatū. de postul. c. iij. unde pōt dici, ꝙ istud Lauitaneñ. sit nomē uel cognomē proprium. secūdum. Host. Io. And.

[†] Et sic dicit Ioā. Igne⁹ In l. j. §. si cū oēs. num. cxcvj. iura spiritualia hic cōcessa & in pactū deducta esse & confirmationē papæ utcunque maculā simōiæ uel asse. ff. ad silla. & ibi nu. 199. dicit papā ī his dispēsare non potuisse. Sed non aduertit papā esse horū dominū & authorē imo creatorē nisi patronus laicus aut dominus loci īpediat.

[2] Et Go. & Vincē. hic, quæ opinio uera secūdum Host. quādo episcopus facit id de consensu capituli, & ex cā rōnabili, his duob⁹ deficiētibus uel ipsorū altero: uera est opi. Hu. secūdum eum. Io. And.

[3] Et s. đ transac. c. pterea. ij. Io. And.

Oecono-

ſtrorum memoriam, cenſus exprimamus etiã quantitatem, auditis propoſitis œconomũ monaſterij ueſtri œconomo [a] eiuſdẽ epiſcopi eccleſiæ nomine in ſolutionem pẽſionis [b] prædictæ iuxta ratam [c] quæ contingit eccleſiam prædictã & reſtitutionem ſubtractæ a xl. ann. ſecundum ratã eandem per diffinitiuam ſententiam condemnamus, & eundẽ œconomum ueſtrum, ab impetitione œconomi eiuſdẽ epiſcopi, ſuper alijs reddimus [d] abſolutum, perpetuum illi ſilentium imponentes.

Idem abbati & conuentui. Farben.

Epiſcopus petens eccleſiam, quo ad temporalia & ſpiritualia, obtinet in ſpiritualibus: eo ipſo quod probat eſſe ĩ ſua diœceſi, non appareat exempta: ſed in temporalibus ſuccumbit, niſi aliter doceat de iure ſuo, & in hoc ultimo eſt caſus not.

CAP. VII.

CVm uenerabilis f. n. I. Sabineñ. epiſcopus eccleſiã [e] ſanćti Angeli de Cauceia cum ſuis pertinentijs & poſſeſſionibus petijſſet, aſſerens eã ad ſe tam in ſpiritualibus, quàm in tẽporalibus pertinere: allegauit ante omnia ius commune, quia cũ conſtituta ſit in diœc. Sabineñ. ſub ipſius debebat conſiſtere poteſtate. In tẽporalibus quoq; ad ſe dićtam eccleſiam pertinere nitebatur oſtendere, per publicum inſtrumentum, in quo continebat̃ expreſſe I. Sabineñ. epiſcopum H. Farbeñ. abbati, & duabus perſonis poſt ipſum dićtam eccleſiã cum ſuis pertinentijs [f] locauiſſe [g] pro annua quatuor ſolidorum Papi. penſione. Sed pars ueſtra propoſuit inſtrumẽto prædicto nullam fidem penitus adhibẽdam propter ſuperlinearẽ ſcripturam, & raſuram loco ſuſpecto factam, ubi uidelicet annotatio [h] temporis recenſetur: & infra. Quia igitur nobis conſtitit, eccleſiam ſupradićtam conſtitutam in diœce. Sabineñ. [i] epiſcopale [k] ius in omnibus ſpiritualibus, eidem epiſcopo adiudicauimus in eadem illis tantum † exceptis, quæ per authẽtica ſcripta ei dignoſcuntur eſſe ſubtracta: & infra. Quia uero inſtrumentum prædićtum per quod epiſcopus eccleſiam intendebat † quo ad tpalia uendicare, ad faciendã ſuper hoc fidem, inualidum eſſe co

[a] Oeconomo. Et ita formatur hæc ſententia in perſonam œconomi epiſcopi, & monaſterij. & in principio fuit epiſcopus in cauſa: ut patet in principio ca. & ſic eſt contra ſententiam M. de hac materia, dic ut dixi. ſ. de ele. querelam. ſententia tñ mandabitur executioni, in perſonam dñi. ff. de re iudi l. iiij. §. j.

[b] Penſionis. Id eſt cenſus.

[c] Iuxta rata. Hoc iõ dicit, quia penſio iſta pro pluribus eccleſijs ſoluebatur. Item eſt hic arg. ꝙ ſi quis ſteterit ultra biẽnium, ꝙ non ſoluerit canonem, non cadit a iure ſuo, quia iſti condemnantur ad reſtitutionẽ pẽſionis ſubtractę a xl. an. & citra. ſed hoc ideo cõtingit: quia nõ fuit actũ illo iur̃. i. ad reuocationẽ rei emphyteuticariæ. imo ſatis uidet̃ actum ad hoc, petẽdo iura epiſcopalia quæ epiſcopus conceſſerat monaſterio ſed non expreſſe: qđ patet ex petitione epi. Vel dic, ꝙ uere priuari debuit monaſterium iure, ꝙ habebat in prædicta cõceſſione, ſi uere contractus ille fuiſſet emphyteuticus ex eo ꝙ non ſoluerit penſionẽ debito tp e. ſ. de loc. & condu. potuit. & ſi actum fuiſſet ad hoc, quia ſecundũ modum agẽdi &c. ĩ. de accu. qualiter & quãdo. ij. & ĩ. de ſimo. licet. hæli. uerſus fin. Sed [1] re uera, hic non fuit contractus emphyteuticus, quo ĩ cõtractu nõ trãsfert̃ dominium directũ in emphyteutum, ſed utile: ſed fuit cenſualis contractus, in quo directum & utile dominium tranſiuit in monaſterium: [2] & hoc apparet ex litera, ubi dicit, & quicquid iuris tã in monaſterio, quam in eccleſijs in diœc. eius ſitis & c. unde quãtocũq; tempore ſteterit, ꝙ cenſum non ſoluerit, non perdit ꝓpter hoc res donatas, ſed cẽſum totius tẽporis tenet̃ reſtituere: & bene fuit cẽſus petitus, petẽdo ius epale, ut patet in princ. & ideo cõdemnatũ fuit monaſteriũ ad integrã penſionem. i. ad cenſum totius tpis. ſ. xl. an. ſubtractũ nam ſub hac petitione, peto ius epiſcopale, non ſolum comprehenditur ius epiſcopale, quod ipſo iure communi debetur, ſed & ꝙ cõſtitutum eſt, pacto uel conſuetudine. ſ. de præſcri. auditis. arg. & ubicunque inueneris in hac dec. penſionem, expone. i. cenſum. & hæc expoſitio probatur per illud, ꝙ Papa dicit, gratis cenſum accipiamus. & ubi dicit cenſus, exprimamus quantitatem, & ita plana eſt decre. Ber.

[1] Sed idẽ Pã. & alij hic. Alex. cõſi. xiiij. nu. 8. li. ij.

[2] Vnde dicebat hic Hoſtiẽ. ꝙ hic nil retinuit eps ꝓter cenſum, quẽ nec hr̃e uoluit ĩ ſignũ dñij: ſed poti⁹ ĩ ſignũ datę libertatis. ad hoc de priuil. recepimus. & iõ quãtũcunq; ĩ ſolutione ceſſet, nõ reuocatur libertas ſemel cõceſſa. inſtit. q ex cau. ma. numi. non licet §. ſemel. ſecus ſi in ſignũ dominij cenſum retinuiſſet. tũc. n. cõmitteret̃ res cõceſſa ſi ꝑ biẽniũ ceſſaret̃ in ſolutione ſenſus: ut p; in eo qđ legitur & not. de dilat. literæ. de cauſa poſſ. ca. ſi. de loca. ꝓpter. Io. a.

[d] Alijs reddimus. Epiſcopalibus, ſcilicet & ita penſio iſta cõprehendebatur ĩ petitione epiſcopi. Bern.

CVm uenerabilis. Sunt duæ partes. Prima factũ narrat. Secũda diffinit ibi, Quia igitur. Et utraque ſubdiuiditur: ut ꝑ ſe patet. Abb.

[e] Eccleſiam. Hic uidetur, ꝙ ſi una eccleſia agat de ſubiectione alterius ꝙ nõ ſit agẽdũ contra ipſam eccleſiã, ſed potius cõtra ipſam quæ eſt in poſſeſſiõe illius. ſ. de elect. querelam. & xvj. q. iij. inter memoratos. & ſ. de ꝑſcri. auditis. ubi de hoc ff. de li. exhi. l. ult. ff. de ſer. l. ul. ij. reſp. & ff. ſi ſer. uendi. is cuius familia. ar. cõtra. ſ. de app. ad audiẽtiã. & ſ. ut li. nõ cõte. quoniã frequenter. §. ꝙ ſi. xij. q. ij. quicunque militũ. & ſ. de ele. querelam. Sed ibi conuenit ſubditus ſuo nomine, & nõ nomine eccleſiæ.

[f] Pertinentijs. Petitio iſta nimis larga uidetur. ſic. ſ. de reſtit ſpo. cum ad ſedem. quia uerbum ꝑtinere, late patet. ff. de uerb. ſi. uerbũ petitione. Quid iuris ſit de hoc, dictum eſt ſupra de lib. obla. c. ij. & ſ. de dona. inter dilectos.

† Alias, tamen.

† Alias, nitebat̃.

[3] Et itelligas hoc, ut ibi no. dicebat abbas ꝙ ñ erat ſ[u]pflua hæc probatio quia licet non ſufficiat cõtra extraneũ: ſufficit cõtra condućtorẽ. Ioã. And.

[g] Locauiſſe. Sed hoc non ſufficit. ſ. de fide inſtru. inter dilectos. [3] & C. locati. ad probationem.

[h] Annotatio temporis i. in annis domini. idem eſſet in indictione, in qua citius comprehenditur falſitas. ſ. de fide inſtru. inter dilectos. Io.

[i] In diœce. Sabineñ. Vnde iure communi ad eũ ſpectabat. ſupra eod. de Xenodochis. & decima octaua quæſtione ſecunda, monaſteria. & xvj. qõ. vij. omnes baſilicæ. c. diſt. contra morem Ber.

[k] Epiſcopale ius. Hoc in multis conſiſtit. ſupra, de offi. ordi. conquerente.

Instrumẽtum an uitietur pp rasuram.

1 Credat. tex. ĩ l.fi. C. ad legẽ Corne. de fal. Alexã. conf.ciiij. cõ. clxxv. nu. 2. ubi tetigi.lib. vij.

2 Eadem idem Phi. Cor.cõsil. xxviij. li. ij. Philip. Dec.l.fin. col.xj. C. de edi. di. adri. tol.

3 Peralia. idẽ Alex. cõsi. xiiij. nu.14.ubi not. libr. vj. Ias.cõ sil. cxiiij.ĩ fi.li.j. alb. Bru.conf. xcv.

a Propter prædicta, s.propter rasuram in loco suspecto.& inter linearem scripturam. sic s̃.de fide instru. inter dilectos.ad hoc enim ut credatur 1 instrumento, oportet, ꝙ sit sine omni suspicione. ar.s̃.de rescriptis cũ adeo.& c.ad audientiam.& C.de edi.di.Adri. tol.l.ult. Sed quid si rasura reposita fuerit de eadem 2 manu. Nõ uidetur ꝙ obstet.argum.ĩ. de priuileg. cum olim. C.de fide instru. comparationes. Si constet, qđ eadem manu & in loco non suspecto non obst. Itẽ quid si rasura sit in uno loco, & tamen per a'ia 3 quæ posita sunt in instrumento. probetur bene propositum? Videtur qđ sufficit ad probandum. argu. bonum. s̃.de re iudi. cũ I. & A. & C. si ex fal. instru.l. iij. & hoc satis põt concedi: quia non est præsumptio qđ in fraudẽ factũ sit: quia & sine illa rasura constabat. Itẽ hoc ipso, quod instrumentum falsatum fuit, sufficiebat ad imponendũ ei silentium.supra, de rescript. olim. Bernardus.

Cvm dilectus. In prima instruitur delegatus, qualiter super sententijs pronũtiet. In secunda & tertia, qualiter super subiectione pronũtiare debeat. Secunda ibi, Quod si Tertia ibi, Similiter. Abbas.

Literæ ꝓcuratoriæ, & lr̃æ de rato, an differant?

4 Et ĩ. đ procu.qui ad agẽdũ. li.vj. Ioã. And.

5 Clausula.imo nõ sufficit. Pano.

6 Idem Gui.ĩ Spe. de procu. §.j.iter.in præmissis Ioã. And. Pan.hic.

b Procuratiõe uel ratihabitione. Notare uult differentiam inter literas procuratorias, & literas de rato. Nam ubi quis simpliciter constituitur procurator licet generaliter constituatur, tamen transigere siue cõponere nõ põt ut s̃.de arbit.per tuas.& C. de transact.l.transactionis. & sic intelligitur. ff.de procura. mandato. 4 Sed si adijciatur clausula 5 illa,& quicquid aliud etiam super hoc fecerit, ratum habebit, tunc poterit transigere siue componere, alias nil operaretur illa adiectio,& sic uidetur differre ista duo. arg.ff.iudi.sol.l.iij.procuratorem.simile habes.supra de officio delega.coram. Vel dic,quod non est differentia 6 inter mandatum procuratorium, & literas de rato.Mandatum procuratorium appellat hic,literas de rato,& sic intellige supra, de officio deleg. coram.supra,de transact. contingit. & ideo dicuntur literę de rato, quia in mandato procuratorio, constituens semper adijcit in fine, quod ratum habebit quicquid procurator fecerit super causa illa, ad quã datus est.ff.de procura. l.si procuratorẽ. Et cautio rati,danda est quando de mandato dubitatur. C.de procura.l.j.Bernardus.

gnouimus, utpote propter prædicta a de iure suspectum, uos ab impetitione ipsius quo ad temporalia eiusdem ecclesiæ duximus absoluendos.

Idem.

Monasterium subiectum est episcopo:in cuius diœcesi situm est,nisi probetur exemptũ. hoc dicit,quo ad titulum.

CAP. VIII.

Cvm dilect⁹ filius & infra. Quia causa non poterat in nostra præsentia terminari,cum nuntius monasterij super procuratione uel ratihabitione b literas non haberet eam uestro duximus examini committendã: Mandantes quatenus si constiterit abbatẽ ad se.apo.antequam episcopus in eũ suspensionis uel excommunicationis, & in monasterium interdicti sententias tulerit, legitime appellasse, ut monasterium a iurisdictione episcopi eiusdem exemptum: eo non obstante, quod abbas ab eo circunuentus præter fratrum suorũ assensum,ei obedientiã repromisit c (cum fraus & dolus ei patrocinari non debeãt) iudicetis illas sententias nõ tenere. Quòd si abbas in exẽptionis probatione defecerit nec legitima se poterit præscriptione d tueri: licet ꝓbet se añ ꝓdictas sñias † appellasse, nihilominus tñ monasteriũ iudicetis Aurieñ ecclesiæ subiacere, ĩ cui⁹ est diœcesi fundatũ. Similiter eo in probatione appellationis deficiente, si uobis cõstiterit de exemptione uel legitima ꝓscriptione, tam abbatem, quam monasteriũ ab impetitione epi absoluatis.

Idẽ in concilio gñali.

Nouam religionem non licet cõstituere, sine authoritate Ro. pontifi. Nec in diuersis monasterys põt quis esse abbas uel monachus.sic principaliter summatur,licet plura dicta hẽat.

CAP. IX.

NE nimia religionum diuersitas grauem in ecclesiam Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis decætero nouam religionem e inueniat, sed quicunque ad religionem cõuerti uoluerit, unam de

c Repromisit. Non enim potuit propter hoc renũtiare priuilegio suo. s̃.de arbit.cũ tempore, & quia non habuit assensum fratrum suorũ, nõ obfuit, quia delictum personæ &c. decimasexta quæstione sexta, si episcopum, & supra, de exceptio. cum uenerabilis.

† Alias literas.

d Præscriptione tueri. Hic de una defensione siue exceptione, trãsit ad contrariam. ar.s̃. de præscript.audītis.ff.de except.nemo.similiter de una actione transit ad contrariã.argu. s̃.de iud. examinata. C.de inoffi. test. cõtra maiores arg. cõtra.s̃.de ap. solicitudinẽ. ff.de tribu. quod in hæredem. §.eligere. C.de nõ num.pec. authen.contra qui propriam. 7 Sed quid si debuit proponere omnes exceptiones, ĩtra certũ terminum? Non uidetur qđ postea sit audiendus.s̃.de except. pastoralis. Et qui in una exceptione succumbit, uolens aliam statim ꝓponere, nõ auditur, nisi hoc faciat intra terminum præfixum.instit.de.excu.tut.§. qui autem. Dicas quod si alicui competunt plures exceptiones, quæ nõ sunt contrariæ, 8 in eo casu si non proponit omnes, s.intra terminum, postea non auditur, & sic intelligitur.§.insti.de excu.tut.§.qui autem.nisi secundũ tenorem illius decre.pastoralis. Si autem sunt cõtrariæ, puta quia primo dixit se exemptum, & succũbit postea potest aliã proponere. puta præscriptionẽ: 9 ut hic,& c.auditis.& l.prædicta. cõtra maiores. Contrarium tamẽ est in actionibus: quia tũc ab initio debet eligere, alias postea non auditur uolẽs aliã intentare cõtrariã: ut in l.prædicta. ꝙ in hæredẽ.§.eligere.

NE nimia. Diuiditur, primo nouã religionẽ prohibet, in personis & locis. Secundo pluralitatẽ locorum, monachis & abbatibus: ibi, illud. Abb.Sic.

e Nouam religionem. Nam nouum collegium non potest constitui, inconsulto principe ff.de colleg.illi l.iij.sic nec noua dignitas, sine authoritate Papæ 10 s̃.de consue.cum olim.& xxij.dist.c.j.

Exceptionũ cumulatio, an sit ꝓmissa

7 Sol. casus ẽ spãlis: & sẽcit.ff.đ regu. iur.l. nemo ex his. & qđ ibi nota.

8 Sed nõ ne posset ẽt cõtrarias intra diem assignatum, sub ꝓtestatiõe ꝓponere secundum Host. Io. And.

9 Et etiã simul posset hoc ꝓponi: cũ nõ sint cõtraria de priuil. ca. cũ ꝑsonæ. lib.vj. Io. An.

10 Nec nouus sanctus, uel nouæ reliquiæ. ĩ.đ reli.c.j.& ij. nec nouæ feriæ repẽtinæ. C. de ferijs a nullo iudice. secũdum Host. Io. And.

a De approbatis. Sic qui nouam dignitatẽ instituit in ecclesia constituet eam, secundum consuetudinem aliarum dignitatum. ſ. de cõsue. c. cum olim. similiter noua ecclesia, debet regi secundum consuetudinẽ aliarum. j. de censi. super eo.

b Pluribus monasterijs. Sic patet, ꝙ nullus potest esse monachus, uel abbas in pluribus monasterijs sic etiam de iure, nullus potest præfici ĩ diuersis ecclesijs secularibus. ſ. de præb. de multa. nec simul ꝓbendam & dignitatẽ habere. ſ. de concess. præb. cum nostris. & cap. literas. nec abbas cũ fratribus, posset dispensare, ut monachus haberet locũ in diuersis monasterijs. arg. ſ. de elect. con stitutis.

approbatis a assumat. Similiter qui uoluerit religiosam domum, de nouo fundare, regulam & institutionem accipiat de approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diuersis monasterijs, locum monachi habere præsumat, nec unus abbas pluribus monasterijs b præsidere.

TITVLVS XXXVII.

DE CAPELLIS MONACHORVM & aliorum religiosorum.

Vrbanus tertius.

Ad curam monasterio subiectam nõ monachi, sed seculares clerici præficiũtur, & episcopis subsunt.

CAP. I.



IN ecclesijs ubi monachi habitãt, populus per monachum non regatur, † sed capellanus, qui populũ regat ab episcopo, per consiliũ monachorũ c instituatur: ita ut ex solius d epi arbitrio, tã ordinatio eius quã depositio, & totius uitæ pendeat conuersatio.

Inno. iij. archipresbytero, & clericis sanctæ Ceciliæ.

Si ecclesia nõ cathedralis uẽdicat sibi ius ĩ alia ecclesia,† obtinebit solũ quo ad ea, quæ probabit sibi deberi præscriptione, uel alio legitimo modo. h. d. secundum communem, & uerum intellectum.

CAP. II.

DIlectus filius M. syndicus ecclesiæ uestræ ab œconomo sancti Laurentij de Piscinula, in scrutinijs, e baptismatæ, capitulis, f & similibus subiectionẽ postulãs, possessorium & petitoriũ g intentabat. Cũm enim ecclesia sancti Laurentij sit in parochia uestra sita, debet † de iure communi h ecclesiæ uestræ in prædictis omnibus subiacere, quia nec priuilegiũ exẽptionis habet, nec præscriptionem i pro se poterat allegare, cum illa ecclesia sanctæ Ceciliæ præscripsisset, sicut per testes dicebat legitimè comprobatum. Præterea cũm coram C. papa præ. no. super prædictis inter uestram & prædictam ecclesiam, quæstio uerteretur, k M. presbyter eiusdem ecclesiæ

† Hoc c. ꝓcedit secũdũ iura antiqua, ꝙ nõ debet monachꝰ præfici ecclesiæ seculari, sꝫ post fuit ex necessitate idu ctũ. c. qđ Dei timorẽ. ſ. eđ sta tu mona. cho. iõ si reperiantur seculares idonei nõ debẽt monachi prçfici, ut hic alias sic. Panor.

DE CAPELLIS MONACHORUM.

Supra uisum est de religiosis, itẽ de domibus religiosorum in genere, nũc autẽ subijcit in specie de domibus religiosis, seu capellis monachorum. Ab. Siculus.

De hac materia tractatur xvj. q. ij. & q. j. peruenit. & in alijs cap.

IN ecclesijs. Primo ponit dictum. secundo ampliat: ibi, Ita ut. Ab bas.

a Male seruatur istud ca. i mo uidemus ĩ monasterijs parochiã habẽtibꝰ mõachos claustrales ad mãdatũ abbatis uel episcopi, circũire parochiã, & ministrare populo sacramẽta. Io. And.

c Monachorum. Hoc ius commune uidetur: ut ſ. de sta. mo. monachi. ubi prohibentur poni per parochias. Si gnantur contraria. xvj. q. j. doctos. & ca. nos autem. & c. in parochia. Sol. quod hic dicitur, intellige de monacho claustrali, qui non est à populo electus, nec ab episcopo institutus. monachi debent habere capellanũ, qui ministret populo sacramenta, ab episcopo institutum, de consilio monachorũ, ut hic dicit: qui circũeat parochiam, cum necesse fuerit: quod monachi facere non debent. Ibi de illis qui præficiuntur parochialibus ecclesijs per episcopum, hic non, † & hoc ca. loquitur ubi est congregatio monachorum.

d Ex solius episcopi. Hoc ideo dicit, quia monachi nõ possunt remouere eum: sed si delinqueret, per episcopum debet remoueri, ordine iudiciario, & ita excluduntur monachi quantum ad hoc. sed si deberet deponi, tunc necessarij sunt alij episcopi. xv. q. vij. felix. & c. si quis tumidus.

DIlectus. Tria facit. Primo ponit petitionẽ actoris. Secundo defensionem rei. Tertio papæ diffinitionem. Secunda ibi, Ad hæc. Tertia ibi, Nos. Ab.

e In scrutinijs. Sic. ſ. de maio. & obe. ijs quæ. Scrutiniũ hic & ibi appellantur catechismi siue exorcismi qui fiũt baptizãdis ꝑ xx. † dies aute baptismũ de quibus legitur de conse. dist. iiij. ante baptismum. & ca. ant. xx. & xxx. q. j. peruenit. Et est uulgare Romanorũ. aliter accipitur scrutiniũ supra de scru. cap. uno. & aliter accipitur in cõcil. Lug. ſ. de elect. in electionibus. & c. quia propter.

f Capitulis. Id est synodo, siue conuẽtu ubi uitia corriguntur.

g Possessorium & petitorium. Super diuersis capitulis. s. petitoriũ, quo ad scrutinium, & baptisma, possessoriũ quo ad capitulum: & sic duæ actiones simul in eodem libello possunt proponi † sicut & de possessione soli interdicto, unde ui possum experiri, & de rebus ui ablatis ad exhibẽdum, uel ui bon. rap. ff. de ui & ui ar. l. j. §. si fundus. de quo, & pro eadem re possunt ista duo simul intẽtari. & ab eadẽ parte: ut hic, & supra, de cau. poss. c. ij. iij. & iiij. & c. cum dilectus. ubi materia ista expeditur. & capitulo pastoralis. Item & unum iudicium, sufficit ad plures societates. ff. pro soc. cum duobus. §. si plures. alias incipit lex ista, sub qua est iste §. si inter fratres. argumẽ. ff. fam. ercis. hæredes. §. de pluribus. & §. sequẽ. & hoc fit causa dirimendarum litium. argumentum. ff. de actio. empti. cap. non est nouum. & ſ. de caus. posses. cap. ad ultimum.

h De iure communi ſ. tit. prox. constitutus.

i Præscriptionem. Imo & si allegasset eam, non iuuaretur, nisi allegaret eã ex alterius persona. ſ. de præscriptio. cum ex officij.

k Verteretur. Super diuersis articulis. s. petitorio, quãtum ad scruitium, & baptisma, & possessorio quo ad capitulum, ut patet ex ipsa litera. Sed modo corã Innocentio agebatur possessorio † & petitorio, & quia

† Etiam infra parochiã sua am sita. Pan. hic.

† Dicit Gof. ꝙ in septimana sancta fieri consueuerũt circa pueros postea ĩ magno sabbato baptizandos. Io. An.

† Hæc allegatio ꝑ tis nõ uera. Pan.

† Cõcor. ſ. eđ testa. significauerũt de cã poss. cũ super. Io. And.

† Et tñ si per possessorio, nõ ꝓnunciat secũdum In. sꝫ potest dici ꝙ pronũciauit in decisa, secũdũ Pe. & Ab. Io. And.

quia non fuit modo probatum de proprietate, quo ad capitulum, absoluitur ecclesia sancti Laurentij quo ad capitulum, ut in fi. dicitur, dum ecclesia Roma. habuit ibi institutionem, & destitutionem, & ecclesia sanctæ Ceciliæ illa solummodo habebit postea quæ presbyter cõfessus fuit, quantum ad proprietatẽ coram Cælestino papa, cũ in omnibus alijs, ecclesia sancti Laurentij pertineat ad ecclesiam Romanã ut in fi. patet.

a Sponte confessus. Et sic confessio procuratoris, præiudicat domino. Iste presbyter procurator erat ecclesiæ sancti Laurentij. De hoc no. s. ut lit. non contest. c. j. Et sponte dicit, qa secus si coactus. j. de accu. si constiterit. Et cõfessio in uno iudicio facta corã Cælestino ualet hic in alio coram Innocentio, ut patet. Ber.

b Se uocatum iuisse. Per hoc igitur, probat̃ possessio 1 obedientiæ, quod aliquis uocatus ad synodũ uenit. ar. s. de ijs quæ fin. à maio. parte. ca. ex ore. arg. contra. s. de resti. spo. olim.

c Curauit. Eodem iure debuit pronũtiare diffinitiue super prædictis duobus articulis, sed noluit. Ber.

d Scrutinium & baptisma. In his duobus obtinuit, in omnibus alijs succubuit, ut j. sequitur.

e Titulo. Id est plebi seculari. xviij. q. ultima. peruenit. & c. dudum. Sed nonne subijcietur episcopo qui est secularis, sed illud est (ut dixit Vin.) propter excellentiam dignitatis. 2 imo uerius uidet̃, ut T. dixit, quod de iure communi monachi possunt subesse titulo, id est plebi seculari. xvj. q. j. alia. & c. ecclesia habet. & ca. legi. ar. xciij. dist. à subdiacono.

f Oeconomum sancti Laurentij. Hic formatur sententia, in persona procuratoris, siue œconomi, non tamen ipse conueniet, uel cõuenietur actione iudicat. nisi esset defensor tantũ, uel datus in rem suam. ff. de procura. Plautius. Arg. contra, ꝙ in persona domin. s. de proba. licet. De hoc. s. de elect. querelam.

fuit spõte confessus a ꝙ ecclesiæ sanctæ Ceciliæ scrutiniũ & baptisma debebat. Cumque pars uestra, testes qui se illum diuersis temporibus ad capitulum uocasse, ipsumq; uenisse asserebant, in medium produxisset: eis iurare paratis, prædictus presbyter, se uocatum b fuisse ad capitulum est confessus: unde prrædictus præno. ecclesiam uestram capitulo quo se conquesta fuerat spoliatam, saluo iure proprietatis ecclesiæ sancti Laurentij reuestire curauit, c sicut in eius literis continetur. per hoc ergo proprietatem quo ad scrutinium d & baptisma, & possesionem quo ad capitulũ, uester uoluit syndicus comprobare. Ad hæc sancti Laurentij œconomus, ex aduerso respondit, quòd ecclesia illa nullo medio ad Romanam ecclesiã pertinebat. Cùm enim monasterium monialium fuerit, & generaliter seruetur in urbe, ut nullũ monasterium titulo e sit subiectum, incongruum uidebatur, ut regulares secularibus supponantur. Præterea usque hodie nos in ea institutionem, & destitutionem liberam exercemus: & infrà. Nos igitur auditis propositis, œconomum f sancti Laurentij syndico uestro in baptismo, & scrutinio condemnamus, ita ut per hoc ecclesiæ Romanæ nullum præiudicium generetur g si quando fortè ius suum duxerit prosequendum. In institutione h autem & destitutione, & capitulo œconomum ipsum ab impetitiõe syndici uestri, prorsus absoluimus, syndico uestro super hoc perpetuũ silentium imponẽtes.

Hono. iij. episcopo Vetensi.

In prioratibus monachorũ non possunt singuli monachi cõmorari, etiã si super hoc habeãt rescriptũ apostolicum, nisi in illo fiat mentio de Lateranen. concilio.

CAP. III.

EX parte tua fuit propositum: & infrà. Abbas & conuentus Riueñ. Veneteñ. diœce. occasiõe literarum i apo. se. asserunt k sibi esse cõcessum ut in singulis ipsorum prioratibus, singuli monachi commorentur, si pluribus non suppetunt facultates eorundem. Cùm autem id obuiet Lateraň. concil. de quo nulla mentio l est in literis antedictis, f. t. breuiter respondemus, quòd huiusmodi literas ab ap. se. non credimus emanasse. Quòd si p occupationem m forsitan emana-

g Generetur. Et ita papa iudicat, ꝙ ei non obsit exceptio rei iudicatæ. si. s. de re iud. c. suborta. unde bene præscribitur contra monasterium exemptum spatio legitimo xl. an. licet non cõtra papam. xvj. q. iiij. uolumus.

h In institutione. Hic patet, ꝙ in quibusdã iuribus episcopalibus 3 põt præscribi, ita ꝙ nõ propter hoc in alijs & ita fallit regula illa, q per partẽ tota seruitus retinet̃: ut ff. de ser. rus. prædio. una est uia. de hoc dicitur. s. de p̃sc. i. auditis. & hoc ideo est, quia ius episcopale, est genꝰ multas habens species sub se, quarum multæ enumerant̃. s. de offi. or. cõquerente. & c. dilectus. in glo.

i EX parte tua. Literarum. Literæ istæ tales fuerũt. Impetrauerũt monachi isti literas ad quosdam iudices, 4 ne episcopus diœcesanus cõpelleret eos plures monachos instituere In quibusdã prioratibꝰ suis, ubi singuli monachi esse consueuerunt, cum pluribus non sufficerent facultates eorundẽ, inquisita prius ueritate de facultatibus prioratuum, occasiõe talium literarum, dicebant secũdum quod inferius continetur.

k Asserunt. Et male: qa licet in ecclesijs illis nõ possent esse plures monachi, non tamẽ papa concederet, qđ soli monachi i singulis prioratibus singulariter ponerentur: quia illud esset contra conciliũ Lateraň. s. de statumo. c. ij. & est expressum. j. c. prox. unde literæ istæ de conscientia papæ non emanauerunt. B.

l De quo nulla mentio. Et sic patet, quod si quis literas impetrat contra aliquod ius siue concilium, non ualent nisi fiat mẽtio de illo iure. s. de rescrip. nonnulli. & s. de æta. & quali. eam te.

m Occupationem. Sic. j. de sent. excó. si aliquando. C. de

1 Sed nõ pprietas. Io. An. cæterũ gl. sequtur. Pa. & docto.

2 Facit ꝙ no. de ele. nullus. li. vj. in ulti. gl. In. An.

3 Licet ista institutio. s. & destitutio sint episcopalia. Io. And.

4 Hos. dicit istos fuisse conseruatores cõtra diœcesanũ. Ioan. And.

C.de lib.cau.iubemus. r idē eſſet, ſi per importunitatem petentis.C.de pe.bo.ſublatis.l.j.lib.x. argu. ſ. de reſcrip. ſi quando.

a Nolumus. Tamē ſi uellet, 2 bene poſſet diſpēſare contra concilium, quia auctor illius concilij in parē non habuit poteſtatem.ſ.de ele.innotuit. & papa maior eſt, quam conciliū. ſ.de elect.ſignificaſti.

...uerint, nolumus a per hoc derogari † concilio ſupradicto.

Idem Burdegaleñ. archiepiſcopo.

Ordinarius compellit abbatem, ut monachos à prioratibus reuocet ad clauſtrum, uel eis ſocios adiungat.

CAP. IIII.

AD audientiam noſtrā peruenit, quòd nonnulli monachi lege tibi diœceſana b ſubiecti, in quibuſdā prioratibus, habitant ſolitarij, contra ſtatutum generalis c concilij. Ideoque mandamus, quatenus ipſorū abbates, ſeu priores, ut uel ipſos ad clauſtrum reuocent, facientes in ipſis eccleſijs deſeruiri per clericos ſeculares, uel alios monachos eiſdem aſſociant: d cum quibus uitam poſsint ducere regularē, monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam compellas.

TITVLVS XXXVIII.

DE IVRE PATRONATVS.

Ex concilio Mediolanenſi.

Si propter diſcordiā patronorū eccleſia caret administratore, ceſſatur in eccleſia à diuinis, tollūtur reliquiæ, et oſtia claudūtur, ſi aliter ſine ſcādalo eccleſiæ prouideri nō poteſt. h. d. cum c. ſequenti.

AD audientiā. Primo ponit tranſgreſsionē concilij: quam ſecūdo mandat corrigi: ibi Ideoque. Abb.

b Diœceſana. Id eſt iuriſdictionis. De hac lege not. ſ. de offic.ord.cap.dilectus.

c Generalis concilij. Hic uocat papa Lateraneñ. cōciliū generale, quod habes. ſ.de ſta. mo.c.ij. ſed cōcilium Innoc. ſemper ſic appellatur.

d Eiſdē aſſocient. Et ita epiſcopi cōpellere debent abbates, ne mōachos per uillas ſolos dimittant, ſecus in canonicis regularib⁹, ſi eligerentur ad regimen animarum: nam illi non compelluntur alios ſecum habere, niſi id cōmode facere poſſint. ſ. de ſta.mona. quod Dei timorē. ſed ibi eſt collegiū unde idem uidetur de regularibus, ſcilicet quod non deberēt eſſe ſoli in capellis.

DE IVRE patronatus.

Supra uiſum eſt, de præbend. & digni. item de relig. dom. item de capel. mona. ſed quia ad iſtas fit inſtitutio, nonnunquā per præſentationē patroni, & ſic poſſet dubitari de iure patronatus, & de modo præſentandi: merito, &c. Abb. Sic.

De hac materia tractatur xvi. q. vij. piæ mentis. §. cum ergo uſq; ad fi. q xvi q. v. ſi quis epiſcoporum.

PErlatū eſt. Duo facit concilium. Primo prohibet eccleſiā īter patronos diuidi. Scdo ponit, quid facere debeat epiſcopus, cum patroni non ordināt eccleſiā. Secunda: ibi, Et ſi. Abb. Sic.

1 Vide de ſimo. intātū. ſuper iij. gl. Io. And.

2 Sed hoc nō debet uelle propter periculū peccati carnalis cōcupiſcentiæ qđ imminet ſpecialiter: & eſt ſeque la ſolitariæ uitæ religioſi inter homines cōuerſantis. & hoc conſiderauit cōcilium Latera. ut ibi patet. Io. And.

† Per generalem clauſulā ñ obſtā. conſtitutionibus nunq̃ cenſeť derogatū cōciliarib⁹, niſi ſpāliter exprimať. Bal. per hunc tex. ī l. humanū. C. đ legi. Oldra. q. ccc xxvj. Socinus. l. ī i⁹ uocari. §. patronum in fi. de in ius uocā. Fely. c. nō nulli. col. iiij. de reſcript. c. j. col. ix. e. Lancelot. Galianla. repet. l. cēturio. nu. 116. đ uulga. & pu. Alex. cōſ. cxxij. nu. 9. ubi no. li. iiij.

CAP. I.

PErlatū eſt: † & infrà. Nobis uiſū eſt, ꝙ eccleſia inter hæredes patroni diuidi non debeat. e Et ſi ſimultates f inter eos ſurrexerint, propter quas ſacerdos ſuo ibi officio canonicè fungi non poſsit: ſi aliter prouideri non poterit, præcipiatur ab epiſcopo, ut nullo modo ibi miſſarum ſolennia celebrentur: g donec ad concordiam redeant, & eccleſia ſacerdotem canonicè habeat, qui liberè ſuum miniſterium ualeat exercere.

Ex concilio Triburieñſi.

CAP. II.

QVæcunque eccleſia: & infrà. Si cōtingat pro eccleſia diſsidere h patronos, ut eam nolint ſub uno presbytero procurari: † epiſcopus (ſi aliter non poterit ipſi conſulere) tollat inde reliquias, i atque eiuſdem eccleſiæ claudat oſtia: ut ſacrum myſterium nullus in ea celebret, antequàm unum eligant presbyterū qui ſacroſancta ſit idoneus procurare. †

Ex concilio Lateraň.

Si patroni in præſentādo diſcordāt, præfertur præſentatus

e Diuidi non debeat. Quia ad mutabilitatem mundanarum neceſsitatum eccleſia turbari non debet. x. diſtin. l. j. & iii. q. vj. hæc quippe. & c. diſtin. cap. j. & ĩ. eo. querimoniam. Et not. quod ius patronatus, apud unumquenq; hæredum eſt inſolidum quo ad omnem eius effectum. ff. de bo. lib. l. ſi libertus in fine. præter ſacerdotis præſentationem, quæ eſt apud omnes 3 ita quod apud nullū: ut hic patet. & ĩ. c. proxi. ſicut electio, quia res ſimplex eſt, & indiuiſibilis, & ſic ad quemlibet hæredē inſolidū trāſit, etiā ſi ex diuerſis, & inæqualibus partibus ſint hæredes. argu. ff. de ſer. uen. C. de relig. ſi ſepulchrum. & ff. eodē. l. quod ſi locus &. ff. ad leg. Falcid. l. j. ſi uſusfructus. & ff. đ uſu. & habi. uſus. Quia incorporalia diuidi non poſſunt argu. vij. qō. j. nihil Quid ſi non conueniāt, poſſent ne paciſci 4 adinuicē, ut alternis uicibus præſentarent. Arg. ꝙ ſic. ff. de uſufruc. quoties. ff. de ſerui. uia. in fi. ff. cōmuni diui. l. communi diuidūdo. §. ſi de uſufructu. Inno. cōtra cum ſit res ſpiritualis. uide clemē. plures. e. ti.

f Simultates. Id eſt latentia odia ſiue diſcordiæ.

g Celebrētur. Sic xvj. q. vij. cōſiderādum. & c. ſi plures. ſed hoc hodie ſeruari nō debet, ſi aliquo modo ſine ſcandalo poſsit eccleſia ordinari. ĩ. e. quoniam. Ber.

h QVæcunq;. Diſsidere. Id eſt diſcordare.

i Reliquias. Quidam dicunt, ſicut Melendus, quod hoc capitu. non tenet, & illa capitu. ſimiliter non tenent, decimaſexta quæſtione ſeptima. cap. conſiderādum. & capitu. ſi plures. & capitu. ſequē. quoniam. & capitu. eam te niſi forſitan ex facto epiſcopi 5 magnum ſcandalum oriretur, tunc poſſet ſeruarī hoc quod hic dicitur ad tempus. quod ſatis uidetur. Ioan. Faueñ. dicebat tollat reliquias, id eſt nō ponat. Alañ. intelligit de reliquijs, quæ ſunt in capſis extra altare, quod uerum, quia de illis quæ ſunt in altari non intelligitur.

† Alias, relatū ē.

3 Hoc intēdit. ꝙ licet quilibet ſol⁹ ſit patron⁹: nō tñ alter ſolus ī ſolidum poterit præſentare: ſʒ habebit conſideratio pluriū ꝑ modū ꝗ dicitur. ĩ. e. l. qm̃. ſi. n. ſingulis cōpeteret inſolidum præſentatio: occupantis eēt melior cōditio. de præbē. l. ſi à ſede li. vj. de procur. l. ſi duo. e. li. qđ eſt falſum, ut ibi. Io. An.

4 Sic de autoritate ſuperioris. ĩ. eo. querimoniā. ſecundū Inno. ut ibi no. hic tamē per eā dē decre. not. ſimpliciter hoc fieri nō poſſe. hodie per cle. expeditū ē, ꝙ etiā ſine ſuperioris autoritate hoc poſſunt. e. ti. l. plures. ij. reſpon. Ioā. And. Pan.

† Alias, ordinari.

5 Scilicet ſi poneret ibi rectorē. Io. An.

† Alias, celebraī.

Cautè tamen notandum est quantum plus baptismus hodie conferat Christianis, quàm quondam Iudæis circuncisio contulisset, dictũ est in fine prædictæ authoritatis inductæ de ueteri lege, Peribit de populo suo. In euãgelica uero authoritate subiunctum est, Non intrabit in regnũ Dei. quoniam & si originalis culpa a remittebatur per circuncisionis mysteriũ, & damnationis periculũ uitabatur, non tamen perueniebatur ad regnum cælorum, quod usq; ad mortẽ Christi fuit omnibus obseruatum, sed per sacramentum baptismi † Christi sanguine rubricati, culpa remittitur uitatur periculum, & ad regnum cælorum etiam peruenitur, b cuius ianuã Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit. c Absit enim, ut uniuersi paruuli pereãt, quorũ quotidie tãta multitudo moritur, quin & ipsis misericors Deus qui neminem uult perire, aliquod remediũ procurauerit ad salutem. Cæterum ex ui literæ satis patet prædictas authoritates d intelligẽdas esse tantummodo de adultis qui hñt multitudinem peccatorũ, cùm de paruulis nõ possit idẽ intelligi, qui peccato tantũ originali tenenẽ. Similiter & illa authoritas est soluenda. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus e erit. & c. cũ non possint credere paruuli, sed adulti, et ob hoc tota authoritas f hic intelligenda est de adultis, ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referaẽ, quamuis nonnulli concedãt, quod paruuli credunt nõ per usum, sed per habitũ fidei, quẽ suscipiunt in baptismo: sicut et alia multa uerba secundum cõmunem usum loquendi nõ ad actũ, sed ad aptitudinẽ g referunẽ. Illud uerò quod opponentes inducunt, fidẽ aut charitatem, aliasq; uirtutes, paruulis ut pote nõ cõsentientib. non infundi, a plerisq; non conceditur absolutè, h cùm ꝓpter hoc inter doctores theologos quæstio referatur, alijs asserentibus, per uirtutem baptismi paruulis quidẽ culpã remitti, sed gratiã non conferri: nonnullis dicentibus, dimitti peccatum, & uirtutes infundi habentibus illas, quò ad habitũ, non quo ad usum, donec perueniant ad ætatẽ adultam.

Originale peccatum quod sine consensu contrahitur, remittitur in baptismo etiam non consentienti ut paruulis secus de actuali: quia sicut non committitur sine consensu, ita non relaxatur. hoc dicit, usque ad §. sed adhuc. Abbas Siculus.

Verùm quidam ex hac solutione, i inuenisse se credunt uiã ad alias quæstiones, argumentantes ex eo quod dicimus paruulis in baptismate peccatum originale dimitti, ꝙ & adultis, dormientibus, uel amentibus, peccatum (si baptizantur) ratione simili dimittatur. cùm enim neutri sentiunt tunc uel consentiant, dicunt idem in consimilibus k iudicandum. Hic uerò dicimus distinguendum ꝙ peccatum est duplex, l originale, s. & actuale: originale quod absq; consensu cõtrahitur: actuale, quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu m contrahitur, & sine consensu per uim remittitur sacramenti. actuale uero, quod consensu contrahitur, sine consensu minime relaxatur.

Licet in baptismo dimittatur originale peccatũ paruulis, qui tamẽ cõsentire nõ possunt: in adultis tamẽ amentib. uel dormiẽtibus, qui nõ cõsentiũt baptismo nõ dimittitur actuale. et idẽ etiã nec originale. h. d.

Sed adhuc quæritur quare non saltem

---

masculino dum dixit, nisi quis renatus fuerit &c. fœmina comprehẽditur. ff. de uerb. signi. l. j. & de pœ. distin. j. si quis cum telo.

Leu. 12. 1. Ad Tit. 1. Matt. 18

a Culpa remittebatur. i. originale peccatum, non tamen penitus adhuc est sublatum, sed manet in homine, non tamen obest. de conse. dist. iiij. ca. ij.

b Peruenitur. De consec. dist. iiij. per aquam.

c Reserauit. De conse. dist. iiij. proprie.

d Authoritates. scilicet, Iacobi. s. charitas operit multitudinem &c. & illam in euangelio de peccatrice, dimissa sunt ei &c.

† Vt declarat beat⁹ Petr⁹ episc. j. ca. iij. in fine.

e Saluus erit. Qui autem non crediderit nec baptizatus fuerit condemnabitur.

Glo. seq. alleg. unã concor. & unum cõtrarium.

f Tota authoritas. Vniformis enim debet esse cuiuslibet authoritas intellectus. argument. xvj. qõ. vij. & hoc dicimus. Argu. contra iij. qõ. iiij. hi qui.

g Ad aptitudinem. Sicut & illud participium retinens qđ ponitur in descriptione matrimonij ad aptitudinem non ad actum refertur: quæ habetur. xxvij. q. ij. §. j. Matrimonium est coniunctio maris & fœminæ in diuiduam uitæ consuetudinẽ retinens. intellige quamuis non retineatur quo ad actum tamẽ quo ad aptitudinem retinetur, sicut consueuit dici de iustitia. ff. de iust. & iu. l. iustitia. secundum quòd iustitia est in creatura.

Et de imperatore, qaẽ semper Aug. de iura. cal. c. j. aptitudine uti prin. instit. ubi de hoc in ti. Io. An.

h Absolute. id est indifferenter.

i Ex hac solutione. Et ita oriẽ quæstio, ex solutione, sic s. de uot. ex multa.

k In consimilibus. Arg. ꝙ de similibus simile iudicium debet esse: ut s. de res. inter cæteras. & s. de transla. inter corporalia. & s. de re iud. in causis. & ff. de leg. nõ possunt. C. de leg. l. ult. & s. de confir. uti cũ dilecta. quia ubi eadẽ ratio & idem ius: ut ibi, & s. ei. proxi. cum marthæ. §. fin.

l Duplex. De conse. distinct. iiij. non ex quo.

m Sine consensu partium. j. de reg. iur. omnis res. si. de cõs. di. iiij fili⁹ Dei. Sed adhuc. Diuidiẽ iste §. Secunda pars ibi. ad hoc Abbas.

Opus

a Opus impfectionis. Duplicitatis enim Deus aſpernator eſt. xxij. qō v. qui peierare paratus eſt. §. ex his omnibus. uerſi. ſed ſicut.

Gloſſ. ſeq. arg. allega. q. iura in contrarium. Demū elicit tria argumenta.

originale peccatum amētibus, & dormientibus in baptiſmo ſicut paruulis dimittat̄. Ad hoc taliter eſt reſpondendū, quòd dominus qui totū hoīem ſaluū † fecit in ſabbato, opus imperfectionis a nō nouit, & ob hoc peccata non ex parte, b ſed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati, eſt carentia uiſionis c Dei: actualis uero pœna peccati eſt gehennæ perpetuæ cruciatus. unde ſi dimitteretur alicui primum altero non dimiſſo, talis nō careret uiſione Dei propter originale d dimiſſum, & cruciaretur in gehenna perpetuo propter reatū criminis actualis, ſed hæc tanquam incompaſsibilia e ſeſe minime patiuntur, imo ſibi mutuo aduerſantur.

Amentes uel dormientes baptiZati, ſi ante dementiam uel dormitionē baptizari uolebant characterem ſuſcipiunt, alias ſecus. coacti uero cauſatiue ſuſcipiunt. h. d. uſque ad fi.

Item quæritur utrum dormientibus & amentibus ſacramenti ſaltē character in baptiſmate imprimatur, ut excitati a ſomno, uel ab ægritudine liberati, nō ſint denuo baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, ꝙ ſacramenta quæ per ſe f ſortiunt̄ effectū ut baptiſmus & ordo, cæteraq; ſimilia, nō ſolū dormientibus, & amentibus, ſed inuitis & contradicentibus & ſi non quantum ad rem, g quantum tamen ad characterem conferūtur: cū nō ſolū paruuli, qui nō conſentiūt, ſed & ficti h qui quāuis non ore, corde tamen diſſentiunt, recipiūt ſacramentum. Sed opponitur talibus, quòd qui † fuiſſent inuiti & reluctantes immerſi, ſaltem ratione ſacramenti, ad iuriſdictionem eccleſiaſticā pertinerent: Vnde ad ſeruandam regulam fidei Chriſtianæ, forent rationabiliter compellendi. uerum id eſt religioni Chriſtianæ contrarium, i ut ſemper inuitus & penitus cō

† Alias, ſanum.

b Ex parte. De cōſe. diſt. iiij. regenerante. & de pœ. diſ. iij. ſunt plures. Et eſt argu. quod ſi aliquis excommunicatus eſt pluribꝰ excommunicationibus, ſi abſoluat̄, omnino eſt abſolutus. Sed eſt argu. contra. ĩ. de ſent. excom. cū pro cauſa. ij. q. iij. c. ſi quē. §. ꝑuaricator. uerſi crimina plura 1 Item arg. ꝙ nihil reputatur actū, dū aliquid ſupereſt agendum. vij. q. j. nihil. xxxviij. diſtin. quæ ipſis. C. ad ſylla. l. ul. Et ar. ꝙ ſententia nō debet pro parte ualere, & ꝓ parte nō ualere. ff. famil. ercis. in hoc iudicio. 2 Itē nō ualet pro parte aliquid fieri, niſi id totū fiat. ff. de decu. in cauſæ. ff. pro derelicto. l. iij. ff. de trāſact. cum hi: ſic nec liberatur pignus, licet de parte debiti. ſit ſatis actū. C. de diſtrac. pign. quandiu. Et qui aliquid debet facere: faciēdo pro parte, non liberat̄. 3 ff. de uerb obli. in executionibus. §. pen. Et impietas eſt, ab eo qui iuſtus eſt, dimidiā ſperare ueniam: ut in præalle. §. ſunt plures. Vnde uerſus. Larga Dei pietas ueniam non dimidiabit. Nam nihil aut totum te lachrymante dabit.

1 Dic ꝙ excōmunicatio & ipſius abſolutio ſūt actus humani. i qbus nil cōiter eſt ꝑfectum. Tulliꝰ idē de offi. nil difficilius eſt quā re perire qđ in ſuo gn̄e ab oī ꝑte ꝑfectū. & idem Priſcianꝰ maior. Io. an.

2 De hoc ſ. de conuer. cōiuga. placet. Ioan. An.

3 De hoc infra, de pen. ſuā. Ioan. An.

c Carentia uiſionis. Paruuli enim qui ſine baptiſmo decedunt, in tenebris manent. de conſe. diſt. iiij. nulla præter, & pœna illa mitiſsima eſt omniū, de cōſe. di. iiij. regenerante. & tamen ſempiterno igne puniunt̄ di. ea. firmiſsime. Sed mitis dicitur pœna illa, carentia uiſionis reſpectu aliarū, ſed mors perpetua 4 dicitur xxx. q. j. ad limina. Ber.

4 Dicit Hoſti. ſed mors æterna peior dicit̄. Ioā. And.

d Propter originale. Sed nonne propter actuale, debetur carentia uiſionis Dei adulto 5 Quid ergo expedit originale dimitti, cum & ſi dimittatur, tamen debetur carentia uiſionis Dei ob aliud, ſ. actuale. nā & ubi aliquid debet̄ ex pluribus cauſis, una remiſſa, ex alia petitio reſtat: ut qui repudiauit ſucceſsionē per unde liberi, admittitur ad ſucceſsionē per unde cognati. ff. de ſuc. edi. l. j. §. ſed & uidendū & ar. ff. de ſer. urb. prædio. ſi domus. ar. pro, & contra. ſ. de cauſa poſ. paſtoralis. & ſ. de iudic. examinata. Sed poteſt dici, qđ hæc ratio ſuperficialis eſt. & prima uerior eſt quia Deus opus imperfectionis non nouit: quia in baptiſmo omnia crimina dimittuntur. de conſe. diſt. iiij. regenerante. uel diuerſifica, 6 pro actuali reuera debetur, nō ſolum carentia uiſionis ſed & maior pœna & ita non directe. Sed pro originali debetur tātum carentia uiſionis dei directe: & ſic non ꝓdeſt dimiſsio originalis peccati, cū poſtea actuale ſuperuenit tanquam de quo non pœnituit: quia qui peccat in uno, factus eſt omnium reus. ĩ. de regu. iur. defleat. Sed paruuli, nullum peccatū habent actuale, & iō nō eſt ſimile & de amentibus & dormientibus, qui originali & actuali grauantur, & iō ēt originale non tollitur: quia nō prodeſſet nec debet ꝓbari, quo probato non prodeſt. C. de probat. ad probationē. & ſ. de of. deleg. cum contingat. in illa glo quę incipit, nota quod non debet.

5 De hoc in cōſtitutione benedicti, q̄ incipit benedictus. Ioan. An.

6 Secundū Vin. dicebat Hoſti. qđ litera ſic legi debebat. Ponamus per impoſſibile, qđ peractuale non impediat̄ ad ultus a uiſione dei, ſed ꝑ originale tm̄ ſi dicamꝰ originale tolli: & actuale remanere: ſequet̄ euidēs abſurditas, de qua dicit text. nullꝰ enim pōt Deum uidere: & cruciari: nec q cruciat̄ ꝑt uidere deū ut patet ĩ autoritate Auguſtini quā ſupra poſuit ſuper uer. đ paruulis. & ſic dicit literā planā Io. And.

e Incōpaſsibilia. Argu. quod eadem res non operatur cōtrarios effectus. lvij. diſtin. ſi quis in ægritudine. præſumitur enim ibi, quod peccata non ſint dimiſſa ei qui in timore ęgritudinis baptizat̄: quæ præſumptio nō tollitur per baptiſmum, cum baptiſmus ipſam inducat. unde non operatur hos contrarios effectus. ſic eadem res non parit obligationem & liberationem. ff. de ſo. qui hominem. §. ult. Item. In prima ponit̄ quæſtio. In ſecunda ibi, ſunt autem quorundam opiniones. In tertia ibi, ſed opponitur, illi quęſtioni opponit'. In quarta ibi, propter quod. opinionis ueritatem exprimit. In quinta ibi, dormientes. principaliter. quæſtionem ſoluit. Abbas.

† Alias, quamuis.

f Quæ per ſe ſortiuntur. Id eſt abſque conſenſu accipientis. Lau.

g Ad rem. Id eſt quantū ad ſolutionē peccatorū. B.

h Sed ficti. Vt j. q. j. ſicut ficti. & de conſe. di. iiij. ſolet quæri. Ber.

i Contrarium. Ar. quod ad fidem, nullus debet compelli inuitus: ſed ſicut libera uolūtate perijt, ita libero arbitrio cōuertatur. xlv. diſt. de iudæis. & c. q ſincera. & xxiij. q. v. ad fidem. Arg. cōtra. xxiij. q. vj. c. j. ubi dicitur, ꝙ Paulus coactus uenit ad fidem. Sed illud diuino iudicio fuit factum, cuius facta ad conſe-

tradicens ad recipiendam & seruandā Christianitatem aliquis compellatur. Propter quod inter inuitum, & non inuitū, coactū & non coactū alij non absurde distinguunt: quod is qui terroribus atque supplicijs uiolenter attrahit, & ne detrimentū incurrat baptismi suscipit sacramétum, & talis (sicut & is qui ficte † ad baptismū accedit) charactere suscipit Christianitatis impressum, & ipse tanquam conditionaliter a uolens, licet absolute nō uelit cogēdus est ad obseruātiā fidei Christianæ, in quo casu debet intelligi decretum concilij Toletani, b ubi dicitur, quod qui iampridem ad Chrstianitatē coacti sunt (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisibuti) qa iam constat eos sacramentis diuinis associatos & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis domini extitisse participes: oportet etiam, ut fidē quam necessitate susceperunt tenere cogantur: ne nomen domini blasphemet: & fides quam susceperunt, uilis ac contemptibilis habeatur. Ille uero qui nunquā consentit, sed penitus cōtradicit: nec rem, nec characterem suscipit sacramenti: quia plus est c expresse contradicere, quâm minime consentire: sicut nec ille notā alicuius reatus incurrit, qui cōtradicens penitus & reclamans thurificare idolis cogitur uiolenter. Dormiētes autem, & amentes, si priusquam amentiam incurrerent, aut dormirent, in cōtradictione persisterent: quia in eis intelligit contradictionis propositum perdurare: d si fuerint sic immersi, charactere non suscipiunt e sacramenti. secus autem, si prius cathecumeni extitissent, & habuissent propositū baptizādi. Vnde tales f in necessitatis articulo consueuit ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramētalis imprimit operatio, cum obicem uoluntatis contrariæ non inuenit obsistentē. g

Idē Meteñ. episcopo.

Nemo potest seipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo.

CAP. IIII.

quentiam trahi non debent. speciale in ipso fuit, uel ita. Paulus persequebatur fideles, & inter ipsa flagella mutatus fuit, & factus uolēs. xxiij. q. iiij. displicet. uersi. qualiter Paulus &c.

a Conditionaliter uolens. Et sic coacta uolūtas, uoluntas est. xv. q. j. merito quærit. & ita coactio conditionalis, non impedit sacramentū baptismi: ut hic patet sicut non impedit sacramentum ordinis. lxxiiij. dist. ubi ista. xlv. dist. de iudæis. neque sacramentum matrimonij xxij. qō. iiij. inter cætera. & j. de spon. ueniens. talia enim iuramenta sine interitu salutis æternæ possunt seruari. s. de iureiu. si uero. & c. cum contingat. impedit tātū matrimonium 1 spirituale. s. qđ met. cau. perlatū. sed ibi fuit iustus met⁹, mortis, s. qui cadit in constantē uirum. in prædictis uero concord. non fuit metus qui caderet in constātem uirum, sed coactio quædam conditionalis, quæ non impedit matrimoniū spirituale siue carnale, quia idē esset in utroque. Sed nū quid ille qui conditionali coactione recipit ordinem, tenetur cōtinere? bene uidet quod sic: quia coacta uoluntas est uolūtas xv. qō. j. merito. maxime si dicatur, quod uotum est annexū ordini. xxviij. dist. diaconi. & lxxxiiij. di. cum in prælterito. Satis uidet, quod continere cōpellatur, quia licet quodam modo inuitus ordinem susceperit: uolens tamen fuit. unde ratione illius indirectæ uoluntatis cogitur continere. Io. dixit 2 quod nō cogitur: quia integritas corporis res est uoti, & non præcepti. xxij. q. j. integritas. & s. quod. me. cau. perlatum. nam cōtinētia nō est, nisi uoluntaria xxxj. di. ante trienniū. arg. xx. q. iij. præsens clericus & sic ordinatus. non habet priuilegium clerici. si tamen uult uti eo, potest 3 secus dicit in baptismo: quia illud est sacramentū necessitatis. similiter non ualet testamentum eius, qui inuitus testatus est, uel si testes teneantur inuiti c. de testa. qui testamento. §. ult.

b Concilij. Toletani. xlv. dist. de iudæis. cuius uerba hæc sunt.

c Plus est. Sic j. de simo. sicut. & j. de homi. Petrus. & j. q. iiij. quia præsulatus. argu. ff. de arbit. non cogendum in fi. C. de filijsfa. l. j. lib. x. simile est in personis cōiunctis, quæ agere possunt sine mādato. s. de rescr. nonnulli. cap. ex parte. ff. de procu. Pōponius. ad fin. sed contra mandatum nō possunt. ff. c. sed & hæ psonæ.

d Perdurare. Si. j. de senten. excom. a nobis non semper durare præsumitur uoluntas, nisi probetur mutata. s. de his quę ui metusve causa fi. perlata. ff. de proba. cū qui. & ff. de le. ij. l. Luci⁹. in fin. Sed quid si quis ab infantia fuit amēs: nūquid prodest ei si baptizetur? ar. quod sic. ff. de leg. ij. cum pater. §. surdo. quia perinde habet, ac si nunc sit infans, quia nullo peccato grauatur, nisi originali. iij. qō. ix. indicas. Sed quare amens uel dormiens, nō recepit sacramētū baptismi, & ille qui coactione absoluta cogitur, cum in baptismo non requiratur intentio baptizati, sed baptizantis. j. qō. j. sicut ficti. & de conse. dist. iiij. solet? Hęc quæstio quam mouet hic Ioā. soluit per literā, quia amens, dormiēs, qui ante cathecumini fuerunt, recipiunt bene sacramētum, qui uero semper inuiti fuerunt & contradixerunt, non recipiunt: unde adhuc præsumuntur inuiti, Et nemo inuitus, ad fidem cōpellitur: ut dicit s. 4 & c. sicut ficti. & c. solet. non contradicunt. quia illi ore exprimunt, licet corde dissentiant, & ideo sacramentum recipiunt, quia ecclesia dare intēdit. sed tale sacramentum non prodest ad remissionem peccatorum, nisi cum fictio illa recesserit. de consecratione distinctione quarta. tunc ualere.

e Non suscipiunt. Sed quid si excitati a somno ratū habeant? Non prodest, quia nihil recipit: & ideo non est quod ratum habeat, sed iterum baptizetur. Bernardus.

f Tales. Scilicet catechumenos.

g Obsistentem. Si. de conse. distin. iiij. quæris a. ff. ad se. cō. ma. si filius 5 & ff. de acqui. hæred. l. qui in aliena. §. si is. Ber.

† Contra tenēt oēs Theologi quod qui mente dissentit utcūq; confessum fingat, nō recipit sacramētū nec rem sacramenti, sed quod omnino rebaptizādus sit Durā. in iiij. Sētē. distin. iiij. & ibi Gab biel. q. j & q. ij. & Iac. Almain. idē Io. Gersō. par. j. ī cōpen de sacramentis Ang. Clauer. baptismus. vj. §. vj. & alij.

1 Quādo est iustus metus, ut patet p sequentia. Ioā. And.

2 Hic, & lxxiiij. distin. ubi ista. & idē Vin. Phil. Sed Goff. cōtra hic ī summa. de ætat. & qual. §. circa hanc & duob⁹. §. sequen. nisi prius habuisset uxorē legitimā, qua licite uti poterit, secundū eū. Ioā. And.

3 Sʒ si postea cauerit: utetur priuilegio & cōpellit continere. & hoc teneas secūdum Hos. & intelligit ratificare etiā

tacite. ut si semel inductus dicat epistoli. ad hoc de reg. iu. dua. Ioan. And.

4 Facit ad hoc tex in l. hoc. iē. §. non potest. ff. de dona.

5 Vide de testib. c. uenisset. super glo. ij. Io. An.

Debi-

DEbitum:& infrà. Sanè intimaſti, quòd quidam Iudæus in mortis articulo conſtitutus, cùm inter Iudæos tantum exiſteret, in aquam ſeipſum immerſit dicendo, ego me baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti, amen:& infrà.

Reſpondemus, quòd cum inter baptizantem & baptizatum debeat eſſe diſcretio, a ſicut ex uerbis domini colligitur dicens apoſtolis. Ite baptizate omnes gentes in nomine patris,& filij, & ſpiritusſancti: memoratus Iudęus eſt denuo ab alio baptizādus, ut oſtendatur, ꝙ alius eſt qui baptizatur, & alius qui baptizat. Ad quod ēt deſignādum ipſe Chriſtus non à ſeipſo, ſed à Ioanne b uoluit baptizari. quamuis ſi talis c continuò deceſsiſſet, ad cæleſtem patriam protinus euolaſſet, d propter ſacramēti fidē & non ꝑ fidei ſacramentū. In baptiſmo quippe, illa ſpiritualis generatio celebrat, de qua ueritas e ait. Oportet uos naſci denuo: quia niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritusſancto non intrabit in regnum cælorū. Sicut ergo in carnali f generatiōe: quia proles ex uiro & fœmina naſcit, alius eſt qui carnaliter gignit, & alius qui carnaliter gignitur, ſic in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua & ſpiritusſancto renaſcitur, alius debet eſſe, qui ſpiritualiter generet, & alius qui ſpiritualiter generetur. Sanè cum corpus exterius ſiue cum cor interius baptizatur, oportet, ut utrobique paternitas & filiatio ualeat inueniri, quibus baptizans & baptizatus adinuicem referantur. g

Idem Moroſienſi epiſcopo.

Vbi deeſt uerbum, uel elemētum aquæ, non eſt baptiſmi ſacramentum.

CAP. V.

NOn ut opponeres:& infra. Poſtulaſti utrū paruuli ſint pro Chriſtianis habendi quos in articulo mortis conſtitutos propter aquæ penuriam, & abſentiam ſacerdotis aliquorum ſimplicitas in caput ac pectus ac inter ſcapulas, pro baptiſmo ſaliuæ conſperſione liniuit? Reſpondemus quòd cùm in baptiſmo duo ſemper uidelicet uerbum h & elementum i neceſſariò requirātur, iuxta quod de uerbo ueritas k ait: Eūtes in mundum uniuerſum prædicate Euangeliū omni creaturæ, & baptizate omnes gentes in nomine patris,& filij, & ſpirituiſancti. eademq; dicat de elemento: l Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritusſancto, non intrabit in regnum cælorum. dubitare non debes, illos uerum non habēre baptiſmū, in quibus non ſolū utrumq; m prædictorū, ſed eorum alterum eſt omiſſum. †

Idem in concilio generali.

Baptizatos à Latinis Græci rebaptizare nō debent.

CAP. VI.

LIcet Græcos diebus noſtris ad obedientiam ſedis apoſtolicæ reuertētes n fouere ac honorare uelimus, mores ac ritus eorum (inquantum cum domino poſſumus) ſuſtinendo, in his tamen illis deferre nō uolumus, nec debemus, quæ periculū generāt animarum, & eccleſiaſticæ derogant

a DEbitum. Diſcretio. Sic inter præſentatum & præſentātem. ſupra de iure patrōatus. per tuas. alias per noſtras. & īter dantem & recipiētem. ſupra de inſti. capit. ultimo. quia nemo oriri debet a ſeipſo. xxiiij. quæſtione j. didicimus. poteſt tamen apud ſemetipſum emācipare. ff. de adopt. ſi conſul.

b A Ioanne. De conſecratio. diſtinctio. iiij. per aquā. 1 & cap. catechumenum.

c Talis. ſ. Iudæus ille. Ber.

d Euolaſſet. De pœnis. diſtinct. vij. capitu. ult. uerſicu. nullas expectet qñ peccare non poterit.

e Veritas. ait. j. q. j. firmiſsime.

f In carnali. Sicut alias eſt ſimilitudo inter carnalem & ſpiritualē generationem: ut ſicut uir non poteſt ſibi filium legitimū carnalem quærere, cuius uxor mater nō ſit: ita nec ſpiritualem quin uxor eiuſdem commater ſit parentibus illius. xxx. q. iiij. ſi quis ex uno. & infra de cogna. ſpiri. Martinus Berta. Laur.

g Referantur. natura enim correlatiuorū eſt, quod ſimul non patiuntur ſe in eodem ſubiecto. 2 argu. xxxv. quæſtio. j. capitu. j. Lauren.

NOn ut apponeres. cōmunis diuiſio. Secunda pars ibi reſpondemus. Abbas. Siculus.

h Verbum. j. q. j. detrahe. ubi de hoc. Iſta duo neceſſaria ſunt in baptiſmo aquæ, ſecꝰ in baptiſmo ſanguinis uel flaminis. de conſe. diſtin. iiij. baptiſmi uicem. Quod dicit uerbū, ſic intellige, ſi quis baptizat, & nō dicit in nomine patris,& filij,& ſpiritusſancti, nō eſt baptizatus: quia nec elemētū, nec uerbum tantū ſufficiunt. Vel uerbum, id eſt filium, quaſi diceret, ſi qs baptizat & nō addit in nomine filij, nō eſt baptizatus. de conſecra. diſtin. iiij. in ſynodo. uel uerbum, id eſt forma: quaſi diceret, ſi nō ſeruetur forma quæ traditur. ſ. eo. cap. j. & hic nō eſt baptiſmus.

i Elementum. id eſt aqua. & ſic nō ē baptiſmꝰ ſine aqua.

k Veritas. De conſecr. diſtinctio. iiij. proprie.

l De elemento. De conſecr. diſtin. iiij. c. j. & j q. j. firmiſsime. Hic enim exprimitur forma baptiſmi quæ ſi obſeruata nō fuerit, nō eſt baptiſmus. de hoc dictum eſt ſ. e. c. j.

m Vtrunque. ſcilicet, aqua & uerbum.

LIcet. Græcos. Præmittit exordium, & duplicem narrat Græcorū exceſſum. Secundo id fieri ꝓhibet. Tertio pęnam imponit. Secunda ibi, uolētes. Tertia ibi, ſi quis. Abbas Siculus.

n Reuertentes. De iure. n. eccleſia Græcorum ſubiecta eſt Romanæ eccleſiæ. 3 xxiiij. q. j. rogamus.

Tan-

1 Dicit Abb. ꝙ hæc cōcor. melius ad aptentur ad uerbū euolaſſet. Ioā. And. Matt. 18

Ioan. 2.

2 Arguit Hoſt. pro dño ſuo, qui dicebat pactū nudū non ueſtiri re, uel cōſenſu uerbis uel literis: cū nō poſſit ibi diſcerni ueſtiens uel ueſtitum. remittit aūt ad ſū. de pact. §. quot ſint diuiſiões ſub. §. ſup eſt. ut de pac. Ioan. And.

† Adde inſim. tex. concor. in l. ſi unus. C. ꝺ teſti.

3 Et illiꝰ & aliarum omniū eccleſiarum mater eſt Romana eccleſia & magiſtra. ꝺ ſum. tri. & fide cath. ca. ij. ad fi. ꝺ homici. pro humani. libr. vj. In auth. ꝺ eccle. tit. C. de ſumma tri. l. ſi. ad idem. ij. q. vj. ad Ro. ij. Io. An.

honestati. Postquã enim Græcorum ecclesia, cum quibusdam complicibus & fautoribus suis, ab obedientia sed. aposto. se subtraxit, † intantum Græci cœperunt abominari Latinos, quòd inter alia quæ in derogationem eorùm impiè committebãt, si quando sacerdotes Latini super eorum celebrassent altaria, non prius sibi sacrificabãt in ipsis, quàm ea, tanquam [a] per hoc inquinata lauissent. baptizatos etiã à Latinis, ipsi Græci rebaptizare ausu temerario præsumebant: & adhuc sicut accepimus, quidam hoc agere nõ uerentur. Volentes igitur tãtum scandalum, ab ecclesia Dei amouere sacro suadente concilio districtè præcipimus, ut talia decætero non præsumant, conformãtes se tanquam filij obedientes sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matri suæ: ut sit unum [b] ouile: & unus pastor. Si quis autem tale quid præsumpserit, excommunicationis mucrone percussus ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponatur. †

TITVLVS XLIII.

DE PRESBYTERO NON baptizato.

Ex concilio apud Compendium.

Si nõ baptizatus ordinatur, ordinis characterẽ non recipit.

CAP. I.

Si quis presbyter ordinatus [c] deprehenderit se non esse baptizatum: baptizetur: & iterum ordinetur. [d]

Innocent. iij. episcopo Cremonen.

Omißio baptismi non nocet credenti probabiliter esse baptizatum.

CAP. II.

Apostolicam sedẽ consulere decreuisti: & infra. Inquisi. t. t. r. presbyrum quem sine unda baptismatis extremum diem clausisse significasti: quia in sanctæ matris ecclesiæ fide, & Christi nominis cõfessione perseuerauit: ab originali [e] peccato solutum, & cælestis patriæ gaudium esse adeptum, asseruimus incunctanter. Lege sup viij. li. August. [f] de ciuitate Dei, ubi inter cætera legitur baptismus inuisibiliter ministratur, quem non cõtemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Librum etiam beati Ambrosij [g] de obitu Valentiniani, idem asserentis reuolue. Sopitis igitur quæstionibus doctorum, patrum sententiam teneas: & in ecclesia tua iuges preces hostiasq; Deo offerri iubeas pro presbytero memorato.

Innocen. iij. Ferrarien si episcopo.

Non baptizatus ordinari, nõ potest, & si de facto ordinetur. non recipit ordinis charecterẽ, licet crederetur baptizatus.

CAP. III.

Veniens ad aposto. sed. I. lator præsentium nobis exposuit, quòd cùm ad gradum sacerdotij ascendisset, comperit tandem, quòd non fuerit secundum formam Euangelij [h] baptizatus, unde nos eũ ritè fecimus baptizari. Cùmque super ordinibus fuisset diutius

---

[a] Tanquam per hoc dictum est s. d ma. & obed. solite, [b] Vt sic unum. s. de maio. & obe. solite. circa fin.

DE PRESBYtero non bap.

Viso de baptismo: quia aliqui sepe promouẽtur, nõ baptizati, ad ordines, de quibus dubitari poterat utrũ essent uere ordinati, uel an deberent baptizari. merito post præcedẽtẽ subijcitur iste. Abb.

De *hac materia tractatur. j. q. j. si quis confugerit. et c. si quis per ignorantiam.*

Si quis. [c] Ordinatus. De facto: qa qui de iure ordinatus non est, presbyter non est cẽsendus: ut j. q. j. si qs cõfugerit. & c. si qs per ignorantiã. [d] Ordinetur. Ex hoc patet, qd nullũ [i] ordinẽ recepit. j. e. ueniens qa baptism9 est ianua omniũ sacramẽtorũ xxxij. di. præter §. uerum. & j. e. ueniens. si ergo prio ordinẽ suscepisset, iterũ nõ esset ordinandus. j. q. j. quod quidam. Ber.

[e] Apostolicã. Ab originali. Et etiã ab actuali peccato. de cõse. di. iiij. cathecumenum. Sed cõtra. de consecr. di. iiij. firmissime. & j. q. j. firmissime. in quibus dicit, sine quo baptismo null9 saluatur quod uerum est de eo, qui potest baptizari & nõ baptizat. iste Vo credebat se baptizatũ & in fide illa saluatur: & iste non contẽpsit. [z] Et est triplex baptismus, scilicet fluminis, flaminis, & sãguinis. hic autẽ baptismo flaminis inuisibili baptizatus fuit p fidẽ quam habuit de baptismo. simile. supra ti. prox. de bitum.

[f] Augustini. pur habes de consecra. distin. iiij. baptismi uicem. & capit. cathecumenum. & c. non dubito. alias non dubium.

[g] Ambrosij. Legitur beatum Ambrosium dixisse de Valentiniano, qui dũ properaret ad baptismum in itinere decessit: uentrem meum doleo: quia quem regeneraturus eram, perdidi: ille tamen gratiam quam poposcerat non amisit. Laurẽ. Sic ergo patet, quod iste p solam fidem quã habebat de baptismo saluat9 est. Iste credebat se sacerdotẽ fuisse, sed nõ erat ĩ ueritate. supra eo. cap. proxi. & infra eod. cap. proximo. Nunquid conficiebat? non in ueritate: sed quo ad se, bene conficiebat: & quo ad alios qui hoc credebant & tanquam uerũ sacramentum conficeret sibi & recipiẽtibus ab ipso, credo quod proficiebat. De hac materia dicitur supra d elect. dudum. ij.

Veniens Pro summa. accipe c. j. supra eodẽ. Primo ponit de baptismo tradito ei, qui nõ fuerat rite baptizatus. Secunda ibi, cumq;. circa ordinẽ allegat, pro, & contra. Tertia ibi, quia uero. diffinit. Abb. Sic.

[h] Euangelij. Ite per mundum uniuersum, baptizare omnes gẽtes in nomine patris. & filij, & spiritussãcti. quam habes supra titu. proximo. non ut ap-

---

† Imo nũ quã subijci uoluit, & dicit se primitiuã nedum æqualem.

[i] Ita qd nec ẽ character impssus, not. in tex. unde uidet, quod si p9 baptismũ iste nolit ordinari: & sit laic9: & licet cõtrahere ñ dbeat quasi cõtinentiã uouerit: tamen cũ uotum nõ fuit solẽne, teneret matrimoniũ si contrahere t. & facit quod not. de uoto. c. uno. li. vj. ĩ gl. ergo. si. Ioan. And.

† Alias, suspendatur.

[z] Hãc gl. dicit Pan. esse sing. hic ad effectum baptismi.

Baptism9 triplex.

ut apponeres.& c.debitũ.de conse. dist.iiij.proprie.
a Omnium sacramentorum. xxxij. dist.c.præ. §.uetum.Ber.
b Superædificari.j.q.j.cum Paulus.
c Per sacramentum fidei. In cuius perceptione gratia confertur, sec⁹ in sacramento matrimonij, i q̃ est etiam apud infideles.j.de diuor.gaudemus. & xxvj.di. deinde opponitur. & supra,de transl. c.quanto.
d Habet per fidẽ. Quam quis habet de ipso sacramẽto, licet ipsum sacramẽtum nõ habeat sed credat se habere.s. eo.c. proxi.& s.tit. prox. debitũ & ita talis baptismus dicitur baptismus flaminis.idem est in baptismo sanguinis, per quem saluati sunt innocentes.
e De nouis.i.de sacramentis, noui testamenti.
f De ueteribus.id est,de sacramentis ueteris testa.
g Coniugij. infra de diuortijs gaudemus. & capitulo quantum. & xxvj. distin. deinde.
h A non baptizatis.scilicet,baptismo fluminis, sed baptismo flaminis baptizatis, cũ illi, quo ad gratiam baptizati intelligantur : & accipere possunt sacramentum eucharistiæ.
i Videtur. sed non est uerum quod cõferatur:ut j.patet. sed allegãdo dicit hoc.
k In concilio apud Compendiũ. s.eodem.c.j.& hic ponit quæstionis solutionem,per cõcilium apud Compendium celebratum.
l Vsque. inclusiue per hoc quod sequitur.
m Ministrare. sed obijcitur. ille credebat z se baptizatũ,& sic habebat sacramentum fidei,ergo fuit ordinatus.arg.s.eo.c.proxi.& s.eo.c.j. quare ergo ordinatur,cum per hoc fiat iniuria sacramento.j.q.j.quod quidam. Hæc obiectio non ualet: quia licet quis habeat sacramẽtum per fidẽ, quã cito incipit scire se non habere sacramentum baptismi,& contemnit illud recipere, statim amittit sacramentum fidei : unde iterum ordinatur:quia certus est.q̃d non receperat ordines ante baptismum. Sed quæ forma seruabit.circa istum si omnino certum esset, q̃ nõ fuit baptizatus? Tunc cõmunis forma seruabitur,quã habes.s.tit. proxi. non ut apponeres. sed si illud habetur dubiũ, seruabitur forma illa.s.ti.pro xi.ca.j.
n Intelligitur ite ratũ.Sic de conse. dist.j.solennitates.
o Nec male. Tacita responsio uidet. quasi dicat,licet dicamus istum baptizandum, non ideo male sentimus de sacramento baptismi : quia si aliquis in articulo mortis uelit baptizari, nec est qui uelit eũ baptizare, propter hoc non minus erit saluus. s. tit.prox.debitum. de conse.dis.iiij.catechumenũ.cum illud non religionis contẽptus, sed necessitatis articulus impediuit.
p Necessitatis. uel ignorantiæ facti, quæ excusat.s. c.proxi.
q Contrariũ probaretur. No.uiolẽtam præsumptionẽ admittere probationem in contrarium. xxv.q.iij. extraordinaria. & xxvij. q.j.nec aliqua.s.de prob.pro posuisti. & c. causam matrimonij. Bernardus.

f Et ĩ om ni uoluntario sine quo p̃t salus habe ri.j.q.j. §. sed notandum, secũ dum Gof. Ioan. An.

z Et si nõ credebat pp suam puersam conscientiam dispẽsatio nẽ nõ meretur. sed secundum Vin. incertũ est ecclesiæ q̃d ipse credi derit:cum ipse solus non nouit. unde q̃d tutius est,eligit. placet tñ ipsi Vinc. & Io.nullum posse recipere ordinẽ añ baptismũ aquæ : de quo secũdũ eos dr̃, q̃ sit ianua oĩum sacramentorũ. xxxij. dis.ca. præter. §. uerum. Ioã. And.

disputatum, quidam in ea declinauerũt sñiam. ut cũ baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum a ante susceptionẽ baptismi,nõ suscipit aliud sacramentum, quoniã ubi fundamentum non est,superædificari b non põt. Porro econtra uideri posset.Nam cum quis non solum per sacramentũ fidei c sed per fidem etiam sacramenti, efficiatur proculdubio membrum Christi:& qui Christum habet per fidem d etiam si baptismum non habeat, habet utique fundamentum, præter quòd aliud poni non potest,quòd est Christus Iesus: superædificare posse uidetur, sicut salutifera opera,sic & quælibet ecclesiastica sacramenta: cum illud non sit generaliter uerũ, neq; de nouis, e neq; de ueteribus f sacramẽtis,q̃d baptismus sit fundamẽtum illorũ, quoniam & sacramentum coniugij g & eucharistiæ a non baptizatis h recipi põt. Præterea sacramẽtum ordinis, non solum pontificalis sed sacerdotalis etiam & Leuitici ex institutione sua, præcessit baptismum:per quod forsitan uidetur, i quòd ante baptismum huiusmodi ordines possunt rite cõferri, maxime his qui baptizati esse creduntur:& infra. Quia uero in cõcilio k apud Compendium legitur constitutum,quòd si quis in presbyterum ordinatus deprehẽderit se nõ esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: nos circa latorem præsentium in hoc dubitabili casu quod tutius est sequentes, Mandamus quatenus ipsum p singulos ordines usq; l ad sacerdotiũ promouere procures:& permittas eum in sacerdotio ministrare m : quia nõ intelligitur n iteratum, quod ambigitur esse factũ nec male o de sacramento sentitur,cũ illud nõ religionis contẽptus, sed articulus necessitatis p excludit.Et certe de illo qui natus est de Christianis parẽtibus, & inter Christianos est fideliter cõuersatus,tam uiolenter præsumitur, q̃ fuerit baptizatus, ut hæc psumptio pro certitudine sit habenda, donec euidentissimis forsitan argumentis cõtrariũ probaretur. q

TITVLVS XLIIII.

DE CVSTODIA Eucharistiæ,chrismatis, & aliorũ sacramentorũ.

Innocen. iij.in concilio generali.

Eucharistia & chrisma debẽt fideliter sub clauibus custodiri, & cõtra faciẽtes sunt puniẽdi.

CAP. I.

DE CVSTODIA eucharistiæ.

In præcedentibus titu. uisum est, qualiter eucharistia consecratur:iõ merito subijcitur de ipsius custodia. Et quia in baptismate utimur chrismate : ut in c.i. de sacra unc. & supra uisum est de baptismo, ideo additur hic,de custodia chrismatis, & generaliter de custodia omnium aliorum sacramentorum. Abb.Sic.
De hac materia tractatur xxiij. dist.c.clerici qui co-

1 Cõcor. text. in l. nõ est uerisimile. cũ ibi no. ff. q̃d metus cau.

mam usq; ad fi. de cõse. dist. ij. qui bene. & c. si quis per necessitatem. & in alijs ca. & i. q. i. interrogo.



Tatuimus ut in cũctis ecclesijs chrisma & eucharistia sub fideli [a] custodia clauibus adhibitis cõseruent: Ne possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia uel nefaria excedá. Si uero is ad quẽ spectat custodia, ea incaute reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatùr: & si per eius incuriam aliquid nefandũ inde contingerit, grauiori, [b] sub iacet ultioni.

Idem in eodem.

Supellectilia in ecclesiis poni nõ debẽt, nisi necessitas urgeat. h. d. primo. Ecclesiæ debent sua uasa & uestimenta munda tenere, hoc secundo.

CAP. II.

Relinqui nolumus in correctum, quòd quidam clerici ecclesias [c] sic exponunt supellectilibus proprijs & etiã alienis, ut potius domus laicæ, quàm Dei basilicæ uideantur: non considerãtes quòd dñs non sinebat, ut uas trãsferetur per tẽplũ. Sunt & alij qui non solũ ecclesias dimittunt incultas, uerum etiã uasa ministerij, & uestiméta [d] ministrorũ ac pallas altaris, necnon ipsa corporalia tã immũda relinquunt, quòd interdum aliquibus sunt horrori. Quia uero zelus nos comedit domus Dei:



Tatuimus. Primo statuit. Secundo rationem submittit. Tertio addit pœnam. Secũda ibi, ne possit. Tertia ibi, si uero. Abb.

[a] Fideli custodia. Simile. s̃. de celeb. mis. sane. & per laicos, ad infirmos nõ debet deferri eucharistiæ sacramẽtum, sed præsbyter hoc facere debet. de conse. di. ij. peruenit. uel per diaconum si necesse est. xciiij. di. præsente. & ca. diaconus. [1] secundum formam quæ traditur s̃. de celebra. mis. sane. §. sacerdos uero.

[b] Grauiori. Ar. ꝙ propter culpam tenetur quis ad omnia illa, quæ sequũtur ex illa culpa. [2] xxxj. q. ij. de neptis & j. q. j. placuit. Argu. contra xv. q. j. ĩebriauerũt Loth. ff. de furt. uerum. Item argum. ꝙ qui occasionem damni dat, damnum dedisse uideř. l. dist. sæpe. ff. ad legẽ Aquil. qui occidit. §. in hac. & hæc pœna erit ad arbitriũ iudicis, ex quo nõ determinat. s̃. de offi. delega. de causis. sed. s̃. imponit certa pœna trium mensium.

Relinqui. Recitat duos excessus, contra quos secũdo prouidet. Secunda ibi, quia. Abbas.

[c] Ecclesias. In ecclesijs tamen põt & debet iudiciũ ecclesiasticũ exerceri. ij. q. ij. pceptũ. sed no secularia. j. de immunitate ecclesiarum. c. j.

[d] Vestiméta. Vestiméta ecclesiæ honesta & munda debent esse. de consec. dist. j. uestimenta.

[e] In profanis. id est, priuatorum uestibus. Et ita est arg. ꝙ clerici debent incedere ornati [3] uestib⁹, dũ tñ nõ ad iactantiã. xxj. q. iiij. omnis iactantia. quia dissolutos & fractos uestibus nõ recipimus. xlv j. di. par

[1] Quo casu, diaconus baptizare uel euchari-stiã dare possit, ibi no. Io. an.

[2] Dixit hic Vinc. qđ licet falsum testimoniũ perhibẽs sit reus oĩum malorũ quæ ĩde sequũtur: in iudicio tñ aĩæ nõ imponeť, sibi pnĩa. nisi de falso testimonio, licet aggraueť p mala secuta. arg. ff. de seru. cor. l. Nerati⁹. §. j. ubi dř. ꝙ si persuasi seruo ut corrũpat chirographũ debitorũ, tunc tenebor, sed si consuetudine peccandi postea & rõnes cæteraq; similia instruméta subtraxerit uel deleuerit, đ hoc nõ teneor. Ioã.

[3] Dicit Hostiẽ. ꝙ hic nõ pt sumi arg. de ornatu sed de mũditia tm̃. Ioã. And.

simoniam. & incompositio corporis qualitatem indicat mẽtis, [4] ut dicitur ea. dist. §. ult. in fi. nec tamen prohibitas portare debẽt. s̃. de ui. & hone. cle. clerici.

DE RELIQVIIS ET VEneratione sanctorum.

firmiter prohibemus, ne hmõi supellectilia ĩ ecclesijs admittãtur, nisi pp hostiles incursus, aut incẽdia repentina, seu alias necessitates urgentes, ad eas oporteat fieri refugiũ, sic tñ ut necessitate cessãte res in loca pristina reportent. Præcipimus quoq; ut oratoria, uasa, corporalia, & uestimenta prædicta munda & nitida cõseruentur. Nimis enim uideť absurdũ, in sacris sordes negligere, quæ dedecerẽt etiã in profanis. [e]

TITVLVS XLV.

DE RELIQVIIS & ueneratione sanctorum.

Alexander iij.

Sine Papæ licentia non licet aliquem uenerari pro sancto.

CAP. I.



Vdiuimus ꝙ quidã inter uos, diabolica fraude decepti, hominem quendam in potatione & ebrietate occisum, quasi sanctũ (more infideliũ) uenerant: Cũ uix [f] pro talibus in ebrietatibus [g] perẽptis, ecclesia permittat orare: dicit enim apostolus, Ebriosi regnum Dei non posside bunt. † illum ergo non præsumatis decætero colere: cum etiam si per eũ miracula [h] fierent, non

Viso de custo. Eucharistiæ & chrismatis & ueneratione sacrorum sacramentorum, merito subijcitur tit. de reliquijs & ueneratione sanctorũ. Abbas. De hac materia habetur. xi. questione iij. si quis dixerit. l. dist. si quis præpostera de conse. dis. i. loca.



Vdiuinius. Primo narrat factum quod audiuit. Secundo illud improbat ibi. cum uix. Tertio illud phibet: ibi illum ergo. Abbas Siculus.

[f] Cum uix, quasi dicat. non in omni casu: quia tunc nõ orat ecclesia p eo cũ ebrietas fuerit mortale peccatum ut puta assidua. de consec. dist. v. nullus. & xxv. dist. j. §. j. alias ea demum. & xxxv. dist. episcopus. secus cum ebrietas fuerit ueniale peccatũ. xxxv. dist. §. alias. uersi. quoties.

[g] In ebrietatibus. In ebrietate nõ potuit demereri. xv. q. j. sane & capit. si cõcupiscentia. ita nec meritum augeri. arg. hic, & xxij. questio. iiij. unusquisque.

[h] Miracula. Quoniã miracula fiunt quandoq; per malos. j. q. j. teneam⁹. ideo non debet uenerari pro sancto quisquis miracula facit, nisi ab ecclesia Romana prius fuerit per testes legitimos approbatus, ut hic dicit, & j. c. prox. de testi. uenerabili. ubi testes super uita et miraculis recipiũtur: quia quem ipsa reprobat, reprobandus est: & quem approbat approbandus est. xxiij. q. j. hæc est fides. & c. quoniam uetus. & q. ij. sane profertur.

Cum

[4] De Catilina dictum fuit hoc: ut no. de cle. cũ in cunctis. in gl. ij. Ioã. an.

† Adde tex. in l. respiciẽdũ. §. delinquũt. ff. de pœ. Bal. & Alber. de Ro. in l. data opera. C. qui accu. pos. Miracula per malos pñt fieri.

C Vm ex eo. Ponit duplicem excessum, quem prohibet distinguendo inter ueteres & nouas reliquias: ibi ne in posterum. Tertio fraudes per prælatos prohiberi præcipit: ibi, prælati. Abb.

a Venales. Quod esse non debet: quia reliquiæ sanctorũ martyrũ, 1 uel ipsi martyres uẽdi non possunt. C. de satrosan. ecc. nemo: quia res sacra nõ recipit æstimationẽ. ff. de re. diuisio. sacra loca. §. ulti. & iõ 2 non potest uendi: quia uẽditio sine pretio nõ consistit. insti. de emp. & uend. §. pretium. & ff. eo. l. ij. §. sine pretio. Et spiritualia uẽdi nõ possunt, nec spiritualibus annexa. j. de simo. querelam. & s. de iure patr. ꝯ iure. imo qui spiritualia uendit, capitale crimen cum simonia cõmittit. j. q. j. qui studet. ideoque reliquiæ sacræ uendi prohibẽtur, ut j. sequitur.

b Authoritate. Vt s. eod. cap. prox. receptis testibus super uita & miraculis illi⁹. s. de testib. uenerabili.

1 Idẽ est de sanctis alijs sentiendũ. de cele. mis. cum marthæ. §. fi. Io. And.

2 Scilicet quia æstimationẽ non recipit. Ioan. And.

DE OBSERVAtione ieiuniorũ.

Viso de ueneratione sanctorum: quia propter eorũ uenerationem, & deuotionẽ sunt indicta ieiunia ab ecclesia, merito &c. Abb. Sic.

De hac materia tractatur xli. & lxxvi. distinct. per totum. & de cõse. distinctio. iij. quasi per totum. & de consecra. distinct. v. per totum. & in concor. superius allegatis.

E X parte. Cõis diuisio. Secũda pars ibi, ad quod. Abb. Sicu.

c Die sabbati. Si. j. de uerb. sig. quæ-

Seruit⁹ an impediat, ꝓpter medium.

liceret uobis ipsum pro sancto absq; authoritate Romanæ ecclesiæ uenerari.

Inno. iij. in concilio generali.

Sanctorũ reliquiæ uendi nõ possunt, uel paßim ostendi non debẽt, ne circa illas populus decipi poßit.

CAP. II.

C Vm ex eo, quòd quidam sanctorum reliquias exponunt uenales, a & eas passim ostendũt, Christianæ religioni detractum sit sepius: Ne in posterum detrahatur, præsenti decreto statuimus, ut antiquæ reliquiæ amodo extra capsam nullatenus ostendantur, nec exponantur uenales. Inuentas autem de nouo nemo publicè uenerari præsumat, nisi pri⁹ Authoritate b Ro. põti. fuerint approbatæ. Prælati uero non permittant eos, qui ad eorum ecclesias causa uenerationis accedunt, uarijs figmentis, aut falsis documentis decipi, sicut in plerisque locis occasione quæstus fieri consueuit.

TITVLVS XLVI.

DE OBSERVATIONE IEIVniorum.

Inno. iij. clericis sancti Petri Mag.

Vigilia occurrens in dominica, ieiunari debet in sabbato, & ieiunanda est uigilia Mathiæ.

CAP. I.

E X parte uestra quæsitũ fuit, utrũ si natiuitatem domini uel assumptionem beatæ Mariæ, uel festiuitatem alicuius apostolorum, in secunda feria contigerit euenire die sabbati c præcedẽti uigilia debeat ieiunari: & utrum in uigilia beati Mathiæ apostoli, sit ieiunium iniungendum? Ad quod breuiter respondemus, quòd die sabbati festiuitates prælibatæ secundæ feriæ præcedentis, & beati Mathiæ apostoli, debet uigilia ieiunari.

Idem Bracharensi archiepiscopo.

Non capit cõgruam summationem, & textus in se satis clarus est, & multa sunt dicta, quæ patent per §.

CAP. II.

C Onsilium nostrum: & infra. Consul. t. t. respond. quod omnium apostolorum d uigiliæ sunt in obseruatione ieiunij celebrandæ præter uigilias apostolorum Philippi & Iacobi, & beati Ioannis Euangelistæ: quoniam ipsorum solennitas † intra solennitatem paschalem: e istius autem intra natalem domini celebratur. Ieiunium etiam apud nos in aduentu domini agitur sanctorũ quoque uigiliæ quorum festiuitates oportet secunda feria celebrari, in præcedenti f sunt sabbato ieiunandæ. De festiuitate uerò beati Bartholomæi apostoli, de cuius celebratione dubietas orit̃ apud quosdã, respõdemus, ꝙ in

fiuit. sic uidetur, ꝙ die sabbati debeat seruitutem diei lunæ. Sed contra, dies dominicus qui est medius, impedire debet illam seruitutẽ. nã locus sacer interueniens, impedit illam seruitutẽ. ff. de ser. seruitutes. §. sacri. & mediũ prædiũ, quod non fuit in seruitute, impedit seruitutẽ. ff. de ser. rust. præ. qui sella. §. i rusticis. 3 Sed istud nõ est seruitus. imo est debitum quoddam unde cum non posit solui una die, debet solui alia argu. lxxvj. distinct. ieiunium. uersi. & hoc sciẽdũ est sic. s. de dol. & contu. cum dilecti. ff. de arbitr. celsus. §. j. quia ad duo tenet, scilicet ieiunare uigiliam Apostoli, & ieiunare. unde si non potest ieiunare uigiliã ob reuerẽtiam diei dominicæ, ieiunet die sabbati. ar. ꝑdictæ legis. 4 ff. de usuris, debitor. & s. de do. & cõtuma. cum dilecti.

d C Onsilium. Omniũ apostolorũ. qui omniũ dicit, nihil excipit, nisi tres uigilias q̃ sequuntur. ergo in omnibus alijs, est ieiunãdũ, 5 nisi cõsuetudo contraria sit: ut in §. prox. ex quo excipit tantũ ꝺ istis, ergo de omnibus alijs intelligẽdũ est: quia doli clausula, non refertur ad ea, de quib⁹ specialiter cautum est. ff. de uerb. obl. doli clausula. non obstantibus uersibus illis: Petrus & Andreas, Paulus cũ Simone Iudas: Vt ieiunemus nos admonet atq; Mathæus.

e Solennitatẽ paschalem. Inter quã nullum ieiuniũ necessitatis ẽ. lxxvj. dist. c. ieiunium. §. non autem nisi rogationes & uigilia Pẽtecostes de consecra. dist. iij. rogationes.

f In præcedenti sunt sabbato. s. capi. proxi. & s. de uerbo. signifi. quæ fiuit.

3 Sicut locus medi⁹ impedit pollutionẽ cęmiterij. j. ꝺ cõ. ecc. uel alta. c. uno. lib. vj. Io. And.

4 Vel secũdũ Ho. leges loquũtur de seruitute temporali: quæ qa odiosa restringit. hic loquitur de seruitute spirituali. & secundum Grego. seruire Deo, regnare ẽ. unde quia fauorabilis amplia tur, adhoc de reg. iu. odia. li. vj. Io. And.

5 Vt eorũ sit æqualis festiui⁹as, quorũ æqualis est sanctitas. lxxvj. dis. scire. Ioã. And.

† Alias, festiuitas.

hoc consuetudinē [a] tuæ regionis obserues: † & infrà. Cùm autem quæsieris quæ sit illis pœnitētia iniungēda qui diebus quadragesimalibus, quo tempore tantæ famis inedia ingruebat, quòd magna pars populi, propter inopiam annonæ periret, carnes comedere sunt coacti: respondemus ꝙ in tali articulo illos non credimus puniendos, [b] preces tamē domino pro illis & cū illis effundas, ne ipsis aliquatenus imputetur: quia bonarum [c] mētium est, ibi timere culpam, ubi culpa minimè reperitur. Itē de illis qui propter debilitatem, in sabbato [d] carnes sumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri consueuit, cùm hoc ab alijs molestè feratur, & oriatur inde illis occasio detrahēdi, respōdemus ꝙ super hoc consuetudinem [e] tuæ regionis facias obseruari, sic tamē, quòd debilibus & infirmis propter hoc periculum non emergat. Præterea de illis, qui in quadragesima uel in alijs ieiunijs solennibus infirmantur, & petunt sibi esum carnium indulgeri, [f] Respondemus quod cùm non subiaceat legi necessitas, desiderium infirmorum, cùm urgens necessitas [g] exigit, supportare potes & debes, ut maius in eis periculum [h] euitetur.

Honorius iij. Prageñ. episcopo.

Si festū natiuitatis occurrit sexta feria, licitum est omnibus carnes comedere exceptis professis & nouentibus.

CAP. III.

Explicari per sedem apostolicam postulasti: & infrà. Respondemus quòd illi qui nec uoto, [i] nec regulari obseruantia sunt adstricti in sexta feria, si festū natiuitatis dominicę die ipso uenire cōtigerit, carnibus, propter festi excellentiam uesci possunt, secundum consuetudinem [k] ecclesiæ generalis. Nec tamen hi reprehendendi sunt, qui ob deuotionem uoluerint [l] abstinere.

TITVLVS XLVII.

DE PVRIFICATIONE POST PARTUM.

Inno. iij. Aramachañ. archiepiscopo.

Mulier post partū statim potest ingredi ecclesiam, nec tenetur abstinere per aliquos dies secundum legem Mosaicam.

CAP. I.



Olens: & infra. Licet secundum legem Mosaicam, certi dies [m] determinati fuissent, quibus mulieres post partum à templi cessarēt ingressu. Quia tamen lex per Moysem data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Inquisitioni t.t.r. quòd postquā umbra legis euanuit, & illuxit ueritas Euangelij, si mulieres post prolem emissam, acturæ gratias ecclesiam intrare uoluerint, [n] nulla proinde peccati mole grauantur: nec ecclesiarum est eis aditus

† Cōcor. l. si fundꝰ ff. de euic. & l. si seruus. ī fi. & ibi glo. ff. de lega. j.

[a] Consuetudinē. Arg. consuetudinē cuiuscunque regionis seruādā. xij. di. illa. s̄. de sepul. certificari. lxxvj. di. utinā. j̄. e. c. §. item.

[b] Puniendos. Et sic necessitas excusat, quæ legem nō habet. de conse. di. j. sicut. & j̄. eo. c. §. ultimo.

[c] Bonarum. v. di. ad eius in fi. tamen propter ambiguū duplicitatis potest talibus pœnitētia imponi. [1] xxiij. q. v. excōmunicatorum xxxiiij. q. ij. in lectum.

[1] Melius est. n. ꝙ suffragia superabūdent, quā ꝙ desint. xiij. q. ō. ij. nō æstimemus. secūdum Hos. Io. And.

[d] In sabbato. Quæ in sabbato comedi non debent. de cōsecr. di. iij. sabbato & arg. xij. di. illa.

[g] Stipite. Stipes appellatur cōmunis parens a quo plures deſcēderūt: ſicut Iſaac fuit ſtipes Eſau & Iacob. & ſtipes non facit gradū. De hoc ſtipite habes j.eod. cap.ultim.

[h] Deſcendentem. Hic ergo habes duas lineas deſcendentes. ſic.j.eo.c.ulti. & iſtæ duæ lineæ deſcendentes, unam faciunt trāſuerſalem.

[i] Indulgentiam. Quæ de authoritate ſpeciali domini pape facta fuit. [3] alias non tenuiſſet quia ſolus papa, in tali facto diſpenſat j.eo. quia circa. & ſ.de tranſla. c.ult.

[k] Quolibet. Hanc regulam habes.j.eo. c.ulti. & intellige uſque ad lineam æqualitatis, quia in ſequentibus gradus obiicitur.

Super eo quòd iuuenem aſſeris puellam, quandam nondum [a] nubilem fide [b] interpoſitā deſponſaſſe, quæ iā facta nubilis, eū repetit: & ille excipit dicens ſe non debere eā ducere, pro eo ꝙ poſtquā puellam affidauit [c] eandem, carnaliter propinquam ipſius cognouit. Inqui.t.t.r. ꝙ ſi manifeſtū [d] eſt iuuenem cognouiſſe [e] propinquam prædictæ puellæ, uel ſi nō eſt manifeſtum, fama [f] tamen loci hoc habet: cum eſſet ſponſa tantummodo de futuro, idem ab eius impetitione debet abſolui.

Cæleſtinus tertius.

Si diſpenſatur cum aliquo, ut poßit contrahere in certo gradu alias prohibito, requiritur quòd uterque contrahentium toto gradu diſtet a ſtipite, præſertim ſi hoc habet conſuetudo.

CAP. III.

Quod dilectio tua & infra. Quæſiuiſti utrum is qui a ſtipite [g] per deſcendentem lineam ſexto uel ſeptimo gradu diſtat, poſſit ea quæ ex altera parte per lineā deſcendentem [h] ab eodem ſtipite ſecundo uel tertio gradu diſtat, matrimonialiter copulari propter indulgentiam [i] apoſtolicæ ſedis legati, qua permiſſum eſt hominibus terræ illius, in ſexto gradu coniūgi. Quod uidetur poſſe fieri, ſecundum regulam qua dicitur, Quoto gradu quis diſtat a ſtipite, & a quolibet [k] per aliam lineam deſcendentium ab eodem: cum tamen de cōſuetudine terræ, ſi quando talis caſus emerſerit, incolæ propter proximiorem [l] gradum coniunctos ſeparēt, & impediāt copulari uolentes. Nos itaque reſpōdemus, quòd indulgentia illa, ſic eſt intelligenda, quod uterque coniūgendorum [m] diſtet a ſtipite ſexto gradu. Si uero alter ſexto uel ſeptimo gradu diſtat a ſtipite, alter autem ſecundo uel tertio, cōiungi non debent. [n] unde in hac parte cōſultius duximus multitudini, & obſeruatæ [o] conſuetudini deferendū, quam aliud in diſſenſionē & ſcandalum populi ſtatuendum, quadam adhibita nouitate. [p]

Innocentius. iij. archiepiſcopo, & capitulo Tyrō.

Infideles coniuncti in gradu prohibito a lege canonica poſt baptiſmum non ſeparantur.

CAP. IIII.

De infidelibus ad fidem conuerſis, [q] utrum ſi ante cōuerſionem ſuam ſecundum legis ueteris inſtituta circa gradus conſanguinitatis a canone [r] denotatos cōiuncti fuerint, ſeparari debeant poſt baptiſmum. Conſul. t.t.duximus reſpondendum, quòd matrimonium ſic contra-

[l] Proximiorem.i. propter eū, qui eſt in gradu proximiori a ſtipite.

[m] Vterq; coniungendorum. Ar.contra.ff.de conſtit. princip.l.ulti.& ſ.de dona. c.cum dilectus. in fi.& j. de uerbo.ſigni.olim.& j.eod.c.ulti. Sol. beneficium. principis latiſſime interpretandū eſt ab alijs: ſed ab eo a quo indultū eſt, uel eius authoritate poteſt interpretari prout ei placet.ff.de legi. l.& ideo arg.j.de ſen. excom. inter alia. & ratio literæ interpretatur indulgentiam, quia ſic obſeruabat de conſuetudine: ut uterque eſſet in ſexto gradu a ſtipite, alias ſcandalū erat, [4] ut j. eo.c.ult. & loquit de iure cōmuni, ſed hodie nō habet locum talis indulgentia. j.eo. non debet.

[n] Non debent. Quia quanto remotiores fiunt a ſtipite tanto minor memoria cōſanguinitatis habet: quod hic cōſiderabatur xxxv.q.iij. de conſanguinitate. & c. in copulatione.

[o] Obſeruatæ conſuetudini. Not.qđ antiqua conſuetudo, quæ tamen nō ſit a iure reprobata, ſeruāda eſt pręcipue propter ſcādalum ix.q.iij.con queſtus. & mos fideliſſimæ uetuſtatis ſeruādus eſt. C. de teſta.teſtamenta. & ff. de publi. & uectig. licitatio. §.earū. & ſ.de conſue. cum dilectus. & in matrimonio, ſeruatur conſuetudo.ſ.de cog. ſpi.c. j.in fi. & c. ſup eo. Item argumentū pro ſcandalo uitando.ſ.de reg.c.ult. & j. de noui ope. nun.cū ex iniūcto.

[p] Nouitate. Not. nouitates uitandas ſ.de conſue. cū cōſuetudinis.& xj.diſtinction. quis neſciat. [5]

[q] De infidelibus ad fidem conuerſis. Supple quæſiuiſti.

[r] A canone.xxxv.q.ij.c.j.& ij. & c.cōtradicimus, & in ali-

[1] Per decre.ſtatim alleg.dicebat Inno. niſi fuiſſet hic fides iterpoſita, crederet ſpōſo ſine adminiculo famæ, dicebat Hoſ.quod hic fidei datio æquipollet iuramēto.ſ. de arbi. ꝑuenit. & expreſſius ſ. ꝙ met. cau. ad aures. Ioan. And.

[2] Plus. Pano.reprobat & bene, & in dicto c.præterea teſtis nō erat iteger quia prodebat turpitudinē ſuam.

[3] Secundum Tan. Inn. Idem hic, & in decr. l.ul. de trāſac. j.alle. ſed Hoſti. dixit, ꝙ ſuperflue ſit iſta ſuppletio cū dicat apoſt. ſedis. credo, ꝙ Hoſ. non habebat ī tex. legati. Io. And.

[4] Ala.uel ſecundum eum hic i dulgentia fuit cōceſſa, ad petētium inſtiam, non libera uoluntate indulgētis. ar.ff.quod q́ſq; iur. l.iij.uel ſecundū In no.cōtraria loquitur qñ indulgentia nō eſt mulctū preiudicialis, iſta uero ꝑiudicialis eſt & odioſa, placet Hoſti, quod hoc operet cōſuetudo & ſcādali uitatio: & hoc teneas.Io.An.

[5] Cōcor. tex.in l.in nouis, & ibi glo.& Bart.ff.de cōſt.prin.

ctum, non est post baptismi lauacrum separandum, cùm à Iudæis dominus requisitus, [a] si liceret uxorem ex quacunq; causa dimittere? ipsis respondit, Quos Deus coniunxit, homo non separet. per hoc innuens esse matrimoniū [b] inter eos.

Idem Rossaneñ. archiepiscopo.

Consanguinei mariti, cū cōsanguineis uxoris, licitè contrahūt. hoc primò. In gradibus prohibitis, nō possunt matrimonia contrahi, etiam si hoc habeat consuetudo hoc secundo.

CAP. V.

Quod super his: & infrà. Super eo igitur, quòd pater & filius cum matre & filia & duo cognati, cum duabus cognatis, auunculus & nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonia, taliter tibi duximus respondendum, quod licet omnes consanguinei uiri, sint affines uxoris, & omnes consanguinei uxoris, sint uiri affines: inter consanguineos tamē uxoris & uiri, ex eorundem, scilicet uiri & uxoris cō iugio, nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. [c] Ne autem intra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, debes publicè inhibere, & præsumptores ecclesiastica districtione punire non obstante [d] consuetudine, quæ dicēda est potius corruptela.

Idem.

Non ualet dispensatio obtēta à papa super matrimonio inter consanguineos contracto, si ibi causa falsa sit expressa. nisi postea eam papa confirmaret. h. d. secundum uerum & communem intellectum.

CAP. VI.

Quia circa: & infrà. Porro de nobili uiro N. pro cuius dispensatione indulgentia scilicet remanendi cū ea, quæ ipsum quinto [e] consanguinitatis gradu contingit, à sede apostolica [f] obtinenda, falsa nobis causa [g] fuerat allegata, proles uidelicet. Cū tamen ante desponsationem obtentam, unica filia quā habebat, uiam fuerit uniuersæ carnis ingressa, prout tua consultatio

in alijs ibidem. & q.v. ad sedem.

a Dominus requisitus. xxvj. dis. deinde opponitur.

Glossa sequens successiue tres obiectiones soluit, & secundam dupliciter.

b Esse matrimonium inter eos. Si matrimoniū est inter Iudæos, ibi est indiuidua coniunctio. xxvij. q. ij. §. j. sed ipsi separantur dato libello repudij. xxxiiij. q. ij. nō satis. ergo nō ē matrimoniū iter eos, sed hoc nō fit sine peccato. j. de diuor. gaudemus. Itē alter infideliū, si conuertat ad religionem, reliquo nolēte illi cohabitare sine cōtumelia creatoris, soluitur matrimoniū. j. de diuor. gaudem⁹. in fine. & c. quanto. ergo nō est īter eos indiuidua coniunctio: & sic non est matrimoniū. Sed potest exponi indiuidua. i. apta nō diuidi. Vel ītellige illam descriptionē de matrimonio rato, & cōsummato, quod est tātum inter fideles. Itē alia ratione: nō est matrimoniū īter eos. Ipsi. n. contrahunt eo proposito, ut cū uoluerint separentur dato libello repudij: sꝫ hoc est cōtra substantiā matrimonij. xxxij. q. ij. solet aliquando. s. de condi. app. c. ulti. Respondeo, si hoc pactum exprimatur [1] in ipso cōtractu, nec īter eos nec inter christianos esset matrimonium: sed non copulantur eo pacto, licet postea abijciant uxores de facto. est ergo matrimoniū inter eos sed non ratum. [2] j. de diuor. quanto.

c Quod super. Impediri. Affinitas enim cōtracta inter consanguineos uiri & uxorem ipsius, non trāsit ad consanguineos uxoris, nec econuerso: unde possunt legitime copulari.

d Non obstante consuetudine. Ergo cōsuetudo non excusat in matrimonio. s. de spon. du. c. ult. Arg. contra. s. de cog. spi. c. j. & c. super eo. xxxij. q. iiij. obijciūtur. sed consuetudo quandoq; propter scandalum, legitimas personas ad cōtrahendū facit illegitimas, & sic loquuntur illæ decr. supra de cog. spi & c. obijciūtur. non contradicit: quia quādo mos ille erat, crimē non erat cōtrahere cū illis personis: sed modo est. sed cōsuetudo, quantumlibet longa non pōt personas illegitimas ad contrahēdum facere legitimas, ꝓut hic intelligitur. Nulla cōsuetudo posset facere matrimonia inter consanguineos licita: imo quāto plus simul essent, tāto grauius peccarent. j. e. nō debet. Sed ecōuerso bene: ut in ca. super eo. ubicūq; consuetudo ratiōabilis est, & pōt seruari sine mortali peccato, & sine scandalo, iuri præiudicat. Exēplum habes. s. e. quod dilectio. & s. de cog. spi. super eo.

Quia circa. Primo recitat dispēsationē, & eā tacite damnat. Scđo ibi, cū tamē. tolerat dispēsationem ex causa. Abbas Sicu.

e Quinto. Hodie non est necesse in isto gradu aliqua indulgentia. infra e. non debet.

f A sede apostolica. Not. quod solus papa potest dispensare circa gradus consanguinitatis, & non legatus. s. de transac. c. ult. & xxxv. q. iij. quædam lex & ca. scripsit. xxvij. q. ij. Et arg. contra. s. eod. quod dilectio. ibi soluitur.

g Falsa nobis causa. Not. quod falsa causa allegata non uitiat dispensationem. sic & falsa cā non impedit religionē. s. de cōuersio. cōiu. ex parte. ij. & falsa demonstratio nō perimit legatū. C. đ fal. causa adie. lega. l. ij. & ff. de condit. & demon. falsa demonstratio. & l. cum tale. §. falsum. instit. de leg. §. huic proxima. & §. longe. & ff. de legat. j. si sic. §. j. Itē causa semel probata. siue uera, siue falsa, concessum ex illa causa non reuocatur. insti. qbus ex causis manumittere nō licet. §. semel. [3] Sed contra uidetꝛ, quod isti ex tali dispensatione, non sunt securi: qa tacita ueritate, & falso suggesto, dispēsatio est obtenta, unde non debet ualere supra, de rescriptis. super literis. & expressum uidetur infra, de senten. excommuni. cum pro causa. ubi de hoc. sic & in uoto. & supra de fide instrumēt. quod super. & ij. quæstione iij. capi. si quem. §. notandum. Argu. est in hoc, quod dicit dissimulare, quod falsa causa non uitiat dispensationem. Item habes hic, quod proles est causa dispensandi in gradu prohibito. sic xxxv. quæstione viij. capit. primo. & ff. de ritu nuptiarum. cap. qui in prouincia. nō credo, ꝙ ualuisset ista dispēsatio sic obtēta, nisi hęc decr. postea emanasset: & ita ex ista

c Exprimatꝛ. hanc glo. reprehendit Panor. hic.

1 Sed qd si Iudæus dicat, contraho tecū secūdū ritum iudæorū. Dicit Vinc. qđ credit matrimoniū ualere: & qđ illa inutilis adiectio, reijcitur sicut cum quis dicit, do seruo Latino libertatē latinitate reiecta pure liber est. C. de lati. li. tol. l. j. §. illo ꝓcul dubio. ad idē. ff. de cōdi. & demonst. l. si qs eum dicit etiā Iudæos contrahere: licet cōtrahere intēdāt: secundum suū ritum: in alio infideli dicit cōtra si intēdat secūdum suū ritum: cōtrahere, qui est ut tot uxores habeat quot sufficere poterit in tpalibus. cum. n sic cōtrahūt: non habēt matrimonialem affectū. Io. And.

3 In libertate loquitur. Et dicit Hosti. quod omnia ista contraria sunt specialia: ut ex ipsis q̄ sunt fauorabiliora. secus ī tali dispēsatiōe, quæ est odiosa & si ipsam fauorabilem reputes: tradit tñ istud ꝓ regula, ꝙ ubi dispēsatio sedis apostolicæ est necessaria oportet quod extēdatur ad non suspecta: patet in eo ꝙ legitur & not. de rescri. c. ij. đ schis c. ij. de cri. fal. c. ij. & ca. dura. & c. seq. de fi. presby. c. pe. & ult. sed subreptitia nō est sine suspicionē: & est expssus casus, quod non ꝓdest. s. de ele. du. dū. ij. §. in super. Io. And.

continebat dissimulare poteris, ut remaneant in copula sic contracta, cùm ex separatione (sicut asseris) graue uideas scandalum imminere.

Idem.

Testes qui de consanguinitate deponunt, computationem debent à stipite uel germine incipere.

CAP. VII.

Tva nos duxit. f. cõsulendos, utrum illorum sufficiat testimoniũ ad matrimoniũ dirimendũ, qui consanguinitatis gradus ab auunculo & nepote, uidelicet fratris filio uel sororis inceperint cõputare? Nos igitur inquisi. t. t. respondemus, quòd cùm coniugium multum fauoris [a] obtineat, testes qui ad diuortium celebrãdum perducti, consanguinitatis gradus computãt: à stipite debét incipere, id est à parentibus uel germanis, [b] & sic per ordinem distinguere gradus nominibus proprijs, uel æquipollentibus [c] indicijs designãdo personas, præsertim cùm sæpius testimoniũ perhibeát de auditu: quod: q̃a minus est ualidũ, non est in articulo huiusmodi nimiũ laxanda facultas: quum qua rõne computationem inciperent à secundo, eadẽ ab ulterioribus inchoarent.

Idem in concilio generali. †

In secundo & tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, quæ olim erat in matrimonio contrahendo. Similiter tollitur prohibitio de sobole suscepta, ex secundis nuptijs, quæ olim non poterat contrahere cũ cognatione prioris uiri. Et probatio coniugij, ultra quartum consanguinitatis et affinitatis gradum, non extenditur. h. d. iste textus, qui quotidie allegatur, & est singularis ĩ materia sua.

CAP. VIII.

Non debet reprehẽsibile iudicari, si secũdũ uarietatem temporum [d] statuta, quandoq; uariẽtur humana, præsertim cũ urgens necessitas uel euidens utilitas id exposcit: quoniam ipse Deus ex ijs quæ in ueteri testamento statuerat, nonnulla mutauit [e] in nouo. Cum ergo prohibitiones de coniugio in secundo & tertio [f] affinitatis genere,

dissimulatione ex causa quæ hic subijcitur, licite poteran. simul esse alias non essent tuti.

[a] Tva nos. Multum fauoris. s̃. de cond. app. c. ul. j̃. qui ma. accu. poss. uidetur.

[b] Vel germanis. Et ita nõ est necesse incipere à stipite, sed sufficit à fratribus. s̃. de test. series. & cap. licet. in prin. & xxxv. q. v. ca. j. & j̃. de diuor. porro. ad fi. sic ergo patet, quod oẽs gradus & personæ sunt designãdæ. xxxv. q. vj. de parentela. s̃. de test. licet.

[c] Aequipollentibus. Nõ refert, an ꝓprio nomine uel per circũlocutionẽ expressam aliq̃d exprimatur, quod æquipolleat proprio nomini. s̃. de testi. licet. & ff. si cert. peta. certum.

Non debet. Diuidit. nã primo excusat correctionẽ iuris antiq. Secundo ibi, cum ergo excusationẽ declarans in duob⁹ illud tollit. Tertio restrĩgit restrictionis causam reddens: ibi prohibitio. Quarto prohibitionẽ restrictam fortificãs, constitutiões cõtrarias tollit, & causas reddit ibi, cum ergo. Abbas Sicul.

[d] Temporum. xxix. distinct. sciendum. iij. distin. erit autem. xxxij. quæ. iij. quis ignoret. & c. obijciuntur. & xxiij. q. viij. occidit. & s̃. de trãsa. c. ult. & j̃. de sen. ex commu. super eo.

[e] Mutauit. De pœn. dist. j. nouit Deus xxij. quæstione quarta, incommutabilis.

[f] In secundo & tertio. Vt melius intelligas hãc literam, uideas quid sit primũ genus affinitatis, quid secundũ & tertiũ genus. Primũ secundũ & tertiũ inuenire debes per hãc regulam. Persona addita personę per carnis copulã mutat genus, & non gradũ. genus dico attinẽtiæ. [1] uerbi gratia: Ego & frater meus sumus cõsanguinei primo gradu cõsanguinitatis frater meus ducit uxorẽ, illa est persona addita personę per carnis copulã, illa mutat gen⁹ attinẽtiæ, i. alio genere attinẽtiæ attinet mihi, q̃ frater meus: quia ille ẽ mihi consanguineus, & illa est mihi affinis: s; nõ mutat gradũ: quia sicut frater est mihi consanguineus in primo gradu, sic & illa mediãte fratre meo, est mihi affinis ĩ primo gradu primæ affinitatis ergo si uis habere primũ genus affinitatis, adde per carnis copulã alicui de tua consanguinitate aliquã personã, & illa persona est affinis omnibus cõsanguineis uiri sui, in primo genere affinitatis, & hoc genus tãtũ hodie ꝓhibitionẽ habet: unde mortuo uiro illi⁹ mulieris puta fratre tuo, illa nõ potest habere aliquẽ de consanguinitate uiri sui: ergo patet, ꝙ oẽs cõsanguinei & cõsanguineæ uxoris meæ sunt mihi affines ĩ primo generẽ affinitatis. Si uis habere secũdũ genus affinitatis. adde personã, per carnis copulã primo gñi hoc mõ. Vxor fratris mei, ẽ mihi ĩ primo genere affinitatis mortuo fratre meo, adde illi aliũ uirũ, & ille erit mihi affinis, & in secũdo genere affinitatis, & ille (secũdũ antiqua iura) mortua illa, nõ poterit accipere aliquã de cõsanguinitate prioris mariti, usq; ad quartum gradum. Et de isto secũdo genere, habes xxxv. q. iij. de propinquis. sed hodie nõ prohibetur: ut ibi dicit. Si uis habere tertium genus, adde personã personę per carnis copulã secundo generi, & sic habes tertiũ genus uerbi gratia: Seius fuit maritus relictæ fratris tui, mortua illa relicta, maritus eius q̃ est tibi in scd̃o gñe, accipit aliã illa est tibi ĩ tertio genere, & illa olim mortuo uiro suo, nõ poterat copulari alicui de cõsanguinitate tua, cũ illa eẽt tibi & cõsanguineis fratris tui in tertio genere usq; ad scd̃m gradũ. De hoc genere habes xxxv. q. iij. porro. & primũ genus cõtrahitur tantũ ex una parte, secundum, & tertiũ genus, quãdoq; ex una parte. & in prædictis qñq; ex utraq; parte, ut in uxoribus duorũ fratrũ, [2] quæ sunt iter se in scd̃o genere ex utraq: parte apposito, altero fratre mortuo, si illa copulatur alteri, ille erit, ĩ tertio genere uxori alterius fratris. Primũ genus dicitur: quia primo emanat de cõsanguinitate, uel quia una persona mediãte cõtrahitur. Secundum dicitur: quia secundo loco emanat post primũ, uel quia duabus ꝑsonis mediantibus contrahiť. Tertiũ: quia in tertio loco, uel quia tribus personis mediãtibus emanat. sic intellige, ꝙ hic dicitur. Sed nunquid publica honestas est sublata? uidetur ꝙ non: quia de ea nihil dixit. Sed cõtra uidetur per c. xxxv. q. iij. porro. ubi ꝓhibetur secun-

[a] Vnde V̄sus: Mutat nupta genus: s; generata gradum. Io. And.

Affinitatis, primũ genus.

† Quod celebrauit Inno. iij. anno 1215. cũ aũt oẽs ꝑ decessorũ cõstitutiones in hac materia

reuocare rit, uidet ét quasi sophistica cóputatio graduú reuocata, & sic ré reductã ad terminos iuris ciuilis: sunt. n. filij fratri uere ĩ q̃rto cõsanguinitatis gradu. uera. n. diffinitio graduú & naturalis significatio nó potuit iure póntificio mutari ut la. Butr. Baldus & alij tenét in l. auię. C. de succe. edi. & quatenus potuit reuocata est ꝑ hoc ca. ut ait doctissimus nostri ordinis mel- tis grauissimis rónibus cõtendebat, quod non firmio propter modú loquẽdi ét abusiuum patris fa. l. Labeo. de supel. lega.

Affinitatis secundũ genus.

Affinitatis tertiũ genus.

[1] In hoc casu adhuc durat ꝓhibitio secũdum Vin. & Inno idẽ uidei tenere. Io. An.

minimè contrahendo, & de sobole suscepta ex secūdis nuptijs, a cognatiōi uiri nō copulāda prioris, & difficultatē frequenter inducant, & aliquādo periculum pariant animarū, cùm cessante prohibitione, cesset effectus: cōstitutiones super hoc editas, sacri approbatiōe cōcilij reuocātes, b præsenti cōstitutione decernimus, ut sic contrahentes decæterò c liberè copulentur.

Prohibitio quoq; copulæ coniugalis quartum consanguinitatis & affinitatis gradum deceterò nō excedat: quoniam in ulterioribus gradibus, iā non pōt absq; graui dispēdio, huiusmodi prohibitio generaliter obseruari. Quaternarius uerò numerus, bene congruit prohibitioni coniugij corporalis, de quo dicit Apostolus, ꝙ uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier, neq; mulier habet potestatem sui corporis, sed uir: quia quatuor sunt humores d in corpore, qui cō stāt ex quatuor elemētis.

Cùm ergo, iam usque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ sit restricta, eam ita uolumus esse perpetuam, non obstantibus constitutionibus super hoc dudū editis, uel ab alijs uel a nobis: ut si quis contra prohibitionē huiusmodi præsumpserit copulari nulla longinquitate e defendatur annorum: cum diuturnitas temporum, non minuit peccatum: sed auget, tantoq; sunt grauiora crimina, quantò diutius infelicem f animam detinent alligatam.

Gregorius nonus.

Distans à stipite quarto gradu uel citeriori, cū distāte quinto uel ulteriori, contrahere potest. h. d. cum glossa.

CAP. IX.

Vir qui à stipite quarto g gradu, & mulier quæ ex alio latere distat quinto, secūdum regulam approbatam h qua dicitur: Quoto gradu remotior i differt à stipite, & à quolibet per

cundū genus, & præter istud impedimentū, est ibi publica honestas, ut in uxoribus duorū fratrū, siue cōsobrinorū. sed secundū genus remotum est ergo illa publica honestas. Potest dici, quod ubi publica honestas simul incidit in eundē casum cū secundo uel tertio genere, ut in uxoribus duorū fratrū, siue consobrinorum, uno sublato, tollitur & aliud per hanc constitutionem. quoties. n. uitium ex una etiā radice nascitur, cō sequens est, ut una lege tollatur. C. de nup. l. ul. in fi. & ff. de iureiu. duobus. §. colonus. & ff. ar bo. fur. ce. l. si colonus. ar. & alia publica honestas, ut soboles suscepta ex secūdis nuptijs nō copulanda cognationi uiri prioris sublata est, ut statim dicit sequēs litera. alias ꝟro publica honestas adhuc ē. 1 s. đ desp. impub. duo pueri.

a Secūdis nuptijs. Hoc ita intellige, frater meus habet uxorē eo mortuo, relicta ei⁹ cōtrahebat cū secundo soboles nata de illis secūdis nuptijs, nō poterat olim copulari alicui đ cōsanguinitate prioris mariti, & hoc propter publice honestatis iustitiā, quæ hodie sublata est in hoc casu. in alio casu adhuc durat, ut dixi in spōsa de futuro: quia in matrimonijs, nō quid liceat, sed quid honestum est cōsideratur. ff. de ri. nup. semper. & ideo frater impeditur sumere sponsam fratris propter publicam honestatem: quia scriptū est: spōsam fratris, frater habere non potest. s. de spon. ad audientiā. & arg. ad hoc. ff. de adop. qui in adoptionem. Io. dicit quòd publica honestas in omnibus est sublata, nisi in sponsa de futuro. ego intelligo esse tantum sublatā in casibus omnibus qui hic ponuntur, & non in alijs.

b Reuocantes. Grego. tamen dicit, qui dissoluit hæc genera affinitatis, negat uerba Dei in æternū manere. xxxv. q. x. fraternitatis. ultra medium, uersus finē. qualiter ergo Innocentius dissoluit. hoc intellige sine causa, & ab alio quam à successore. Grego. 2

c Decætero. Sic ergo uidetur, quod matrimoniū illorū, qui ante constitutionē istā contraxerāt in quinto uel in sexto gradu, nō confirmetur hic: quia cōstitutiones matrimonij, nō trahūtur ad præterita matrimonia. xxxv. q. iij. de incestis. & xxxj. dist. ante triennium. & generaliter cōstitutiones nō trahunt ad preterita, nisi hoc ibi dicatur. s. de cōsti. c. ult. Sed pone, ꝙ post istā cōstitutionē publicatā simul steterūt sciēter. Dico ꝙ hoc ipso intelligūtur ratū habere matrimonium. ar. s. de cōiug. ser. proposuit. & s. de desp. imp. literas. & c. accessit. & ff. de ritu nup. si quis in senatorio. quia & si primus cōsensus nullus fuit postea potest cōfirmari i authen. de nup. §. si uero ab initio. col. iiij. Sed uidet, ꝙ ꝟba necessaria sint. s. de spō. tuæ. & xxix. q. ij. si quis ingenuus. & nou⁹ cōsensus requirit. 3 s. de eo qui dux. in matri. c. ueniēs. nisi expresse consentiat, antiqu⁹ cōsensus uidetur perdurare, q nullus fuit. ff. de p̄c. sed si manēte. ff. de ar. cum dies. i prin. & l. Labeo. §. pe. ff. đ uer. obl. l. j. §. si qs simpliciter. uer. cū adijcit. Io. dicit, ꝙ ꝓ matrimonio stādū est, ex quo ex certa sciētia post publicatā cōstitutionē simul steterunt ipso. n. facto matrimoniū inducitur, saltem præsumptum. Ber.

d Humores. De quibus habes. s. de celebr. miss. in quadam. in f.

e Nulla longinquitate. Et ita nulla præscriptio currit, cōtra matrimoniū sicut olim currebat. Et sic cōtra uotū nulla currit pscriptio. xxxiij. q. v. quod Deo pari. & s. de reg. sicut nobis. in fi.

f Infelicē. Sic s. de consue. c. ult. & c. quanto. & j. de simo. non satis. & c. seq.

g Vir qui Quarto. Idē esset si tertio uel scđo, 4 secundum regulam sequentem: quia nihil attinet ei qui est ex alia linea in quinto, licet magis appropinquet communi parenti.

h Approbatam. No. quod regula à magistris tradita, approbatur hic à iure, & sic pro iure seruabimus regulam istam. ar. s. e. quod dilectio.

ADDITIO. Et est simile, quod de cōsuetudine dicitur. s. de cog. spi. c. j. §. fi. & sic s. de dec. c. j. §. fi. & ff. de dam. infect. si ædibus. habet autē hoc locum, cum approbatio fit per papam. alterius enim approbatio parum prodesset, ut patet in ijs quæ notan. supra e. de infidelibus. alias autem consuetudo approbata interpretatur. s. de consuetu. cum dilectus. §. ij. secundum Host. Io. And.

i Remotior. Si uis scire in quo gradu aliquæ duæ psonæ diuersarum linearū sibi attineant, recurre ad cōmunem stipitem siue parentem, à quo descēderūt, & descende æqualiter computando per ambas lineas, quous-

1 Et illa quæ procedit ex cognatione legali. optabat aūt Hos. has ēt reuocari, ab eo ꝙ i cōcilio Lugdunēsi facto p Gregoriū x. fuit tractatū de tollēdo impedimēto iustitiæ publicæ honestatis. & aliquib⁹ uisū fuit illū simpliciter tollēdum alijs durū uidebatur illud tolli sed suadebant dari potestatē epis, in illo dispensandi. alij suadebāt illđ restringi ad spōsam primi & secundi gradus tātū: & in alijs duob⁹ tolli: & licet deliberatū fuisset p præsidētes secūdū hoc ultimū cōstitutionē fieri: tamē nō fuit obtentū. Io. And.

2 Grego. dic ꝙ ibi loquit de gradibus eodē uerbo Dei ꝓhibitis tātū uel eorum respectu, & quā do pertinaciter negaretur, alias esset hyperbola.

3 Et hoc tenet hic Gof. quod nouus. cōsensus & noua uerba requirūtur. Io. Andr. Sed opi. gl. & Io. uerior est. & cōis quā Pan. sequitur.

4 Secus si in primo, secūdum Host. qui hoc no. s. eo. ꝙ dilectio. & ca. tua. quod est falsum Io. And.

quouſque altera illarũ primo occurrat: & ſi ambæ ſimul occurãt, erunt in eodẽ gradu, primo, ſecũdo, tertio, uel quarto. & iſtæ perſonæ quæ æqualiter deſcendunt, nõ dicuntur diſtare à gradu, ſed potius ſunt in gradu æquali deſcendente à communi ſtipite æqualiter. & ſi ſunt infra quartum gradum, non poſſunt matrimonialiter coniũgi. S; ſi una prima occurrit, quam altera: deſcende per lineam alterius, uſque ad illam: & ſemper poſt illũ gradum in quo occurrit prima perſona, additur gradus pro numero perſonarum: & ſic habebis quoto gradu una diſtat ab altera. & iſtæ perſonæ nõ dicuntur eſſe in gradu, ſed diſtant gradu, ſicut iſtæ perſonæ de qbus hic dicitur, cũ una diſtet quarto gradu, alia quinto à cõi parente, quod planũ eſt uidere. & quoto gradu remotior perſona diſtat à communi parẽte, toto diſtat à quolibet alio deſcendente per aliam lineam. uerbi gratia: Cõmunis parens iſtorũ fuit Petrus, eius filij fuerũt Martinus, & Berta qui ſunt in primo gradu, de Martino deſcẽdit Ioãnes, de Berta ex alia parte, natus fuit Robertus. qui Ioãnes & Robertus ſunt in ſecundo gradu æqualiter deſcẽdentes à Petro. de Ioãne natus eſt Stephanus, de roberto eſt Albert⁹ natus. qui ſunt in tertio grado, & æqualiter deſcendunt à Petro, tertio gradu, ſcilicet de Stephano natus eſt uir iſte de quo hic quærĩt, & Alberto, natus eſt Titius qui eſt in quarto gradu cũ uiro iſto æqualiter diſtãtes à Petro. Primo loco, occurrit tibi uir iſte qui quarto gradu diſtat à Petro. & ſic eſt ultima perſona in conſanguinitate Petri ex una linea, & Titius ex alia linea. de Titio nata eſt hæc mulier, de qua hic quæritur: & diſtat quinto gradu à petro, & ſic exiuit iam conſanguinitatem Petri. ergo eodem gradu diſtat à quolibet alio deſcendente per aliam lineam, & ſic diſtat quinto gradu à Martino, Ioanne, Stephano, & ab iſto uiro, uidelicet, filio Stephani, ideoque recte poteſt illum habere in uirum, & quilibet deſcendentem à Petro per aliam lineam poſſet accipere cum omnes illæ perſonæ huic ſint in quinto gradu. Hoc in arbore melius uidetur.

Exemplificat prædicta.

aliam lineam deſcendentium ex eodem: licitè poſſunt matrimonialiter copulari.

Arboris utriuſque ſequentis breuiuſcula commendatio.

Orbibus arboream plenis, attende figurã:
  Et gemini iuris, utile dogma feres.
Multa dies uariusq; labos, huiuſce parauit
  Artis notitiam, quæ modò clara patet.
Ramifera cunctos affines arbore noſces,
  Carnalis fœdus copula tale dabit.
Illicitus, licitusve tibi coitus creat iſtos
  Nexus, ut noſtri dogmata iuris habent.

Con-

Cõsanguinitas est attinentia personarũ ex eo prouenies q una descẽdit ab altera: uel ambæ ab eadem. Et dicit a cõ, quod est simul: uel unitũ, & sanguine: quasi sanguinis unitas. Linea est collectio psonarũ, ab eodem stipite descẽdentiũ gradus cõtinens & numeros distĩguẽs. Et est triplex, scilicet graduũ descẽdentiũ ascendentiũ & collateraliũ. Gradus est habitudo distantiũ psonarũ, quacognoscit quotoagnationis uel cognationis distantia, duæ psonę iter se differunt.

Et dicunt gradus ad similitudinẽ graduũ scalarum: uel locorum procliuiũ: qa ita gradimur de pximo in proximũ.

Consanguinitas per tres regulas declaratur.

Prima regula magistralis pro linea recta ascendentium & descendentium. Quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermedijs una dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur uis scire, quantum distat abbauus a Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula, ubi est facies) utroque computato & intermedijs, quinque sunt personæ deme unam, quatuor sunt gradus: & sic de alijs. **Pro linea collaterali, duæ sunt regulæ.** Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se, uel sibi attinent. Exemplum pone cum facis abauum stipitem, inter P. & pronepotem propatrui. Nam illi sunt in linea æquali: quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica, loquor. Collateraliũ in linea inæquali, quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem. P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Cõputemus ergo a remotiori, scilicet a P. sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto, semper intellige secundum canones **Pro arbore consanguinitatis, secundum computationem ciuilem.** Quid est consanguinitas? est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. Et dicitur consanguinitas, quasi sanguinis unitas. **Pro illius cognitione dantur tales regulæ. Prima in linea recta ascendentium, & descendentium.** Quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermedijs una dempta, tot sunt gradus inter eas. **Pro linea collaterali.** Collateralium in linea æquali, quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, uel sibi attinẽt. Nam secundum leges, quælibet persona gradum facit in collateralibus Computatio enim legistarum ob aliud fit quàm computatio decretistarum. Collateralium in linea inæquali, quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

Not. quòd collaterales unius lateris non sunt consanguinei nec affines alijs constitutis in altero latere, demptis his qui in duobus ultimis cellulis sunt ut frater & soror, & qui ex eisdem descendunt. Vnde inepta est quæstio quoto gradu distet patruus ab auunculo, quia nullo modo sibi attinent: alias sequeretur quòd pater contraxisset cum consanguinea. Nec obstat q patruus & auunculus descendunt ab auo & auia sicut frater & soror a patre & matre: quia imò non descendunt ab eodem auo & auia sed prorsus a diuersis personis, & sic non ab eodem stipite, quia quilibet habet duos auos scilicet paternum & maternum, & duas auias. Et sic semper ascendendo multiplicantur parentes, quia quisque habet quatuor proauos & quatuor proauias, & sic de alijs.

Affin-

AFFINITAS secundum canones, est personarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas, quasi duorum ad unum finem unitas eo quod duæ cognationes diuersæ, per nuptias secundum leges, uel per coitum secundum canones, copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut ff. de gradi. affi. l. non facile. §. affines.


Scias autem, quod affinitas est perpetuũ impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur, xxxv. quæstio. x. fraternitatis.

Per carnalem copulam uiri & mulieris, inter consanguineos mulieris, & uirum, & inter consanguineos uiri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, eiusdem gradus cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si uis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, uide quoto gradu est tibi consanguineus tuus: & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dictum est in regula, uiri & mulieris, & non uiri & uxoris: quia secundum canones, etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas: patet de eo qui cogno. consang. uxo. suæ. ca. discretionem. & c. penult. Inter consanguineos mulieris & uirum, & consanguineos uiri & mulierem, ideo dicitur, quia inter uirum & mulierem non contrahitur affinitas: sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos uiri & consanguineos mulieris, nulla est affinitas. unde duo fratres contrahunt cũ duabus sororibus, & pater & filius cum matre & filia: sed est affinitas inter consanguineos mulieris, & ipsum uirum, & consanguineos uiri & ipsam mulierem. de consang. & affi. quod super his.

Regula infallibilis & clarissima ad cognoscendam affinitatem. Quotiescunque inter unam personam de quibus quæritur, & coniugem alterius, non est uel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla est prohibitio: ut inter me & coniugem nepotis mei, non potest esse matrimonium: quia nepos meus, est mihi consanguineus intra quartum gradum. **Aliud exemplum.** Soror mea habuit maritum: ea mortua, maritus eius aliam accepit, quo defuncto, potero contrahere cum eius relicta, quia inter me & illam relictam, nulla est nec fuit consanguinitas. & sic de alijs omnibus.


ARBOR AFFINITATIS.

Sanguinis affines, arbor præsens reserabit:
Huicq; uiasfaciles, prima figura dabit.



ARBOR CONSANGVINITATIS.

Non gignunt dextros, qui ſtant in parte ſiniſtra.
Læua dat uxores, dat tibi dextra mares.



Conſanguinitas eſt attinentia perſonarum, ex eo proueniens, quòd una deſcendit ab altera, uel ambæ ab eadem. uel, Eſt uinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione contractum.
Et dicitur à con, quod eſt ſimul, uel unitum, & ſanguine: quaſi ſanguinis unitas.
Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens: & eſt triplex ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium, & collateralium.
Gradus eſt habitudo, diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis uel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcala.um, uel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum.

DE FRIGIDIS ET MALEFIciatis, & impotentia coeundi.

Visis de pluribus impedimētis matrimonij: quia frigiditas & maleficiū, & generaliter impotētia coeundi sunt impedimēta matrimonij: ideo post titulos præcedētes, subijcitur iste. Abbas.

De hac materia tractatur xxxiij. q. i. & q. ij. per totum.



Ccepisti. Diuidit: quia habet tria dicta. Secundū ibi, illa autem. Tertium ibi, si autem. Abb. Sic.

a Per uerum iudicium. s. qd' uterq; iuret, cū septima manu propinquorū. xxxiij. q. j. c. ij.

b Diiudiceris. Not. contrarij operis euidentia, mendaciū conuinci. s. de præsumpt. literas. ar. s. de maio. & obe. legebatur. & xxij. q. v. cauete.

c Reparare. Not. q sententia cōtra matrimoniū lata, non transit in rem iudicatā, cū appareat ex post facto, ecclesiā fuisse deceptam. sic s. de re iudic. lator. & c. consanguinei. & j. eo. fraternitatis. quare priora, ēt matrimonia restaurātur ēt muliere cōtradicēte, si fraudis fuerit cōscia. ff. de adulte. si uxor. §. iudex & §. ultim. ut dicit Ala. Si uero cōscia fraudis nō fuerit, poterit repellere eū si uoluerit prætextu adulterij. ar. xxxij. q. j. de bene dicto. & q. vj. nihil. sed nō credo, 1 q hoc obstet, quin matrimonia priora debeāt restaurari. j. e. laudabilē. & c. fraternitatis Item ar. contra. xxxiij. q. j. si per sortiarias. sed ibi separantur propter maleficium, non propter frigiditatem.

d Missum. Simile s. de reg. c. ij. & expone, missum, id est uicariū, qui fungitur uice episcopi. s. de inst. c. iij.

e Affirmes. Quod eam cognouisti.

f Caput. s. de despon. impu. continebatur. xxxiij. q. j. si quis acceperit. & hoc intellige, nisi ipsa uelit se probare uirginem, per aspectum corporis. s. de prob. proposuisti. & c. causam matrimonij.

g Tacuit. Ergo uidet q post annū & dimidiū reclamare nō poterit. Sed cōtra uidetur. C. de rep. ī causis. ubi dicit, q usq; ad duos annos poterit reclamare, imo usq; ad trieniū in auth. de nup. §. p occasionē. coll. iiij. & j. e. laudabilē. Quod dicit in istis duab' ultimis cōcor. tenēdū est, & nō tenet qd hic dicitur de anno & dimidio. & est arg. ad prescriptionē, si quis taceat usq; ad completā præscriptionē: quia gesta taciturnitate firmauit. C. de ijs qui a non do. ma. l. ul.

h Probari. Hoc iō dicit: quia non est standum eorū confessioni contra matrimoniū, & si uterque cōfiteatur, nō uidetur credendū, ne ī fraudē hoc diceretur. s. de eo q cogno. cōsan. uxo. suæ. super eo. nisi q asserūt, probauerint cū septima manu propinquorū. xxxiij. q. j. c. ij. sed p matrimonio bene creditur eis. s. de cland. despō. c. ij. & quod dicitur, non creditur eis cōtra matrimonium, uerum est, quantū ad hoc ut cōtrahendi facultatē acquirāt, sed si uellent in cōtinētia manere creditur eis. xxxiij. q. v. quod Deo patri.

Matrimonia priora quandoq: restaurātur.

1 Noli esse incredulus sed fidelis. & dic ut j. e. fraternitatis. §. nos tamē Hos. satis placet dictū gl. ubi per autoritatē ecclesiæ facta fuerat separatio: & contraxit ille ex cuius parte non erat impedimētum: si uo alter ut hic dicit cōtrahat. s. qui dicebatur frigid' adhuc dico, q bene dicit glo. q separabit matrimoniū. s quo ad uinculum. i. pronunciabit quo ad id uerū matrimoniū. de thoro posset fieri separatio offenso id petēte. Io. An.

2 Verum & bene si uterq; senex & ex-

TITVLVS XV.

DE FRIGIDIS ET MALEFICIAtis, & impotentia coeundi.

Ex Brocardico, libro xviij.

Si marito prouocāte ad diuortium, & se impotentē asserente, mulier hoc idem fatetur, seruata solennitate canonica, matrimonium indistinctè dirimitur, sed si decipiatur ecclesia primum matrimonium reparatur, si uerò muliere agente, uir asserat se potentē, nisi per aspectum corporis, uel alio indubitato modo conuincatur, mulier non auditur, sed si uir hoc idē confitetur uel conuincitur: matrimonium separatur, & mulieri cōtrahendi licentia datur h. d. secundum Hostiensem.

CAP. I.



Ccepisti mulierē, & p aliquod tēpus habuisti per mensem, aut per tres, aut per annum: & nunc primum dixisti te esse frigidæ naturæ ita, ut non potuisses coire cum illa, nec cū aliqua alia, si illa quæ uxor tua esse debuit: eadē affirmat quæ tu dicis & probari potest, per uerū iudiciū a ita esse ut dicitis, separari potestis: ea tamen ratione, ut si tu post aliā acceperis, reus periurij diiudiceris: b & iterū post pactā pęnitētiā, priora cōnubia reparare c debebis. Illa autem si prior post annū, aut dimidiū ad episcopum, aut eius missum d proclamauerit, dicens, quòd nō cognouisses eā, tu autem contrarium affirmes, e tibi credendum est, quòd caput f es mulieris: quia si proclamare uoluit: cur tādiu tacuit? g citò enim & in paruo tēpore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa nouitate p' mensem, aut duos ad episcopum, aut eius missum, proclamauerit dicens, uolo esse mater, uolo filios procreare: & ideo maritū accepi, sed uir quem accepi, frigidæ naturæ est, & non potest illa facere, propter quæ illum accepi, si probari h potest per rectum iudicium separari potestis. & illa si uult, nubat in domino.

Alexā. iij. Ambianeñ. episcopo.

Impotens ad copulā est impotens ad contrahendū matrimonium, siue sit impedimentū ætatis, siue naturæ.

CAP. II.

Vod sedē: & infrà. Sicut puer, qui nō potest reddere debitum, non est aptus 1 coniugio: sic qui impotentes k sunt minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur. Idem.

Naturale impedimentū ad coitū, inseparabile arte medicorum, matrimonium impedit.

i Quod sedē. Non est aptus. s. de desponſ. imp. à nobis. ar. eo. tit. pubes. ubi de hoc.

k Impotētes. Hac ratione uidetur, q senes qa naturali calore defecerunt cōtrahere nō possunt sed cōtrariū est uerū. 2 C. de nup. sancim'. xxvij. q. j. nuptiarū. qa in senibus dicit esse legis obsequiū. & humanitatis solatiū: ut ibi, & xxxj. q. j. aperiāt. & c. quod si dormierint. sed hic nō loquitur de tali impotētia, s; de eo qui sectus est, 3 & q perpetuo impotēs est, sed senes aliquando aliquo beneficio mouentur.

tra periculū fornicatiōis. Idē de alia ppetua utriusq; impotētia. & ualebunt pacta matrimonialia: & ita obseruat ut no. ī cō sue. Pari. §. ciiij. ubi §. cxxij. not. au per tale matrimonium, pro les præcedēs legitimet, & sic tales uxores ñ erūt simplices sororesq; ut qd dicat j. c. c. iiij. & capi. v.

3 De spadone, an cōtrahere possit no. xxxij. q. vij. hi qui Et hoc nota. antiq. & dixerūt Ala. & Vi. q carēs utroq; testiculo, non contrahit. quia cum omne matrimoniū cōtrahat aut causa prolis: aut causa uitā dę fornicatiōis: & in secto huiusmodi utraq; cā deficiat: ergo cum eo nō est matrimoniū: & secūdū eos, lex. ff. de iur. do. l. si ser ua. §. si spadoni. ī telligit de illo qui caret altero tantū testiculo. Io. And.

EX literis. Communis diuiſio, Cōſultatio & reſponſio. Secunda ibi, reſpondemus. Abb. ſic.

a Contraxit. Id eſt contraxiſſe apparuit, uel in ueritate cōtraxit ex eo qđ cōtra naturā, uim ei forſan intulit: qa arcta fuit, unde nullo modo ſibi potuit commiſceri. unde magis inhabilis reddita fuit, & ſic nō fuit matrimoniū. ī. e. fraternitatis. ſi. n. nō loqueret̃ de impedimento præcedente matrimonium, ſtare nō poſſet, quod dicit in ſi. xxxij. q. j. dixit. & q. v. ſi uxorē. & ſ̃. de coniug. lepro ſo. c. j. & ij.

b A natura. Quia erat arcta, ut dixi.

c Medicorū. ī. eo. fraternitatis. & ita non fuit matrimoniū. & intellige ꝙ dicit, non poterit adiuuari ope medicorum, ſine periculo corporali, alias non deberent ſeparari: imo modicam uiolentiā debet ſuſtinere: ut ar. ī. eo. fraternitatis. & ſi talis fuiˀ, nō habuit propoſitū t reddendi matrimonij debitū exacta, uel exigēdi, & ſic nullū matrimoniū. xxxij. q. ij. ſolet. & c. aliquādo. & ſ̃. de cō di. app. c. ult. & ſecundū leges eſſet in cauſa redhibitionis. ff. de ædil. edic. quæritur. §. mulierem. ar. contra. ī. c. proxi.

t Nō ſufficit quo ad eccleſiā propoſitū & facit ꝙ no. ſ̃. tit. proxi. de infidelibus. in fin. ult. gl. Io. An. Dic quod hoc uerū eſt de ſolo propoſito Secus ſi ēt concurrit longa & grauis impotentia, & ſic gl. non meruit reprehendi.

Consultatiōi. Diuidit. quia primo ponitur conſultatio. Secundo reſponſio: ibi, taliter. Abb. Sic.

d Incredibile. Quia conditionem corporis ſui faciēs, nō contraheret de leui. Ala.

Gloſſ. ſequens recitetur per quæſtionem, an ſit conſilium uel præceptum.

e Iudicare. Ergo & nos ſic iudicare debemus. ſupra, de re iudica. in cauſis. C. de legib. & conſtitutio. principū. l. ultima. quod uerū eſt, ubi ipſa ſic præcipit iudicandum. argumen. xj. quæſtio. iij. nolite. alias bene permittitur aliter fieri. xj. diſtin. quis neſciat. ſed hic non præcepit eius conſuetudinem eſſe ſeruādam, ſed potius cōſilium eſt. a tamen intellige quod hic dicitur, ſecundum illam decr. ī. e. fraternitatis. ut dixi ſ̃.

a S3 Lau. expōit iudicare, id eſt tenere. Io. An.

CAP. III.

EX literis tuis accepimus, quòd quidam ſedecim annorum quandam annorum tredecim duxit uxorem, qui cum debitū reddere nō poſſet, mulier tam grauem infirmitatem contraxit, a ut omnino uiro ſit facta inutilis, & inſtrumentum eius impeditum, ita quòd uir ei commiſceri non poteſt. Reſpódemus igitur, quod ſi uitium illud mulier à natura b contraxit, nec ope medicorū c poterit adiuuari: uiro aliā accipiendi liberā tribuas facultatē.

Lucius tertius.

Contrahens ſcienter cum impotenti ad copulam ab ea non ſeparatur.

CAP. IIII.

COnſultatiōi tuæ qua nos conſuluiſti utrū fœminæ clauſæ impotentes cōmiſceri maribus matrimoniū poſsint contrahere? & ſi contraxerint: an debeat reſcindi? Taliter reſpondemus, ꝙ licet incredibile d uideatur ꝙ aliquis cum talibus contrahat matrimonium: Romana tamen eccleſia conſueuit in conſimilibus iudicare, e ut quas tāquā uxores habere non poſſunt, habeant ut ſorores.

Cæleſtinus tertius.

capi. proximo.

LAudabilem. Diuiditur in duas partes. Primo loquitur quādo unus coniugū dicit matrimoniū conſummatum, & alter diffitetur. Secūda ibi, ſi autē. quando uterque fatetur matrimoniū nō eſſe conſummatum. Et prima pars ſubdiuiditur. Nam primo loquitur, quando ſimul eſſe nō cōſentiūt, Secunda, quando conſentiunt: ibi, ꝙ ſi. Abbas.

f Celebrari. Et à tempore cohabitationis, nec ſufficit cohabitare niſi debet operā carnali operi. xxxiij. q. j. requiſiſti.

g Frigiditas. Quòd hic dicitur de frigido, idē intelligo & de maleficiato, ut uſq; ad trienniū expectet. maxime qa magis ſperādū eſt, ꝙ impedimētū remoueri poſsit, ꝙ non proceſsit à naturalibus. Lau.

h Prius probari. Ar. ꝙ ſi prius probari poſsit impedimentum non expectabunt per triennium. ī. e. c. proxi. ſi uero manifeſte nō cōſtet tūc cohabitēt ſimul ꝑ triennium continuū: in quo debēt dare operam carnali operi: ut hic, & ar. ī. e. c. ult. in authen. de nup. §. per occaſionem. col. iiij.

i Gregorij. xxxiij. q. j. quod autem.

k Iuſtum iudiciū. Id ē per teſtes: uel per aſpectū corporis. 3 ar. ſ̃. de probat. propoſuiſti. & ī. e. c. ult.

l Separentur. Propter naturalem frigiditatem, ſecus ſi propter maleficiū. xxxiij. q. j. ſi ꝑ ſortiarias.

m Quod ſi ambo. Vel ſolūmodo mulier. ille enim, qui ſcienter contraxit, non uidetur, quod poſsit contradicere. arg. ſupra, de eo qui dux. in matr. c. j. ff. de lege com. l. ij. Vel dicas, & uerius: qa neceſſe eſt, ut ambo conſentiant. ſufficit quod ita ſcriptum eſt, & ſi perquam durum eſt. ff. qui & à quibus manu. lib. leg. proſpexit. & vj. quæſtione tertia. ſcriptum eſt. quia cum nullum ſit matrimonium, non tenetur alter alteri.

n Septima manu. Simile infra eod. ca. ult. & xxxiij. q. j. requiſiſti.

Si de impotentia coeundi conſtet, ſtatim matrimonium ſeparatur, alias cohabitabunt coniuges per triennium: & ſi cum ſeptima manu propinquorum iurant, quod dederūt operam carnali copulæ, & non potuerunt coniungi, ſtatim ſeparantur. Ita communiter ſummatur.

CAP. V.

LAudabilē & infrà. Requiſiſti, quantū tempus indulgendum ſit naturaliter frigidis ad experientiā copulæ nuptialis: † & ī. Nos uerò in præſenti cōſultatione ſentimus, ut à tēpore celebrati f cōiugij, ſi frigiditas g prius probari h non poſſet, cohabitent per triennium: quo elapſo, ſi nec tūc cohabitare ualuerint, & iuxta decr. Gregorij, i mulier per iſtū k iudicium de uiro probare potuerit, ꝙ cum ea coire nō poſsit, accipiat alium, ſi autem ille aliam acceperit, ſeparentur. l Quod ſi ambo m conſentiāt ſimul eſſe: uir eam & ſi non uxorem: ſaltem habeat ut ſororem. Si autem, ꝙ nunquam ſe inuicem cognouerint ambo fatentur, cùm ſeptima n manu propinquorum uel uicinorum bonæ famæ (ſi propinqui defuerint) tactis

† Alias; carnalis,

3 Ipſius mulieris, quæ uirgo erat, nec habet tūc neceſſe habere vij. manū propinquorū: uel qa ſæpe manus falli & c. ſemper erit neceſſaria ſeptia manus. ī. c. ſ. in arcta tamen dicerem, ſecus quæ eſt infallibilis ꝓbatio, ꝙ placet. Inno. Idem ſi per aſpectum corporis uiri qui ſiccū & aridum habet mēbrū, probetur eiꝰ impotētia ſecūdum Inno. Io. And.

sacrosanctis euāgelijs, † uterque a iureiurando dicat, quòd nunquam per carnis copulam, una caro effecti fuissent: & tunc uidetur, quòd mulier ualeat ad secundas nuptias conuolare. Verum si ille aliā duxerit, tunc ij b qui iurauerant, rei periurij teneantur, & peracta pœnitentia cogantur ad connubia priora redire. c

Innocentius iii. Altissiodoreñ. episcopo.

Propter arctationem mulieris, si apparet quòd præter diuinum miraculum absque periculo corporali, habilis reddi non potest, separatur matrimoniū: redintegratur tamen, si postea appareat ecclesiā fuisse deceptam.

CAP. VI.

FRaternitatis tuæ literas recipimus continentes, quòd O. mulier cuidā uiro matrimonialiter nupsit: cum quo per multos annos morata, nō potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem ꝑ archipresbyterum tuum super hoc fuisses edoctus tu tamen uolens habere certitudinem pleniorem quasdam matronas d suæ parochiæ prouidas & honestas, ad tuam præsentiam euocasti, districte e illis iniungens sub periculo animarum, ut mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, utrum idonea esset ad uiriles amplexus. quæ tandem in fide sua tibi asseruere constanter, quòd eadem nunquam poterat f esse mater aut coniunx, tanquam cui naturale deerat g instrumentum. unde inter ipsam & uirum, diuortiū celebrasti, mulierem inducens, ut ad religionem aliquam se trāsferret, perpetuam continentiam seruatura: & uiro licentiam tribuisti, ut uxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quòd mulier inuenit h qui feras huiusmodi reserauit: & abijciens cōtinentiam, quam promisit, G. latori præsentium supernupsit. Quāuis igitur semiplene nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam seruaturā, utrum uidelicet simplici uerbo, an uoto solenni, utrumve ad religionem transierit ut promisit, an contra promissionem suā in domo remanserit, & qualiter feras illas fecerit reserari, utrū uidelicet artificio medici, an concubitu uiri, seu alio quolibet modo: nos tamen perspicaciter attendentes, ꝙ impedimentum illud non erat perpetuum, quòd præter diuinum miraculum i per opus humanū absque corporali k periculo potuit remoueri: sentētiā diuortij per errorem l licet probabilem, nouimus esse prolatam, cum pateat ex

PErlatum est ad audientiā nostrā, quòd cùm H. ad partes Constantinop. transijsset, [d] & ibi morā per decenniū & amplius faciens, ad I. uxorē suā non rediēs, ipsa apud bonę me. Viceñ. episcopum, aduersus eū querelā deposuit, & quòd eum nō posset diutius expectare nihilominus allegauit. episcopus uerò sicut uir prouidus & discretus, parētibus [e] uiri mādauit, ut pro eo mitterent, & ipsum ad ꝓpria reuocarent. cumq; elapso longi tēporis spatio † uir non remearet ad propria, episcopus in conspectu ecclesiæ auditis rationibus mulieris, inter eos sñiam diuortij promulgauit, [f] & mulieri ut alium duceret, facultatem indulsit. Ideoq; mandamus, quatenus si cōstiterit, quòd episcopus inter eos sñiam diuortij tulerit, filios, quos sustulit de alio, ad cuius copulā authoritate prædicti episcopi migrauit, legitimos iudicetis, eos hac occasione ab hæreditate nō patiētes excludi.

Idem Beluaceñ. epo.

Filij nati ex matrimonio clādestino, per ecclesiam approbato sunt legitimi. hoc dicit inhærendo literæ.

CAP. IX.

QVod nobis: & infra. Si qui autem de clādestino [g] matrimonio postmodum ab ecclesia comprobato generati fuerint, [h] eos legitimos iudices filios & hæredes.

Cælestinus iij. Eboraceñ. archiepiscopo.

tū. s. eo. lator. & xxiij. q. v. regum. & viij. dist. quo iure. & xxxiij. q. ij. inter hæc. in fi. & xxiij. quæstio. iiij. quæsitum. arg. quod Papa intromittit se de hæreditate. Arg. contra. s. eo. c. j. & xx. quæst. iij. præsens. in fi. xv. quæstio. vj. alius. & xxiiij. quæst. j. [1] loquitur. Hug. dixit, quod Imperator à solo Deo habetq; potestatem in temporalib. Papa uero in spiritualibus, & sic diuisa est iurisdictio. prius enim fuit Imperator, quam coronā reciperet à Papa, & gladium ab altari. xciij. dist. legimus. qa ante fuit imperiū quā apostolatus. Sed Alan. & Tācre. dixerūt, quod Imperator licet imperiū à solo Deo dicatur ꝓcessisse, executionē gladij temporalis recipit ab ecclesia. Ecclesia. n. est unū corpus: ergo unum solū caput debet habere. Itē Deus utroq; gladio usus est, ut no. de iudic. nouit. hic adde, quod ibi dicitur. Item Moyses utrunq; gladiū habuit, cuius successor est Papa. præterea Papa ipsum confirmat & cōsecrat & coronat, & cum deponit. s. de electio. uenerabilē. & xv. quæst. vj. alius. hoc ultimū uerius credo.

[a] Mater. Scilicet Agatha.

[b] Incongruum. Quia crimina morte extinguuntur. C. si reus uel acc. mor. fu. l. j. ij. & iij. xxiij. dist. quorūdam. & xxxiij. quæst. ij. admonere. Et ideo post mortem, nullus accusari potest nisi in tribus casibus: ut de hæresi. xxiiij. quæst. ij. sane profertur. & forte in crimine læsæ maiestatis propter bona & filios. arg. vj. quæst. j. c. quæro. §. uerum. & c. si quis cum militibus. & hac rōne bonorū. quæritur de delictis aliquorum post mortem, scilicet, utrum Agatha fuit nata de legitimo matrimonio. dicebatur. n. nata de Anelina & Radulpho, & modo quæritur utrum inter eos fuerit legitimum matrimonium. sic supra eo. lator. & de statu alicuius quandoque quæritur propter bona. C. de libe. causa. principaliter. & C. ne de sta. defunctorum. quamuis. Ber.

[c] Genitricis. Id est, matrimonium de quo nata est Agatha genitrix præfati R. ut dixi, & non de matrimonio, de quo natus fuit R. quia non agitur de illo.

PErlatum est. Sunt duæ partes. In prima facti narratio. in secunda commissio: ibi, Ideoq;. Abb.

[d] Transijsset. Causa uagandi, secundum Innocen. uel in odium mulieris, & sic staret impedita: & sic absentia fuit malitiosa: per quod non obst. sed concor. supra ut lit. non contesta. quoniam. §. si autem. & supra de spon. de illis. secundum Hostien. Ioan. And.

[e] Parentibus. Et amicis similiter mittere debuit. ff. ex quib. cau. ma. ī ītegrū restituta. l. ergo. & edictum publice proponi debet supra, de dolo & contuma. c. causam quæ. & c. ult. sed in hoc casu, non est taliter procedendum nisi se per contumaciam absentasset. supra ut lit. non contestata. capit. quoniā. §. porro. & §. seq. Ber.

[f] Promulgauit. Probato [1] impedimēto perpetuo. Sed nunquid episcopus iste legitime processit lite nō cōtestata? arg. quod sic. infra. tit. proximo. cap. j. & illud factum uidetur ex necessitate, ne ius mulieris periret. Sed cōtra supra, ut lit. non contesta. ca. quoniam. §. porro. & §. seq. cui hodie stādum uidetur. Sed utrū episcopus, bene uel male processerit non quærebatur, [2] sed tantum utrum filij nati de alio uiro, cum quo authoritate episcopi contraxit, legitimi essent? & respondetur quòd sic, & non aliud. argumen. ff. si quid in fraudem pa. l. j. §. si quis in fraudem. & quia de illo quæsitum non fuit, responsum non extitit: sic supra de electio. innotuit. ad fin. & ideo filij isti, legitimi erunt: quia authoritate ecclesiæ & publice cōtraxit. supra eodem, cap. ij. Ber.

[g] QVod nobis. De clandestino. quot modis matrimonium dicatur clādestinum, dicitur s. de c e. despon. cum inhibitio.

[h] Fuerint. Post approbatum matrimonium ab ecclesia, seruata solennitate quæ traditur supra, de clandestin. despon. capitu. cum inhibitio. quia legitimi erunt, etiam si postea matrimonium separetur iusta de causa: secus si ante approbationem, generati [3] fuerunt de clandestino matrimonio ab ecclesia non approbato, uel non seruata forma prædicta contraxerunt: quia filij non excusantur, si contra matrimonium aliquid postea probetur, ut in prædicta constitutio. cum inhibitio. tales ergo filij

Adde quod dicatur esse lōgum tps: nota. insti tu. de usuca. §. j. & ī l. fin. C. de pręscri. lōgi. temp.

[1] Probato. hoc diuinatoriū est sufficit auctoritas episcopi, ut mox subijcit glo. & bene.

[2] Puto secūdū Vin. eū legitime ꝓcessisse, cum ageretur contra cōtumacē & de fœdere mrīmonij secundum Gof. maxime cum de discretione hic cōmēdetur eps secundum Host. secūdum quē dic ut dixi in text. sup uersi. trāsijsset. Ioā. And.

[3] Host. dicit, quod concepti ante apꝓbationem & nati pꝰ, reputātur legitimi, ꝑ ea que dicta sunt s. cap. ij. Ego credo, ꝙ decre. intendat legitimare filios dē clādestino matrimonio genitos, si postea matrimonium fuerit approbatū quasi præcedēs turpitudo purgetur. & secūdū hoc si leges literā: Si qui aūt ge. sue. de clara. ma. postmodū id est post generationē ipsorum ab ecc. &c. & pro hac lectu. facit quia ēt de fornicario coitu nati. legitimant ꝑ sequēs cōiugiū. s. e. tanta. arguebat Ala. & tenebat. g. s. eo. [1] cū inter. ꝙ si contradicente ecclesia aliqui cōtrahant: & postea ecclesia apꝓbet: qđ nūj ante approbationē nati, sunt legitimi. s. de clā. despōs. c. [1] ij. & iij. Ioa. And.

ſcilicet de clandeſtino matrimonio ante approbationem eccleſiæ nati, poſt approbationẽ legitimi erunt. xxxij. quæſtio. iiij. dicat aliquis. ſ. eodem, tanta. argu. ſi poſtea contra matrimonium aliquid nõ probetur, de quibus hoc intelligitur. ſ. de clandeſt. deſpon. cap. ij. cuius pars hæc eſt. & ſ. eodem, tãta. Ber.

Nati ex matrimonio contracto cõtra publicæ honeſtatis iuſtitiã illegitimi ſunt, & ab hæreditate parentum excludendi. & tene mẽti hunc caſum, quia ſæpe per ignorantiam accidit.

CAP. X.

REferente [a] nobis: & infrà. F. t. t. reſpon. quòd publicæ honeſtatis iuſtitia prohibente matrimoniũ inter eos contrahi non potuit, & contractũ debuit ſeparari: [b] ac per hoc, cùm filij nec per eccleſiæ permiſsionẽ, [c] nec per paternam ignorantiam [d] excuſentur, ad ſucceſsionem bonorũ paternorum nõ uidentur aliquatenus admittendi.

REferente. Si ſciẽtes inter ſe impedimẽtum, matrimoniũ cõtrahãt, illegitima eſt proles eorum. Primo ponitur cõſultatio. Secundo reſpõſio: ibi, Fraternitati. Abb. Sic.

[a] Referente. Caſum pone per illã ſ. de deſpon. impuber. duo pueri. ſic: Quidam contraxit ſpõſalia de futuro cum quadam, tandẽ illa mutata uoluntate, cõtraxit per uerba de præſenti cum alio, & ſic ſoluta fuerunt ſponſalia priora. ille uero qui ſponſalia cũ ea cõtraxerat, matrimonium cum quadam conſanguinea illi⁹ ex certa ſciẽtia utriuſque contraxit. de tali matrimonio, nati ſunt filij. quærebãt an eſſent legitimi & reſpõdetur ꝙ nõ, quia publicæ hõeſtatis iuſtitia impediẽte, nõ potuit eſſe matrimoniũ ĩter eos. nec ignorantia excuſat eos, quia parentes ſcienter cõtraxerunt, nec diſpenſatio eccleſiæ fuit ſecuta.

[b] Separari. Sic patet, quod impedimẽtum iſtud perpetuũ eſt, ex quo impedit, & dirimit matrimonium iam contractũ. ſic ſupra de ſponſa. capit. ad audientiam. & capitulo, iuuenis.

[c] Permiſsionem. Id eſt eccleſia non approbante tale matrimonium, uel permiſsionem: id eſt diſpenſationem, quia poſtea eccleſia cum eis non diſpenſauit, & per diſpẽſationem eccleſiæ approbatur matrimoniũ cauſa filiorum. ſ. de conſang. & affi. quia circa. ĩ. eod. per uenerabilem. & xxxv. q. viij. c. j.

[d] Ignorantiam. Paterna enim ignorantia, utriuſque uel alterius tantum excuſat filios ſiue legitimat eos. ĩ. e. ex tenore. & ſ. e c. ij. Item ſubſequens matrimonium. ſ. e. tanta. & c. j. Item legitimatio principis. ĩ. eo. per uenerabilem. hodie uero paterna ignorantia non excuſat filios, omiſſa illa ſolennitate. ſ. de clande. deſpon. cum inhibitio. B.

Idem.

Ad docendũ prolem illegitimã nõ ſufficit probare impedimentum matrimonij, ſi fuit in facie eccleſiæ contractum.

CAP. XI.

PEruenit ſanè ad nos ex inſinuatione Luciæ uiduę quòd cùm inter G. patrem ſuum, & A. matrem illius, matrimonium fuiſſet legitimè celebratũ, & quandiu uixerunt, quietè permanſerunt, poſt illorum deceſſum quidam aſſerentes, eam de non legitimo matrimonio fuiſſe ſuſceptam à paterna hæreditate tanquam illegitimã amouere conantur. Mandamus itaque quatenus ſi eſt ita, [e] dictam uiduam illegitimam nuncietis.

PEruenit: Primo ponitur mulieris querela, ſuper qua datur iudex. Secũdo inſtruitur ſuper modo decidendi: ibi, Mandamus. Abb. Sic.

[e] Si eſt ita. Argu. contra. ſ. eod. cauſam quæ. ibi mandatur inquiri de matrimonio poſt mortẽ coniugum: hic autem uidetur dnegari. Ala. dicit ꝙ hic lapſum erat quinquẽniũ à morte coniugum, ibi non. argu. ff. ne de ſta. defun. l. j. & ij. & C. eo. ti. ſi is cui. & per totũ. Vel hic mater [a] dicebat nata. de nõ legitimo matrimonio: impediente ſtatu unde poſt mortẽ quæri non debet. Sed hoc eſt diuinare. Vnde dicimus ex quo conſtat matrimoniũ in facie eccleſiæ contractũ & bona fide, filij legitimi ſunt ut hic & ideo dicit: ſi eſt ita, ꝙ legitime cõtractum ſit. & hæc mulier probare debet. & ſic intelligitur quod dicitur. ſed ibi non conſtabat de matrimonio: [a] quia dicebatur, quod Agatha nata fuit eo tẽpore quo Anelina mater ei⁹ habebat aliũ uirum, & hoc aduerſarius probare debebat: ut ſ. e. cauſam quæ. & hic non negatur quin alia pars poſſit ꝓbare contrariũ ſi uoluerit. unde ſi nihil probat, eo ipſo ꝙ parẽtes iſti⁹ in facie eccleſiæ contraxerũt, & approbãte eccleſia ſimul fuerunt uſque ad mortem, præſumitur legitimum matrimoniũ ĩter eos quare fili: 'egitimi ſunt habendi, quouſq; contrariũ oſtenda Aliud contrarium fortius ſignatur ſupra eodem, l or. & ſupra de ord. cogni. cap. tuam ibi ille qui opponit aduerſus legitime natum, debet hoc probare. hic contra, quod uidetur iniquum poteſt dici, quod ſic non conſtabat de matrimonio parentum iſtius uiduæ, nec erat cõmunis opinio quod fuiſſent legitimi coniuncti: & ideo mulier debet probare narrationem ſuam, unde dicit papa, ſi eſt ita. arg. ad prædicta. ĩ. c. proxi. B.

[a] Ita ſtat in gl. ſed melius diceret, mulier. Ioan. And.

Matrimoniũ bona fide palã contractũ præſumit legitimũ.

[a] Secundũ Tanc. uel ibi erat impedimẽtum, ſuper terrã ambulans. ſ. uir ſuperſtes: hic fuerat impedimentũ occultum ſecũdum Gof. qui ẽt no. qđ dictum ẽ de ſtatu đ functorũ: nõ quæri poſt quinquenniũ: uerũ eſt, ut reuocet in pœnis: ſecus ſi in pei⁹. ff. ne de ſtatu defunc. l. j. ad fin. In crimine ẽt maieſtatis & hæreſis ñ hẽt locũ ꝑſcriptio quinquẽnij. C. ad leg. Iul, max. xxiiij. q. ij. ſane. Ioã. And.

Innocentius tertius.

Statur dicto teſtiũ, qui probant aliquem legitimũ, licet fama uiciniæ & tractatus parentum, habeat contrarium.

CAP. XII.

PEr tuas literas intimaſti, quòd R. ex muliere quam ſecundum opinionem maioris partis uiciniæ in concubinã habebat prole ſuſcepta, quandam poſt, & aliam ea defuncta duxit in uxorẽ: & ea [f] de qua prolem ſuſceperat, uirũ ſibi alium copulauit. proceſſu uerò temporis idem R. in præſentia multorum firmauit proprio iuramento, quòd eam quam habere uiſus fuerat concubinam, prius affidauerat [g] in uxorẽ quam ex [h] ea filiũ genuiſſet, & p⁹ ea cùm ageret in extremis, eum quem ex ea ſuſceperat, in teſtamẽto hæredẽ inſtituens legitimum

PEr tuas. In primo ponitur conſultatio, In ſecunda reſponſio: ibi, Nos Autem. Abb. Sic.

[f] Ea. ſ. uxore quam duxit, illa concubina dimiſſa.

[g] Affidauerat. Id eſt fidem dederat, quod eam duceret in uxorem.

[h] Et ea. Quam affidauerat. Ber.

filiũ appellauit. [a] Cùm autẽ tuæ inquisitioni fuisset cõmissum [b] an filius sic susceptus, legitimus esset hæres ipsius R. & ad eius patrimonium admittendus, tu præter id quod ex quadam decretali [c] bonæ memoriæ Alex. papæ prædecesso. no. standũ esse super hoc uerbo uiri & mulieris credebas: receptis testibus à filio eiusdẽ R. productis, quibus legitimè comprobauit [d] prædictum R. matrem suã in capella sancti Sergij affidasse, [e] eum ipsius R. hæredem esse legitimum iudicasti. Nos autẽ attendentes, quòd plus est quod in ueritate agitur [f] quàm quod simulate concipitur: licet dictus R. cũ ea dimissa quam ut concubinam habuerat, ad alia uota transiuerit, uideatur ipso facto [g] matrimonium quod inter eos celebratum fuerat, denegasse: quia tamen desponsatio per testes legitimos comprobatã, eos matrimonialiter fuisse coniunctos ostendit: siue desponsatio ipsa fuerit de præsenti ut per consensum legitimum per uerba de præsenti expressum, copula matrimonij inter eos fuerit celebrata: siue per uerba de futuro, carnali copula subsecuta, non tam decret. dicti prædecessoris nostri, quæ in casu [h] dissimili loquitur, quam inductis probationibus innitẽtes, te processisse legitimè respondemus, sententiam tuam authoritate apostolica confirmantes.

Idem nobili uiro Gu. Montis pessulani.

In terris ecclesiæ Papa põt libere illegitimos legitimare: in terris uero alienis non: nisi ex causis multum arduis, uel nisi in spiritualibus: tunc tamen indirecte & per quandam consequentiam intelligitur legitimare, etiam quo ad temporalia: hoc tamen ultimum nõ est sine scrupulo. hoc dicit secundum intellectum qui placet Panor. & est c. difficile, & multum famosum.

CAP. XIII.

PEr uenerabilem f. no. Arelateñ. archiepiscopum [i] tua nobis humilitas supplicauit, ut filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare, quatenus eis, quo minus tibi succederent, nataliũ obiectio non noceret. Quod autem super hoc apostolica sedes plenam habeat potestatem [k] ex illo uidetur, ꝙ

---

[a] Filium appellauit. Eo ipso, quod quis filium naturalem in extrema uoluntate nominat, filium & hæredem instituit, intelligitur eum legitimasse. C. de nat. lib. auth. si quis. Et hoc intellige, si alios legitimos non habet. in auth. qui. mo. nat. effi. legi. §. si uero nõ habẽs. colla. vj. Itẽ si pater offerat filiũ naturalẽ [1] Imperatori, & fiat curialis legitim⁹ erit. in auth. quib. mo. natu. effi. sui. §. si qs uero. colla. vij. Itẽ si nullo alio filio existẽte, ipse fili⁹ naturalis patre defuncto offerat se ipsum curiæ, legitimus efficit. in authent. eo. tit. §. j. & §. si quis uero. Itẽ si pater filiũ naturalẽ in publico instrumẽto, uel cum subscriptiõe testiũ nominauit filium, nec adiecit naturalem, legitimus est. in authẽ. ut li. ma. & auiæ. §. ad hoc. col. viij. Itẽ est hic ar. ꝙ sola nominatiõe aliquis, acquirat i⁹. xxxij. q. iiij. dicat aliquis. & argum. supra de præsump. illud. & s̃. de proba. per tuas. instit. de adop. §. ult. & ff. de proba. l. ulti. ar. contra ij. q. j. multi. in fin. xxvij. q. ij. inuenta. xxiij. q. iiij. forte. C. de probat. neque. & l. nõ epistolis. & C. de libe. cau. l. iubemus. De hoc dictũ fuit. s̃. eo. transmissæ.

[b] Commissum. Id est, a iudice seculari cã filiatiõis fuit huic remissa. arg. s̃. e. lator. Vel forte à papa fuit ei causa commissa.

[c] Ex quadam decretali. s̃. e. transmissæ.

[d] Comprobauit. Sic uidetur, quod aliquis possit probare se filiũ alicuius. s̃. de fil. presbyt. Michael. de hoc dicitur s̃. eod. cap. transmissæ.

[e] Affidasse. Supple antequam ipsum suscepisset ex ea. [2] Vnde postea per carnalem copulam subsequẽtem fuit matrimonium præsumptum inductum: contra quam præsumptionem, non admittitur probatio in contrarium. s̃. de spõ. is qui. alias si simpliciter probasset, ꝙ eam affidasset, non determinando tempus, insufficiens fuisset talis probatio. s̃. de proba. in præsentia. s̃. de condi. ap. per tuas.

[f] Agitur. C. plus ua. quod agi. per totum, in rubro & nigro.

[g] Ipso facto. Sicut ipso facto negat matrimonium, sic & ipso facto renuntiatur matrimonio spirituali. siue priuilegio clericali. s̃. de ui. & ho. cle. c. ul. sic opere contrario uel facto negamus Christũ. xiij. q. ul. cauete. & xj. q. iij. existimant. & sic præsumitur ꝙ à primo odio recessit. xxxiij. q. j. requisisti. & q. ij. c. j

[h] In casu dissimili. Nam ibi parentes testificabantur cõtra illum, qui dicebat se eorum filiũ hic uero ꝓ ipso [3] filio & ita multũ prodest filio dictũ parẽtũ. ff. de ꝓbat. etiam. & ff. de liber. agn. l. j. §. Iulianus. & s̃. de præsum. afferte. & C. de rei uxo. actio. l. una §. si liceat. & ff. de proba. l. ul. ff. ad carbon. l. j. §. si quis. & l. quod Labeo. Ioan.

[3] Hæc dissimilitudo parũ ualet. nã si credit neganti: quare nõ confitẽti sed dic, ꝙ ibi negabatur filiatio hic qualitas. Itẽ hic factũ cõtra dicebat uerbo ibi secus: Itẽ hic assertio uiri tãtũ: ibi uiri & mulieris. Io. And.

PEr uenerab ilẽ Post. Abb. Io. summat sic: Papa nõ legitimat in tẽporalibus alienæ iurisdictiõi subiectos. h. d. Diuidit principaliter in duas partes. In prima petitio. In secũda respõsio: ibi, Quod aũt. Secũda subdiuidit in quatuor. In prima ꝓbat quinq; rationibus, ꝙ dispensationem petitã facere potest. In secunda ibi. Videbatur. ponit similitudinem quã inducebat petitor: quã quinque rationibus improbat. In tertia ibi, Rationibus. ꝓbat authoritate ueteris testamẽti & noui, qđ ubiq; terrarũ certis ex causis inter Christianos põt se papa de tẽporalib⁹ intromittere. In quarta ibi, Licet petitionẽ audire noluit, quia omnis lex contradicebat. Abb.

[i] Archiepiscopum. nunc, olim fuit sedes episcopalis: ut viij. q. iij. Artaldus. & fuit suffraganeus Narboñ. ut ibi.

[k] Habet potestatem. Ex eo. n. quod legitimat aliquẽ in spũalibus, per consequentiam & in temporalibus, prout ipse papa argumentat hic propter hoc tamen quod legitimat aliquẽ in spiritualibus, non probatur quod habeat iurisdictionem in temporalibus. legitimare enim pertinet ad uoluntariam iurisdictionem. ff. de offi. procon. l. ij. Itẽ quia ad papam nihil spectat de tem-

---

Filius naturalis secũdum leges, quatuor modis legitimatur.

[1] Adde q legitimatus est per principẽ: nõ legitimatur in spũalibus notat Bal. in auth. ex complexu. C. de incest. nup.

Ius an q̃rat alicui per solam nominationem.

[a] Idẽ si ante fuisset susceptus, dũmodo, cõtraxisset cum ea, anteq̃ cõtraheret cũ secũda secũdum Ab. intelligas sane hoc. n. uerũ si loquat de sponsa de præsenti: sponsalia uero de futuro, nisi post illa interueniret copula ñ faciũt matrimoniũ s̃. de spõ. c. ueniẽs ij. & sic nõ legitimãt prolẽ: ut ibi etiã no. & facit qđ sequitur hic ad finẽ. siue per uba. &c.

de temporalibus. ſ. eo. cauſam quæ. & c. lator. & ſ. de iudi. nouit. niſi in caſibus. ſ. de foro comp. licet. & c. ex tenore. ut ibi dicitur. & ſic uidetur, qđ papa quo ad temporalia legitimare non poſsit ubi non habet temporalem iuriſdictionem. Ad hoc dixit Ioann. φ dominus papa non habet poteſtatem legitimādi in temporalibus: ſed eo ipſo, quod legitimat aliquē quo ad ſpiritualia, & p cōſequens legitimat eum quo ad temporalia, quæ ſunt minus digna, & ſic legitimat p conſequētiam. ſed nō directe. ſępe. n. permittit aliquid indirecte g arg. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. ſerui. j. reſpon & ff. de autho. tut. l. j. Ioan. adhæſit allegationi, quam ponit hic dominus papa. ſed contrariū credo, ſcilicet quod dominus papa, nō poſſit legitimare aliquem quantum ad hoc, ut ſuccedat in hæreditate: tāquā legitimus hæres, qui non ſit dico de ſua iuriſdictione tēporali. ſic. n. eēt mittere falcem in meſſem alienā, & uſurpare alienā iuriſdictionē: quod eſſe nō debet. ſ. de iudic. nouit. & vj. quæſtione tertia ſcriptum eſt. & priuare aliquē iure ſuccedēdi. unde credo quod non poſsit legitimare, niſi quo ad actus ſpirituales. tamen quidā legitimationem extendunt ad honores, ut p hoc intelligatur eſſe legitimatus, ut poſſit eſſe iudex, & habere hmōi honores temporales z quos alias habere nō poſſet. & in hac ſnīa fuerunt Lau. Vin. & Tancr.

g Et per cōſequentiā quod non liceret principaliter. ff. de pœni. mortis. in prī. C. ſi adver. trā. l. j. C. de tēpo. in ite. reſt. l. petē dæ. in fin. ſecundum Go. & hoc colligitur j. de ꝓcu. qui generaliter. in prin. li. vj. Ioā. And.

z Non tamē quoad ſucceſsionē ſed quare in illis, & non in iſto nō invenio rōnē ſecūdū Gof. dixit Hoſtien. qđ tenenti hāc opi. bene occurret rō. quia. ſ. per ꝑdicta nemini ꝑiudicat: ſed potius rei publicę prouidet. arg. ff. de decu. gñaliter. §. ſpurios & l. ſpurij. ff. de teſt. l. j. per ſecundum uero

a Non naturalibus. Naturales large omnes appellātur: præter adoptiuos & ſpirituales. xxx. quęſtione iiij. §. j. plerunq; enim illi tantum qui ex liberis concubinis naſcuntur: ut hic, & xxxij. q. iiij. liberi. Ber.

b Adulterinis. Vt puta filijs presbyterorum, qui cū fornicantur, adulterātur, cum ſint quaſi mariti eccleſiarum: ut lvj. diſt. cenomanenſem. Ber.

c Præſertim. Id eſt, maxime ſecundum Io. ſecundū alios præſertim, id eſt tantum.

diuerſis cauſis inſpectis, cum quibuſdam minus legitimè genitis, non naturalibus a tātùm, ſed adulterinis b ēt diſpenſauit, ſic ad actus ſpirituales, illos legitimans, ut poſsint in epiſcopos promoueri: ex quo uerīſimilius credi tur & probabilius reputatur, ut eos ad actus legitimare ualeat ſeculares, præſertim c ſi præter Romanos pontifices inter homines ſuperiorem d alium non cognoſcant, qui legitimandi habeat poteſtatē: quia cum maior in ſpiritualibus tam prouidentia quàm authoritas & idoneitas requiratur: e φ in maiori conceditur, licitum eſſe uidetur & in minori. f Per ſimile quoq; id uidetur poſſe probari, cùm eo ipſo quòd aliquis ad apicem epiſcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria poteſtate. g Prætereà etiam ſi ſimplex epiſcopus ſcienter ſeruū alterius in presbyterum ordinaret, h licet ordinator ſatisfacere domino teneretur, ordinatus tamē iugum euaderet ſeruitutis. Videretur ſiquidem monſtruoſum, ut qui legitimus, ad ſpirituales fieret actiones, circa ſeculares actus illegitimus remaneret. unde cùm in ſpiritualibus diſpenſetur, conſequenter intelligitur de temporalibus diſpenſatum. Id autem in patrimonio beati Petri i liberè poteſt apoſtol. ſedes efficere, in quo & ſummi pontificis authoritatē exercet, & ſummi principis exequitur poteſtatem: & infra. Videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciam poſtulandi, quòd cùm rex Francorum I. reginam † dimiſerit, & ex alia poſtmodum ſuperducta puerū ſuſcepit & puellam, & tu ſimiliter excluſa legitima, ſuperduxeris aliam, ex qua filios ſuſcepiſti: ſicut cum filijs regis eiuſdem, ſic cum tuis credebatur de benignitate apoſt. ſed. diſpenſandum. Verum ſi ueritas diligenter inſpicitur, non res ſimilis, ſed ualde diſsimilis inuenitur. nam rex ipſe, à regina per Remeń. archiepiſcopum apoſtolicæ ſedis legatum fuit per ſententiam k ſeparatus, tu uerò uxorem tuam à te temeritate propria ſeparaſti. l. Ipſe quoque priuſquam ad eum prohibitio de non contrahendo cum altera perueniſſet, aliam ſuperduxit, ex qua prolem geminam noſcitur ſuſcepiſſe: ſed tu in contemptum eccleſiæ aliam ſuperinducere attentaſti. Prætereà ex ipſe, contra matrimonium impedimentum affinitatis obiecit, & coram præfato archiepiſcopo teſtes induxit: cuius ſententia quia caſſata fuit ſolummodo propter iu-

prouidetur uiro priuato & odioſo cū alteri⁹ tribulatione q ſuccederet, ſi hoc non eſſet: qđ uitari dēt viij. q. j. ſi ergo. uerſus fin. & in āuth. de mādata pri. §. op; colla iij. Ioā. And.

d Superiorem. Papa enim ſuper omnes eſt. xcvj. diſti. duo ſunt. & ix. qō. iij. cuncta. & ſ. de ma. & obe. ſolitæ.

e Requiratur. Supple quantum ad temporalia.

f In minori. xcv. diſtinct. illud. xvj. q. ij. c. j. & ſ. de decī ex parte. Et ecō uerſo, cui interdicitur minus, & maius interdictū eſſe uidetur. j. de ſent. excommu. cum illorum. & lxxiiij. diſtinct. geſta. & ff. de ſer. exportādis. error. §. cu. & ff. đ īterdictis & releg. l. relegatorū. §. ſolet. Ber.

† Scilicet Imgeberga ſorore Regis Vngariæ, ducta filia ducis Bohemiæ, ut not. in ano. ad Philip. Deciū c. j. ſ. đ poſtul. ꝑla.

g A patria poteſtate. liiij. diſtin. ſi ſeruus in authen. conſtit. quæ de digni. lib. ſi. à pa. po. §. palam. colla. vj. Bernard.

h Ordinaret. liiij. diſtin. ſi ſeruus abſente. & ca. ex antiquis. Ber.

i Beati Petri. Dicebat Io. maxime, Sed tu dic tātum, ut dixi ſ. quia quo ad forum ſeculare, non poteſt legitimare, niſi prīceps ei permitteret. in ſeruo ſcienter ordinato ſecus eſt, ſed ipſe tenetur domino ſatisfacere: ut hic dicitur. Bernardus.

k Per ſentētiam. Cui ſtandum erat. Donec in contrarium probaretur. ſ. de re iudi. ſicut. & ſ. de renuntiatio. in præſentia. licet iniqua. ff. de iuſtitia & iure. l. pe. §. primo. & ff. de re iudicata. res iudicata.

l Separaſti. Quod facere nō debuit, etiā ſi cauſa eſſet manifeſta. j. de diuor. porro. cum talis ſeparatio, ſit pœna, quæ non debet inferri niſi per iudicem. xxiij. q. ij. c. ſinc. §. in hoc. Ber.

l Cócor. textu in l. rei iudi. & ibi doc. ff. ſol. matr.

Iudi-

diciariū ordinem non seruatum, [a] nos post restitutionem reginæ alios cognitores duximus deputandos. tu uero uxori tuæ nihil quod diuortium induceret obiecisti. cū etsi fides thori, sit unum de tribus bonis [b] coniugij, nō tamen ipsius uiolatio coniugale uinculū uiolasset. [c] De filijs ergo eiusdem regis, utrum legitimi uel illegitimi fuerint, quandiu pendet quæstio affinitatis obiectæ potest non immerito dubitari. [d] Nam si affinitas fuerit cōprobata, [e] prædictam reginam non esse regis coniugem apparebit: & per consequens alia uidebitur sibi legitime copulata, & filios ei legitimos peperisse. Insuper cum rex superiorem in temporalibus minime recognoscat [f] sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostræ subijcere potuit, [g] in quo uideretur aliquibus, quòd per se ipsum (nō tanquam pater cum filijs, sed tanquā princeps [h] cum subditis) potuit dispensare: tu aūt nosceris alijs subiacere: & infra. Rationibus igitur his inducti, regi [i] gratiam fecimus requisiti, causam tam ex ueteri, quā ex nouo testamento trahentes, quòd nō solum in ecclesiæ patrimonio [k] (super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem) uerūetiam in alijs regionibus certis [l] causis inspectis temporalē iurisdictionē casualiter exercemus, nō quòd alieno iuri p̄iudicare uelimus, sed quia sicut in Deuteronomio continet̄: Si difficile & ambiguum apud te iudiciū esse p̄spexeris, inter sanguinē [m] & sanguinem, causam & causam, leprā & leprā, & iudicium intra portas uideris uariari, [n] ueniens ad sacerdotes. [o] Leuitici generis, & ad iudicē, qui fuerit illo tempore: qui indicabunt tibi iudicij ueritatē: & facies quæcunque di-

[a] Iudiciarium ordinem non seruatum. ut ij.q.vj.c.ei qui §.diffinitiua. & arg. s̄.de proba.quoniam. & s̄.de elect.dudum. & s̄.ut lite non contesta. accedens.arg. contra s̄.ut lite non contest.c.j. & c.quoniā. §.j.ubi dicitur, quod ordo iudiciarius, nō usquequaque seruatur in causis matrimonialibus, sed hic cassata fuit propter hoc sentētia. Illa cōtraria intelliguntur, quando altera pars est absens per contumaciam. tunc enim ordo iuris non seruatur p̄ omnia, imo testes recipiunt̄ li. non contest. & fertur sentētia p̄pter periculum fornicationis: ut in c.quoniam. sed ubi altera pars non est absens, sed præsens utraque pars, debet ordo iuris seruari. alias non ualet sententia: ut hic. [1] Et dic cassata, id est, cassa & irrita nuntiata: ut capitu.accedens. s̄.ut li.non contesta.

[b] De tribus bonis coniugij. Nota qđ tria sunt bona matrimonij: ut hic dicit, s.fides. proles & sacramentū. xxvij.q.ij. omne itaque. xxxiij.q.j.non enim in sola. Fides, quia nullum adulterium, dicitur fides thori coniugalis: ut ca. nō enim. Proles, id est, ipse Deus. [2] Sacramē tum, quia nullum debet esse diuortiū ut c.omne. Vbi alterum istorum nō seruatur, frangitur lex matrimonij. Iste non seruauit ista tria, scilicet fidem, quia cum alia adulterium cōmisit. sed rex Franciæ non fecit hoc propter sententiam: & quamuis fides non seruetur, matrimonium tamen durat: ut hic dicitur.

[c] Violasset. id est: dissoluisset: quia in nullo casu soluitur matrimonium fidelium: post carnalem copulā. nisi in casibus. j̄.de diuor. gaudemus.

[d] Dubitari. Et sic ex futuro euentu pendet, an sint iudicandi legitimi. arg. s̄.de frig. & malefi. c.fraternitatis. in fin. Sed certe [3] contrarium uidetur, si secundum matrimonium contractum fuit authoritate ecclesiæ ex ui sententiæ latæ & toleratum fuit, lite pendente super primo filij legitimi erunt. s̄.eod.perlatum. & c.cum inter. & c.referente. arg. & ita sine aliqua dispensatione legitimi erunt. Ber.

[e] Comprobata. Maxime, quia & si non fuerit comprobata, & restituatur uiro, nihilominus proles legitima erit, nata ex secunda uxore, quam authoritate ecclesiæ recepit post sententiā latam: ut dixit in proxi. nota. sed non est uerum: quia sententia non tenuit propter ordinem non seruatum. & ideo necessaria esset dispensatio, si non proberetur affinitas. Ber.

[f] Minime recognoscat. De facto, de iure [4] tamen subest Romano imperio. vij.q.j. in apibus. De hoc dicitur s̄.de elect. per uenerabilem.

[g] Potuit. ff. de iurisdict. om. iudi. est receptum.

[h] Tanquam princeps. Nota quod facit aliquid, non tanq̄ rex: ut s̄. de elec. quod sicut. §. pen. & c.cum inter canonicos. & c. cū inter uniuersas. & uigesimatertia qō. iiij. si ecclesia. in fin. & ff. de adop. si consul. §.j. & ff. qđ cuiusque uniuer. inter eorum. §.j. & ita rex erit hic actor, & iudex proprij facti. & licet forte rex hoc facere possit, melius tamen facit, si abstinet a talibus. ff. de off. procon. ne quicquā. ne uideat̄ præstare authoritatē suo proprio facto: [5] ut supra, de instit. c. ulti. & s̄. de iu. pat. per tuas. Ioannes.

[i] Regi gratiam. Quia non potuit rex legitimar̄ filiū suum. licet posset alienum: uel quia licet eum posset legitimare, ut subditum, scilicet ut succederet alij: non tamen ut succederet sibi [6] argumentū viij. quæstio. j. in scripturis. & uigesimaquarta q.j. dicimus. imo uidetur, ꝙ ipso iure legitimi erant, cum nati fuissent de matrimonio authoritate ecclesię contracto. sed non est ita: ut s̄. dictum est in notula. maxime.

[k] Patrimonio. Illos tantum de patrimonio suo legitimare potest: ut dictum est supra. [7]

[l] Certis causis. scilicet cum requirimur. & hoc probatur authoritate Deuteronom. scilicet cum uariatum est inter iudices siue ambiguum, tunc recurritur ad iudicium ecclesiæ: ut infra sequitur. & licet ex certis causis, non ideo est ordinarius, quo ad temporalia. supra, de officio ordinarij, capit. pastoralis. primo responso. sed casualiter ut dicit litera supra, de foro competenti, licet. & capitulo ex tenore. & capitulo ex parte. Et ita est hic argumentum de iurisdictione distincta, supra, eodem. causam quæ. ubi de hoc. & supra de iudic. nouit. & supra, de appellationi. si duobus. Bernardus.

[m] Inter sanguinem. Hæc uerba exponūtur inferius.

[n] Videris uariari. inter iudices siue sapientes.

[o] Veniens ad sacerdotes. Arg. ꝙ ex defectu iudicis secularis, recurritur ad ecclesiasticum. s̄. de foro competen

[1] Hodie dic ut in cōcil. Viē. de iud. dispēdiosā. Ioā. And. s. ī cle. cū glos. Pan. Fel. c. ii. s̄. de offi. iu.

Matrimonij bona, sunt tria.

[2] Quasi spes sit horū prolis, qua quis sperat prolē ad Dei seruitiū īformandā uñdicebat Bar. p̄les, id est spes p̄creādæ ad cultum Dei, alij restringūt hoc ad matrimoniū & Ioseph & Mariæ. Ioan. An.

[3] Certe. uera hæc op. Ber. ut j̄. e. uer. regi. quāuis palliando & excusādo text. in gl. seq. aliter dicat p̄pter iudiciarium ordinē nō seruatum quod est friuolum ex quo sentētia non erat nulla ex defectu iurisdictionis, sed lata a iudice cōpetētī & cū magna disceptatiōe. & sic qcquid dicat Inno. iij. nullam fecit gratiā Regi, s3 erāt mero iure legitimi p̄ casum in fortiorib⁹ terminis ī c. perlatū. j̄. eo. alias papa non potuisset legitimar̄ ad succedēdū ī hoc regno sibi nō subdito & poti⁹ alij transuersales successissent in regno nō obstāte eius legitimatione si ea opus fuisset, qa regnū istud nō est hæreditariū.

[4] Iure male citant iura positiua quæ nō p̄bāt. Deus aūt p̄pter iniustitias transfert regna de gēte in gētē. Ecclesiasti. x. Frāc. uero nunq̄ subditi fuerūt imperio Romano, cui gallias eripuerūt, occidentis quoq; imperiū assecuti sunt nec ei tñ regnū Frāciæ subiecerunt ut dixi in cō sue. Paris. tit. j. in rubri. nu. 19.

[5] Dicit Host. ꝙ in tali casu null⁹ hæc facer̄ pōt nisi Imperator alij p̄iudicando: ut j̄. not. is aūt qui de iur̄ id facere posset: & si faceret curialib⁹ abstinēdo & ad papā recurrendo. arg. C de pig. le iij. non ta

men cautius argu. vij. q. j. pōtifices. x-ij. q. j. §. ij. uersi. ad hoc callida. & seq. Ioā. And.
6 Sibi. ꝙ certū est de Regno Franciæ. quia non est hæreditarium ut dixi in cō suet. Pari. §. viij. gl. iij. nu. 8 ꝗ alijs uide Prępo. hic nume. 12. Lud. Sardū, de legitimatione lib. iiij. q. v. Martin. Lau. de legiti. char. pen. Alex. consil. clxxxviij. lib. v. ubi tetigi.
7 Adde & idē tenet Bald. cum Bartol. in procœ. C. Bart. in v. & Bald. in vij. col.
8 Exponere. Sȝ hoc reprehendit Guil. Occā. dialog. ix. & ī tract. ꝗ potesta. sū. pōti. q. j. c. viij. cū seq.
† Hinc Ioā. And. Inno. notat papam esse imperatorem. xcvj. dist. Constantinus. Sed palea est suppositi-tia ut dixi in annota. ad Alexā. consi. xxiiij. in fin. libr. v. Et post tract. in regul.

peten. licet. & xxiij. q. quinta administratores.
a Sane. Hic incipit papa exponere a authoritatē Deuteronomij.
b Ex ui uocabuli. Interpretatur enim noua lex antiquam.
c Reuersus. Ipse Petrus, & ibi postmodum martyriū sustinuit. ij. quęst. vij. beati Petrus & Paulus.
d Et sanguinem. Hæc est expositio eius, quod præsumit in authoritate Deuteronomij.
e Ciuile. Hoc est seculare iudicium.
f Criminale. Ecclesiasticum secun dum canones.
g Medium inter causam. Nota qđ ista tria iudicia, sic clarissime secundū Hosti. possunt exponi. Primum inter sanguinē & sanguinē: istud est criminale, ciuile siue seculare, ꝙ idē est hic, ut quia accusator dicit esse probatum ꝙ reus sanguinem fudit. i. aliquod crimen ciuile commisit, puta homicidium, adulterium, furtum uel aliquod aliud simile. Vltimum inter lepram, quia accusator dicit reū esse infectum lepra hæresis, uel simoniæ siue sacrilegij, uel alterius criminis ecclesiastici, & reꝰ negat. medium inter causam & causam, quia actor dicit, quod reus tenetur sibi in centum ex mutuo uel commodato, uel alia ciuili actione, uel etiam teneris mihi ad decimas præstādas, uel habeo ius patronatus in ecclesia ista, uel alia simili actione ecclesiastica, & reus negat. In his. n. omnibus. si quid difficultatis emerserit. est ad sedem apostolicam recurrendum. supra, de appellationib. ut debitus. & supra, de baptism. capitul. maiores.

xerint qui præsunt loco quem elegerit dominus: sequerisq; eorum sententiam. qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, † qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, decreto iudicis morietur, Sane a cum Deuteronomiū lex secunda interpretetur, ex ui uocabuli b comprobatur, ut quòd ibi decernitur, in nouo testamento debeat obseruari. locus enim quem eligit dominus apostolica sedes esse cognoscitur, cum enim Petrus urbē fugiēs exiuisset, uolens eū dominus ad locū quē elegerat reuocare, interrogatus ab eo, dñe quo uadis? rñdit, uenio Romā iterum crucifigi. quòd intelligens pro se dictū ad locū ipsum protinus est reuersus. c Sūt autē sacerdotes Leuitici generis, fratres nostri qui nobis jure Læuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existūt. Is uero super eos sacerdos siue iudex existit, cui dominus inquit Petro: Quodcunque ligaueris super terrā, erit ligatum & in celis. Eius uicarius, qui est sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedech, constitutus a Deo iudex uiuorum & mortuorum. Tria quippe distinguit iudicia. Primum inter sanguinem & sanguinem, d per quod criminale intelligitur & ciuile. e Vltimum, inter lepram & lepram, per quod ecclesiasticū & criminale f notatur. Medium g inter causam & causam, quòd ad utrūque refertur tam ecclesiasticū quam ciuile, in quibus cum aliquid fuerit difficile uel ambiguum, ad iudicium est sedis apostolicæ recurrēdum. cuius sententiā qui superbiens contempserit obseruare, mori præcepit, h id est per excōicationis sniam uelut mortuus i a cōione fideliū separari. Paulus etiā ut plenitudinē potestatis exponeret, ad Corinthios scribens ait: Nescitis qm̄ angelos iudicabitis? quā to magis secularia? † Licet igitur, cum filijs sæpedicti regis (de quibus an fuerint legitimi ab initio dubitatur) duxerimus dispensandum: quia tamē tam lex Mosaica, quā canonica k sobolem susceptam ex adulterio detestatur, l testante domino qui ait, quòd manzeres m & spurij usq; ad decimā generationem in ecclesiā non intrabunt: canone n uero uetante tales ad sacros ordines promoueri: secularibus quoque legibus, nō solum repellentibus eos a successione paterna, sed negantibus ipsis etiam alimenta: o petitioni tuæ non duximus annuendum.

Idem H. & R. canonicis Beneuentanis.

Si coniugatus uiuente prima in facie ecclesiæ contrahit cum secunda hoc ignorante, legitima erit eorum proles.

CAP. XIIII.

EX tenore literarum uestrarum nobis innotuit, quòd cum G. uidua hæreditatem quandā R. mariti sui sibi & pupillo filio suo restitui p postularet, pars aduersa petitionem eius nitebatur excludere ꝓ eo quòd

h Præcipitur. undecima quæstione tertia absit. Bernardus.
i Mortuus. xj. q. iij. nihil. & capi. sic debet. & uigesima quarta, quæstione tertia corripiātur.
k Canonica. lvj. distinctio. cap. j & supra, de fil. presby. c. j. & xv. quæ. viij. cum multæ.
l Detestatur. Nisi cum eis fuerit dispensatum. lvj. distinctio. cenomanensem.
m Manzeres. De his dictum est s̄. de renuntia. nisi cum pridē. §. personę. Bernardus.
n Canone. supra. de electio. cum in cunctis.
o Etiam alimenta. C. de natu. lib. authen. licet patri. & C. de īcest. nup. authenti. ex complexu. Argument. cōtra supra, de eo qui duxit in matr, cum haberet. Sol. ibi.
EX tenore. Sūt duę partes. In prima iudicis consultatio. In secunda responsio, & eius ratio. ibi, Intelligentes. Abbas Siculus.
p Restitui postularet. Tanquam tutrix 1. C. quando mu. tu. officio fun. l. ij. authentica matri. Olim si mater curam uel tutelam filiorum subire uolebat, oportebat eā iurare, quod nō transiret ad secundas nuptias: hodie uero remittitur illud iuramentum, quia ueniebāt contra, sed renuntiāt beneficio Velleia. in auth. ut fine prohibit. ma. debi. & credi. §. quia uero multam. col. vij. & ꝑdicta auth. matri. & si

Cancella. Mat. 16.
† Sed ꝗ lōge a sco po Occā dial. char. cclv.
1 Procuratrix. n esse no posset ꝗ pro filio ff. ꝗ pro ī fœmina secūdum Inno. Io And.

& si contraxerit, statim expellitur a tutela. C. eodem titu. authen. sacramentum. & s. de appe. ex parte. ubi de hoc. Ber.

a Ignaram. Ergo ignorantia facit, quod filij sunt legitimi censendi: & alias non essent legitimi: ut s. eo. referente. ubi de hoc. Ber.

b Legitimum. Ex hoc patet, quod sufficit bona fides alterius † parētis, ut filij dicātur legitimi: & si nascantur lite mota, legitimi sunt, licet postea separent: uel si ante sententiā sit cōceptus. s. e. cum inter. Circa huiusmodi sciētiā uel ignorantiā, tenēdū est, ut dicitur s. de clan. despon. cum inhibitio. Sed nunquid idem esset, si aliquis crederetur liber cum esset seruus, ut filius eius propter opinionē ecclesiæ iudicet liber & legitimus quo ad ordinem? Nō. ut C sol. matr. l. iij. 3 Ar. cōtra. ff. sol. matri. l. si cū dotem. §. ult.

c Gaudemus. Coniūctionibus. Scilicet paganorū siue Iudęorum, ad fidem postea conuersorū: ut s. de consangu. & affin. de infideli bus. & j. de diuor. gaudemus, cuius pars hæc est. Ber.

d Opinionē. Talis opinio non legitimat: sed præstat occasionem legitimandi. ar. s. c. pro xi. & c. per uenerabilem. & ff. de ritu nup. qui in prouincia. Sed nunquid est matrimonium inter tales? Videtur quod sic xxxvj. dist. deinde. &. s. de cōsan. & affi. de infidelibus. Solutionem collige. j. de diuor. gaudemus. cuius hæc est pars, & decisa uidetur ante illū. §. qui autem & c. ut præcedat sermo de coniunctis, cum secundis post diuortium factum adhuc uiuentibus repudiatis, in quibus non est matrimonium, ut ibi dicitur, filij tamen eorum reputātur ab ecclesia legitimi, utilitate publica suadēte, ut alij facilius conuertantur. Sed si intelligatur de filijs illorum: de quibus dicitur. in prin. illius cap. gaudemus. tunc planum est, quia inter illos est matrimonium, ut ibi patet. & sic deciditur ante. §. quia uero. quod potius credo: & filij talium legitimi sunt.

1 Alteri⁹ Pa. de Castro. consi. ccclij. in fi. lib. j. Ia. consil. clvj. cōs. clxviij. li. iij. Phil. Dec. cōsi. cliiij. cū seq. Sz respectu filiorū primi matrimonij illi⁹ q. est ī mala fide censent̄ ut legitimati per rescriptū ut dixi in consuet. Pari. §. cxxij.

2 Si libera ignorāter contraxit cū seruo: separato matrimonio, propter errorē, filij ingenui nō sūt spurij: & mulier tamen dotē & omne qd sibi uir debet, recuperat Ioā. And. in nouel.

† Imo ipso iure uere legitima est & manet, cū illi nunquam sub diti fuerint papæ ut not. in annota. ad Phil. Dec. in ca. j. de constit.

R. maritum ipsius uiduæ de adulterio genitum asserebat: & infra. Intelligentes, quòd pater prædicti R. matrem ipsius in facie ecclesiæ ignaram a quòd ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset, duxerit in uxorem, & dum ipsa coniunx ipsius legitima putaretur, dictum R. suscepit ex eadem: in fauorem prolis potius declinamus, memoratum R. legitimum b reputantes.

Idem episcopo Tit.

Proles infideliū, qui postea conuertuntur, legitima est, etiā si parentes sunt in gradu prohibito lege canonica.

CAP. XV.

Gaudemus: & infrà. Cæterùm prolē de infidelium coniunctionibus c natam qui secundò, tertiò, uel ulteriore gradu secundū opinionē d illorum matrimoniali contraxerunt affectu, post fidem receptam (utilitate publica suadente) legitimā uolumus reputari. †

TITVLVS XVIII.

QVI MATRIMONIUM ACCUSARE POS-

sunt, uel contrà illud testificari.

QVI MATRIMONIVM accusare possunt uel &c.

Viso de matrimonijs, & de impedimentis eorum, merito sequitur uidere de separationibus et diuortijs, sed quia ad diuortia peruenitur, accusationibus, & testimonijs præcedentibus, ideo tractaturus author de diuortijs præmisit istum titu. Qui matrimonium accusare possunt, & contra ipsum testificari. Et sic habet iste titu. duas partes. Tractat enim, qui sunt accusatores idonei, & qui idonei testes cōtra matrimonium. Ab. siculus.

De hac materia tractatur xxxv. q. vi. per totum.

Alexan. iij. Parisiensi episcopo.

Cū agitur de fœdere matrimonij, reo absente cōtumaciter possunt super impedimento matrimonij recipi testes, dūmodo sint legitimi: & ad dicta eorū fertur sententia.

CAP. I.

Relatum est, quod cùm pater cuiusdā puellæ eam cuidam ciui Parisiensi nuptui tradidisset, maritus post aliquot e annos, quibus cū uxore permansit, propter homicidium quod commisit de ciuitate timore mortis exiuit: f nūc autem dicitur posse probari, quòd pater puellæ eum de sacro fonte leuauit, sed literis tuis quæsitus nondum potuit inueniri, licet quinquennium sit transactum: & infrà. Cæterùm consultationi t. taliter respondemus, quòd si manifestum g est quod asseritur, aut legitimi h accusatores & testes i appareant: post-

Relatū. e Aliquot annos. Sed de quot annis 3 intelligis? Pōt dici, quod de duobus qa pluralis locutio, duorū numero cōtenta est. iiij. q. iij. c. si testes. uer. ubi numerus. ff. de uer. sig. inter illā. ī fi. & ff. de manu. test. libertas. §. ul. ff. de test. ubi numerus.

f Exiuit. Nonne illa eū sequi tenebatur? quod uidetur xiij. q. ij. unaqueq;. 4 & xxxiij. q. ij. si quis ne cessitate ineuitabili. Et pōt dici, quod tenebat: qa ibi remanere nō poterat iusta de cā, nisi forte uagabūdus discurreret, qa tunc non posset ipsum seq, ar. ff. de ope. lib. qd n fi. §. ex puincia.

g Manifestum. Ita quod notorium alias non bene sequeretur, aut legitimi & c. quia quod manifestū est, probatur xj. q. iij. eorum qui. in fi.

h Legitimi. secundum quod traditur j. eo. c. cum in tua. Ber.

i Testes. Ergo altera parte absente, & nō per contumaciam testes recipiuntur, lite non contest. & sentētia fertur ut dicit. Nam ordo iuris in casu isto, nō est usquequaq; seruādus. s. ut lit. non contest. c. j. Sed contra. s. ut li. nō conte. quoniā. §. ij. cū iste nō sit absens per contumaciā, ut ibi. Posset dici, quod cū iste propter culpā suā absens fuerit nec posset inueniri 5 illa culpa loco contumaciæ habetur, ut cōtra eum procedatur, nec debeat mulieri obesse, quæ inculpa non fuit. iniquum est enim aliū alterius odio prægrauari. C. de inoffic. test. si quis suo. ad fi. nec propter hoc ius mulieris debet perire, maxime cū habeat legitimos testes & accusatores, & tāto tempore fuerit expectatus, &

3 Non uideo, quare se in hoc gl. fatigat. Io. And.

4 Vide d hoc & tenet hic G. quod ibi Io. & ad id alle. Hosti. de uo. qd super. §. fi. & ca. seq. §. qd autem. Io And.

5 Dixit Tancre. quod iste impediebat ne ad eū posset peruenire citatio. Ioan. And.

Odium unius, nō grauat alterum.

expediras

tus, & cum diligentia requiſitus unde procedi potuit contra illum. Et illa decre. quoniam. non contradicit, ſi tu bene uideas illam, quia ibi dicitur cum ſine culpa ſit abſens, & non malitioſa uoluntate. hic ergo culpa & malitia faciētibus eſt abſens. Sed præſumptio in hoc uidetur cōtra mulierē, quod eo præſente tanto tēpore tacuit. Sed p̄ſumptio tollitur, ſi teſtes & accuſatores legitimi ſunt, prout dicitur. j̄.e. cum in tua. Quidā dicunt, quod corrigitur per illam decre. quoniam. & ei ſtandum eſt. Item ſic contra uidetur s̄.titu.prox. perlatum. Sed ibi non agitur an ſentētia tenuerit uel non, ſed an filij legitimi eſſent. Ber.

A Nobis. In prima parte ponit quæſtio. In ſecunda reſponſio: ibi, Ad hoc. Abb.

a Accuſatione. Licet litera iſta uideatur intelligēda de accuſatore, tñ de teſte potiꝰ intelligitur, de utroque tamen eſt uerum. De accuſatore habemus. ij. q. ul. per ſcripta. qđ eſt de teſte uerum ſimiliter. teſtibus. n. & non teſtimonijs eſt credendum. iij. q. ix. teſtes. & s̄. de coha. cle. & mu. c. tua nos. & qđ debeat intelligi de teſte, colligitur ex illa litera, niſi quantum ad præſumptionē &c. quia ſententia, ad dicta teſtium profertur, non ad dicta accuſatoris.

quam iuuenis fuerit cum omni diligētia requiſitus, etiam ſi nequiuerit inueniri, teſtes recipere poteris, & ſine canonico iudicium terminare.

Clemens tertius.

Accuſatio & teſtimoniū in cauſa matrimoniali, perſonaliter et nō per lIteras fieri debēt.

CAP. II.

A Nobis eſt quæſitum, utrum aliqui ſuper accuſatiōe [a] matrimonij nihil uoce propria depromentes, debeant per ſolā chartulæ conſcriptionem admitti. Ad hoc reſpondemus, quòd in talibus, niſi quantum ad præſumptionem, [b] nullius momenti eſt conſcriptio, quo ad ſententiam proferendam, niſi alia legitima adminicula ſuffragentur.

Clemens iij. papa Florentino epiſcopo.

In cauſa matrimoniali ſuper conſanguinitate & contractu, teſtificari poſſunt conſanguinei & parentes.

CAP. III.

b Ad præſumptionem. Not. quod præſumptio non probat, niſi ſit uiolenta. xxxij. q. j. dixit. & ij. q. j. primo. & hoc eſt regulare. ff. de teſt. l. iij. §. item diuus. & iij. q. ix. teſtes. & s̄. de coha. cle. & mulie. tua tamē præſumptio coadiuuat, ſ: adſint alia ſuffragia. [1] s̄. de ſucceſ. ab inteſt. cum dilectus. & s̄. de teſti. præterea. & s̄. de præſum. illud. & c. tertio. & propter p̄ſumptionē defert iuramentū qñq; actori qñq; reo: ut s̄. de iureiu. c. ul. hic uiro contra matrimonium nō defertur iuramentum. s̄. de eo qui cogno. cōſan. uxo. ſuæ. ſup eo B.

[1] Forte fama ſecūdū Ala. & Vinc. qui allegāt eadem iura. Ioā. And. in nouel.

V Idetur nobis. Tria facit. Primo ponit dictū. Secūda ibi, ideo. ipſius rationes. Tertia ibi. quod uero. ſoluit contrarium quoddam. Et incipe ſic ponere caſum: Titius, petebat quandam in uxorem, & ad probandum contractum inducebat parentes ſuos. Ipſa uero mulier, conuenta, excipiebat de conſanguinitate, ad quam probandam inducebat ſuos conſanguineos. quærebatur an iſti eſſent admittendi? & reſpondetur ut in litera.

c Antiqua conſuetudine. Nota quod antiqua conſuetudo pro lege ſeruanda eſt xj. diſt. in his. & xij. di. diuturni. & ix. q. iij. cōqueſtus. & mos fideliſſimæ uetuſtatis ſeruandus eſt C. de teſta. teſtamenta. & hæc conſuetudo ſeruatur quo ad parentes tamē in matrimonio coniungendo fallit. cum alter eſt ſuperior nobilitate, potentia uel diuitijs, quia parētes inferiores, non admittuntur p̄ matrimonio cōiūgēdo. s̄. de teſti. ſuper eo. quia ſuſpectum eſt tūc teſtimonium illorū. ſed hæc decre. non uidet loqui in eo caſu, ut dicitur. j̄.

Conſuetudo antiqua, eſt a lege ſeruāda.

V Idetur nobis: & infra. Quòd parentes, fratres, & cognati utriuſque ſexus, in teſtificatione ſuorum ad matrimonium coniungendum uel dirimendum admittantur, tam antiqua cōſuetudine, [c] quàm legibus [d] approbatur. Ideo enim maximè parētes: & ſi defuerint parentes, proximiores admittuntur quoniam unuſquiſque, ſuam genealogiam [e] cum teſtibus & chartis, tum etiam ex recitatione maiorum, ſcire laborat. qui enim melius recipi debēt, quàm illi qui melius ſciunt [f] & quorū eſt intereſſe: ita ut ſi non interfuerint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundum leges nullum [g] fiat matrimoniū? Quòd uerò legitur, pater non recipiatur [h] in cauſa filij, nec filius in cauſa patris in criminalibus cauſis, & contractibus uerum eſt. In matrimonio uerò coniungendo [i] & diſiungendo, ex ipſius coniu-

d Legibus. id eſt, canonibus. [2] ſic xxxij. diſt. Nicena. & loquitur de illis canonibus. xxxv. quæſt. vj. ca. j. & ij. & ſic tam de conſuetudine approbata, quam ſecūdum canones admittuntur. Si uis itelligere de legibus ciuilibus, dicas quod ad probandūm quod matrimonium contrahi poſſit, nō obſtante conſanguinitate, uel ad dirimēdum matrimoniū propter conſanguinitatē, eſt argumētandū quod parentes & cōſanguinei ſint admittendi: qa melius ſciunt ſuā proximitatē, quam extranei. C. de in integ. reſtit. mi. de tutela. [3] C. de libe. cau. ſi filium. & ff. de proba. etiam. & quod alijs præferātur, eſt argu. ff. de adulterijs. leg. j ſi maritus.

[2] Sum̄ enim lex pro canone pro cōſuetudine pro regula, pro tōne: ut no. j. q. j. uentum. ad fi. Io. And.

[3] Auūculus qui tutor eſt nō præſumit ignorare minoris ętatem tā ex officio tutelę quā ex p̄ximitate ſanguinis. Io. And.

e Genealogiam Hæc eſt ratio, quare huiuſmodi perſonæ admittantur, & alijs præferantur. xxxv. quæſt. vj. c. j. & ij. ſed litera ſequens bene innuit de ipſo contractu. Ber.

f Sciunt. Conſanguinitatem ſcilicet. & per hoc uidetur, quod non loquitur de teſtimonio ferendo pro ipſo conſenſu, quia ſi extraneus intereſſet, æque bene ſciret ſicut pater & mater, an conſenſiſſent tunc ad inuicem, ſed litera ſequens bene innuit de ipſo cōſenſu.

g Nullum. xxx. q. quomodo, aliter. & ff. de ritu nupt. l. ij.

h Non recipiatur. iiij. q. iij. c. ſi teſtes. §. item teſtis idoneus. & ff. de teſtib. l. teſtis idoneus.

i Coniungendo. Ex hoc uidetur, quod ad probandum matrimonium eſſe contractum admittantur parentes, & inducitur ad hoc a pluribus. ſic s̄. de teſti. ſuper eo. ſed non loquitur in eo caſu. ſed quod dicit, in coniungendo: intellige ſi diceretur quod eſſet conſanguinei, qui contrahere uolunt, uel fama eſſent de hoc, pater & mater & conſanguinei admittuntur ad probandum conſanguinitatem. s̄. de ſpon. cum in tua

inellige

intellige loqui hanc decreta. quando propter consanguinitatem tantum dicitur ꝙ non possunt coniungi & quando propter consanguinitatem debet separari. & hoc etiam satis colligitur ex ti. Consueuit tamē induci, ꝙ pater & mater admittuntur ad probandū ipsum contractum matrimonij: ꝙ uerum est, secundum distinctionē illius decret. super eo. B.

a Fauorabilis. ṡ. de condi. ap. c. ultim. ubi de hoc. & arg. ff. de reg. iur. in ambiguis. & supra de appe. direċtæ. in fine. Ber.

I Nsuper. In prima parte ponit consultatio. In secunda responsio: ibi. In hoc. Ab. sic.

b Probat. i. probare intendit, iuxta illud. Est mihi pro facto, sæpe qđ esse potest. L.

c Fama. Tales enim debent testes esse, sine omni suspicione infamiæ. ij. q. vij. testes.

d Cum potuit. Si enim semper inuita detenta fuisset, & uerbo & facto contradixisset, audiret quādoq; postea. ar. xvj. q. 3. prima. sed ex tempore præsumit contra istam. sic supra, de spon. ad id ꝙ. & ar. j. q. j. constat.

e Anno xij. in muliere. ff. de ritu nuptia. minorem. & xiiij. in uiro. supra de desponsa. impu. attestationes.

f Copulæ carnali. Ex quo enim carnali copulæ cōsensit, omnis uiolentia sublata intelligitur, & matrimonium tenet. supra, de despon. impub. de illis. supra, & eo qui duxit, in matrimonium quā pol. cap. ij. & supra, de sponsa. ueniens. & ita ratihabitio cōfirmat, siue ualidū facit, ꝙ ab initio nō ualebat. ṡ. de reg. cum uirum.

S Ignificāte. In prima pte ponitur facti narratio. In secunda causæ commissio ibi, Cum igitur. Abbas Siculus.

Sequit pro dotibus respō dere, melius est. Ioā. And.

Ad idē de cō. dis. iij. ꝑuenit Et iuxta uulgarem modū loquēdi: quē habēt boni præuenientes, ꝗ dominis aliquid pręcipientib⁹ respondēt factum est si. ff. de regu. iur. ꝗ actionem hēt. tamē probatio non releuaret: & iō nec ꝓbandū est ṡ. de offic. deleg. cū cōtingat, secundum Host. Ioā. And.

De hoc tractauit hic Goffr. quod uide melius de reg. iur. ratihabitionem. li. vj. Ioā. And.

gij prærogatiua, & quia fauorabilis a res est, congruè admittuntur.

Idem.

Inuita desponsata postea sponte cognita, contra matrimoniū non auditur.

CAP. IIII.

INsuper adiecisti, quòd aliquis cum quadam innubili puella cōtraxit quæ tandem ætatis metas attingens, ab illo pluries cognita, contra matrimonium proclamauit asserens se ab initio dissensisse, quod per testes probat b fama c & conuersatione ꝓclaros. In hoc itaq; casu sentimus, ꝙ aduersus matrimoniū audiri nō debet, quæ ante cognitionē sui legitimum annū attingens, cum potuit d minime reclamauit, sicut enim ante legitimum consensum (qui in duodecimo anno e spectatur) potuit dissentire: sic postquam legitimo tēpore accedente, semel ēt copulæ carnali f cōsensit, ex ratihabitione sibi super hoc silentium non ambigitur indixisse.

Inno. iij. archiepiscopo, præposito & priori sanctæ Mariæ de Albañ. Genueñ.

Repellitur accusans matrimonium, propter quæstum.

CAP. V.

SIgnificante M. de Canula nostro est apostolatui declaratum, quòd cum N. duxisset legitime in uxorē, S. mater ipsius nisa est matrimoniū accusare, ut ab eo pecuniam extorqueret: & licèt intellectui suo praua non possint opera respondere, nihilominus uult habere pecuniam, ut ab accusatione desistat. Cū igitur non sit malitijs g hominum indulgendū: mandamus quatenus si est ita, ipsam ab accusatione matrimonij repellētes, h eidem super hoc silentium imponatis.

Idem.

Repellitur ab accusatione matrimonij, qui denuntiationis tēpore tacuit, nisi denūtiationem probabiliter ignorauit uel iuret de nouo didicisse, & quod non obijcit illam malitiose.

CAP. VI.

CVm in tua diœcesi: & ifra. Si uero post contractum matrimoniū aliquis appareat accusator cum nō prodiderit in publicū, quando banna secundum consuetudinē i in ecclesijs edebant, utrū uox suæ accusationis, debeat admitti, merito quæri potest. Super quo sic duximus distinguendū, quòd si tempore denuntiationis præmissæ is qui iā coniunctos impedit extra diœcesim existebat, uel alias denuntiatio nō potuit k ad eius notitiā peruenire: ut puta si nimiæ infirmitatis feruore l laborans, sanæ mentis patiebatur exiliū, uel in annis m tam teneris constitutus, quod ad comprehensionē talium, eius ætas sufficere non

g Malitijs. ff. de rei uendi. in fundo. & ff. de recept. arbi. ita demum. & ṡ. de rescrip. sedes apostolica quandoque tamen auditur qui non facit nisi ut noceat. ut dicit L. ar. inducit. C. de nat. lib. authen. licet. sicut & prior pœnitentia facta non prodest, & tamen aufert usum posterioris. de pœ. distin. iij. in falcibus.

h Repellentes. Nota quod repellitur accusator ꝓpter turpem quæstum. si. ij. q. j. prohibentur. 4 Item repellitur, si intra tempus statutū nō accusauerit. ĩ. eo. c. proxi. nisi iusta de causa: ut ibi. & est arg. quod simonia cōmitti possit in mřimonio, cum sit spirituale, Sed cōtradici nō consueuit, qđ ibi gratia non confertur.

CVm in tua. Primo ponit quæstio. Secundo distinguens solutio: ibi, Super quo. Et secundum membrū: ibi, alioquin. Tertio excipit ibi, Nisi. Abbas Siculus.

i consuetudine. Hæc cōsuetudo cōsona fuit iuri, unde hodie pro iure cōmuni statuitur. qua omissa, si postea impedimentum appareat, filij non erunt legitimi supra, de clande. desponsa. cum inhibitio. & si. supra, de sponsa. cum in tua. quæ est ꝑs istius, & ei continuatur in integra.

k Non potuit. Quia erat in remotis partibus. simile, decimaseptima qōne secunda. si quis incognitus.

l Feruore. Decimaquinta quęstione prima illa. & decimasexta quęstione secunda. Gonsaldus. & supra, de regularibus. sicut te nor.

m In annis. Sed quomodo potest hoc esse, quod iste in talib⁹ annis denuntiatione facta non cōprehendat, & ad impedimētum contrahendū, 5 habilis uideatur: quia uidet ꝙ impe-

Vbi dicit præsumi turpē quæstū accusatoris, qui duo iudicia habet cōtra duos reos. Ioā. And.

5 Vel sciebat cōsanguinitatē: sed nō cōprehendebat, quod illa impediret matrimoniū. Ioā. And.

impedimētum debeat ſcire tempore cōtracti matrimonij: ſed poteſt eſſe ꝙ tūc neſciebat, nec ſufficiebat ætas ad hoc, ſicut nec ad comprehēſionem denuntiationis, & tamen poſtea potuit ſcire impedimentum: ut ĩ. ſequitur. tamen tpe denuntiationis eius ætas ſufficere nō ualebat: qui a ætas illa neſcit quid uideat. C. de fal. mo. l j. & arg. ſ̃. de ſpon. tuæ fraternitatis. Ber.

a Publice. Et ideo nullus poteſt ignorare. xvj. diſt. ꝙ dicitis. & xij. q. ij. qui & humanis. & ſ̃. de poſtu. c. j. 1 argu. lxxxij. diſt. propoſuiſti. Ber.

ualebat ſeu alia cauſa legitima fuerit impeditus, eius accuſatio debet audiri. Alioqui, cum rationabiliter præſumatur, quód denuntiationē publice a factam, idem exiſtens in ipſa diœc, minime ignorauit, tanquā ſuſpectus, eſt ꝓculdubio repellēdus, b Niſi proprio firmauerit iuramēto, c quòd poſtea didicerit ea quæ obiecerit, & ad hoc ex malitia nō procedat: quia tūc ēt ſi didiciſſet ab illis, qui denuntiationis tpe ſiluerunt claudi non debet eidem aditus accuſandi: quoniā & ſi ab impetitione huiuſmodi culpa de ſilentio tali contracta, illos excluderet d iſte tamen amoueri nequiret, cum culpabilis non exiſtat.

b Repellendus. Et ita qui intra tēpus conſtitutū, nō proponit ius ſuū, poſtea repellit & ab accuſatione & a teſtimonio. ar. ſ̃. de clā. deſpō. cum inhibitio. a cōtrario. & C. de inge. diffamari. & ſ̃. de ꝓb. licet. Sed nunquid admittunt ad denuntiandū? uidet ꝙ ſic cū & iuramentū ei nō obſtaret. ſ̃. de iureiu. quēadmodū. & argu. ſ̃. de cogn. ſpi. tuæ. 2 Dicas, ꝙ nō eſt admittendus, cū ſit ſuſpectus, ut hic dicit, & ſuſpectæ ꝑſonæ remoueantur a denuntiatione, ſicut ab accuſatione. ĩ. de accu. cum dilectus filius. & ſ̃. de ſpō. cum in tua. nam cui una uia aliquid prohibetur, alia uia ad idem non debet admitti. ſ̃. de procu. tuæ. cum ſuis concor. ibi poſitis & ita taciturnitas nocet accuſare uolēti, niſi forte tacuit, quia nō habuit tunc probationem. ij. q vij. plerięq;. & ideo dixi forte, ꝙ licet tunc non haberet teſtes, ipſemet potuit impedire matrimonium cōtrahendum. unde nō prodeſt, ꝙ propter hoc tacuit. ſ̃. de ſpon. præterea. & ſ̃. de teſti. ſuꝑ eo. & ſola fama impedit matrimoniū. ſ̃. de conſan. & affi. c. ij. taciturnitas uero ipſorum cōtrahentium, non præiudicat eis 3 argum. ſ̃. de reſt. ſpo. ex conqueſtione. & ſ̃. de clande. deſpon. cum inhibitio. & ĩ. de ſenten. excom. inquiſitioni.

c Iuramento. Sic ſ̃. de teſtib. præſentium. & ſupra, de except. paſtoralis. Item no. hic, quod plus ualet iuramentum unius, quam præſumptio iuris, quia per iſtud iuramentum eliditur iuris præſumptio. xxxv. q. iij. extraordinaria. Ber.

d Excluderet. Hic habes, quod aliquis admittitur ad accuſandum, cuius author repellitur. ſecus eſt in teſtibus. ſupra, de teſti. licet. & infra, de hæreti. fraternitatis. argumentum. Sed quæ eſt ratio diuerſitatis. Dic quod aliud eſt in accuſatore, & aliud in teſte, nam dicum præiudicium fit ſi accuſator admittitur, cuius author repellitur propter culpā propriam. & iſte culpabilis non exiſtit & ad dictum accuſatoris, nulla fit condemnatio, niſi adſint legitimi teſtes. ſed ad dictū teſtis, quis condemnatur, & ideo debent eſſe tales authores ut ipſorum dicta ſufficerēt ad hoc ut illi admittantur qui cauſam habuerunt ab eis. argumen. C.

1 Per hæc iura. arg. Hoſt. ꝙ oēs illi q̃ ſunt de diœceſi ad ſtringātur ad ſtatuta ſynodalia. Ioā. And.

2 Et ibi hoc tenet Ber. & Hoſti. præciſe quando fit denuntiatio ad peccatum corrigendum. Ioā. And. Sed cōtrarium cum hac gl. tenet Pano. hic.

3 Quia ipſi uel alter ipſorum, poſsint īpedimentū deferre & matrimoniū accuſar̃. Io. And. Accuſat quandoq; quis. cui⁹ autor repellitur.

de acquirenda poſ. uitia. Sed nunquid ſtatim elapſo termino, 4 obſtabit talis taciturnitas? Videtur ꝙ in continēti, niſi intra terminum accuſet. xxxij. q. ij. mulier. ar. ſ̃. de offi. deleg. cum olim. ff. de legat. ij. cum quidam. in fi. & ff. ad maced. ſi filius. Argumētum contra. xx. q. ij. puella. ubi uſq; ad annum & diē tutores & parentes puellæ quæ ſacrum uelamen aſſumpſit contradicere poſſunt, ultra non, ut ibi uel ſaltem uſque ad x. dies. ff. de conſtit. pecu. promiſſor. & C. quomodo & q̃n iud. ab eo. Io. dixit ꝙ taciturnitas iſta cum quodam temperamento intelligi debet. argu. ff. de ſolu. quod dicimus. & ff. ex quib⁹ cauſis maiores ab hoſtibus. §. ulti. & bene facit ad hoc ſupra, de loc. c. pē. & ulti. Ego credo quod quandiu res eſt integra, quod poteſt & debet admitti 5 contracto uero matrimonio de præſenti nō uidetur audiendus tanquam ſuſpectus ſi potuit intra tempus procedere & denuntiare impedimentum.

TITVLVS XIX.

DE DIVORTIIS

Ex concilio Apud Euormaciam.

Homicidium neceſſarium, nō priuat ſpe coniugij, ſed machinatio in mortem coniugis ſic. CAP. I.

SI qua mulier in mortem mariti ſui, cū alijs cōſiliata eſt, & ipſe aliquē illorū ſe defendendo occiderit, pōt ipſe poſt mortē uxoris ſi uoluerit c aliā ducere: ipſa autem inſidiatrix f pn̄iæ abſq; ſpe coniugij ſtet ſubiecta. Alexander iij.

Coniuges propter alterius crimem non ſeparantur, niſi ſpiritualiter fornicentur, & tunc durat coniugium eis etiam ſeparatis. CAP. II.

1 DE DIVORTIIS.

Continua ut in præcedenti tit. Vel poteſt ſic continuari: Supra in præcedentibus uiſum eſt qualiter matrimonia coniungantur, & qualiter accuſentur: merito reſtat uidere, qualiter diuidantur. Et ſcias *quod diuortium fit dupliciter. Primo quo ad ſubſtantiam uinculi matrimonialis, ut quādo ſeparatur matrimonium propter impedimentum perpetuū. quandoque fit quo ad thorum & mutuam ſeruitutem: uel propter adulterium coniugum. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur xxvij. q. i. & q. xxxij. q ij. & vi. & q. vij. xxxv. q vi. ab iſto primo uſque ad fin. q. & ix. quaſi per totum.

SI qua c Voluerit. Quia quantū ad hoc ñ impeditur, quo minus cōtrahere pn̄t poſt mortē uxoris, cū tale homicidium directe nō fuerit uoluntariū, & homicidiū nō impedit matrimoniū contrahendu, niſi i caſibus xxxiij. q. ij. interfectores & c. admonere. & ĩ. de pœ. & re c. ij. niſi ſint iuuenes: ut c. īterfectores. & c. cā. & in c. adoleſcētia. & tūc diſpēſatiue.

f Inſidiatrix. Licet iſta mulier non fuit conſecuta effectū: nihilominus punit quo ad legē coniugij. & eſt ar. quod conatus ſine effectu punitur. ſi. ij. diſt. ſi quis poſt. & de pœ. diſt. j. ſi qs cū telo ſ̃. de big. nuper. & c. ulti. Argu. contra ſ̃. de ſpon. c. ulti. cum ſuis concor. ibi poſitis. ubi de hoc, 6 tñ ſi cōtraheret, tenetur. 7

Quæſi-

4 Quid ſi nullum tē pus fuiſſet præfixū? ueniat tūc ītra modicū tēpus. tñ cū quodam tēperamēto ē hoc intelligendū ꝑ iura q̃ ĩ. ad hoc alleg. glo. ſecundū Inno. & Hoſti. Io. An. in nouel.

5 Adde hoc non eſſe uerū ſi ſn̄ia fuit lata niſi ꝑ appell. ſacit. l. Titia & ibi not. ff. de acc. nota. in l. diffamari. C. de inge. ma. Matrimonium non impedit, per homicidium.

6 Idem Hoſti. qui circa crimina quæ dirimunt remittit ad ea quæ no. i ſum. de matri. §. qualiter impedit. uer. ſunt & alia quædā. & ſeq. & de ſponſ. § ſi uerſi. Item de ſi mo Ioan. And.

7 Teneret. Idem Panor. & oēs hic.

QVæſiuit. Sunt tria dicta. Secundum ibi, Verum. Tertium ibi, In uiris. Abb.

a Vel alio crimine. Pro nullo crimine poteſt uir dimittere uxorem, uel uxor uirum, uel pro alio quod ei contingat. xxxij. q. j. in coniugio. & q. v. ſi quis uxorem, præcepit. præceptum. & q. vij. omnes cauſationes. niſi pro crimine fornicationis. ut in cap. prædictis. uel pro ſpirituali fornicatione. xxviij. q. j. idolatria. & hoc etiam ſi uiro ſuo, mortem machinetur. ſupra. capi. proxi. & ſi talis turpis conditio in matrimonio apponatur, ſi furtum feceris pro non adiecta habetur. ſupra de condi. appo. cap. ult.

QVæſiuit à nobis: & ĩ. Nos itaq; taliter rñdemus, quòd mulier ꝓ furto uel alio [a] crimine uiri ſui (niſi fidei ſuæ religionē corrūpere uelit) ab eo ſeparari non debet. Verū ſi coniugem ſuum ad infidelitatis maleficiū traxerit, à uiro poterit ſeparari, ita ꝙ ei nubere alij non licebit: [b] quia licet ſeparent, ſemper tamen coniuges [c] erunt. In uiris [d] quoq; præſentis ſententię forma ſeruetur.

Idē Ambiañ. epiſcopo.

Vir non pōt dimittere uxorē ſine iudicio eccleſiæ, ēt propter impedimentū parentelæ notoriū. Si fama refert impedimentū coniugij, etiam nemine opponente, eps ex officio ſuo pōt de eo inquirere. Si uerò impedimētum eſt notorium, poteſt epiſcopus ex officio ſuo matrimoniū ſeparare. hoc ſecundò.

CAP. III.

POrrò de comite Pontini, qui B. uxorem ſuam abſque iudicio eccleſiæ dimiſit, quia eam cognatam fuiſſe uxoris defunctæ proponit, prudentia tua cognoſcat, quòd ſi etiam parētela eſſet publica & notoria, [e] abſq; iudicio eccleſiæ ab ea ſeparari [f] non potuit: quare ipſum ad eam recipiendam, quæ petit reſtitutionem [g] ipſius diſtrictè compellas. quā ſi recipere noluerit, eū & ſuperinductā [h] uinculo excōicationis adſtringas. Præterea de H. qui cognatā ſuā duxit uxorem, reſpondemus, ꝙ nō apparentib. accuſatoribus, & parentela manifeſta ſeu publica [i] exiſtente (quod credibile nō eſt, niſi eſſent in primo gradu uel ſecundo, [k] tui officij intereſt, [l] matrimonia illa adhibita grauitate diſſoluere, quæ illicitè contracta noſcuntur.

Idem.

Repellitur uxor petens reſtitutionem mariti, ſi notorie fornicata eſt, et maritus continuit.

CAP. IIII.

SIgnificaſti, ꝙ quidam uxore ſua ſine iudicio eccleſiæ dimiſſa, pro eo ꝙ ſuggeſtū ſibi fuerat ipſam inceſtū cū quodā conſanguineo ſuo cōmiſiſſe, uinculo fuit propter hoc excōicationis adſtrictus: uerum mulier non cōtinuit ſed ſobolē de alio uiro ſuſcepit, nec minus poſtulat uiro reſtitui, aſſerens ſe ab ipſo iniuſtè dimiſſam, & eundem ſibi materiam [m] adulterandi dediſſe.

b Non licebit. Cum matrimonium eorū ſit ratum, & conſummatum, ſecus eſt de matrimonio infidelium. infra eo. quanto. & capi. gaudemus.

c Coniuges erunt. quod uinculum cōiugij ſemel habitū, nūquam amittitur uiuentibus coniugibus etiam ſeparatis. xxxij. q. vij. capi. ij. & iij. ſicut nec baptiſma uel ordo. j. quæſt. j. quod quidam. uerſi. cum uideamus.

d In uiris. quia uir & uxor, non ad imparia iudicantur. xxxij. quæ. j. ſi quis uxorem. & quæſtio. v. præcepit. & q. vij. apoſtolus. L.

Notoriū an ſit ſecū dum iuris ordinē decidēdum?

e POrro. Notoria. arg. ꝙ in notorijs, ſeruandus eſt ordo iuris. argu. xj. quæ. iij. eorum. & xxiiij. q. j. pudenda. in fi. & iij. q. v. quia ſuſpecti. arg. contra. ij. q. j. de manifeſta. & ĩ. de accu. euidentia. & s̃. de iureiu. ad noſtram. iij. & ff. ad l. aquil. proinde. in fi. Sol. quo ad ſententiam, ſemper ſeruādus eſt ordo iuris, quantum ad alia non.

f Separari. xxxiiij. q. ij. ſeculares. xxxv. q. vj. multorū. Et eſt ratio quare, quia ſententia diuortij, pœna eſt, & pœna nō eſt inferenda, niſi per iudicem. xxxiij. q. ij. c. interfectores. §. in hoc. & C. ut nemo ius ſibi di. per totum. & C. de iudæ. nullus.

a Propriè cū ſit propter adulteriū, alias dicit ſententia. Io. And.

g Petit reſtitutionem. Reſtitutio enim facienda eſt s̃. de offi. deleg. cauſam matrimonij. & s̃. de reſti. ſpo. ex conqueſtione. & s̃. ut lit. non conteſt. accedens ij. in fi. arg. contra. s̃. de reſti. ſpol. literas. Vbi dicit, quòd ſi ꝓbationes incontinenti ſunt paratæ, non eſt facienda reſtitutio ergo multo minus eſt facienda ubi notorium eſt impedimētum: ut hic. Dic quòd faciēda eſt, pręterquam ad carnalem copulam, ut intelligas iſtam decre. ſecundum illam.

h Super inductam. Sic s̃. de ſpon. ueniens.

i Seu publica. Et ſi manifeſta non eſſet uel publica, dum modo fama eſſet, quod eſſent conſanguinei in gradu prohibito, ex officio ſuo [a] poſſet epiſcopus inquirere & cōpellere. ut quicūque ueritatem ſcirer, prohibeat teſtimonium. xxxv. quæ. vj. epiſcopus in ſynodo. & s̃. de teſti. cog. præterea. & s̃. de offic. ordi. ca. j. & ij. quæ. j. Deus ops. Imo quilibet tenetur denuntiare eccleſiæ. s̃. de cog. ſpirituali. tua.

a Sicut & diſcordes bene cōiūctos, ex officio ſuo rcōciliat: & ad cohabitandum cōpellit. s̃. de ſpō. ad id qđ. Ioā. And.

k Vel ſecundo. & ita uidetur, quod conſanguinitas ultra ſecundum gradum non poſſet eſſe notoria, ſed famam eſſe publica poteſt. xxxv. quæ. vj. ſi duos.

l Intereſt. Id eſt ad eccleſiam pertinet.

m SIgnificaſti. Materiam adulterandi. Quod uidetur, quia ipſe dedit ei materiam adulterandi, quare ſibi imputet uir. argu. xxvij. qō. ij. ſi tu abſtines. & ff. de mino. cum mandato. in fi. ff. ſolu. ma. ſi mulier. quod magiſter Io. Fauętinus concedebat, [a] qa qui occaſionem dāni dat, damnum dediſſe uidetur. l. diſt. ſtudeat ſæpe. & ff. ad legem Aquil. qui occidit. §. in hac. & ĩ. de iniu. & dā. da. ca. ult. in fin. & arg. ad hoc s̃. de eo qui cogn. conſan. uxor. ſuæ. ſuper eo. & c. diſcretionem. Sed contrarium eſt uerum, quia mulier ad hoc nulla conditione debet adduci. xxxij. q. v. itane. Nec eſt ignoſcendum ei, quæ prætextu paupertatis turpiſſimam uitam ducit. ff. de rit. nup. palā. §. nō eſt. nec obſtat ſi replicaret etiam illa. ff. de adul. l. j. §. ſi publico. niſi eam inuitam tradidiſſet adulterandam: quia tunc non poſſet ei obijcere. adulterium, ut in decre. diſcretionem. Sed pone, quod mulier receſsit à uiro authoritate propria, & nihilominus petit reſtitui? Videtur, quod non ſit audiēda: quia ipſa non fuit

a Vt not. in ca. ſi tu abſtines & idem. Hu. & Bar.

eiecta, sed ipsa se eiecit. Dicas, [1] quod est audiēda, q̄a eo ipso quod rediens non admittitur, spoliata intelligitur. ff. de acquir. pos. clam possidere. §. ult. & l. si id quod. §. ult. & ff. de ui & ui arm. l. j. §. siue autem. Sed nunquid potest a uiro petere expēsas, quas fecit post quam ipsa recessit ab ipso. Non credo, cum maritus ipsam non expulerit sed si eam reuertentē non admittat, postea tenetur.

[a] Si notoriū. Quid si occultum est, & in modum exceptionis obijciat ei illud adulterium, petenti restitutionem. Dico quod non [2] audit, quousq; fuerit restituta. s̄. de rest. spol. item cum quis. & cap. ij. & iij. & ca. in literis. secus in petitorio. xxvij. quæ. ij. Agathosa.

[b] Nisi cōstaret. Ita quod esset notoriū adulterium uiri: alias ipsam oporteret prius probare adulterium uiri, & sic crimina mutua, pari compensatione tolluntur. xxxij. quæ. vj. nihil. & ī. de adulte. ca. pen. & ulti. ff. solut. matri. uiro. xxv. distinctio. primum. & xxvj. distinct. una tātum. & vj. q. j. qui crimen ff. de eo. per quē fa. erit. l. ulti. §. sed & si. & ff. de adult. si uxor. §. iudex. argu. contra. ff. de do. exceptio. apud Celsum. §. Marcellus. Hoc cōtrarium soluitur. supra, de except. dilecti.

disse. Consul. t. t. r. ꝙ si notoriū [a] ē mulierē ipsam adulterium commisisse, ad eam recipiendā præfatus uir cogi nō debet, nisi constaret [b] ipsum cum alia adulterium commisisse. [1]

Idem.

Matrimonium separatur propter adulterium mulieris, & si uir postea fornicetur, redintegratur. & est bonus casus, & multum allegabilis.

CAP. V.

EX literis tuis accepimus, quod V. quandam duxit uxorem, qui paucis temporib. fuere cōcordes. proponebat enim idem V. quòd illā per uiolentiā sibi illatā metu etiā mediante duxisset: & īfra. Tandem uir uxorē suam super crimine fornicationis in iure conuenit, quæ nescitur, quo ducta spiritu cœpit publicè confiteri, quod cùm uir negaret ei ī necessarijs prouidere, crimen cōpulsa [c] est incurrere memoratum, cumq; diligentius à te fuisset admonita, [d] ne ad suggestionē alicuius illud tā turpe cōtra se ꝓponeret, ipsa id manifestius asserebat. Sanè tu cōuocato capitulo tuo, cū ex eorundē consilio, utriq; priuatim continentiā iniunxeris obseruandam, ita ꝙ castè uiuerent adinuicem [e] segregati: memorat⁹ V. furtim cū alia spōsalia & nuptias temerè celebrauit. uerum cū factum inquirere laborares, supradictus V. seriē rei explicans & exponēs, ad audientiā nostram dicitur appellasse. Vnde f. t. mandamus quate. si res ita processit ꝑtaxatum uirū, ad legitimam uxorem redire [f] compellas.

Vrba. iij. Florentino episcopo.

Si uxor à uiro lapso in hæresim propria authoritate diuertit, ad eum reuersum redire cōpellitur secus si per iudicium, ecclesiæ ab eo fuisset separata.

CAP. VI.

EX literis. Hic est bonus casus, & multū allegabilis. Et duæ sunt partes. Secunda ibi, Vnde. Abbas Siculus.

[c] Compulsa. Non ideo tamen excusanda est: quia nō est ignoscendum ei, qui prætextu paupertatis, turpiter degit. ff. de rit. nupt. palam. §. non est. & potius debuit omnia mala pati, quam malo consentire. xxxij. q. v. ita ne. arg. contra. C. de patr. qui fi. distra. l. ulti. & C. de inoffi. test. auth. sed si post. & xxvij. q. ij. si tu abstines.

[d] Admonita. Sed nunquid debuit iudex hoc fecisse, cum hoc ipsum factum respicere uideatur. Sed pone, de hoc, quod de consilio alicuius hoc dixisset, nunquid poterit reuocare huiusmodi confessionem: cum in tali facto, non posset dici ignorans. Potest dici, qď sic, cum hæc causa quasi criminalis sit, uel mixta. s̄. de procurat. tuæ. confessio enim in crimine, nō præiudicat, nisi perseueret. ff de quæstio. l. j. §. diuus. & §. si qs ultro. sed illa lex loquitur de confessione, quæ extorquetur per tormentum. Lau. dicit, quod potest reuocari. sed si fiat ex deliberatione, & non ex calore iracundiæ, nō uidetur ꝙ reuocari possit: [3] quia nō posset probare errorem.

[e] Adinuicem. segregati. Ex hoc uidetur, quod sententia diuortij lata [4] fuit, cū de concilio capituli hoc uideatur fecisse: quia sine consilio capituli, fieri non debet. xv. q. vij. episcopus nullius. & lxxxvj. dist. si quid uero. Et est notandum, quod delictū superueniens rei iudicatæ præiudicat ei pro quo lata est sententia quod uerum est etiam si iurassent se ulterius non repetituros. argu. s̄. de iureiuran. tua nos.

[f] Redire cōpellas. quia non continuit, secundum quod ei fuit iniunctū, & ideo eam recipere compellitur. supra c. pro xi. & xxxij. quæstio. vj. nihil, sed sententia lata fuit, ut hic uidetur propter adulterium: Nunquid poterat uir, eam sibi reconciliare inuitam? uidetur quod sic. arg. C. de lega. quod fauore. innocens enim non priuatur seruitute, quam habet in eo qui peccauit. C. de adulte. authen. sed hodie. unde uir potest etiam illam adulteram sibi reconciliare, si uult. s̄. de conuer. coniug. gaudemus. & argumen. ff. de except. rei iudic. euidenter, pœna enim, non præstat immunitatem. ff. de interdi. & relegat. l. relegatorū. §. ultim. præterea uir solummodo fuit absolutus a seruitute quam ipsa prius habebat in ipsum, & non econuerso. unde adhuc remansit salua uiro seruitus, quam habuit in muliere, cum tantum ipsa fuerit condemnata. argumen. supra de conuer. coniug. quidam intrauit. & uigesimaseptima quæstione secunda, qui dormierit. Item si hoc uerum esset, quod non posset, sic daretur mulieribus occasio delinquendi, ut à uiris separarentur. sic. s̄. de consuetud. ex parte. unde reprobata fuit illa consuetudo ī. eod. quan˜o. in fin. & ff. de reg. iur. non fraudatur argumen. xxxiij. quæstione quinta. hæc imago. Argumen. contra quod non possit, quia sentētia statim est pro muliere. argumen. vj. quæstione iiij. quod bene semel sæpe enim condemnatus, ex sententia commodū sentit, ut in duobus reis debendi condemnatis. ff. de re iudic. Paulus. ij. Dicas [5] quod uir bene potest sibi illam recōciliare inuitam: ut Laur. dixit. Hug. dixit, quod si uxor publice sit fornicata, ante iudicium ecclesiæ potest illam sibi reconciliare etiā inuitam, nec potest intrare religionem, eo inuito. sed postquam sententia diuortij authoritate ecclesiæ lata est, neuter tenetur alteri: & uterque altero inuito monasterium intrare potest: quia uterque in separatione ces-

sic

[1] Dicas idem Pa.

[1] Argu. culpā culpa compēsari. l. itē si Mela. j. responso. ff. ad legē Aquil. & l. si ambo. ff. de compensa.

[2] Secundum Ala. etiam Tā. Goffr. aut secūdum Ioan. not. hic & s̄. ď eo q dux. in ma. ex literarū. quod hæc decre. loq tur ď adulterio, qď secutū est spoliationem: per quod; sibi p̄iudicat mulier spoliata, in restitutione consequenda. Adulteriū uero præcedēs spoliationem sibi nō obstaret: qa separata est causa criminis, a possessione. C. de don. inter uirum & uxorem. l. si marit⁹ de restit. spol. item cum quis. ad hoc. s̄. ca. proxi. uiď ď hoc quod not. de adulte. ca. fin. Io. And.

[3] Possit. idem Bal. in additi. Spe. ď posseß. coll. iiij. Lanc. Decius l. serui electione. in princ col. iij. ď leg. j.

Curt. sen. consil. lv. nu. 13. Sz communiter reprobatur, per c. j. col. iij. de confessis. Gemi. Phil. Frā. c. j. colū. j. de accusa. in vj. Feli. c. fi. ī prin. de offici. leg. Phili. Decius. c. cum uenerabilis. col. xiiij. de except. ca. cū cām de app. ī l. unica. nu. 7. ubi no. C. de errore calculi.

[4] Contrarium uidetur ex illo uerbo .s. priuatim: nā si fuisset sententia, non fecisset id priuatim, sed publice: & fuit quædā industrialis, ꝓuisio: ut uerū ꝓbaret, an ex collusiōe id factum esset, secūdum Gof. & Hostié. Ioā. And.

[5] Dicas Idem Pa ex docto.

ſit iuri ſuo. arg. vij. quæſtio. j. quam periculoſum eſt. nec uir poterit uxorem in uitam reconciliare, ſed hæc decre. uidetur contra ſentẽtiam Hug. vnde ſtãdũ eſt, prout dicit Laur. Vnde not. hic, qđ delictũ ſuperueniens rei iudicatæ, præiudicat ſentẽtiæ, ut ſentẽtia nõ obſtante reuertatur in idem. ĩ. đ adul. c. uti. ubi de hoc. argu. contra: quia ea quæ legitime facta ſunt, ex ſuperueniẽti delicto non retractãtur. ff. de itinere actuque priua. nec enim tamen ſtandũ eſt ei, quod ĩ. dicitur. Bern.

DE illa quæ viro ſuo labente in hæreſim, ipſius conſortium ſine iudicio eccleſię declinauit, videtur nobis, ꝙ mulier (maximè ſi ea intentione deceſsit, ut lapſus in hæreſim tædio pariter & cõfuſione a affectus ſe ab errore ſuo conuerteret) ei cũ reuerſus fuerit eſt reddẽda: b quæ etiã ſi reuerti noluerit, compellatur. Si uerò iudicio eccleſiæ ab eo receſsit, ad recipiẽdum eũ nullatenus dicimus compellendam. c †

Innocẽtius tertius Ferrarieñ. epiſcopo.

Vinculum coniugale, nõ diſſoluitur altero coniugũ fideliũ in hæreſim lapſo. Sed ſi unus infidelium coniugũ conuertatur ad fidem, et alter nolit ſibi cohabitare, uel non ſine blaſphemia, uel ſine peccato mortali, ſoluitur coniugium, & conuerſus contrahere poterit.

CAP. VII.

QVãto te nouimus in canonico iure peritum: & infrà. Sanè tua frat. intimauit, ꝙ altero coniugũ ad hæreſim tranſeunte, qui relinquitur ad ſecunda uota deſiderat cõuolare, ꝙ utrum poſsit fieri, per tuas nos duxiſti literas conſulendos. Nos igitur conſulta. t. reſpondentes, diſtinguimus, d licet quidam prædeceſſor e noſter ſenſiſſe aliter uideatur, an ex duobus infidelibus alter ad fidem catholicã cõuertatur, uel ex duobus fidelibus, alter labatur in hæreſim, uel decidat in gẽtilitatis errorem. Si enim alter infidelium coniugũ, ad fidem catholicã cõuertatur, altero uel nullo modo, uel non ſine blaſphemia diuini nominis, uel ut eũ pertrahat ad mortale peccatũ, ei cohabitare uolente: qui relinquitur, ad ſecũda ſi uoluerit, uota trãſibit, & in hoc caſu intelligimus quod ait Apoſtolus. f Si infidelis diſcedit, diſcedat. frater enim uel ſoror, non eſt ſeruituti ſubiectus huiuſmodi. & canonem g etiã in quo dicitur Cõtumelia h creatoris ſoluit ius matrimonij † circa eũ qui relinquitur. i Si uerò alter fidelium coniugũ uel labatur in hæreſim uel tranſeat ad gentilitatis errorem, non credimus, ꝙ in hoc caſu is qui relinquitur, uiuẽte altero poſsit ad ſecũdas nuptias conuolare, licet in hoc caſu maior k appareat contumelia creatoris. Nam & ſi matrimonium uerum inter infideles exiſtat, nõ tamen eſt ratum: l inter fideles autem uerum & ratum exiſtit: quia ſacramentũ fidei, quòd ſemel ẽ admiſſum, nunquã amittitur: m imo ratum effi-

DE illa. Sunt duæ partes. Secunda ibi, Si uerò. Abb. Sic.

a Confuſione affectus. Ad ſimilitudinẽ contumacis: qui poſſeſsione priuatur, ut tædio affectus veniat reſponſurus. ſ. ut lit. non conteſta. quoniam. §. in alijs. C. de præſcri. xxx. uel xl. annorum. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis non per uim.

b Reddenda. Et merito: quia ꝑ pœnitentiam eſt ſanatus. xxxij. q. j. quod autem. & etiam eſt compellenda.

c Compellendam in alio caſu compellitur, & ſic eſt aliud ante iudicium eccleſiæ: aliud poſt. eandem diuerſitatẽ dixi. Hugo. in carnali fornicatione: ut dicitur ſ. cap. proxi. Sed contra. ĩ. c. proxi. in fin. ubi de hoc & poteſt dici, quod ei ſtandũ † eſt, ut in utroq; caſu compellatur redire ad uirum, niſi cum iudicio eccleſiæ ſeparata uoluerit religionem intrare. ſ. de conuer. coniug. c. ult. Bern.

† Arg. ad hoc ĩ l. iuſte. ff. đ acquir. poſ. & in l. furti. §. & iuſſu. ff. đ his qui no. in fam.

† Vnde dicit Ala. hic ius vetus correctum per illud nouum. Phi. dixit illud intelligendũ ſecundum hanc diſtin. Io. And.

QVanto te. Cõmunis diuiſio. Secunda ibi, Nos igitur. Quæ diſtinguit, & ſecundũ membrũ proſequit: ibi, ſi uero. rationem diuerſitatis ponens: ibi, Nam & ſi. obſtaculum ſoluens: ibi, Nec obſtat. ſubmittens duplicem ſolutionis effectum: ibi, Per hanc. Abb. Sic.

d Diſtinguimus. Hanc diſtinctionem ponit Gratianus. xxviij. q. ij. §. hinc diſtinguendum.

e Prædeceſſor. Scilicet Cæleſtinus: dictum cuius habuiſti olim, in decretali. ſ. de conuer. infide. laudabilem. & male dixit Cæleſtinus.

f Ait Apoſtolus. xxviij. q. j. ſi infidelis.

g Canonem. xxviij. q. j. ſi infidelis.

h Cõtumelia. Iuſta illud, Deſere ſpernentẽ, uel blaſphemare uolẽtem, Vel te credentem, ſcelus ad mortale trahentem. Nã ſunt abſq; mora, ſic vincula rupta priora. Vincent.

i Qui relinquitur. ſcilicet, qui conuertitur circa eũ relinquit: quia nõ poteſt claudicare matrimonium: † ſed potiꝰ dixit de eo, qui relinquitur: quia ille ſolus poteſt contrahere ſine peccato. ille ꝗ relinquit tranſeuntem ad fidem, peccat: & ſola contumelia creatoris ſoluitur, & non per eccleſiam. & ſtatim ſoluitur, quam cito non uult cohabitare † ſecũdum modum qui traditur infra eodem capitulo proximo. ad finem. & peruenit ad notitiã alterius, tamen debet adhibere teſtes, quod illa non uult ei cohabitare, ne impediatur poſtea contrahens, ſi autem anteq̃ contrahat cum alia conuertatur ad fidem, vir ipſam recipere tenet. infra capitu. proxi. §. ult. & videtur nouum matrimonium, ut ibi dicitur.

k Maior. Magis enim delinquunt fideles apoſtatando, quã infideles in infidelitate remanẽdo. xxxij. qõ. iiij. in eo fornicator. & nemo reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. ſ. de uoto. magnæ. ſic đ pœ. di. iiij. ſi refugientes. Sic magis delinquit qui interruptam iterum litem deſerit, quam qui ſemel acceptam derelinquit. in authen. de litig. §. edicta. in fin. coll. viij. C. quomodo & quando iud. aut. qui ſemel.

l Ratum. Quia poteſt diſſolui: ut hic, & xxviij. q. j. c. ſi quis iudaicæ. §. item illud.

m Nunquam admittitur. xxxiij. q. vij. c. j. & ij. & j. q. quod quidam.

† Claudicat tamen quo ad effectũ reddendi debiti ab illo qui nõ poteſt exigere đ cõuerſi. con iug. quidã de eo qui cog. conſ. trãſmiſſæ. & quia qñque tenet unus ad matrimonium, & non alter. de eo qui dux. in ma. c. j. de deſpõ. impu. continebat. & ca. illis. ſecundum Hoſtiẽ. & Goffr. Io. And.

† Et tutũ eſſet, ſecũdũ Hoſt. ꝙ iudex aſſignaret terminũ ĩ fideli. arg. ꝗ filij ſint legi. lator de cõuer. cõiug. ex publico. Ioã. And.

† Id eſt facit illud diſſolubile. ſi conuerſus uelit ad alia vota trãſire Alphõ. Toſtad. 1. regu. viij. qõe. cxx. Repeti poſſet. per iiij. q.

cit coniugij sacrametum, ut ipsum in coniugibus illo durante perduret. Nec obstat, ꝙ à quibusdam forsan obijcitur, ꝙ fidelis relictus, non debeat iure suo sine culpa a priuari: cum in multis casibus b hoc contingat, † ut si alter coniugum incidatur. c Per hanc responsionem quorundã malitiæ obuietur, qui in odium coniugum, uel quando sibi inuicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent hæresim, d vt ab ipsa hæresi (nubentibus coniugibus) resilirent. Per hanc ipsam responsionem, illa soluitur quæstio, qua quæritur, utrum ad eum qui ab hæresi uel infidelitate reuertitur, is qui permansit in fide, redire e cogatur.

Idem Tiberiaden. episcopo.

Pagani iuncti in gradu prohibito, lege canonica tantum conuersi ad fidem non separãtur. hoc primò. Si paganus prius plures uxores habebat, post fidem susceptã adhærebit primæ, hoc secundò. Et si repudiata uxore, cum secunda contraxerit, etiã post baptismum dimittet secundã: et adhærebit primæ repudiatæ, etiã si repudiata cũ alio cõtraxisset, secus si fornicata fuisset. hoc tertiò.

CAP. VIII.

GAudemus † in Dómino: & infrà.

Vtrum pagani uxores accipientes in secundo f uel tertio, uel ulteriore gradu sibi coniunctas, sic coniuncti debeant post conuersionem suam insimul remanere, uel abinuicem separari, edoceri per scriptum apostolicũ postulasti. Super quo taliter respondemus, ꝙ cũ sacramentum coniugij, apud fideles & infideles existat, g quemadmodũ ostendit apostolus dicẽs: Si quis frater infidelem habet uxorem, & hæc cõsentit habitare cũ eo, non illam dimittat. & in præmissis gradibus a paganis, quo ad eos matrimonium licitè sit cõtractum, qui cõstitutionibus h canonicis non arctantur: † (quid enim i ad nos, secundum Apostolum eundem, de ijs quæ foris sunt iudicare?) in fauorem præsertim christianæ religionis & fidei, a cuius perceptione per uxores se deseri timẽtes, viri possunt facilè reuocari, fideles huiusmodi matrimonialiter copulati liberè possunt, & licitè remanere k coniuncti, cùm per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittãtur. l Quia uerò pagani circa plures insimul fœminas affectum diuidunt coniugalem, utrũ post cõuersionem omnes uel quam m ex omnibus retinere ualeant, non immeritò dubitatur: & infrà. Verum absonum n hoc videtur, & inimicum fidei christianæ cũ ab initio una o cõstat in unam fœminam sit conuersa: & scriptura diuina testetur quod propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: non dixit tres uel plures, sed duo: p nec dixit adhærebit uxoribus, sed uxori: & infrà. Nec vlli unquam licuit, simul plures uxores, q habere, nisi cui fuit

---

a Sine culpa. Nemo sine culpa, iure suo priuari debet. xvj. q. ult. inuentũ. lvj. di. satis peruersum. s̃. de eo qui cogno. consang. uxo. suæ. discretionem. & c. ult. & s̃. de consti. c. ij. Sed si causa subest, priuaẽ quis, quãdoque iure suo. s̃. ut lite nõ cõtest. quoniam. §. ij. & j̃. de priuile. antiqua. & xxij. distin. renouãtes. & hic subest causa, quæ subijcitur inferius.

Ius suum nemo perdit sine culpa.

† Cõcor. text. in l. sancimus. ff. d̃ pœn. & s̃. ut lite nõ contesta. qm̃. §. si uero.

b Multis casibus. In quibus quis priuatur iure suo. xiiij q. vj. comperimus. & liiij. distinct. frequens. xxxiiij. dist. si cuius. xvj. qõ. vij. decernim⁹. lxx. dist. neminem. xiij. qõ. ij. diffinimus. s̃. de cle. ægrot. tua.

c Incidatur. xxxij. q. vij. illi.

d Simularent hæresim. Hæc est causa, quare priuatur quis iure suo sine culpa. s. xxxij. q. j. dixit dominus.

Glossa sequens ponit opi. Laurent. quam reprobat.

e Redire cogatur. Et reuera cogi debet, nisi uelit religionem intrare, cũ iudicio ecclesiæ separati fuerint. s̃. de conuer. coniug. c. ulti. Lau dixit 1 eam cogẽdam redire ad eum, cum distincti. illius decre. s̃. eo. de illa. sed uerum est quòd indistinctè debet compelli, nisi cum uult intrare religionem, secundũ illam decreta. supra de conuersio. coniug. cap. ult.

1 Hoc placet Phili. Iac. de Alber. & Ab. ut vitetur correctio. Idẽ Inno. alternatiue tñ: vide qđ dixi s̃. c. proxi. in ulti. gloss. Ioã. And.

GAudemus. Hoc capitu. principaliter habet tria dicta. Et secundum dictum: ibi, Quia vero. Tertiũ ibi. Qui autem. Abbas Sicu.

† Alias, gaudeamus.

f In secundo. Non prohibito: quia secundus gradus erat prohibitus, sed nõ omnis. istæ enim erant personæ prohibitæ in lege, mater, nouerca, soror, neptis, amita, matertera, & uxor patrui, & uxor fratris, filia, & priuigna. De hoc dicitur supra de restitutio. spoliat. literas.

g Existat. xxv. distinct. deinde. & supra, de consangui. & affinita. de infidelibus.

h Constitutionibus. Quæ non arctant. nisi illos qui subsunt ecclesiæ directe, sed indirecte bene compellũtur. j̃. de usur. post miserabilem. & c. quanto. & j̃. de Iudæ. & si Iudæos.

† Alphõ. tosta. i. Regum. viij. q. xxxvij. cũ seq. Ia. Almain. i 4. Senten. dist. xviij. q. j. gl. pe. & ibi Cardi. flor. in iij. oppos. in cle. uni ca. de Iudæis. Petr. Ancha. in repet. c. ea quæ. col. xvij. de regu. iur. in vj. Alex. i cõs. vj. nu. 5. lib. vj. vbi dixi, & ad Phil. Dec. ca. j. lect. j. nu. 17. de cõstitut.

i Quid enim. ij. q. j. multi. interpositio est.

k Remanere coniuncti. supra de consanguinit. de infidelibus.

l Dimittantur. xxj. distinctio. deinde.

m Vel quam. Ad istam quæstionem non respondet directe, sed indirecte satis respondetur, ꝙ prima sit uxor, ex eo quod dicit pluralitatem ex utroque sexu reprobandam. in fine istius §.

n Verum absonum. hic ostendit, quod unam tantum debeat habere.

2 Successiue possũt eẽ plures ut ibi: sed non simul ut hic. Io. And.

o Vna. s̃. de biga. debitum.

Glossa sequens signat contrarium.

p Duo. Hic pluralis numerus ponitur ad exclusionem maioris numeri, argu. contra. xxxj. q. j. si dormierit. 3 qñque poniẽ ad exclusionem minoris numeri, ut cum dicitur, unus non est contra alium, sed in ore duorum, stet omne verbũ: ut s̃. de testi. licet. in fi.

3 Cõcor. text. in l. ubi numerus, cum vulg. ff. de testam.

q Vxores. Vnde etiam lex, plura cõiugia prohibet iudæis

Matth. 19
3. Esdr. 4
Matth. 9
Matt. 10
Ephesi. 5
Genesis. 2
Gene. 27
Exod. 12
Iudic. 26
Matt. 19

dæis. C. de iudæ. nemo iudæorum'. in fin. & C. de ince. nu. l. ij. C. de dona. ante nup. ea quæ.

a Diuina. Non ergo sunt sufficientes excusationes, quas habes xxxij. q. iiij. dixit Sara. & c. obijciuntur. sed illud fuit ante legem, & talis mos fuit diuinitus inspiratus.

diuina a reuelatione cōcessum, qui b mos quandoq;, interdum etiam fas censetur: per quā sicut Iacob à mendacio c Israelitæ a furto, d & Sanson ab homicidio, e sic & patriarchæ & alij uiri iusti, qui plures leguntur simul habuisse uxores, ab adulterio excusantur. Sanè ueridica hæc sententia probatur etiā de testimonio ueritatis in euāgelio: Quicunq; dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliā duxerit, mœchatur. Si ergo uxore dimissa, duci alia de iure nō potest, fortius & ipsa retenta: per quod euidenter apparet pluralitatem f in utroq; sexu, cūm nō ad imparia g iudicentur, circa matrimoniū reprobandū.

Qui autem secundum ritum suum, legitimam repudiauit uxorem: cum tale repudium ueritas in euāgelio h reprobauerit, nunquā ea uiuente, licitè poterit aliam etiam ad fidē Christi conuersus habere, nisi post conuersionem ipsius ille renuat cohabitare cum ipso, aut ēt si consentiat, non tñ absq; cōtumelia i creatoris, uel ut eum pertrahat ad mortale peccatū: in quo casu, k restitutionē petēti, quā uis de iniusta spoliatione constaret, restitutio negaret l quia secundum apostolum m frater aut soror non est huiusmodi subiectus seruituti. Quòd si conuersum ad fidē & illa conuersa sequat antequā propter causas prædictas legitimam ille ducat uxorem, eā recipere compelletur. n Quáuis quoque secundum euangelicā ueritatem, qui duxerit dimissam mœchatur, non tamen dimissor poterit o obijcere fornicationē dimissæ pro eo quòd nupsit alij, post repudium, nisi alias fuerit fornicata.

Idem Liuonien. episcopo, & eis qui cum ipso sunt fratribus.

Non licet relictam fratris, in uxorem accipere, et de facto ducta separanda est, nisi aliter ecclesia dispenset.

CAP. IX.

b Quæ. s. diuina reuelatio censet, quandoque mos &c.

c Mendacio. xxij. q. ij. ca. item. §. ponitur.

d Furto. xiiij. q. v. dixit dominus.

e Homicidio. xxiij. q. v. si non licet. circa fi. & qō. viij. occidit.

f Pluralitatem. Hic innuit solutionem quæstionis, quasi diceret. prima tantum est uxor: ut dixi supra.

g Non ad imparia. id est, quo ad mutuam seruitutem. & debitum carnis & fidem seruandam. xxxij. quæstio. j. si quis uxorē. & q. v. præcepit. alias pene famula uxor est xxxiij. quæst. v. hæc imago.

h In euangelio. Dicendo excepta causa fornicationis, uxorem non esse dimittendam. xxxij. qō j. dixit dominus in euangelio. & quæst. vij. Apostolus. & ca. omnes causationes. & xxviij. quæ. ij. si infidelis.

i Absque contumelia. s. c. prox.

k In quo casu. i. in quolibet casu pmissorum trium. 1 Per.

l Negaretur. Hic habes casum. ī quo denegatur restitutio 2 quamuis constet de iniusta spoliatione. Alium habes s. eo. significasti. Item ubi excipitur de alia spoliatione. s. de ord. cog. super spoliatione. Item ubi timetur de sæuitia uiri. xxxiij. q. ij. siue de cōiugij. & s. de resti. spolia. ex transmissa. & ca. literas. ubi de hoc. & xxxij. q. j. de benedicto.

m Apostolum. xxviij. q. j. si infidelis.

n Compelletur. Ex hoc uidetur, ꝙ contumelia creatoris, nō soluit ius matrimonij ipso iure: 3 alias si solutum fuisset ius matrimonij, non compelleretur eam recipere. Io. dicit, quod ipso iure solutū est matrimonium cōtumelia creatoris, ea nolente uiro cohabitare: ut s. eo. c. prox. licet matrimonium sit solutum, tamen restituitur, quasi iure post liminij. arg. xxxiij. qō. ij. cum per bellicam. sicut hæretico reuerso restituuntur alia bona. C. de hære. authen. idem est de Nestorianis. & licet non sit matrimonium inter eos, tamen eā recipere compellitur ex consequentia prioris matrimonij, in fauorem fidei. Alij dicunt, quod matrimonium ipso iure non soluitur, sed ius matrimonij soluitur, id est ius petendi debitum: & hoc satis uidetur dicere litera s. cap. prox. ibi, cōtumelia creatoris soluit ius matrimonij, & tunc uere primo soluitur matrimonium, quando contrahit cū secunda, & non ante: quia si esset ex toto solutum, non compelleretur eam recipere. Et est argum. ad hoc, quod dicit in fin. quod potest ei obijcere fornicationem: quia si ex toto, & omnino solutum esset matrimonium, non posset ei obijcere fornicationem præcedentem s. de iureiur. quēadmodum. Sed nunquid etiam posset intrare religionem ea inuita, antequam contrahat cum alia Dico quod sic. cum iudicio ecclesiæ fuit a uiro separata. arg. s. de conuer. coniu. ca. ult. in fi.

o Poterit obijcere. quia intelligitur legitime contraxisse quæ authoritate legis cōtraxit. xxiij. qō. iiij. qui peccat. & arg. s. de fri. fraternitatis. circa fi. & ff. de acquiren. posses. iuste possidet. 4 Sed illud quęritur, qualiter posset ei obijcere fornicationē ante baptismum commissam: cum omne peccatū & sequela peccati, in baptismo deleatur. xxvj. distin. deinde. & xxxij. quæst. j. quod autem. cum dona baptismi sint sine omni luctu. de consec. distinct. iiij. capi. ij. & cap. sine pœnitentia. Dicas quod omne crimen tollitur in baptismo, quo ad Deum, & quodcunque & qualitercunque contraxit ante uel adulterando seu fornicādo. sed quatenus illa fornicatio respiciebat uirum, non tollitur in baptismo, quia illud crimen non tam uirum, quam uxorem cōmaculat. xxxij. quæstio. j. in coniugio. & sic ius quod competebat uiro ex sola fornicatione, remanet ei saluum: & sic potest excipere contra illam. Sic etiam per pœnitentiā, tollitur crimen quod mulier contraxit fornicando quo ad Deū: & tamen post quantācunque pœnitentiam potest maritus illam accusare. xxxiij. quæstio. ij. admonere. nec eam etiam recipere compellitur post pœnitentiam. s. de cōuer. cōiug. gaudemus. iniquum enim esset, quòd baptismus tolleret beneficium alicui cōpetens, sicut in libertate. delictum enim quod commisit quis in se, per libertatem tollitur: sed delictum quod commisit in alium, non tollitur. ff. de ijs qui no. infa. l. penul. & l. athletas. §. Pomponius. Vel expone quod dicitur, nisi

g Melius diceret, id est in duobus ultimis casib. secūdum Host. Ioā. And.

2 Dicit Vincē. hic nullū speciale: quia ipsa sibi dat impedimentū, blasphemādo. Io. And.

3 Iure. dic quod non soluit matrimoniū ipo iure p aliquē horū trium casuū & tamē statim ipso iure ī quolibet ipsorū triū casuum habet fidelis licentiam, dissoluēdi illud transeundo ad aliud matrimoniū si uoluerit Alphō. tostad. r. Regu. viij. q. cxv. Matrimonij ius, an soluat per contumeliam creatoris.

4 Excusat ergo hic ab adulterio: ꝙ non cōmittit, sine dolo. xxxiij. q. ij. in lectū. ff. de adulter. l. pen. quod intelligas etiam dictū in fauorē fidei quātum ad cōuersos. alias nō cōuersi secūdum legē humanam puniēdi essent. non obst. iuris ignorātia: ut not. secūdū Hos. sup iij. gl. Ioā. And. in nouel.

† Et sic matrimonium erat contractũ inter infideles & antequã conuerterent ad fidẽ & tolerat̃ qñ est cõtractũ in casu licito ď ueteri testamento Alphon. Tostad.1.rg. viij.qõ.c-xlv.secundum consuetudinẽ & ritũ cõtrahentiũ quod sufficit ut valeat mrĩmoniũ inter eos ita quod hic ualet[,] & sic manet mero iur̃ etiam de rigore & cõuersis, & absque ulla dispẽsatione, licet uideat̃ hic dispẽsatio Alphon. Tostad.1.rg. viij.q.clxvj.cũ seq.

[s] Et ibi not. quod illi duos patres habebãt carnalẽ & legalẽ: & de computatiõe Mathei & L. in fin. xxvj.dist. c. una.§.Io. Ioã. And.

[2] Si uerus maritus fuisset: intellige tẽpore rei iudicatæ & nõ trãsit hic priuilegium ad hr̃des extraneos e.ti.l.maritũ. & l.

nisi alias fuerit fornicata.s.alias. i. in alio tẽpore post baptismum.sed prius uerius est.Io.And.

Deus qui. Ponit dispensationem ecclesiæ cum nouiter conuersis ad fidem, ut utãtur matrimonio cum relictis fratrum contracto secũdum legẽ Mosaicam. Abb. Sicu.

[a] Concedimus. propter nouitatẽ fidei, dispẽsatur circa gradus prohibitos. sic xxxv.q.iij.quædam. & c. quod scripsi.s̃. de consang. & affi. de infidelib.si.s̃.qui fil. sint legit. c.ulti. sed post fidem receptam, contrahere non debent. sic dicit in fi.

[b] Ut semen defuncti. Hac de causa, tantum, olim[1] cõcessum fuit ut frater uxorẽ fratris sumeret in uxorẽ. viij.q. j.olim. alias.non.

Deus qui ecclesiã suã: & j. Quia dispar est ritus in Liuoñ. ecclesia de nouo ad fidẽ catholicam conuersorũ a nostro: propter infirmitatem gentis eiusdẽ cõcedimus [a] ut matrimonijs cõtractis † cũ relictis fratrum utãtur, si tamen (fratribus decedentibus sine prole, ut semẽ [b] defuncti iuxta legẽ Mosaicam suscitarent) cum talibus contraxerunt: ne tales sibi decætero postquã ad fidem uenerint copulent, prohibentes.

DE DONATIONIBUS INTER UIRUM.

Supra uisum est de diuortijs. Sed quia diuortio facto, dos repeti solet, et contenditur plerunque de donatione facta constante matrimonio, ideo subijcitur iste tit. in quo tractatur tam de donatione facta inter uirum et uxorem, quam de dote post diuortium restituenda. Abb.

tem tituli pertinet.cū etiā aliquis accusatur aut denūciatur, uel etiā inquiritur, grauata est statim eius opinio, ut interim nō debeat promoueri.lxxxj. dist. tātis Daniel.& s̄.de test.c.ult.C.de procu.reū. & ff. de mu. & hon.l.reus.j.respō.nisi post annū.ut ea.l.reus.§.eū.

a Honoret. Id est ad honorem promoueatur.

& discuti debeant) honoretur. a

Paschalis Papa.

Episcopus per exceptionem criminis, illum ab accusatione sua repellere non potest, quem ante à sua familiaritate neglexerit separare.

b Nulli episcoporum. Repellere. Iudex tamē ex officio suo potest repellere accusatorē, si non fuerit idoneus.ar.ij.q.vij. alieni. & cap. si qui sunt.& cap.quærendum. ff. de postula. quos prohibet.& s̄. de except.exceptionem.in fi.& ff.de peti.hæred.l.ult.

CAP. V.

NVlli episcoporū ab accusatione sua repellere b liceat, quos antequam se ab eis impetendum cognosceret, a sua cōmuni familiaritate c neglexerit separare.

Ex Concilio Maguntino.

Absolutus de certo crimine, de eodem iterum accusari non potest.

CAP. VI.

DE his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari. d

Stephanus Papa.

Cohabitātes inimicis accusati, ab accusatione repelluntur.

1 Occonomi vero ꝓhibent matrimoniū, de administratione: ut lxxxix. dist. quia in quibusdam. Ioā. And.

c Familiaritate. Nō enim modo potest reprobare etiā mores, quos prius approbauit. ff. de adul.si uxor.in fi. & xxxij. q. v. horrendus.& s̄.de fil.presbyter.veniens.ff.de nego.gest. Pomponius. Sed contra.ij. q.vij.alieni.& iij.q. vlti. §.si quis ex familiaribus. & C. qui accus. non poss. iniquum. Imo uidetur, quod criminosus criminosum accusare posit. ij.qō. vij. §. in hoc. & C. de hæret. quoniā.& de inoff.test. in arena. argu. quod nullus criminosus, reputat legitima persona ad accusandum, uel ad denuntiandum, ut dixi s̄.c.j.argu.C.de adul.quoniam.xxxij. qō.vj. nihil iniquius.& C.de libe.cau. si filium. uel forsitan iste episcopus, accusabatur de crimine excepto: quia & erat malæ famæ.ij.q.j. in primis. unde admittebātur uiles personæ contra eum. Sed dic, quod speciale est in episcopis, & in odium ipsorum statutum: quia debent secum habere honestas personas, quæ perhibeant testimonium de vita 2 eorū.ij.q. vij.cū pastoris. Et ideo si prauos & viles habent secum, sibi imputent. alias vilis persona non est audienda: ut dixi s̄.eod. c.j. Vel forte superior ex officio suo posset tales repellere, 3 vt dicitur in princ.c.in præcedenti notula.

2 Repellere. idem Panor. c. dilecti filij. coll.v. s̄.de exce. & hic tū cōtra. sentit. Ludo. Comes in reg.cācel. 30.de impet. benefi. per obitū fami.q. vij. vbi cēset in pœnā tolerātis cautū ut familiaris criminosū accusare posit puto iudicē ex causis & ꝑsonis arbitrari debere.

3 Not. ꝙ aliud si accusatori ī ponitur si lētium ut īdigno ad hoc.j̄. eo. veniēs. secundū Hostiē. & patet v.q.ul i. Epiphanium. Io. And.

D E his. *Glossa seq. tractat de triplici absolutione criminis. Prima per dispēsationē. Secūda per sententiā, crimine non probato. Tertia per pœnitentiā. Prima impedit accusationem: & secunda regulariter fallit in duobus casibus: tertia non.*

d Replicari. Quia si probato crimine, iudex cum illo dispensauit: si fuit tale crimen, qđ potuit dispensare: crimina semel dimissa, iterum in ultionem diuina clemētia venire nō patitur.de pœ.dist.iiij.diuina clemētia.ad fi.dist.& xxiij.q.iiij.si illic.ubi de hoc.& ij.q.iij §.notādū. Si uero absolutus est: 4 quia accusator nō probauit, tutus est: quia de delicto unius hominis sæpius quæri non debet.ff. nau.cau.licet. §. ult.& xxxv. q.ix. veniā. & hoc uerum est, nisi in duobus casibus, puta si secundus accusator, primū doceat præuaricatum fuisse.ff.de præuarica.l.iij. C.de accusa. si quis homicidij. & de collu. c.j. Item si suum dolorem prosequat̄, ignorans accusationem ab alio institutam.ff.de accusat.si cui.§.ijsdem. Et hoc intellige cum actū est in forma iudicij. Si autem pœnitentiam egisset occulte quo ad Deum absolutus est, sed accusatio in iudicio faciēda non esset propter hoc. xxxiij. q. ij.admonere. Vinc.

CAP. VII.

REpellantur ab accusatione cohabitantes e inimicis: Quia infestationes f blasphemie affectio solet amicitiæ g uel inimicitiæ incitare.

Ex Brocard. lib. xliiij.

Ponit pœnitentiam accusatoris calumniosi, cum sequitur inde mors uel membri debilitatio.

CAP. VIII.

ACcusasti aliquem, & per tuam h accusationem occisus est, nisi pro pace i hoc feceris, quadraginta dies in pane & aqua (quod carena k vocatur) cū septem sequētibus annis pœniteas. Si autem per tuam delaturam debilitatus l est, per tres debes quadragesimas pœnitere.

Augustinus super Genesis de morte Abel.

Super notorio procedit iudex nemine accusante.

e REpellant. Cohabitātes. nō solum inimici, sed eis cohabitantes, repelluntur: quia ex hoc inimici præsumuntur.iiij.q.iij.§. item testes. & j̄.eo. cum oporteat.C.de inoffic.testa.liberi. xciij.distin. si inimicus.argu.contra. ff. pro socio. Nam socius socij mei non est socius meus. & lxxxj. dist. legitur. & est argu.ex cohabitatione præsumēdum pro aliquo uel contra aliquē.xviij. qō.ij.definimus. & s̄.eod. nulli.& s̄. de offic.delega. insinuante.iij.q. v.accusatores.

4 Et ij.q. cap.pe.vnde.2.Reg. xxij.Cum sancto sanctus eris, &c. & in Psal. xvij. Salust. in Catilinā. Si quis ēt a culpa vacuus in amicitiam, prauorum inciderit: quotidiano usu atque illecebri, facile par similisque cæteris efficit. Hierony. ad Demetrium.

f Quia infestationes, &c. Sensus est. inimici & inimicorum amici, consueuerunt inimicos infamare & blasphemate. Host.

g Amicitiæ. iij. quæst. v. accusatores. propter amicitiam, uel odium humanum iudicium sæpe peruertitur.xj. quæst. iij.quatuor. Vnde versus:

Quatuor ista, timor, odium, dilectio, sensus,
Sæpe solent hominum, rectos peruertere sensus.

h ACcusasti. Per tuam accusationem, s. calumniosam, & non culpa sua. nam si quis iuste accuset criminosum, & crimine probato interficiatur reus, immunis est accusator.xxiij.q.iiij. illud. & iudex ministret.xxiij.q.v.cum homo qui malos. & c. iudex. & c.homicidas. & c.miles. in fi.

i Nisi pro pace. Nō tenetur proprie illud: nisi quia si proprie sequeretur, quod pro pace posset quis accusare alium iniuste, quod non est uerum. quasi simile habes.ij.quæst.j. notum. sed pro pace seruanda, licitum est accusare, ut boni quiete uiuant.xxiij.q.v.non frustra. alias accusare mortale peccatum est, scilicet calumniose. Bernardus.

k Carena. Vulgare est longobardorum, & dicitur à carentia hominum: qui tales recluduntur solitarij per xl. dies ad agendum pœnitentiam: de qua pœnitentia habes.l.distin. in c.Bernardus.

l Debilitatus. Id est mutilatus in membris.

Euidentia.

CAP. IX.

Evidentia patrati sceleris [a] nō indiget clamore [b] accusatoris.

Alexan. iij.

Laici inimici, clericos accusare non possunt.

CAP. X.

Cum P. Manconella p̄sbyter ex una parte, & Bonus presbyter, & I. bonus Cocti laicus [c] frater eius ex altera, ī nostra essent præsentia cōstituti: eundē I. quia laicus erat, ī dicti P. accusationē non duximus admittendū. Cūque præfatus B. eundem P. super crimine simoniæ cōstantius accusaret, nos eū quia in testimonium illius [d] causæ adductus fuerat, & quia prædictus I. frater eius ipsum P. corā te prius accusauerat, ab accusatione repulimus: p̄sertim cùm frater P. memoratum B. antea de causa consimili accusasset. unde quoniam unus post alterum, prædictum P. instāti uicissitudine accusabāt, neutrum ad eius accusationē admisimus: Sed utriq; p̄sbytero, de obiectis criminib. purgationem [e] duximus indicendam. Ideoque Mandamus quatenus uterque illorum cùm tribus [f] sacerdotibus faciat se purgare.

Idē uigorieñ. episcopo.

Monachus accusare potest abbatem, & de bonis Monasterij expensas litis † necessarias habebit.

CAP. XI.

Ex parte tua: & infra. Prudentiæ tuæ t. respon. quòd monachi (nisi alia rationabilis [g] causa impediat) eò quòd de obedientia & subiectione abbatis esse noscuntur, ab eius accusatione sunt nullatenus repellendi: Licet [h] alios accu-

[a] Evidentia. Sceleris. i. scelus quod notorium est, per operis euidētiam, & est unus modus notorij: quem & alios habes. s̄. de coha. cleri. & mulie. c. ult.

[b] Non indiget clamore. i. non indiget aliquo proponente accusationem: quia factum se ostendit. ar. ff. de in integ. resti. l. j. in confessum enim, nullæ sunt partes iudicis. ff. ad legē Aqui. proinde. nisi quo ad sententiam tantum. & quæ in iudicio publicātur, non requirunt accusationem aut etiā p̄bationē. ff. de adul. l. ij. §. si publico. & C. de testi. nullum. sic in quocunque notorio, tantū sententia semper est necessaria. Ber.

Cum P. Facit tria. Primo repellit unum accusatorē: quia laicus. Secundo repellit aliū, quia inimicus. Tertio purgationem indicit. Secunda ibi, Cumque. Tertia ibi, Sed utrique. Ab. Siculus.

[c] Laicus. Nota ꝙ laici in accusationē uel testimonium clericorum, non sunt admittendi. & hoc regulare est, nisi suorum uel suam iniuriam prosequantur. iiij. qō. vj. omnibus, nec tunc ad testimonium. [a] quia in facto suo nemo testis idone⁹ est. s̄. de test. de cætero. & ij. q. j. prohibenī. & iiij. q. iij. §. item omnibus. & hoc uerū est, nisi in criminib. exceptis, ut est crimen simoniæ, hæresis, & læsæ maiestatis. j̄. de simo. tanta. & ij. q. vij. sacerdotes. & c. oues. xv. quæsti. iij. sane. C. de epis. & cle. si quenquam. & in his casibus & consimilibus admittuntur, si bono zelo & non ex odio procedant: quia tūc nec ad accusandum, nec ad testifi. admittantur. j̄. de simo. licet heli. & c. per tuas. & c. meminimus. & ca. cum oporteat. Inimici in nullo casu admittuntur. laici. n. bonæ famæ admittūtur in huiusmodi exceptis criminibus. sed si laici sint malæ famæ, & uiles personæ, tunc distinguitur. Si clericus [a] super illo crimine sit infamatus & malæ opinionis. admittuntur laici & uiles p̄sonæ. Si uero sit bonæ famæ, & opinionis, non admittuntur. & hoc bene colligitur. j. q. ij in primis. ad fi. & j̄. de simo. tanta. & c. per tuas. & hoc exceptis cōspiratoribus & inimicis, ut dixi, & excipitur particeps criminis. s̄. de testi. ueniens. Et testibus uilibus, sine corporali tormēto credi nō debet: ut ij. q. j. in primo. ad fin. sed accusator nō torquetur. iiij. q. iij. §. si autē ca ſrei. Et sic. Ioan. iste (quia laicus erat) non admittitur contra clericū, Sed quare repellitur, cum accusaret illum de simonia quæ est crimen exceptum, & quia etiam erat infamatus, ut patet ex eo qđ indicitur purgatio illi. Respon. quia erant inimici: qđ bene colligitur, proptermutuas accusationes, & officia permista, ut patet ex ipsa litera.

[a] Dat ergo. Inno. pro regula, quod q admittiī ad accusationem. & ad testimoniū p̄ter hūc casum assignat etiā in hoc differentiam quam habes. j̄. eo. glo. uer. & testibus. Ioā. And.

[a] Dicit Inn. hanc distinctionem p̄cedere, cum accusatur clericus: quia contra laicos dicit indistīcte quē libet admitti ad accusādū. Ioā. And.

[d] Illius causæ. Scilicet Ioannis fratris laici B. iste enim Io. prius accusauerat forte ipsum P. coram episcopo, & B. fratrem suum induxit in testem: ut hic uidetur. & ideo ipse repellitur tanquam inimicus. infra eod. meminimus.

[e] Purgationem. q̄a uterque fuerat infamatus. j̄. de simo. de hoc. & c. insinuatum. alias non esset indicēda purgatio. xv. quæstio. v. de crimine.

[f] Cum tribus. Arbitrarius enim est numerus purgatorum, secundū arbitrium præsidentis & qualitatē infamationis. argumentum ij. quęstio. v. c. omnibus. c. presbyter. si. j̄. de pur. ca. inter solicitudines. Nunquid episcopus potest diminuere de hoc numero, ex quo præfigitur a papa, ex quo est arbitrarius? Dicas quod nō postquam papa statuit. argumen. s̄. de offi. dele. de causis. §. ul. Quid si non potest habere compurgatores? Distingue: si hoc contingat ex eo, quod est taliter infamatus, tunc puniri debet tanquam cōuictus. j̄. de simo. insinuatum. & j̄. de purga. cap. cum P. quæ est pars huius. Si uero non potest habere quia est aduena: potest credi suo iuramento, cessante probatione argum. s̄. de iu. c. ulti. & ff. de ijs qui no. infa. furti. accipe. §. qui iussu. uersi. sed & si iure. in authen. ut nulli liceat habere loci seruatorem. §. necessarium. uersi. si uero crimen. col. ix. C. de custo. & exhib. re. authen. hodie nouo iure. Quid si habet bonos laicos: admittuntur: ar. ij. q. j. in primis. ⁊ Vin.

Purgatorū numerus est arbitrarius.

† Cap. pe. j̄. e. geminia. consi. lv. Guid. papę. đci. Delphi. q. dlxi.

⁊ Cōcor. textu. in l. nō eo minus. C. de procura.

Ex parte tua. Tres sunt partes. Secunda ibi, licet, tertia. ibi. Quibus. Abb.

[g] Alia rationabilis causa. Puta ꝙ essent excommunicati. s̄. de except. exceptionem. Vel si essent inimici uel conspiratores. j̄. eo. meminimus. & j̄. de simo. per tuas. & j̄. eo. cum oporteat. & in casu. j̄. eo. ueniens. ut dixi s̄. eo. c. j. Sed pro eo, quod obedientiam promisit, non repellitur ab eius accusatione. in hoc enim quòd malus est, non tenetur obedire ei, imo potius tenetur illum denuntiare, siue accusare, cum eorum intersit. s̄. eod. illa. & xj. quæstio. ij. non semper. & capitu. Iulianus. argumen. s̄. de maio. & obedi. dilecti. in fin. & ij. quæstio. vij. quapropter. x. quæstio. ij. episcopus. xvij. quæstio. iiij. quæstio. & quia utilitatem ecclesiæ procurant, debent eis expensæ ab ecclesia ministrari: ut hic dicit. & infra eodem. olim. & ipse abbas debet habere expensas, [4] ut se defendat usque ad finem causæ. Digestis de inofficio. testament. l. si instituta. Areti.

[4] Secundum Ala. & Vinc. ēt si sit ab administratiōe remotus. alle. ff. de inof. test. si īsti tuta. Ioā. And.

[h] Licet alios. alios uero accusare non pn̄t, nisi intersit

sit monasterij, de licentia tamen abbatis. xvj.q.j.monachi cum mortui sint mundo e.causa.q.j. placuit. & non tm̃ humanis uocibus, sed diuinis mortui sunt.ij.q.vij.placuit Funesta est eorum uox, ut ibi dicitur. i.semper flere debent & tristes esse.xvj.q.j. placuit. Denuntiare autē possunt, ad pœnitentiã quẽlibet christianũ: qa cuilibet dictum uidetur, si peccauerit in te &c. nulla facta exceptione, maxime si dicitur esse pceptũ.arg. s̃.de iureiur. quemadmodum. [1] Sed contra uidetur dicere prædictum cap.placuit. ubi dicitur, quod monasterium exire nõ debet monach⁹, sed tanquã mortuus ibi esse. Sed pone, monachus est ĩ scholis, de licentia abbatis nunquid potest accusare, uel aliter agere? Respõdetur potest si eius interest: qa eoipso quod monachus de licentia abbatis est in scholis, per consequens omnia ei concessa intelliguntur. sine quibus commode non possit uiuere arg. s̃.de offi. de leg.præterea. c.prudentiam. §. vj. & c. suspicionis. tamen pro alienis debitis intercedere nõ posset, ut per hoc monasterium obligaret, cum hoc non intellexerit abbas.arg.supra de fideiuss. quod quibusdam. & supra de solu.si quorundam nisi quantum pertinet ad propriam [2] necessitatem & hoc si abbas ei concedat. T.

[1] Dixit Vinc. ego nõ admitto monachũ denũciãtem in figura iudicij alios q̃ fres suos. Io. An.

† Alias, uiolẽtia.

[2] Propriã quantũ ad eũ sat est, quod est ĩ scholis de licẽtia abbatis, qui expẽsas ꝓmisit. Pã.

[3] Ad hoc s̃. de offi. deleg. præterea. & ꝑ hoc patet hoc ĩtelligẽdũ esse, de expẽsis litis, secũdum Tan. & Vin. Io. And.

[4] Agens etiã petitorio secũdum Inn. & Hostiẽ. & sic non ob. de restitu. spo. solicite. & ca. in literis. & facit quod not. s̃. d̃ renũ. sup hoc. Ioã. And.

sare nõ possint. Quib. (si quidẽ cum propriũ nõ habeant) de reb. monasterij expensæ debẽt necessariæ [a] donec causa debitũ finẽ accipiat, ministrari.

Idem.

Presbyter ebriosus missam celebrans, nõ præmissa digestione ecclesia priuari debet. h.d. ut cõueniat omnibus lecturis.

CAP. XI.

SI constiterit, [b] quod D. ecclesia non perpetuo concessa, sed ad tẽpus fuerit cõmendata [c] & de uinolẽtia [d] † & q in taberna [e] pernoctauerit, [f] ita q altera die nulla præmissa dormitione [g] missam cantasset: & ĩ. Si de hoc rõnabiliter cõuictus fuerit in iudicio, ante episcopum [h] suũ: siue accusatus, uel ad rationem positus sine coactiõe [i] fuerit confessus: ei super eadem ecclesia, perpetuum silentium imponatis, ipsum ab impetitione B. desistere cõpellentes. Cæterũ si eidẽ fuerit ecclesia canonicẽ cõcessa & tradita, & postea de crimine aliquo, nõ fuit conuictus [k] propter quòd de iure debeat spoliari, uel post appellationẽ [l] (sicut aliquando allegauit) ecclesia illa fuerit spoliatus ipsam ei faciatis restitui [m] & in pace dimitti.

[a] Expensæ debent necessariæ. argu. aduersarium aduersario compellendum in expensis prouidere contra se. ar. ff. de inoffi. test. si instituta. §. iij. C. de carbo. edi. l. ult. C. de ord. cog. l. ult. §. j. uer. nã si tales & istæ expẽsæ necessariæ tantum erunt, sine quibus causa explicari non potest. [3] De expensis satis habes supra de dolo & contu. c. si.

SI constiterit. Potest multipliciter intelligi. Diuiditur. Nam primo instruit iudicem, quando contra actorem pronuntiandum sit. Secundo quando contra reum: ibi, cæterum. Abbas.

Glo. seq. casum ponit.

[b] Si constiterit.

CASUS. *Sacerdos iste petebat ecclesiam sibi restitui [4] quia dicebat se iniuste spoliatũ fuisse. Dicebatur in contrarium, quod non erat audiẽdus: quia fuerat spoliatus cum non intitulatam, sed commendatam habebat tantũ ecclesiam. Item quod quasi ebrius in taberna pernoctauerat, et nulla dormitione facta illa nocte, in sequenti die mane missam celebrauit ipse, & ideo iuste priuatus fuit per iudicem suum, coram quo super his fuerat accusatus: & ipse hæc omnia negabat: dicẽs quod canonice in ea fuerat institutus, & iniuste spoliatus, & post appellationem mandat pa. primo inquiri de præmissis, quæ si uera sunt imponatur ei silentium super ipsa ecclesia. Si uerò ipsam habuerit canonice, & non fuerit conuictus de crimine, uel post appellationem fuerit spoliatus, restituatur ei ecclesia.*

[c] Commendata. Sic s̃. de ele. dudum. & xxj. q. j. qui plures. Cõmendare .n. est, idẽ quod deponere. ff. depositi. Lucius Titius Sempronio. & s̃. de depo. cap. j. Qui. n. deponit rem penes aliũ possessio nẽ intelligit retinere. ff. depo. licet. & qñcunq; [5] uult, põt depositũ siue rẽ cõmendatã reuocare. s̃. de deposito. bona fides. §. j. ubi d̃ hoc. & ff. depo. l. j. §. pe. & ita licite huic ꝑsbytero potuit auferri ecclesia cũ ipse nõ possideret, & sic non fuit spoliatus.

[5] Etiam ante cõditionẽ. de qua cõuenerat ut tunc restitueret. Io. And.

[d] De uinolentia. i. ebrietate. alias est de uiolentia: quia forte quandam stuprauerat.

[e] In taberna. xliiij. dist. non oportet.

[f] Pernoctauerit. Pernoctare noctẽ totã significat. ff. de uerb. sig. urbana. §. pernoctare. & s̃. de spon. ueniẽs. ij.

[g] Dormitione. Vnde non uidetur ieiunus, propter indigestionẽ, sed pransus celebrasse. q fieri non debet de conse. di. j. sacramenta. & de conse. di. ij. liquido.

[h] Ante episcopum. s̃. de cõfes. cum super. & præsente aduersario. ff. de confes. certum. §. ij. ergo si coram alio non suo iudice, non noceret talis confessio. supra de iudi. at si clerici.

[i] Sine coactione. Talis cõfessio sic per coactionem extorta, non præiudicat. xxxj. q. ij. Lotharius. xv. q. vj. c. j. C. quorum appel. non re. l. ij. & ij q. vj. §. sunt etiam quorum uer. nullus etiam homicidarum.

[k] Conuictus. Vnde priuari non debuit, sine culpa. lvj. di. satis peruersum. & xvj. q. viij. inuentum.

[l] Post appellationem. Quod enim post appellationem legitime interpositum sit, debet in irritum reuocari. s̃. de offi. delega. super quæstionum. in fin. & s̃. de appel. bonæ.

[m] Restitui. Cum fructibus perceptis. supra, de re. spo. grauis. ubi de hoc.

Idem.

Inimicus etiam à uoluntaria exceptione, repellitur.

CAP. XIII.

MEminimus tibi mandasse ut C. Abb. cuius electionem confirmauimus, munus benedictionis impendere ꝓcurares. Sed quia H. pro altera [n] parte, a te ad nostram audientiam appellauit, proponens, quòd de

MEminimus. Primo ponit mandatum nõ executum, & eius causam. Secundo causam probat, & illud exequi mandat: ibi, Quia uero. Abb.

[n] Pro altera parte. i. pro seipso ex aduerso.

Accu-

a Accusaret. Sed non uidetur, quod locum haberet ad huc accusatio, cum nõdum habuisset plenum ius sed potius debuisset excipere contra eam: q posset concedi: sed quia repellitur ab obtento, potest admitti accusatio. De hoc dicitur ĩ. eo. super his.

b Inimicus. Ergo si non fuisset manifestus inimicus, deferendum fuisset appellationi: q̃a tunc cum crimen simoniæ exceptum sit: eam poterit accusare: ut plene dictum est. de hoc s̃. e. cũ P.

c Testimonium tulerit. Et forsitan super eadem causa uel alia consimili, alio ipsam accusante: & ob hoc solum præsumetur inimicus, s̃i. s̃. eo. cũ P. etsi. iiij. q. iij. §. itẽ in criminali. i prin. ubi de hoc. Ber.

a Quod intelligit Host. quã de sponte & sine coactiõe se obtulit, uel ad hoc uenit, & sic loquit de cret. cum P. Secus si per iudicẽ coact⁹ fuisset: tunc .n. bonum obediẽtiæ ab oĩ suspiciõe & calumnia excusaret. xxiij. q. j. qđ culpatur. de tẽpo. ord. ca. ad aures. Ioan. And.

Licet. Ante inscriptionem, potest accusator ab accusatione sine pœna desistere: & si ad terminum non uenerit, ei silentium imponitur. h. d. Diuiditur. Nam primo narrat factũ secundo ibi. Nos igitur duo definit. Et tertium committit. Secundũ ibi, Quia uero. Tertium ibi, Ne autem. Pars huius capi. habetur ĩ. đ purga. ca. c. fi. Ab. Siculus.

d Et I. & O. canonicorum. Subaudi & archidiaconorũ: ut infra sequitur. & ita debet esse secundum Hostien. & non T. & I. & M. ut communiter habetur.

e Quæsiuimus. Sed quare pa. quæsiuit ab istis utrum uellent aliquid proponere contra ipsum? Si enim accusator non compareret in termino præfixo, amplius non auditur, nisi probet iustam absentiam. iiij. quæstio. v. quisquis. & C. qui acc. non pos. si ea quæ. & s̃. de fide instr. accepimus? Resp. non statim debet iudex absoluere præsentẽ, licet accusator sit absens: quia potest esse, q habeat iustã causam absentiæ ut s̃. ut lit. nõ conte. quoniam Iudex habere debet rationem uiarũ & tẽporis, & alterius etiã impedimẽti. ff. de uac. mune. tẽpus. ff. qui. ex cau. ma. si cui. §. j ff. de dam. infe. l. si finita. §. si forte. ff. de iud. si prætor. in fi. & s̃. de re iud. cũ Bertholdus. Et ideo papa istos requisiuit: quia forte non credebat, q iusta causa impediti taceret. ar. ij. q. vij. plerunq;. Et nota q licet absenti restituat accusatio sua. ff. q ex cau. ma. si cui. §. j. tamen minor non restituitur ad accusandum. ff. de mino. auxilium. Vel ideo non imponitur silẽtium accusatori: q̃a accusator prius monendus est, ut procedat. C. qui ac cu. non pos. qui crimen. & ideo isti requisiti fuerunt, si uellẽt aliquid proponere: quia si requisitus accusator nõ procedat, amodo non auditur: ut hic patet & per iura prædi. sed uidet q isti debuerũt puniri in expensis: q̃a fecerũt illum citari ad curiã malitiose. arg. prædictæ. l. qui crimẽ. & ff. de iud. eum quem temere. sed excusantur propter nuntium qui formã mandati excessit, unde non tenebantur. Idem uidebatur dicendum, ubi etiã de crimine agitur ciuiliter. ff. de iure fisci. l. ij. §. senatus. sed in negotijs ciuilibus, aliter proceditur contra absentem actorem. C. de iud. pro perandum. Ioan. de hoc dictum est s̃. de dol. prout.

Accusatore absẽte nõ semper est accusat⁹ præsẽs absoluendus.

simonia accusaret a eandẽ: mandatũ nostrum distulisti effectui mãcipare. Quia uerò te nõ decet in hac parte appellationem eiusdẽ H. deferre: cũ idẽ illius manifestus fuerit inimicus, b & contra cã testimonium tulerit: c Mandamus quatenus (cũ inde fueris requisitus) p̃fatæ abbatissæ munus benedictionis non differas impertiri.

Inn. iij. archiepiscopo Bisuntino.

Dicens se aliquem accusaturum corã iudice ante inscriptionem, potest sine pœna desistere, et nõ accusare, sed ei desistẽti silẽtiũ imponitur in perpetuũ. Et secundum hoc summarium iste textus est notabilis. Abbas Siculus.

CAP. XIIII.

Licet in beato Petro: & infrà. Sanè cùm ex literis B. decani sancti Stephani, & I. & O. d canonicorũ ecclesiæ Bisuntinæ ad apo. sed. audiẽtiam peruenisset, te uaria crimina commisisse, ac ab eis fuisses per easdẽ literas, super periurio, crimine simoniæ & incestus delatus: Clemens papa prædecessor noster (seruata iudiciaria grauitate) tibi certum terminum assignauit, quo responsurus obiectis, apostolico te cõspectui præsentares. Cùm autem iuxta tenorem citationis ad sed. apo. accessisses, nec ullus appareret, qui te ita impeteret de prædictis: ne aliquid de contingentibus omittere uideremur, ab I. & O. archi. in nostra præsentia constitutis quæsiuimus e diligenter, si quid super præmissis ad uersus te pro se uel alijs proponere uellent, & qđ scripserant, legitimè demonstrarent: ipsi aurẽ, q non proposito accusandi hæc scripserant responderunt. Sed quia super quibusdam incorrigibilis uidebaris, q̃dam de te apo. sedi duxerant intimanda: sed nuntius qui pro literis accesserat impetrãdis, mãdati formam excessit. f Nos igitur dictis canonicis, super prædictis silentium duximus imponendũ, ne te decætero g eis super his accusare liceat, uel etiam infamare. Quia uerò prædicti canonici, citra uinculum inscriptionis h desistere uoluerũt, eis de iuris permissione id non duximus imputandum, Ne autem in absolutione tua minus canonicè procedere uideamur, quamuis potius in odore bonæ opinionis episcoporum nostrorum,

2 Vel requiritur, quia nondũ inscripserant: nec i modũ accusatiõis hoc proposuerant: secũdum Ho. Ioã. Aud.

f Excessit. Et ideo non ualuit, nec præ iudicat eis ex quo non habent ratum. s̃. de offi. dele. cum olim. j. & s̃. de resc. cum dilecta.

g Decætero. s̃. eo. de his. iiij. q. v. ca. j. & v. q. v. illi qui. C. qui ac. nõ pos. si ea. ff. ad turp. qui desti tit. 3 nisi iterato crimen cõmitteret. ar. vj. q. õ. j. imitare. nã exceptio rei iudicatæ nõ obstat, nisi de preteritis cõmissis. ff. de except. rei iudi. si rem meã. & l. seq. & C. ad exhib. neque. & l. non ignorabit. & s̃. de excep. c. pe.

h Inscriptionis. Et quia ante inscriptionem destiterunt, eis non imputatur, quia nemo compellitur accusare. ij. q. iij. si quem. & c. si quis iratus. 4 post libelli oblationem, sine pœna desistere licet. ff. ad turp. quæsitum ff. de in ius uoc. libertus. tamen ille qui infamauit, tenetur iniuriarum. ff. de iniur. itẽ apud. §. si quis libello. In ciuilibus tamen actionibus, bene cõpellitur agere post libellum oblatum reo instante. C. quo modo

3 Adde hoc dictũ, nõ transire sine ambiguitate: de qua p gl. & Cy. in le. j. C. ad Turpi. Bart. in l. quæsitũ. ff. eodem.

4 Adde quod no. iiij. q. v. c. uno in gl. sed quare. & v. q. ul. Ephiphaniũ. & habet locũ, in manifesto delato re occult⁹ uero infamator accusare nõ potest.

modo & quando iudex. authen. qui semel. Io.

a Delectemur. Arg. ꝙ præstantius est priuilegium bonæ famæ, quam malæ opinionis. arg. j. de purga. can. cum in iuuentute. Ber.

ex parte rei post lit. conte. semper potest procurator interuenire. xxiij. q. v. reos. Sed illud loquitur in procuratore, ad allegādas causas absentiæ: quia reipublicæ utile est, absentes à quibuscunq; defendi, & quēlibet pro eo uerba facientē iudici. ff. de proc. seruum quoque. §. publice. & hic isti admittun tur ad excusandū. & sic intelligitur. xxiij. q. v. reos.

Vel ad exceptiones obijciēdas, & ibi no. Io. per hanc decret. & hic, idem dixit. Ioā.

Veniens. Qui iurat aliquem nō accusare, repellit ab eius accusatione. h. d. Diuiditur. Nā prima pars narrat factum. Secūda pronuntiationē, citationem, & purgationem. Secunda ibi. Cum igitur. Abb.

Glo. seq. ponit regulam & ix. casus exceptos. Secunda ponit opinionem, quam reprobat.

rum, quàm eorū, infamia delectemur: a Cabilonē si episcopo, & abbati de Firmitate, inquisitionem famæ tuæ duximus committendam.

Idem Salteburgensi archiepiscopo.

Ad prosequendā accusationē criminalem, non admittitur procurator, licet posset allegare cām absentiæ, seu alias exceptiones, non tangentes crimen propositū: et qui iurauit stare mādato alicuius, non admittitur ad accusandum illum, si uirtute iuramenti sibi fuit iniunctum, ut non accusaret. h. d. & ad hoc solet allegari, & in hoc est ualde uulgatum.

CAP. XV.

VEniens ad sed. apo. A. pragenen. canonicus cōtra Pragen. epm inter alia proposuit corā nobis, ꝙ cū esset filius sacerdotis: in ecclesiā fuerat Pragen. intrusus: & cōtra eiusdē ecclesiæ priuilegium homagium duci Boemiæ præstitisset, sic subijciens Pragen ecclesiā seruituti: & infrà. Vnde prædictum episcopū ad festum resurrectionis dominicæ peremptoriè nos meminimus citauisse. Idem uerò ad suā excusationem, uiarū discrimina, cōsecrationem chrismatis imminentē, & quod filius Boemiæ principis esset per ipsum baptizandus, tunc temporis per nuntios & literas allegauit. Licet aūt excusationes hmōi (sicut erant) friuolas æstimantes, ipsum reputauimus contumacē: nec procuratores eius in causa possumus recipere criminali: b eis tamē concessimus auditores, ut si possent illū aliquatenus excusarent. Cūque prædictus A. corā eis repetijsset obiecta: fuit ex aduerso responsum, ꝙ cùm olim super hoc ad Magdeburgen. archiepm literæ fuerant impetratæ: idem A. in obiectorum se uidens probatione deficere, ad pedes eius se humiliter prosternens, ueniam postulauit & ꝙ aduersus eū calumniosè processerat, est confessus. Cæterū cùm super hoc mandato stare eiusdē archiepiscopi iurauisset: ipse præcepit eidem, sub debito præstiti iuramenti, ut contra eundem episcopum decætero proponere talia non auderet. Cum igit̄ nobis ex ipsius A. confessione cōstaret, ipsum iuramentū hmōi præstitisse, ac tale recepisse mandatum: c super impetitione dicti epi silentium d ei duximus imponendū, propter e contumaciā tamen, eidem episcopo † canonicam purgationem propter infamiā inducentes.

Idem priori sancti Fridiani, & magistro B. canonico Pisano.

Procurator in causa criminali, an posit admitti.

1 Si tamē interuenerit, & non fuerit obiectum: ualet quod fit cū eo: ut no. j. dē iudi. ca. j. li. vj. & facit quod not. C. de adul. quāuis indubitati. Io. And. not. ad Alexā. consi. iij. li. vj. Hieron. Grat. cō. xcviij. li. j. Cep. consil. xlj. cōsi. xlvj. cū sequē.

b Criminali. Habes ergo hic expresse, ꝙ in casu criminali non interuenit procurator, 1 nec ad agendum, nec ad defendendum. v. q. iij. in criminalibus. & iij. q. ix. absens per alium. ff. de publi. iudi. l. pe. §. j. & hoc est generale. Fallit tamen, in certis casibus. In crimine iniuriarū: ut iij. q. ix. c. absens. §. nisi. & C. de iniur. l. ult. sed ad excusandum uel excipiendū, admittitur procurator: ut hic, & xxiij. qō. v. reos. & s. de do. cum dilecti. Item cam agitur de crimine non criminaliter, interuenit procurator. s. de procu. tuæ. & j. c. proxi. in fin. Itē in leuibus criminibus. ff. de accus. leuia. arg. Item si crimen non excedit pœnā relegationis. ff. an per aliū cau. ap. reddi pos. inc. l. j. Item in crimine suspecti tutoris. 2 ff. de procu non solum. § ulti. Itē cum quis accusat alium de ingratitudine. ff. de procu. sed & hæ personæ. §. j. Itē in actione populari, interuenit procurator ad agendum pro priuato damno. ff. de procurat. l. licet sed pro publico non interuenit procurator ad agendum sed defendendum. ff. de popula. actio. qui populari. Itē dominus defendit seruum in crimine. ff. accu. si cui. §. pe. Melendus dixit ꝙ

2 Idem dicim², si ēplatus est suspectus: secūdum Inno. Io. And.

c Tale recepisse. mandatum. Quod de iure fieri potuit. supra, cap. prox.

d Silentium. Not. ꝙ qui iurauit se nō accusaturū aliquē, amplius non audit contra illū. s. de iureiur. quemadmodū. & maxime ubi primo calumniose accusauerit: ut hic, quia præsumit post ea quòd malo animo moueatur unde nō est ulterius audiēdus. arg. iij. q. x. placuit uel etiam si simpliciter remisit accusationē. xxiij. q. iiij. si illic. de pœ. di. iiij. diuina. & eo ipso ꝙ quis dixit se nolle accusare illum, amplius non auditur. ff. de adul. si maritus. ij. §. si negauerit. Sed nunqd talis pōt ipsum denuntiare, non obstante iuramēto: ꝙ uidetur per decret. prædictā, quemadmodum. ꝙ non est uerum, cum primo calumniatus fuerit quia calumniose denuntians non auditur, imo punitur de calumnia. j. ti. proxi. c. ij. Sed nunquid alius potest illū accusare de crimine, de quo absolutus est? 4 De hoc dic. ut s. eo. de his. & ꝙ habes. ij. q. j. prohibentur. Ioannes.

4 Nō fuit absolutus sed accusator repulsus. Ioan. And.

e Propter contumaciam. Sic patet, ꝙ semper debet qs uenire ad iudicem, siue iuste siue iniuste uocetur, alias punitur ut contumax: ut hic patet, & ff. ne quis eum qui in ius uo. est ui eximat. l. antep. §. item si quis. ff. iud. sol. si reus. Quod uerum est, cum dubitatur an citatio teneat. s. de app. si duobus. & c. cum parati. & ff. de iud. si quis ex aliena. Sed si euidens est, ꝙ citatio non tenet: non tenetur uenire

† Alias, est episcopo citationē, & purgationē.

Hoc dicit, quia hic calumniose debebat accusari, & sic calumniosa [illegible]

venire citatus, puta si citetur aliquis tempore feriato argumen. v. q. ij. c. j. & est expressum. s. de ferijs. cap. vlti. ff. de fer. l. j. nisi esset iusta causa, ut ibidē dicitur: puta res peritura, uel ratione criminis, uel nisi pietas, uel necessitas hoc suadeat. quādoque non ualet ratione personæ uocatæ: vt iiij. quæstio. iij. §. liberti. quandoq; ratione loci inhonesti. ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter. uel si eēt nimis remotus, forte ire non teneretur, si cō stat & quod in literis non continere tur illa clausula, nō obstante constitutione de duabus dietis. s. de rescript. nonnulli. si euidens sit ipsum non esse iudicem, qui citat. s. de officio delega. ex literis. uel si ordinarius citat illū, qui non est de sua iurisdictione nec ratiōe criminis seu contractus. s. de foro competen. c. ult. ubicunque dubitatur de iurisdictione, debet quis ire & allegare priuilegium suum, alias tā quam cōtumax potest puniri, ut hic patet. Ioan. And.

Vel notorie periculosi: ut in cle. de re iudi. c. pastoralis versi. Pisana. Ioan. And.

Vel cū citat subditum extra suum territoriū j. de com. c. ij. & off. ordi. cum eps. li. vj. saluo, qd' dicitur in cle. de foro comp. quamuis. lib. vj. Io. And.

Denuntiator criminis, non se inscribit, quia ad correctionem tendit: accusator aūt inscribit quia tendit ad pœnam: excipiens vero inscribit ad pœnam extraordinariā, si per exceptionē deijcitur ab obtento, alias secus. hoc primo. Secundo dicitur, qd dū discutitur de crimine per modum exceptionis, potest interuenire procurator.

CAP. XVI.

Super his de quibus nos cōsulere humaniter voluistis inqui. vestræ breuiter respondemus, quod tribus modis valet crimen opponi, denuntiādo excipiēdo & accusando. Quando crimen in modū denuntiationis opponitur, nō est inscriptio necessaria: sed cum in modum accusationis oportet inscribi: quoniā ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem, est denuntiatio facienda. Cūm aūt excipiendo fuerit crimen obiectum, distinguendum est, quare opponatur, & quando. Si autem obijcitur, ut ab accusatione vel testificatione aliquis repellatur, nō est inscribi necesse: sed cùm opponitur ut quis a promotione officij uel beneficij excludatur, si ante confirmationem objjcitur, non cogitur quisquā inscribere: quia crimen hoc modo probatum, impedit promouendū: sed nō deijcit iam promotū. Post cōfirmationem uerò, cùm scilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiā cōsecrādus, quia etiā ab obtinēdo repellit, & deijcit ab obtento, ad extraordinariam pœnam, secundum arbitriū iudicis discreti, citra uinculum inscriptionis, est excipiens adstringēdus, si defecerit in probando: pro eo quòd crimine sic probato, perdit quod per electionem & confirmationem ei fuerat acquisitum: sed ob hoc prius habita non amittit. Licet enim agatur de crimine, non est tamen huiusmodi quæstio criminalis: vnde per procuratorem, potest interuenire procurator.

Super his. Diuiditur in duas partes principales. secunda ibi, Licet. Et prima subdiuiditur: quia primo ponit tres modos opponēdi crimen. Secundo illos prosequitur: ibi, Quando. Abb.

Iste quart⁹ cō grue adderet quādo quæreret quot modis agit: sed nō qñ quæritur quot modis opponitur secū dū Pet. & Ab. habemus etiā modum actiōis, per quē peti potest ab ecclesia remoueri ut scripsi. s. de elect. querelā. in princ. Ioā. And.

Tribus modis. Quartum modū habes: scilicet per inquisitionē. j. eod. inquisitionis. & c. qualiter & quando. & j. de simo. licet exceptis notorijs: ut in c. licet. Et lex etiam dicit, quod quatuor sunt genera cognitionum: quia aut agitur de capitali crimine, aut de fama, aut de pecuniaria re, aut de honoribus, uel muneribus agendis. ff. de var. & extraord. cog. l. pen. Ber.

Gloss. seq. ponit quinque casus, quibus non inscribitur & subdit quid sit inscribere.

Oportet inscribi. Sic j. de simo. licet heli nisi in casibus: primo in crimine abigeatus. C. de abige. l. una. Item in leuibus & paruis criminibus. arg. ff. de accu. leuia. Item in ijs quæ apparitores referūt. C. de accus. ea quidem. Item in crimine apostasiæ. C. de aposta. apostatarum. Item cum accusatur Christianus, qui cō traxit cum Iudæa: uel econuerso. C. de iudæ. ne quis. Inscribere est obligare se, ad eandem pœnam si non probauerit, quam reus debuit pati, si probasset ipse accusator: ut ij. q. viij. quisquis. & c. qui crimen.

Denuntiatio. Præcedente legitima admonitione, alias repellitur. j. eo. cū dilectus. nisi in casibus. infra eo. inquisitionis. primo responso.

Accusatione. Potest accusator repelli, obiecto sibi maiori crimine pari uel etiam maiori, in modum exceptionis: Quia criminosus criminosum accusare nō debet: ut dixi s. eo. c. j. & c. nulli. & ij. q. vij. si quis. & cap. quærendum. Sed ab excipiendo non repellitur quis, propter crimē seu propter excōmunicationem. s. de excep. cum inter. & c. dilecti filij. quia cuilibet seruatur legitima defensio. ut ibi dicitur.

Testificatione. s. de ordi. cog. cum dilectus. & s. de testi. super eo. j. & ca. testimoniū. & s. de except. denique.

Impedit promouendum. Et obstat etiā in dignitatibus postmodū acquirēdis. s. de elect. super eo. & arg. ij. q. j. prohibentur. & supra eo. omnipotens.

Non deijcit. id est propter hoc nō priuatur alijs dignitatibus seu beneficijs: quia non agebatur ad hoc. s. de ord. cog. cum dilectus. ff. de li. agno. l. j. in fin. Sed si ex tali probatione grauata sit eius opinio nō promouebitur. s. de testib. testimonium. & lxxj. dist. tantis Daniel. & s. eo. omnipotens. nisi se purgaret.

Post confirmationem. Tunc enim spirituale vinculum, est contractum. supra de translat. inter corporalia.

Arbitriū. Hoc gnāle est, quod ubi certa pœna expressa nō est in iure: arbitrio iudicis relinquit. s. de off. de leg. de cau. ff. de iu. deli. l. j. in fi. & a tali pœna imposita potest appellari: secus a pœna expressa in iure. ff. de ver. sig. l. antepe. Sic & ubi ius expressum nō est, secundū æquitatem est procedendū. s. de trasla. c. ult.

Adstringēdus. Licet enim nō inscribat, obligabit se ad extraordinariam pœnā ad arbitrium iudicis: ut hic patet, & arbitriū iudicis æquum esse debet. unde si excederet, reducenda esset illa pœna ad arbitrium boni viri. s. de iureiu. Quintauallis. & c. ueniens. ad fi.

Criminalis. Et tamē requiritur in tali casu præsentia plurium episcoporum ac si esset criminalis. xxiij. distin. illud. & iij. quæst. vj. hæc quippe. & in hac causa testes compellendos credo. De hoc dixi supra de testib. cogē. c. penul. in fin. gloss.

Per procuratorē. Sic s. de procur. tuæ. Sed ubi de crimine

Alias, ij. Tūc ualet pronūciatio iudicis sup filiatione. cū de hoc agebatur. Ioā. And. Vbi certa pœna in iure non exprimit arbitrio iudicis relinqui vr.

Tamen secundum l. si talis ī probatione defecerit: est a prouincia expellendus. in authē. d̄ sē. episc. §. si quis uero ad ordinationem. collat. ix. Ioā. And.

Idē Io. Phi. Host. vnde dicebat Abb. quod hic causa per Metropolitanū nō poterat diffiniri. de transf. c. ij. Ioā. And.

crimine agitur criminaliter, non interuenit procurator. supra eo.c.proxi.ubi de hoc.

Qualiter. Diuiditur in duas partes, secundũ quod continet duo dicta. Secunda ibi, Formam uero. Prima subdiuiditur. Nam in principio & in fine commendat & confirmat inquisitores, si bene processerunt, in medio uero scilicet in uersicu. sic uero. instruit si male processerunt. Abb.

a Inquisitionis ordinem. Qui continet duo. Primum ꝙ regulariter non fit inquisitio, nisi contra infamatum. Secundum quod ex quo constat de infamia. inquiri debet de veritate. Hostien.

b Obseruari. Arg. ꝙ iudex qui male iudicauit, non dicitur functus officio suo, sed iterum debet procedere, & bene iudicare. arg. ff. de arbitr. dicere autem. §. sed si de pluribus. Arg. contra: quia siue bene siue male sententiã dixit, ulterius se intromittere nõ potest. ff. de arbit. quia arbiter. ff. de re iudic. iudex. & s. de offi. delega. in literis. secus in casu isto: quia isti erãt generales legati ad inquirendũ, unde poterant mutare si errassent & nondum tulerant etiam sententiã: sed errauerũt in processu. uel punitur ad arbitriũ iudicis. arg. j. eod. inquisitionis. primo respon. in fin. j. eodem cap. ult. arg. j. titu. proxi. cap. ult. argument. a cõtrario sensu. & s. titu. proxi. c. ult. ubi punitur quod excipit.

test ritè tractari.

Idem Vercel. episcopo & abbati de Tileto.

Generales inquisitores, si nõ seruauerunt debitum inquisitionis ordinem prudenter & caute se corrigere debent hoc primò. Secundo ponit formam iuramenti, quam inquisitores exigunt ab inquisitis.

CAP. XVIII.

Qualiter & quando: & infrà. Si circa Nouarieñ. episcopum debitum inquisitionis ordinem obseruastis: discretionem vestrã in domino cõmẽdamus. Si uerò qualibet occasione prætermisistis eundem, adhuc ipm tempore oportuno uolumus obseruari: ne inde nascantur iniuriæ, unde iura nascuntur. Ideo que mãdamus, quatenus ad consciẽtiæ vestræ iudiciũ recurrentes, si contra præscriptũ ordinem, tanquã homines excesistis: nõ pudeat uos errorem vestrum corrigere qui positi estis, ut aliorũ corrigatis errores: quoniam apud iudicem districtum, in qua mensura mẽsi fueritis, remetietur uobis, ita uidelicet, ut inueniatis occasionem aliquam congruentem, per quam ne vestra vilescat autoritas quãto cautius & pru-

c Nascantur iniuriæ. C. vnde ui meminerint. & xxj. q. iij. peruenit. & supra de rescript. nonnulli. Bern.

d Corrigere. No. quod iudex potest corrigere errorem suum, si male interlocutus sit: ut hic patet, & s. de appel. cum cessante. & j. de sent. excom. sacro. ff. de re iudi. quod iussit & ecclesia cum errat mutat sententiã s. de rigi. & malefi. fraternitatis. & xxxv. q. ix. c. loci. §. his ita. & c. sententiam. & c. graue. & xxij. q. iiij. magnæ. & testis potest corrigere suũ errorem. s. de testi. cog. pterea. si. s. de usu pal. nisi. Et dicit impator: non enim erubescimus, si quid melius horũ quæ prius

Sequit & si errauit in sententia dicenda: corrigere eã nõ potest. Ioã. And.

† Honor est non ignominia quod quis se corrigat potiꝰ, q ab alio corrigat. xxxv. qõ. ix. quod quis. & c. ueniam & c. seq. & d elec. c. nosti. & de restit. i inte. c. ex lris. Card. in c. ab excõicato. col. j nu. 8. s. de rescript.

Adde an & quã do possit per Bart. in l. si postulauerit ff. de adul.

ipsi diximus adinueniamus, cõpetẽtem prioribus imponere correctionẽ: ne ab alijs corrigi expectemꝰ. in authen. de nupt. circa princ. per unam col. col. iiij.

e Ordinabiliter. xiiij. quæst. v. neque enim si agris. & c. forte. & j. quæst. j. non est putanda.

dentius poteritis, supersedeatis ad præsens: qm ex his quæ inordinatè sunt acta, nõ potest ordinabiliter quicquã agi, Si verò præscriptũ ordinem custodistis: omni gratia & timore postpositis, Deum solùm habentes præ oculis: via regia incedẽtes sine personarum acceptione, in negotio procedatis. Formam uerò iuramenti quam à clericis Nouarieñ. super inquisitione facienda in hoc negotio recepistis, in similibus uolumus obseruari: ut uidelicet iurent clerici, quod super ijs quæ sciunt uel credũt esse in sua ecclesia reformanda, tam in capite quàm in mẽbris (exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant inquisitoribus veritatem.

Idem archiepiscopo Arelateñ. & uallis magnæ abbati.

Si is cõtra quem inquiritur, iurauit respondere tantũ ad interrogata, post confeßionem auditur, uolens probare excusationes quæ confeßionem non perimunt, sed exponunt: secus si iurauerit plenam & meram ueritatem dicere.

CAP. XIX.

Cum dilecti filij Cister. abbas, & P.

f Via regia incedentes hoc est a iustitia nõ declinãtes.

g Personarum acceptione. sic s. de iudi. nouit. & s. de statu reg. ea quæ.

h In similibus. ut s. de translat. inter corporalia. & s. de re iudi. in causis. & ff. de leg. l. non possunt.

i Exceptis occultis. quia super his, inquisitio fieri non debet. sed super illis tantum de quibus infamia præcessit. j. eo. inquisitionis. §. j. & c. qualiter. & si testes de occultis dicant, non puniunt rei: 4 ut cap. inquisitionis. quia super his non iurauerunt.

k Plenam. cum iurauit secundum hanc formam secus si iurant respondere ad interrogata tantum. infra cap. proxi. Bern.

Cum dilecti. Primo ponit legatorũ inquisitio. Secũdo, ibi. Quia eorũ dubiũ ppter qđ fuit facta commissio. Tertio ibi, Mãdamus, cõmissionis forma bimembris. Abb. Sicu.

l Cum dilecti.

CASVS *Abbas Cister. & P. & R. legati erant apost. sed cum audiuissent per frequentem clamorem, multa sinistra de episcopo Agathen. uolentes inquirere veritatem, accesserunt ad ecclesiam Agathen. & receperunt iuramenta episcopi & canonicorum, & in illa inquisitione confessus fuit episcopus quod cõmiserat 5 simoniam, dilapidationem, & quod habuerat res naufragij: episcopus timens illas confessiones, uoluit se excusare postea contra illas, dicens, quod iurauerat respondere tantum ad interrogata. legati dicebant quod sub alia forma iurauit, scilicet quod plenam & merã diceret ueritatem: et quia tunc se non excusauit.*

postu.

Ad hoc s. qui fil. sint legit. causam. ij Ioã. And.

4 Secundum Ioã. Idẽ Goffr. & Vincẽt. Ioã. And.

5 Cautius locutus est j. in gloss. episcopus iste. Ioan.

postea, non debebat audiri. unde negotium illud delatum est ad papam, & ꝙ iurauit respondere tantum ad interrogata, apud sedem apostolicam quosdam testes produxit papæ: sed quia non constitit papæ sub qua forma iurauit, cum depositiones illæ non fuerint publicatæ, nec ipse renuntiauerat testib. producendis: mandat papa super hoc inquiri ab illis inquisitorib. sub qua forma iurauit: & si secundum illorum inquisitorum respõsionem constiterit, quòd iurauit sub secunda forma, aut si episcopus ille hoc probauit per depositiones testiũ, quos produxit, aut etiam aliorum: quia secundum illam formam non tenebatur respondere nisi ad interrogata, admittãt accusationes episcopi, super confessionib. suis: quia excusationes illę exponent illas confessiones, quas si probauerit absoluant illum. Si uerò excusationes non probauerit, uel si iurauerit plenam & merã ueritatẽ dicere, remoueat illum ab ecclesia Agathensi nõ obstantibus illis excusationibus.

& R. monachi fontis frigidi apo. se. leg. ad ecclesiam Agatheñ. accessissent, ut in ea legationis officium exercerent, quia de agatheñ. episcopo per frequẽtem clamorem [a] multa sibi fuerant insinuata sinistra: uoluerunt descendere ac uidere si clamorem opere compleuisset: & ĩ. Quia uerò nobis nõ constitit, sub qua forma episcopus cum canonicis Agatheñ. coram dictis legatis præstiterit iuramentũ, utrum uidelicet ita iurauerit ut super statu ecclesiæ, plenam [b] & meram [c] diceret ueritatẽ, an ut ad inquisita ueraciter responderet: Mandamus, quatenus eisdem legatis ex parte nostra mandetis, ut sub qua forma iuramentum præstiterit, studeant fideliter intimare. Et si secundum responsionẽ [d] eorum sub secunda forma iurauerit: aut ipse sufficienter probauerit se sub illa forma iurasse, aut per depositiones testiũ, quos produxit, aut etiam aliorum: cùm depositiones illæ non fuerint publicatæ, nec productioni testiũ renuntiare curauerit: quoniam secundum eandem, non tenereť ex debito iuramẽti nisi ad quæsita solũ modo respondere, uos excusationes suas audire curetis, & si eas probauerit: cùm excusationes huiusmodi cõfessiones nõ perimãt, sed exponant, quæ tales sunt, ut ad bonum & malũ ualeãt retorqueri: [e] et ideo iudicari debẽt ex causa: [f] eum sublato appellationis obstaculo absoluatis: cũ & si repertus sit culpabilis in quibusdã, ex labore tamen & pudore [†] punitus quos propter hanc causam incurrit, huiusmodi leuis culpa leuiter ei ualeat indulgeri. Quòd si excusatiões illas sup dilapidatione, [g] naufragio, & simonia probare nequiuerit, aut sub prima forma [h] iurauerit: cũ secundũ eandem, nec ueritatem tacere, nec admiscere debuerit falsitatẽ: uos (non obstantibus excusationibus, quas denuo proposuit: in confessionibus suis, nullam omnino de illis fecerit mentio

[a] Clamorem. secunda quæstione j. De⁹ omnipotens. & ĩ. e. qualiter & quando octuagesima sexta di si quid.

[b] Plenam. s. quod nullum uerum tacere debet. iij. qõ. ix. hortamur.

[c] Meram. s. a falsitate. ij. q. iiij. nullã. & iij. quæ. ij. pura & hoc idem debent facere testes: ut notatur s. de testibus. fraternitatis. & c. licet. & s. ca. proxi. in fine.

[d] Responsionem, eorum. s. de elec. cum dilectus. crediturˀ ergo istis, si confiteantur, quòd iurauit ut ad inquisita respõderet, sed si contrariũ dixerint, poterit ꝓbare contra dictũ illorũ, [‡] ut hic patet, & s. de testi. cum a nobis. quia non creditur iudici, in præiudicium alterius, nisi quatenus constat per legitima documenta. s. de proba. quoniam. Sed contra s. de elec. cum dilecti. sed ibi de necessitate, statur dicto illorum: quia illa inquisitio per alios probari non poterat: quia soli interrogati fuerunt, prout hic inferius dicetur.

[e] Valeant retorqueri. Vnde in humaniorẽ partẽ sunt intelligendæ siue interpretandæ. ĩ. de regulis iuris, estote. & de transact. c. ult. ff. de reg. iur. semper in dubijs. & ff. de reb. dub. quoties. ij. Tan.

[f] Ex causa. Causa enim semper consideranda est, ex qua causa aliquid sit factum, & etiam tempus. supra, de transact. c. ult. & v. q. v. non omnis. & ĩ. de uerbo. signi. intelligentia. & xxiij. q. viij. occidit. & ff. de furt. uerum. Ber.

d TVa nos. Cogendi. Tenentur filij pro parentibus, pro hæreditaria portione, & illi ad quos bona usurariorum peruenerunt: ut hic dicitur, & ff. de reg. iur. ex qua ꝑsona. Sed pone, quod alter hæredum efficiatur non soluendo ante restitutionem usurarum, nunquid alter conuenitur insolidum? non uidetur ff. de fideiu. inter eos. §. cum inter. arg. contra ff. commoda. sed mihi. §. hæres. & ff. de fideius. tu. l. si fideiussores. Satis potest dici, ꝙ insolidum conueniri pōt: quia omnia bona defuncti. erant illi obligata ar. s. eo. cum tu. & præcipue cum succedit in crimen. hæredis enim succedentis in uitium, par fortuna habenda est. 9 C. de fru. & li. expē. l. ij. & etiā hæredis ignorantia. defuncti uitiū nō excludit. ff. de diuer. & temp. præscr. cum hæres. Si ergo hæres succedat in bonis defuncti, siue hæres idē crimen committat siue non: semper tenet restituere usuras, quas defunctus extorsit, in quantum se extendit illius hæreditas: ut hic patet & econuerso hæres potest repetere usuras extortas a patre. ĩ. eo. Michael.

COnsuluit. In prima ponitur consultatio tria continens. In secunda simul ad omnia respōdet: ibi, uerum. Abb. Sicu.

e Concedit. ff. quod met. caus. l. ultim. §. si fœnerator.

1 Et tñ dicebat Ala. istud spāle & ad cō sequentiā non trahēdū. Io. an.

2 Vasallū. nō sufficit nisi seruitiū æq̃ polleat fructibus, & sic ꝓprie nō ualet hæc exceptio, ut not. in consue. Paris. §. j. gl. ix. nu. 24.

3 Ecclesię. hoc ñ ualet. Cōrad. de sū mēh. d̃ cō tract. quę. xxxij.

4 Cōcor. text⁹ in l. cū alias. & ibi bo. gl. & Bal. C. e. Pā. hic.

5 In arbitraria uenit īteresse etiā ultra legitimum modum usurarū: & habet in interesse, rō lucri. Ioā. And.

6 Sequit̃ fideicōtractibus ex mora usurę debentur. Io. an. Dicēdū ut plene & noue not. ī trac. usura. q. xl. & q. lxxiiij.

7 Hoc idē not. xiiij. q. iij. in sūma. Io. an. in nouel.

8 In fraudem sed ꝑ sumit̃ secūdū Alc. late cons. xlix. libr. iiij. Lud. Roma. cō si. dx. sed dicendū ut noue not. ī trac. usura. qō. lxxx. qō. lxxxij.

9 No. hic Tāc. Phi. Vin. Guil. in Spe. ti. j. §. restat. uers. item mortuo eo qđ per rescriptū īpetratū cōtra usurariū mortuū ante citatiōem nō conuenitur hæres, si de hr̃de non fiat mētio in rescripto. & sic dicebant Tancr. & Vincē. seruari Boñ. ad hoc, de offic. dele. cū olim. & hæc iura loquuntur ī ordinario. ut ĩ. e. Michael q iudicat hæredē: sicut testatorē. & sic intellige turpia lucra debēt hr̃dib. auferri. ff. de calū. ī hæredem. de hoc de rescri. significauit. de iudi. quia Ioan. An.

lumentum aliquod inde percipiat. Et an negotiator, pœna consimili debeat cōdemnari, qui merces suas lōgè maiori pretio distrahit, si ad solutionem faciendam prolixioris temporis dilatio prorogetur, quàm si ei incontinenti pretium persoluatur. Verùm quia quid in his casibus tenendum sit, ex euāgelio Lucæ manifestè cognoscit, in quo dicitur: Date mutuū, nihil inde sperantes [a] † hmōi homines, ꝑ intentione lucri, quā habent (cùm omnis usura & superabundantia prohibeat in lege [b]) iudicandi sunt malè agere, [c] & ad ea quæ taliter sunt accepta, restituenda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.

Innocentius iij. prælatis in regno Franciæ constitutis.

Manifestus usurarius, appellans ad subterfugiendum restitutionem, audiendus non est.

CAP. XI.

QVam perniciosū & j. Mandamus quatenus manifestos usurarios (maximè quos usuris publicè renūtiasse constiterit) cū aliquis eos conuenerit de usuris, nullius ꝑmittatis appellatiōis subterfugio, se tueri. [d]

Idem Narboñ. archiepiscopo.

Per subtractionē communionis Christianorum. & per principes seculares, cogendi sunt Iudæi ad usuras restituendas.

CAP. XII.

POst miserabilē: & j. Iudæos ad remittēdas Christianis usuras, ꝑ principes [e] & potestates, cōpelli præcipimus seculares: Et donec eis remiserint, ab uniuersis Xp̄i fidelibus, tā in mercimonijs quā in alijs per excōmunicationis sententiā eis iubemus communionem [f] omnimodā denegari. [g]

Idē Mutineñ. episcopo.

Non obstante iuramento de non repetendis usuris per debitorē præstito, pōt iudex ex officio suo, usurarium ad restituendas usuras compellere.

CAP. XIII.

TVas dudum recepimus quæstiones, qđ quidam usurarij eos quibus dant pecuniā ad usuram, præstare faciunt iuramentum, quòd usuras non repetant, & super ijs quas soluerint, nullam moueant quæstionem.

Nos igitur respondemus, ut usurarios ipsos moni præ. cen. eccl. app. re. compellas ante usurarum solutionem, ab earū exactione desistere, [h] uel restituere [i] ipsas postquàm fuerint persolutæ,

[a] Sperantes. Supple causa mutui, in spe lucri principaliter posita secundario tamen, aliquid sperare non puto malum, ut & ipse seruiat illi: arg. lxj. dist. quid ꝑderit. & lix. di. si officia. nec etiā recipere ex tali spe, ar. j. q. ij. quā pio. imo naturaliter debitor est illi obligatus ad antidora. ff. de pe. hære. sed si lege. §. consuluit. & s̄. de test. cum in officijs. Ala.

[b] In lege. xiiij. qō. iij. cap. ij. & iij. Ber.

[c] Male agere. Argu. contra. s̄. eod. in ciuitate. illud intelligitur quantum ad iudicium ecclesiæ [1] & potest excusari illud propter dubium istud de iudicio animæ: ut hic patet: & ita nō est contra ibi quo ad formam contractus usurarij non dicuntur. sed isti propter intentionem quam habuerunt, iudicandi sunt in iudicio animæ male agere: & inducendi sunt, sed non compellendi, ut sic recepta restituāt: nec tāquam usurarij puniendi sunt, sed reuera quo ad Deum usurarij uidentur, quia restituere tenentur sic accepta. Et sic habes manifeste, quod intentio facit hominem usurarium: intellige cum effectu. sic & expectatio. xxiiij. quæst. iij. capi. j. & q. iiij. si quis clericus. Ber.

[d] QVā. Se tueri. Idem est in quolibet crimine manifesto. s̄. de appel. cū sit romana, alias si iniuste grauaretur, [2] non est appellatio denegāda. sic multoties condemnetur iniuste, qui foret absoluendus. s̄. de exceptionibus, cum inter. & ita intellige de ijs qui appellāt, existendo in crimine. & hoc constat quia non exprimit iustam causam appellādi, alias nō audiretur ante sententiam appellās. s̄. de appel. ut debitus honor.

POst. Ponit duplicem prouisionem cōtra Iudæos usurarios. Secunda ibi, & donec. Abb.

[e] Principes. Quorū legibus, in temporalibus subijciuntur iudæ. viij. dist. quo iure. & C. de iu. iudæi. j. q͂a si ad nos ueniunt, protegunt s̄. de iud. sicut. & C. de iude. nullus. pari ratione alios cōtra eos protegamus. ar. s̄. de mutu. petit. per totum. maxime in his, in quibus legem suam offendunt. s̄. eo. consuluit. & xiiij. q. iiij. quoniam. & ca. ult. Vin.

[f] Communionem. Sic. j̄. eo. quanto.

[g] Denegari. Nō est dubiū, quin pœna corporali puniant Iudæi per ecclesiā, & ēt pecuniaria. xxviij. q. j. sæpe. in fi. xvij. qō. iiij. constituit. ita tñ, quod usque ad uindictā sanguinis nō procedat. s̄. e. de rap. in archiepatu. Sed contra: quia nihil ad nos de ijs quæ foris sūt. ij. q. j. multi. & s̄. de diuor. gaudemꝰ. Sol. quod dr̄ ibi nihil ad nos &c. illud intelligitur, in quantum Deum offendūt: sed inquantū hominem offendūt, secus est. Vel potest intelligi illud, de directa coërtione, quā in eos nō exercemus. secus de indirecta: ut hic. & s̄. de deci. c. de terris. cū ēt ꝑpter delictū, [3] efficiunt đ foro nostro. s̄. de iud. nouit. & s̄. de fo. compe. cū sit generale. & vj. q. iij. placuit. & s̄. de rap. capit. j. de hoc dictum est s̄. de iude. ita quorundā. B.

TVas. Vsurarius qui fecit debitorē iurare, de soluēdis uel de non repetendis usuris, ecclesiastica cēsura cōpellitur ab exactione desistere, & exactas restituere. hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi, nos. Abb. Sic.

[h] Desistere. Relaxato prius sacramēto. s̄. de iureiur. ex administrationis. & hanc relaxationē pōt petere, q iurauit, cū huic petitioni nō renuntiauerit: ut s̄. de renuntia. cum interp. & s̄. q͂ met. cau. ad audientiam. imo & si iurauit non petere absolutionem, potest illud denūtiare. s̄. de iureiur. (quemadmodum. [4] Et licet ob priuatum commodum denuntiet, non tamen repellitur ab ea, quia proderit usurario cū pœnituerit: arg. viij. q. j. sunt in ecclesia. Ber.

[i] Vel restituere. Sic s̄. de iureiuran. debitores. & s̄. de empt.

1 Quid si is, contra quē agit i hoc iudicio contētioso, confiteat suā prauā intentionē. Dicit Ho. q si petebat ut uere usurariū: pp iniustā petitionē absoluetur reus: nisi ꝑpter animæ periculū dicat hic aliquid spāle ad qđ de iudi. dilecti. de cogna. spiri. tua. Sed si petebat ut quasi usurariū iniuste & cōtra salutē animæ receptū: fit cōdemnatio secundū eū. Ioā. And.

† Quæ v̄ba clare & nitide exposui i trac. usura. Latino. q. ij. n. 72. & in gallico n. 46. quo noīe multi īsignes uiri etiā theologiæ schola Sorbonica mihi gratulati sunt.

2 Vt si uellet reprobare testes aduersarij & nō admitteretur. si autem appellat: q͂a decit se usurarium nō eē uel corrigat, non audit secūdum Ho. dicit Inn. quod audiretur appellans a s̄nia, dicit tñ qđ alij dicūt cōtra. Io. And.

3 Et ꝑpter rem cōtra ctū & domiciliū secūdū Ho. Ioā. And.

4 Et c. ad nostrā. ij. ubi đ hoc in glosi ij. Ioā. And.

empt. & vendit. ad nostram.

QVia. Præmissa causa statuti, ponit ipsum statutum: ibi, statuimus. Abb.

a In legem. Eandē f. ff. quod me. cau. isti quidem. & s. de app. an sit. & c. constitutis. & C. de iure delib. scimus. §. si uero postquā. Arg. contra. s. de ap. dilectis filijs. ubi dicam⁹, qui non detulit appellationi, audit appellans in eodem negotio, & idem uidetur, si in alium delinquat. ff. de ritu nupt. filio patroni. §. j. ubi patronus, qui contra unam legem uenit, beneficium alterius amisit. ff. de mino. l. auxilium. in fin. ubi minor delinquens, beneficium restitutionis amittit. Vincē. & Io. relique rūt hoc disputationi, utrū delinquens contra legem unā, aliarū perdat beneficium. Ego non credo, quod propterea perdat beneficium alterius: quia sic puniretur in eo in quo non deliquit. sufficit ergo, quod amittit legis beneficiū quā contempsit: ut dicunt primæ concor. & illa lex, auxilium. loquitur in crimine ubi non restituitur minor: nec illa filio patroni obstare videtur.

ne de dolo & fraude contingat eos commodū reportare.

Idem.

Non auditur usurarius repetens usuras, nisi prius restituat extortas. †

CAP. XIIII.

QVia frustra legis auxilium inuocat qui committit in legem: a Statuimus, ut si quis usurarius a nobis literas impetrauerit, super restituēdis usuris, uel fructibus computādis in sortem, nisi prius ipse restituerit b vsuras, quas ab alijs nosci tur recepisse, authoritate literarum ipsarum, nullatenus audiatur.

Idem Altissiodorensi episcopo.

Conuictus de usuraria prauitate per famam & alia argumenta, potest manifestari usurarius, & tanquam manifestus usurarius compesci secundum dispositionem Lateranēsis concily.

CAP. XV.

b Restituerit. Nunquid sufficit cautio de restituēdo? Respon. quod non. argu. s. de re iud. cū aliquibus. ff. de pig. act. quod si non soluerit. nisi forte magna causa interuenerit. ar. ff. de re iud. l. iiij. §. ait prætor, puta si nō sit soluēdo: tunc sufficit præstare cautionē quod ipse restituet: & audiri debet, ut postea alij restituat. ar. s. de restitu. spol. olim. ij. & s. de solu. Odoardus. & ff. de cess. bo. l. si debitoris. uel si ille cui debetur cōsentiat: qa satisfactū intelligitur. ff. de pig. act. si rē. §. omnis. arg. s. de re iudi. quod ad cōsultationē. Item quid si nullus agit cōtra istum pro usuris? Dixit Ioan. & Tanc. quod facta denuntiatione in publico, si nullus apparet qui petit, debet iste audiri p literas: sicut facit q rē inuenit alienam, ad euitandum pœnā furti, denuntiet publice ut cuius est res ueniat. ff. de fur. falsus. § qui alienū. Hoc non credo sufficere. nō enim excusatur usurarius, si nullus repetat ab eo: uel si denuntiet: imo etiā tenet usurā restituere, saltem pauperibus, si nullus apparet cui restituat: aliter non liberatur a peccato: ut supra eodē. cū tu. vnde cū nō sit adhuc emendatus, si in crimine perseueret retinendo alienū, nō est audiendus. & hoc patet per literam istam: quia nisi restituerit uel adhuc restituat cum effectu: ergo beneficiū legis habere non debet, cum adhuc contra illam in crimine perseueret; unde pōt ei dici, eijce primo trabem de oculo tuo, quā festucā de oculo fratris tui. j. q. j. multi. & iij. q. vij. c. infames. §. porro. in fi. & ita iudex nō procedat per literas tales, nisi postquam constiterit, q plene purgat⁹ fuerit. & hoc intellige cū est manifestus usurarius: alias iudex nō denegaret ei audientia, & sic iudex ex officio suo, potest eum repellere exemplo domini. iij. qō. vij. qui sine. ca. postulatus. & supra, de except. exceptionem. & infra c. proxi. & supra eodem. quam perniciosum. argu. idem erat si non sit manifestus vsurarius, & reus a excipiat. quod non debet audiri, cum eodem reatu criminis inuoluatur, probatione recepta non audiatur, nisi restituat, ut dixi. Itē qd si aliquis cōtendat in iure, cum ipso impetrante & appelletur ante causam, nunquid expediet ante causam appellationis? arg. est hic quod sic, ex eo qd dicit, nisi prius restituerit &c. si vsurarius impetrator appellet, non audirent illum interim per literas illas. Itē habes hic, quod literæ quæ ab initio non ualent, postea cōualescunt. s. de foro compe. licet uerum. & ex tenore. & hoc uerum est, quādo ab initio nō sunt nullæ ipso iure. Bernardus.

† Lap. allega. liij. allega. lv. Ipse tamē Vin. s. de immu. ecc. c. fi. dixit, quod uiolans legem generalem, inuocare nō debet auxilium alterius legis generalis: & sic loquit l. auxilium. sed talis bene poterit se dfendere, ex l. singulari uel priuilegio, nisi tale sit priuilegium, qd tollat per offensam iure cōmuni. C. ubi de crimi. authen. qua in puinc. si uero impetrauit ius iniquū aduersari⁹ cōtra illū se illo iur defendit: secus si tm̄ uoluerit impetrare ff. qd quisque. in l. j. §. fi. & l. si qs. Ioā. dixit edictū de usuris, simile edicto, quod quisq; iur. ubi nō solus aduersarius, sed etiā alius illo iur repellit agētem. ff. qd quisq; iur. le. iij. §. j. Ioā. And. a Contra quē impetratū fuit rescriptū. extraneus enim. hoc opponere nō posset cū nec ad eū extendat beneficiū rescripti. de off. deleg. p. & g. secundū Innocē. & Hosti. qui etiā dicūt hanc exceptionē pponendā. ante li. cōtest. & nō post. de re iudi. inter dicit Ho. etiā eam probandā intra viij. dies. argu. de excep. pia. d sen. excom. solet. lib. vj. Ioā. And.

CVm in diœcesi tua, sint quāplurimi vsurarij, de quibus minime dubitatur, quin sint vsurarij manifesti, contra quos propter timorem potentum, c qui tuentur eosdē nullus accusator apparet, nec ijdem sunt per sentētiam condemnati: F. t. t. respond. quòd licet contra eos non appareat accusator: si tamen alijs argumentis, illos constiterit esse usurarios manifestos, d in eos pœnam in Lateranensi concilio contra usurarios editam liberè poteris e exercere.

Idem.

Maritus recipiens pignus pro dote promissa, non tenetur fructus in sortem computare. h. d. & est casus singularis, & alibi non probatur.

CAP. XVI.

SAlubriter: & infrà. † Sanè generum ad fructus possessionū quæ sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obli

CVm in. Manifesti usurarij, etiā nullo accusante, possunt cōpelli per pœnam Lateraneñ. concilij, hoc dicit, uel aliter. & sic ut in sum. no. secundum uerum intellectum, c. nam primum summarium. Ioan. And. parum habet dubij. Secunda pars ibi, fraternitati. Abb. Sicu.

c Potentum. Vnde excommunicari possent, si præstent impedimentum uolentibus agere contra illos supra de offi deleg. c. j. & xj. quæst. iij. iniustum.

d Manifestos. Si intelligas manifestos. i. notorios, nō est opus alijs argumētis. s. de acc. euidētia. s. d iu reiu. ad nostrā. & ij q. j. de manifesta. Si aūt loquit de manifestis nō notorijs, secundū hoc euidens probatio requiritur secundū iuris ordinē. xj. q. iij. eorum. in fin. Ad hoc posset dici, q illud notorium non habet facti perseuerantiā, unde aliqua requirunt argumēta. Vel dic, q solēnis fama docet ipsos esse usurarios: & ideo per famā & alia argumēta puniūtur: quia sola fama nō sufficit ad cōdemnationē. arg. xxxv. q. vj. si duo. & iij. q. iij. §. item sæpe fit. & s. de iureiur. ex literis.

e Poteris ex officio tuo. ut dixi supra eo. c. proxi. licet nullus appareat accusator.

SAlubriter. Maritus fructus rei dotalis, uel oblatæ pro dote non tenetur in sortem computare. hoc dicit

† Circa hunc tex. multū errarunt nō solū canonistæ, sed etiā quidā Theologi, ut Iac. Almain in 4. Sent. dist. xv. q. v. dicendū hic nihil spāle esse in dote ut etiā primus dixi. Bal. no uel. in tracta. de dote par. vij priuilegio iij nec refert, an pignus fructiferū datū sit, uel non: data dilatio, uel non, sed idē generaliter pro ratione iusti interesse etiā in cessionario uel vidua, vt plene not. infra. usura num. 523. cum seq.

dicit. Primo ponit dictum. Secundo eius causam assignat ibi, cum frequenter. Abb. Sic.

a In sortem. Hic est casus in quo fructus non computantur in sortem. alios habes notatos. supra eod. conquestus. Bernardus.

b Onera. Hoc ideo dicit: quia fructus dotis cedunt lucro marito propter onera matrimonij. C. de iure dot. pro oneribus. ad hoc auté, ut maritus lucretur fructus rei dotalis, requiritur ut sustineat onera matrimonij. ff. de doli exce. l. pater. in princip. Item oportet, quod possessio rei dotalis, tradita sit. ff. sol. matri. de diuisione. fructus vero percepti ante matrimonium, restituuntur mulieri, nec cedunt lucro marito. ff. de usuris. videamus. §. antepenult. similiter fructus & fœtus pecudum dotaliū, lucratur maritus. ff. de iure do. plerunq;. §. si serui. Idem est in fundo cretifodino. uel argentifodino. ff. sol. matri. diuortio. §. si vir in fundo. secus tamé est in fœtu ancillarū dotalium, 1 qui non cedit lucro ipsi marito. ff. de iure do. l. plerunque. §. si serui. Itē secus est in lapidifodinis. ubi lapis non renascitur, & in arboribus non cædendis. 2 ff. sol. mat. diuortio. §. si fundū. & duobus §. sequēt. Item fallit hic illa regula, cuius est emolumentū, eius dicit esse periculū: licet em̄ ad alios spectet emolumentū rei dotalis: non tamen rei periculum uel euictionis uel deteriorationis. ff. de iure dot. plerunque. in princ. & §. j. & C. eod. titu. l. j. tamen cum distinctione, an res datæ in dotem sint æstimatæ, uel non, ut ibi distinguitur. sed hoc est uerum, nisi res dotalis consistat in numero, pondere uel mensura. nam periculum talium, spectat ad virum. ff. de iure dot. res in dotem. Ioan.

Michael. Primo ponit partis quærelam. Secundo clausulam quam stylus curiæ apponit in literis, quæ impetrantur ad recuperandas usuras. Abb.

c Extitit. Alias non teneretur, nisi esset hæres. supra eo. tua nos.

d Adhuc hoc expositum est. s̄. eo. quia frustra.

e Pater. Hic habes, qd̄ filius tenetur ex delicto patris. sic s̄. eo. tua nos. & agit ex facto patris. ut hic patet. & sic repetitio usurarū datur hæredi & cōtra hæredem, ut hic patet. cum enim iste agat ex persona patris, ipsum tenetur defendere. ff. de reg. iur. ex qua persona. & ff. de proc. seruū quoq;. §. pen. alias denegat ei actio ut ibi dicit. Sed pone, ꝙ iste 3 nō agat ex persona patris, nūqd obest ei, si excipiatur cōtra ipsum, ꝙ pater uel auus receperunt usuras? Videt̄ quod sic: q̄a vsuræ repetuntur ab hærede, & a quocunque ēt extraneo. s̄. eo. tua. imo hæres tenet̄ ex delicto defuncti, & si nihil ꝑuenerit ad ipsum. secundū canoné. s̄. de rap. in literis. & s̄. de sepul. c. ult. vbi de hoc. & xvj. q. vj. si epm. in fi. xij. qō. ij. eps qui filios. 4 ergo si agi pōt, multo fortius excipi. & hoc concedit Ioan. quia hæres nó conuenitur hic ex maleficio, sed potius ex quasi contractu, ratione indebiti soluti. insti. de oblig. quæ ex quasi contract. §. item is cui quis per erroré. & quod possit sic excipi de facto patris eo agente. satis probatur ꝑ hāc literā. Sed si non fecisset iste mentioné in literis de parte, nunquid eo agēte ex facto suo, pōt excipi cōtra ipsum, ꝙ pater fuerit usurarius nec restituerit usuras? Videt̄ ꝙ non: quia per tales literas nó potest agere de facto patris: ergo nec excipi potest cōtra ipsum, alias iniquū uideretur. ar. s̄. eo. tua. sed illa loquitur in ordinario: imo alia ratione uidetur quod possit excipi: quia in vitiū successit patri: ut s̄. e. tua. & sic culpā alienam fecit suā, retinendo scienter alienū. ergo antequā alium impetat, debet esse illo crimine purgat⁹: ut dictū est s̄. eo. quia frustra. Satis uidetur, ꝙ nō possit excipi. 5 ar. huius c. ex querimonia & cōmissione. nunquā em̄ clausula illa ponitur in literis, nisi quando de patre fit mētio in literis: sicut hic factū fuit. sed ita videtur, ꝙ possit excipi. tenet̄ enim restituere usuras quas pater extorsit, cū ei succedat in bonis: quod potius credo. 6 Sed nūquid repelli potest ab agendo, qui nomine alieno repetit usuras? videtur ꝙ sic: arg. xlvj. dist. sicut nō suo. sed hoc nō uidet̄. q̄a nihil in suā vtilitaté versum est, nec secundū istū ageretur ad usuras repetēdas: imo cōtra illū q habuit illā utilitatem.

Quanto Iudæi q extorquēt graues usuras a Christianis, uel de possessionibus decimas, uel oblationes solitas percipere ecclesias eis nó soluūt, priuātur Christianorū cōmunione: h. d. Vel sic ut in rubro. Duo sunt dicta. Secundū ibi, hanc eandem. primum dictū facit tria. Primo ponit causam statuti. Secundo statutum: ibi uolentes. Tertio prouidet contra grauamen suspicatum: ibi, principibus. Abb. Sicu.

f Immoderatasve. Ergo moderatas uidetur permittere, a contrario sensu. xxv. dist. qualis. ff. de iudic. cum prætor. quod non est uerum. 7 supra eodem. post miserabilem. & ita cessat hoc argumentum a contrario sensu. C. de episco. & cleri. conuenticula. & graues vsuræ

gatæ, computandos in sortem, a nó credimus compellendum: Cùm frequēter dotis fructus, non sufficiant ad onera b matrimonij supportanda.

Idem episcopo Bononiensi.

Repetens usuras non auditur, nisi restituat extortas per se uel per alium, à quocunque causam habeat.

CAP. XVII.

Michael laicus, suam nobis querimoniā destinauit, ꝙ M. & quidā alij Bononień. ciues, multa extorserunt ab eo & a patre suo, cuius hæres extitit c nomine usurarū: & j. Attentius prouisurus, ne authoritate nostra, in negotio procedas eodem, nisi dictus conquerens restituerit, uel adhuc d restituat, si quas aliquando ipse uel pater e eius extorsit usuras.

Idem in concilio generali.

Etiam Iudæi compellendi sunt ad restituendas usuras extortas à Christianis, & ad soluendas decimas uel oblationes de eorum possessionibus.

CAP. XVIII.

Quātò amplius Christiana religio ab exactione compescitur usurarum, tātò grauius super his Iudæorū perfidia insolescit, ita ꝙ breui tempore, Christianorū exhauriunt facultates. Volētes igitur in hac parte prospicere Christianis, ne a Iudæis immaniter aggrauentur, synodali decreto statuimus, ut si decætero quocunque prætextu Iudæi a Christianis graues immoderatasue f usuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint competenter. vnde Christiani (si opus fuerit) per cēs. eccl. appella.

Maritus an lucret̄ fruct⁹ rei dotalis.

1 Et sic ratio quę habet. ff. de vsur. in pecudum. in fin. ibi dicit̄ absurdum uideri hominē ī fructu esse: cū omnes fruct⁹ rerū, natura hominū gratia comparauerit. Tul. lib. j. de offic. Scire debemus, quæ ī terra gignūtur, ad vsum hominū creari: homines ēt hominum gratia generatos: ut inter se alij alijs ꝓdesse possint.

2 Cædēdis alias cæduis. hoc intēdit si esset sylua cædua. arbores bñ essent in fructu. Io. And.

3 Qui de patre fecit in lr̄is mētioné: ut differat a seq. Ioan. And.

4 Cōcor. glo. no. in c. j. in uer. mandauerit. eo. tit. li. vj. Bar. in l. j. C. & priua. delic.

5 Excipi. Imo. Pan.

6 Dicit Host. qd̄ si ipse sit hæres, uel bona empta de pecunia vsuraria peruenerunt ad ipsum: locus est exceptiói. s̄ eo. ca. tua, & c. cū tu. in fi. ff. de calu. i hæredē. ff. de diuer. & tē po. ꝓscrip. l. cū hęres alias, contra. C. de dona. si pater tuo. & patet ex his q̄ dixi s̄. e. tua. secundū eū. Ioā. And.

7 Verum Imo in se verum est ut not. in tract. [illegible] ra. nu. 5 [illegible] num. [illegible] cum [illegible]

usuræ dicuntur, quæ excedunt legitimum modum a lege statutum. C. de usur. eos.

a Commercijs. Sic s. eo. post miserabilem.

b Deuenissent. Et ita res transit cum suo onere. s. de deci. cum nõ sit. & s. de pigno. ex literis. & xvj. q. j. si quis laicus. ff. de pigno. acti. si conuenerit. §. si fundus. Bern.

Nauigãti. Tria dicta hic continentur. Secundũ ibi, ille quoque. Tertium ibi, ratione huius. Abbas.

c Periculum. Quia iste recipiebat in se periculum, 1 uidebatur, quasi quadam compensatione illicite aliquid ultra sortem recipere posse: quia periculum pecuniæ mutuatæ pertinebat ad debitorem, 2 cum sua facta fuisset. sed nihilominus, est usurarius, cum excedat naturã mutui: ut dictum est. s. eo. conquestus. quia si nullum periculum secutum fuit: & aliquid ultra sortem recepit: illud fuit usura quia cum sit hincinde mutuum nihil inde sperare debet, iuxta illud: date mutuum, nihil inde sperantes s. eod. consuluit. & xiiij. quæ. iij. per totum. & nulla compensatio siue dispẽsatio, admitti debet, ut usura exigatur s. eo. super eod. ergo siue recipiat in se periculum, siue non: nihil ultra sortem recipere debet.

d Dubitatur. Ergo si certum esset, quod tempore solutionis plus ualerent, usurarius est censendus. s. eo. in ciuitate. argu. j. ca. proxi. & ita propter dubium excusatur: quia tam emptor, quam uenditor æqualiter commodum & incommodũ ex dilatione expectat. & est si. C. de solu. l. pe. 3 Item arg. est hic, quod dubia in meliorem partem interpretari debent. j. de reg. iur. c. ij. quia promptiores debemus esse ad absoluẽdum, quã ad cõdemnandum. s. de proba. ex literis. ff. de actio. & oblig. l. Arrianus. Sed contra uidetur, quod potius in tali dubio abstinẽdum esset a talibus contractibus, propter periculum: argumen. j. de cle. excom. mi. illud. Quandoque enim aliqui fingunt se dubitare, ubi dubitatio nõ est tamẽ relinquendi sunt in talibus conscientiæ suæ. 4 Item argu. quod ratione dubij aliquid permittitur, quod alias nõ liceret. xiij. q. ij. non æstimemus. 5 ff. de uent. inspi. l. j. §. j. ff. de iud. si quis ex aliena. C. de usur. si ea lege. & ratione huius dubij excusatur: ut in §. seq.

e Non fuerat uenditurus. Alias non excusatur: quia si tunc fuerat uenditurus pro minori, & ex certa scientia plus recipiat alio termino, usura est. & sic itellige s. eo. in ciuitate. ut ibi etiam dixi. Ber.

1 Periculi. necesse est intelligere de periculo improbabili. alias secus. l. periculi pretiũ de nautico fœnore & plene not. in trac. usura. q. iij. ubi dicta l. periculi pretium. suæ luci. & in usum restituitur. Vsura nõ tollitur per periculi susceptionem.

2 Vt dicebat Host. creditor hic per pactum bñ potuit se onerare: sed nõ releuare. remittit aũt ad sũmã. e. §. an aliquo casu sub. §. in alijs autẽ. Ioan. An. Dubium, excusat a delicto.

3 Si creditori dedi fundum ĩ solutũ: melioratione ñ peto: sicut nec deteriorationẽ petere rem. Ioã. And.

4 Simile s. de iure iur. mulieri. Io. An.

5 Vbi de hoc. & s. de sepul. sacris. Io. And.

6 Dicit Abb. dando illi alapam. uide ĩ Spec. de teste. §. j. uer. quid igitur si. & tribus uersi. seq. Ioan. An. Imo secũdũ l. Dei debet mori, quæ in hoc renouata est ĩ Francia.

7 Coram quo dẽat accusari de falso Muti. qui ad requisitionẽ iudicis Bon. corã suo iudice Muti. deposuit: uide in Spe. de teste. §. j. uersi. qd si aliquis Ioan. An.

post. compellantur ab eorum commercijs a abstinere. Principib. aũt iniungimus, ut propter hæc nõ sint Christianis ĩfesti, sed potius a tanto grauamine studeãt cohibere Iudęos. Hac eadẽ pœna Iudæos decernimus cõpellẽdos, ad satisfaciendũ ecclesijs ꝓ decimis & oblationib. debitis, quas à Christianis dedomib. & possessionibus, alijs percipere cõsueuerant, antequã ad Iudæos quocunq; titulo deuenissent: b ut sic ecclesię conseruentur indemnes.

Grego. ix. fratri R.

Vsurarius est, qui a debitore recipit aliquid ultra sortem: et si suscipiat in se periculũ. h. d. primò. Nõ est usurarius emptor rei minus iusto pretio si tũc uerisimiliter dubitetur, an tẽpore solutionis plus uel minus sit res ualitura. h. d. secundò. Propter dubium excusatur is, qui ex eo quòd differt solutionem pretij, uendit rem plus quàm ualeat, si non erat eam alias uẽditurus. hoc dicit tertio.

CAP. XIX.

Nauiganti uel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniæ quantitatem, pro eo quòd suscipit in se periculũ c recepturus aliquid ultra sortem usurarius est censendus. Ille quoq;, qui dat decẽ solidos, ut alio tẽpore totidẽ sibi grani, uini, uel olei mẽsuræ reddant: quæ licet tũc plus ualeãt, utrũ plus uel minus, solutionis tẽpore fuerint ualituræ, uerisimiliter dubitatur: d nõ debet ex hoc usurarius reputari Rõne hui⁹ dubij, ẽt excusatͣ qui pannos, granũ, uinũ, oleũ, uel alias merces uẽdit, ut amplius, quàm tunc ualeant, in certo termino recipiat pro eisdẽ, si tamen ea tempore cõtractus nõ fuerat e uenditurus.

TITVLVS. XX.

DE CRIMINE falsi.

Augustinus.

Testis falsidicus, tres lædit. uidelicet Deum, iudicem, & partem: et falsus est non solùm qui mendacium dicit, sed etiã qui ueritatem occultat.

CAP. I.



Falsidicus testis, trib. ꝑsonis est obnoxius: f primum Deo, cuius ꝑsentiam contẽnit: inde iudici, g quẽ mẽtiendo fallit: postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. h Vterq;

DE CRIMINE falsi.

Quia inter cætera præcepta legis diuinæ continetur, non furtum facies. non falsum testimoniũ dices: et supra uisum est de furto, et usura, quæ est species furti: ideo annectit de crimine falsi. De hac materia habetur in dec. in c. in memoriam. xix. distinct. & xi. q. iij. quisquis. iiij. q. iij. qui falso. Abbas.

Falsidic⁹. f Obnoxius. Id est, obligatus.

g Iudici. Qui eum extraordinarie. 6 punire potest, causa durante. C. de testi. nullum. sed causa finita, potest accusari. 7 l. Corn. de fal. ff. ad l. Cor. de fal. l. j. & etiam l. Cor. de sicar. ff. ad l. Corn. de sica. l. j. j. respon. § j. Punitur enim falsus testis, & si conatus non habuit effectũ sententia tamẽ per falsum testimoniũ dicta, uel instrumẽta facta, retractari debent falsitate reperta usque ad xx. annos. supra de exceptio. cum uenerabilis. nec est mandanda executioni, si hoc obijciatur. j. capit. proxi. ubi de hoc, & nulla est secundum quosdam, quia ex ea non datur exceptio. ff. de exceptio. qui agnitis. dominus Azo dicebat, quod est aliqua: sed non datur ex ea exceptio cum effectu. ff. de re iudic. diuus. quousque enim constet de falsitate, habetur interim pro sententia. supra de fide instru. accepimus. ubi de hoc.

h Lædit. Quia in tribus offendit, triplex pœna ei debẽt. Primo, q̃a Deũ offendit, septẽnis pœnitẽtia sibi

iniun

iniungitur pro periurio.vj.q.j.quicunque. Quia iudicem delusit,infamabitur.xxij.q.v. quisquis couictus, & uerberibus castigabitur.v.q.v.illi qui. uel extraordinarie punietur, ut dictum est in proxima notula.& quia proximum lædit iuxta modum læsionis punietur:arg.iij.q.ix. nihilominus. 1 licet ibi nõ loquatur de tali pœna.

1 Melius facit xxxiij. qõ. v. hæc imago ubi punitur pœna taliõis Ioan.An.

a Reus. De hoc habes xj.q. iij.quisquis.

S Vper eo. Primo commẽdat eum cui scribit, de præterito. Secundo instruit eum de futuro: ibi, mandantes.Abb.

b Falsarum. Hic dicebat Lau. quòd sine temporis præfinitione semper retractanda est sententia de facto: quia ipso iure nulla est: 2 quia defectus est in iurisdictione: quia falsæ literæ nullam attribuunt iurisdictionem, sed ubi alias ageretur de falso,retractatũ usque ad xx. ann. ut dixi s̃.ca.prox.

2 Adde ꝙ no.Cy.in l.j.C.si ex fal. instr. idẽ in l.q relã.i iiij. opp.C. ad fal.

c Executioni. Et ita patet,quod executor subsistere debet uel sustinere, si obijciatur quod sententia lata sit per falsas literas. sic ff. de iudic. si prætor. Arg. cõtra. de offi. deleg.pastoralis. & ibi soluitur hoc:ubi plene habes, quando fieri debeat executio, uel quando non. 3 & s̃. de re iudi.decætero.

† Alexã. cons.ccv. lib.vj.

3 Vt xxv. qõ.ij.& si nõ cognitio.Ioan. And.

d Non obserues. & sic quod per errorem per talem sententiam solutum est, potest reuocari. C. si ex fal. instru.l. j. & ij.& ff. de excep. l. q agnitis. 4 Bernardus.

† Nicol. Boer. decisio. Burdega. lxxxij.

A D audientiã.

e Mortis. Hãc pœnam ecclesia nõ imponit.xxiij.quæ. ult.hos a quibus. & c. sæpe.& s̃. ne cleri.uel mona. sententiam sanguinis.

4 Melius l. quæ est ulti. ubi dicitur: qđ executio, rei iudicatę suspenditur: & solutum ꝑ talem sententiã, repetitur. Io. And.

f Degradatis. Sic s̃. de iud. cum non ab homine.Sed contra uidetur. ĩ.eo.ad falsariorũ. ubi tra-

reus a est,& qui ueritatẽ occultat, & qui mendaciũ dicit: quia & ille prodesse non uult, & iste nocere desiderat.

Lucius iij. Vigorieñ.episcopo.

Sententia lata per falsas literas, non debet executioni mandari.

CAP. II.

S Vper eo, quòd sententiam autoritate literarum falsarum b latã noluisti executioni c mãdare,tuam prudentiam cõmendamus: Mandantes, ut quoties aliqua scripta sub nomine nostro destinata, redarguenda uideris falsitatis,nullam eis adhibeas fidẽ: & quod per ipsas mandatũ fuerit, non obserues: d sed eum qui præsentauerit, retineri † facias diligenter.

Vrbanus tertius.

Clericus falsans sigillũ principis,deponitur.Item ei character imprimitur,& in exilium mittitur.

CAP. III.

A D audientiam nostram, te significante peruenit quod cũ quosdam clericos, qui falsauerunt sigillum regis Francorum, † carcerali custodię mancipaueris: & ĩ F. t.t.r.ut eis nec membrum auferri, nec pœnã infligi facias corporalẽ, per quã periculum mortis e possint incurrere, sed eis a suis ordinib. degradatis, f in signum maleficij characterem g aliquem imprimi facias: quo inter alios cognoscantur: & prouinciam ipsam eos abiurare compellens, abire permittas.

Innocentius tertius.

Existens in curia,literas apostolicas non recipiat nisi de manibus papæ uel officialiũ ab ipso deputatorum: personæ tamẽ solẽnes, per nũtios recipere poterunt, de manibus tamen prædictorum.Contra faciens si laicus est, excommunicationi subiacet:si clericus,ab officio et beneficio deponitur.hoc dicit,usque ad §.adycientes.

CAP. IIII.

D Vra sæpe mandata: & iufrà, Statuimus & sub excõicationis pœna & suspensionis ordinis & bñficij districtius inhibemus, ne quis apud se.ap.literas nostras nisi a nobis, uel de manibus illorũ recipiat,qui de mãdato nostro ad illud sunt officium deputati. Si uerò persona tantæ autoritatis exititerit, ut ipsam deceat per nũtium h literas nostras recipere: nuntium ad cancellariã nostram, uel ad nosipsos mittat idoneum, i per quem literas apost. iuxta formam præscriptam recipiat. Si quis autem in hac parte mandati nostri transgressor exititerit: si laicus fuerit, excommunicatiõi subiaceat: k si clericus, officij suspensione damnetur: & infrà.

Per excõicationis pœnam prouidet contra non resignantes nec destruẽtes literas falsas, intra uiginti dies: et absolutio Papæ reseruatur: & contra factum non tenet hoc dicit.Abb.

ditur seculari potestati puniendus: sed illud speciale est in falsarijs literarum domini Papæ, 5 ubi statim traduntur seculari potestati.

g Characterem. Arg.contra.s̃. de rap. in archiepiscopatu.& s̃.ne cleric.uel mona.sententiam. Sol.character iste, non ita ꝓfunde debet infligi, ut sanguinem eliciat:sed cutis superficies deformetur, in signum maleficij: & hoc propter odium criminis, quia facies hominis,ad instar cælestis pulchritudinis facta fœdari nõ debet. C. de pœ. si quis in metallũ.sed illa pœna alias infligi nõ debet a iudice ecclesiastico: quia periculum iminet in ipsa infligenda, & huiusmodi adustio clericis est prohibita. s̃. ne cle. uel mona. sententiam.

5 Adde qua pęna puniatur, falsificãs priuatam scripturã: nota.in l. pen.C. de fal. Bar.i l. siqs. ff. ad legem cor.đ fal.

D Vra. Prima pars punit nõ recipientes literas de manibus Papæ uel officialium. Secunda punit non destruentes literas falsas: ibi,adijcientes.Abb.Sicu.

h Per nuntium specialiter cum mandato ad hoc destinatũ. supra,de rescr. non nulli.Io.

i Idoneum. Argu. quod non ualent literæ per excõmunicatum impetratæ: alias enim per quancunque personam, etiã si per seruũ impetrentur, ualẽt.C. de preci.impe. offe. uniuersis. quod forte posset intelligi,cum princeps ex certa scientia ei concessit literas.ar.ff.de bo.poss.seruus. 6 instrumẽtum enim suspectum est ex persona.ar.s̃.de rescripr. ad audientiam. & ff.de edẽ. si quis: 7 similiter non ualet rescriptum ab hæretico impetratum C. de sum. trini.l. ij.Io.

6 Admittit seruus petẽs bonorũ possessionẽ dummõ ꝓtot đ ipsius statu sit cert⁹. Io. An.in not.

k Subiaceat. Ex hoc uidetur, ꝙ qui contra facit, sit ipso iure excõmunicatus

7 Post principiũ ubi dicitur, quod si ex pluribus hæredib. argẽtarijs, unus humilis & deplorat⁹ edit, cęteri edere debent, aut illius editio subsc rẽ re.Io.an.

catus. sed non credo, quod sit excommunicatus ipso iure: quia nec seruatur hoc: imo indifferenter uidemus, quod quilibet per nuntium literas impetrat, & hoc Papa scit & tolerat, nec aliquē repellit, nisi esset excommunicatus: sed hoc intelligitur cum literæ de manibus domini Papæ uel bullatoris tantum sunt recipiendæ, quia alias falsæ sunt ȷ̃. ca. proxi. & ille qui literas recipit, est excommunicatus: ut hic dicit.

a Innouari. Vt supra de iud. ita quorundam. in fine. ubi de hoc.

b Dies. In quibus deliberet super literis. sic iij. q. iij. capi. induciæ. §. offeratur. & ȷ̃. de cleri. excommu. mi. illud. & ff. ex quibus causis ma. l. ab hostibus. §. ultimo.

c Destruat. Si. v. q. j. quidā. & l. si quis famosum. C. de famosis lib.

d Resignet. Tali qui possit prodesse, & non obesse. [1] argu. xxij. q. v. hoc uidetur.

[1] Vel corā iudice, si corā illo fuerint exhibitę. ȷ̃. e. c. pe. secundum Hos. Ioā. And.

e Euadere. Si super hoc lata est per diœcesanum, ut hic præcipitur, tamen aliam sententiā domini Papæ siue canonis incurrit. ȷ̃. eodem, ad falsariorū.

Adijcientes statuimus, ut generalē excōmunicationis sentētiā promulgetis, quā ꝑ singulas parochias faciatis frequentius innouari. [a] ꝙ si quis falsas literas se habere cognoscit, intra uiginti dies, [b] literas illas aut destruat, [c] aut resignet, [d] si pœnā excōicationis uoluerit euadere: [e] quā (nisi forsan in mortis articulo [f]) sine speciali mandato nostro, â quoquam nolumus relaxari: [g] nec ēt (si præsumpta fuerit cōtra hoc) absolutio quicquam habeat firmitatis.

Idem archiepiscopo & canonicis Mediolañ.

Ponit nouem modos falsandi literas papales.

CAP. V.

LIcet ad regimen: & infrà. Vt autem uarietates falsitatis, [h] circa nostras literas deprehēdere ualeatis uobis, præsentibus literis duximus exprimendas. Prima spēs falsitatis hæc est, ut falsa bulla, falsis literis apponatur. [i] Secunda, ut filū de uera bulla, extrahatꝰ ex toto, & per aliud filū immissum falsis literis inseratꝰ. Tertia, ut filū ab ea parte, in qua charta plicatꝰ incisum cū uera bulla, falsis literis immittatur, sub eadem plicatura cum filo similis canabis restauratum. Quarta, cùm a superiori parte bullæ altera pars fili sub plumbo rescinditur, & per idem filum literis falsis inserta reducitꝰ intra plumbum. Quinta, cum literis bullatis, & redditis in eis, aliquid per rasuram tenuē [k] immutatur. Sexta, cùm scriptura litera-

Quid si aliquis simplex utitur literis talibus ignoranter? Non excusatur, quia per alios debet hoc inquirere. arg. xxxvij. dist. §. ult. Quid si falsitas fuit ita latēs, quod non potuit uideri etiā a perito? Respon. [2] quod si fecerit diligentiam, quam potuit per se & per alios, non credo ipsum teneri, alioqui non excusatur. arg. s̃. de homi. c. Ioannes. & ca. ult. & in alijs pluribus ca. & l. di. si duo. Ber.

[2] Secūdū Tāc. Vin. & Philip. Ioā. And.

f Mortis articulo. Casus iste semper excipitur. xvij. q. iiij. si quis suadente. ȷ̃. de senten. excom. a nobis. & supra, de offic. ordi. pastoralis.

g Relaxari. Arg. ex quo Papa sibi aliquid specialiter reseruat, alijs denegat facultatem disponendi aliquid, super illo: sed ubi absolutionem non reseruat, alijs intelligitur esse concessum. ȷ̃. de sen. excom. nuper.

Falsitas literarum multipliciter fit.

h LIcet. Falsitatis. circa huiusmodi uitium falsitatis nota ꝙ præter hos modos qui hic exprimūtur sunt alij casus falsitatis. Ex dicto enim uel tacito, dicuntꝰ literæ falsæ ȷ̃. de rescrip. super literis. & in tali falso distinguitur prout ibi dicitur, & pro tali falso non punitur; nisi quia non habet commodum literarum. Et est arg. ad idē. ff. de fal. si quis obrepserit. Itē charta dicitur falsa scripto: ut cum scriptū est in ea, omnes canonicos fuisse præsentes, qui non fuerunt omnes præsentes. & talis ut falsarius punitur: ut s̃. de ijs quæ fi. a præla. sine cōsensu ca. quāto. & ab officio & beneficio talis suspēditur. s̃. de test. tam literis. Itē dicitur charta falsa, si appareat rasa uel mutata in loco suspecto. ȷ̃. de priuil. cū olim. & supra. de fi. inst. iter dilectos. & s̃. de relig. do. cum uenerabilis. imo & qui literas iudicum tali modo falsat, puniri debet in beneficio suo. s̃. de rescri. olim. de hac rasura dicitur ȷ̃. e. §. quinta. Itē præsumitur falsum rescriptū, licet forsitan non sit, ita ꝙ per ipsum non procedatur, si habet in se uitium latinitatis s̃. de rescri. ad audientiam. Itē si instrumentum suspectum inducitur, & ei nō imponitur fides, dicitur falsum. C. de probat. iubemus. [3] Item dicuntur literæ falsæ, si episcopus appellatur filius. Vel si papa uni loquitur in plurali. ȷ̃. e. c. prox. Item rescriptū dicitur falsum, si est impetratum sine mandato. s̃. de rescript. nonnulli. Itē alios nouem modos falsitatis, habes hic expressos. Et quicunq; tali modo uel alio quocunque, literas domini Papæ falsauerit, uel usus fuerit illis scienter, excommunicatus est: ut ȷ̃. eo. ad falsariorum. & debet tradi curiæ seculari, conuictus & degradatus: ut ibi dicitur. in alijs autem falsitatibus prædictis, licet puniri debeāt non sunt ipso iure excōmunicati, nec curiæ seculari tradendi: nisi forte si episcopus diœcesanus generalem tulerit excommunicationē, sicut Honorius fecit, qui excommunicauit omnes illos, qui falsum instrumentum fecerunt, uel fieri fecerunt, uel qui testimonium falsum tulerunt, uel procurauerunt fieri, uel qui ignē apposuerunt. ADDITIO. Modi falsitatis bullarum apostolicarum, comprehenduntur his uersibus:

Forma, stilus, filum, membrana, litura, sigillum,
Hæc sex falsata, dant scripta ualere pusillum.

[3] Illa lex dicit ꝓducērem, ut falsariū detinēdum. Ioā. And.

Falsarius qualiter ē puniēdus.

Bullæ Apostolicæ multipliciter falsantur.

i Apponatur. Apponēs secundū leges, aqua & igne interdicitur. ff ad legem Corn. de fal. ult. [4] Ber.

[4] Loquitꝰ ī illo qui utitꝰ falso rescripto, uel falsa cōstitutione nullo autore habito. Ioā. And.

k Tenuem. Quicunque radit uel immutat rescriptum domini Papæ sibi assignatum, excommunicatus est, & falsarius, ut dixi in proxima notula. & in hoc nullam distinctionem adhibeo, licet sit argu. contra supra, de fide instru. ex literis. quia intelligo illam rasuram factam per illum, qui literas ipsas scripsit, & non per illum qui utebatur illis. Si uero literæ clausæ essent, nō nocet rasura in quocunque loco fuerit: quia non est præsumptio contra impetrantem. [5] In alijs autem literis uel instrumentis potest distingui, utrū sint rasuræ in loco suspecto, ut tunc obsit. s̃. de relig. domi. cū uenerabilis, uel non suspecto, ubi nulla uis est: & tūc non obest argum. illis decre. supra, de fide instrumentorum ex literis. & c. cum uenerabilis. & hoc intelligitur, quando rasura est in loco suspecto. & sic non contradicit ȷ̃. eo. c. ult. quæ intelligitur, quando rasura nō est in loco etiam suspecto, & modica est rasurā, scilicet paucarum literarum.

Instrumēta, an uitiētur ꝓpter rasuram?

[5] Arg. ad hoc in l. cōparationes. C. de fide instr. & in. l. si unus. C ꝺ testamen-

a Scripturæ. Quia per cōparationem literarum probatur falsitas. C. de fide instrumē. l. comparationes. & ex stylo dictam di. fit comparatio, ut hic dicit. in alijs autem literis, non attenditur talis comparatio. 1 Ber.

1 Scilicet ex stilo uel modo dictandi. Ioā. And.

b Chartæ. Et in hoc est alia comparatio notāda, s. qd' rasura chartæ quantumcunque sit subtiliter rasa siue incisa, si aliter discerni non posit, eleuari debet ad solē, & interponi debet inter solem & oculos, & statim apparebit rasura illa.

Cautela ad dignoscendū rasuram.

Q Vam graui. Primo ponit admirationem. Secundo ibi, Cū scire. in tribus quæ sunt de stylo curiæ informat, & primo reducit ad propositū. Tertio ibi, Propter q generaliter concludit. Abbas.

c Dictamine s̄. ca. proxi. in fi. Ber.

d In plurali. In his ergo, potest deprehendi falsitas, & de facili: quia facile est uidere, qualiter appellet episcopū uel inferiores, & cui loquitur in plurali. secundum antiqua tempora, hoc non seruabatur. Grego. enim loquebat̄ uni in plurali, & de se quandoque singulariter, quandoque pluraliter. supra de præscriptio. nihil. xxiij. distinct. communis filius. & xcix. dist. ecce. 2 sed hoc faciebat ex magna humilitate, & tunc erat talis consuetudo, sed illa immutata est. alij episcopi appellāt suos subditos fratres uel socios. viij. quæ. j. quid autem. & x. q. iij. cauendum & j̄. de exces. præla. ca. j.

2 Et xcij. dist. in sancta. Ioan. And.

† Sed hodie passī uocat filios Cardinales & episcopos. etiam de latere legatos. ut uidi ī bullis directis Antonius Prat. & alijs,

e Tam in bulla. Vt j̄. c. proxi.

A D falsariorū. Primo punit falsantes literas Papæ per se uel per alium. Secundo punit utentes literis falsis: ibi, Qui uero. Abbas.

f Examinent. Quod si non fecerint, in dolo esse uidentur. sine dolo enim, falsum non committitur. C. ad legē Cornel. de fal. nec exemplum. & affectatores ignorantiæ dici possunt. supra, de clandest. despon. cū inhibitio. 3 unde talis ignorātia crassa & supina potest dici. j̄. de cle. excommu. mi. apostolicæ.

Falsum sine dolo non committitur.

3 Et j̄. de temp. or. eos qui li. vj. Io. An.

g Dixerint. Potest suppleri, quod non probauerint: quia qui ignorantiam allegat, eam probare tenetur s̄. de elect. innotuit. maxime, cum hoc inquirere teneātur authoritate huius cōstitutionis: alias si probaret se diligentiam quam potuit & debuit adhibuisse, non esset ei imputandum ut dixi s̄. eodem. dura. quia iusta ignorātia excusat eum: quia non uidetur teneri, nisi postquā scit hoc. s̄. eo. dura. & infra, eod. c. proxim. Ex quo enim inquisiuit a peritioribus non est ei imputandum. xxvij. dist. §. ul. ff. de iuris & fac. igno. l. regula. §. j. in fine. fecit enim quod potuit. & xliiij. distinctio. Ephesijs. & diuinare non tenebat̄. sic infra, de exceptio. prælat. inter dilectos. ubi excusatur ignorantia.

Falsa-

rum quibus fuerat apposita uera bulla, cū aqua uel uino uniuersaliter abolita seu deleta, eadem charta, cū calce & alijs iuxta cōsuetum artificium dealbata, de nouo rescribitur. Septima, cum chartæ, cui fuerat apposita uera bulla, totaliter abolitæ uel abrasæ, alia subtilissima charta eiusdē quantitatis, scripta cum tenacissimo glutino coniungit. Eos ēt a crimine falsitatis nō reputamus immunes, qui contra cōstitutionem nostrā, scienter literas non de nostra uel bullatoris nostri manu recipiūt. Illos quoque, qui accedentes ad bullam falsas literas cautè proijciūt, ut de uera bulla cum alijs sigillentur. Sed hæ duæ spēs falsitatis nō possunt facilè comprehendi, nisi uel ī modo dictaminis uel in forma scripturæ, a uel qualitate chartæ b falsitas cognoscatur. In cæteris autem, diligens indagator falsitatē poterit intueri, uel in adiunctione filorum, uel in collatione bullæ, uel motione uel obtusione, præsertim si bulla non sit æqualis, sed alicubi magis tumida, & alibi magis depressa.

Idem Attinaceñ. episcopo.

Falsæ sunt literæ papales, in quib. episcopus uocatur filius, † uel inferior frater, uel uniscribitur in plurali.

CAP. VI.

Q Vam graui pœnæ subiaceat: & infra, Nos uerò literas quæ tibi sub nostro nomine præsentatæ fuerunt, diligentius intuētes in eis tam in continentia, quam in dictamine c deprehendimus falsitatem, ac ī hoc fuimus, admirati, quia tu tales literas a nobis credideras emanasse. Cùm scire debeas, aposto. sed. consuetudinem in suis literis hanc tenere, ut patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, fratres cæteros aūt, reges, principes, uel alios cuiuscunque ordinis, filios in nostris literis appellemus. Et cum uni tantum personæ nostræ literæ diriguntur nunquam ei loquimur in plurali d ut uos siue uester, & his similia, in ipsis literis apponamus. In falsis aūt literis, tibi præsentatis in salutatione dilectus in Christo filius uocabaris: cùm in literis quas aliquādo tibi transmisim⁹, te uidere potueris, a nobis fratrem uenerabilem appellatū. Propter quod si literas aposto. studeas intueri, tam in bulla, e quam in filo & charta, quam in stylo, quod ueras pro falsis, uel falsas pro ueris literis modo aliquo non admittas.

Idem.

Qui p se uel per alios literas Papæ falsant, excōicati sunt cū suis fautorib. & clerici officijs & beneficijs priuati sūt, et degradandi, et tradendi curiæ seculari per quam laicus legitimè punitur. Qui uerò falsis literis utitur: si clericus est officio et beneficio priuatur: si laicus excōmunicatus est. hoc dicit.

CAP. VII.

A D falsariorum confundendam malitiam: & infra. † De communi fratrum nostrorum consilio, duximus statuendum, ut qui literis nostris uti uoluerint eas primò diligenter examinent: f quoniam si falsis literis se usos dixerint g ignoranter, eorum sera pœnitentia euitare ne quibit pœnas inferius annotatas:

† Matth. afflic. dec. Neap. 3.

d Nullatenus eximantur. Sic. ĩ. e. tuarũ. & ca. pe. & hoc ideo, quia per confraternitatem talem, non sunt conuersi illorum nec oblati, sed aliquam remissionẽ consequunt. ut. ĩ. e. ut priuilegia. unde dixit. omnino non reddiderint. & ita remanent de iurisdictione episcoporum. alias pro tribus uel quatuor denarijs, posset quis eximi a iurisdictione sui episcopi, ꝙ esset iniquum. ĩ. eod. ut priuilegia. §. hoc autem.

e Priuilegiorum. Sic ĩ. e. porro. in fi. & ideo non debẽt habere fructũ illorum, ex quo ea nõ seruãt. ĩ. eod. tuarum. & ca. petistis. & capit. ut priuilegia. xj. q. iij. priuilegiũ. & ita per abusum siue per delictũ, perditur priuilegiũ, quare subiacebunt propter hoc interdicto episcoporum: ut in fi. sequit. si. ś. de hæreti. ad abolẽdam. in fi. ubi de hoc.

f DIlecti. Non uultis. Vnde possunt cõueniri: quia iustitiã facere nolunt. uigesimasecunda quæst. ij. dominus. & in authent. ut di. iud. §. pen. & ulti. col. viij. & uigesimatertia quæstio. v. administratores. & sic iudex facit litem suam, propter dolum suũ, & etiã propter alias culpas 4 ut ff. de iud. filiusfamilias.

g Contemnentes. argumentum contra iudices qui probationes diligẽter non attendunt argumentum xxx q. v. iudicantem.

h Decurtabimus. Non enim sunt ei sua iura seruanda, qui ius alienũ uiolare non metuit. lxxiiij. distinctione. ubi. & uigesima quinta quæstiõe secunda, sic decet. & de mu. pe. capitulo primo & secundo & argument. xcv. distinct. esto subiectus & ꝙ quisq; iuris in alterum statuit, uti debet eod. supra, de constitu. cum omnes. & ecclesiasticus ordo confunditur. si cuilibet ius suum non seruatur. undecima quæstione prima, peruenit. Inspiciantur ergo priuilegia istorum: & secundum quod ibi continetur, ita obseruetur infra, eodem. porro. & ita tanquam cõtemptores & negligentes punientur. Ber.

1 Vt no. ś. de cle. exc. min. ꝑposuit. Ioan. An.

2 Ad idẽ de sen. ex cõ. cõstitutione. ĩ li. vj. uide ꝙ dixi ś. de præbẽ. in Latera. nẽ. in prĩ. Io. And.

† Et sic hic §. loquit qñ in tꝑalibus tñ ad eos spectãt, q̃ a tꝑalia spectãt ad ius & ad proprietatẽ eorũ, alias nõ posset exigere rationẽ: sed si spectarẽt etiã in spiritualibus possent dare institutionem tituli collatiuã nõ tamen autorisabilẽ, nisi haberent populũ exẽptũ, & ĩ eo iurisdictionẽ episcopalẽ ut no. doc. in c. unico. de capel. monach. ĩ vj. Phil. Dec. c. de monachis. colum. iij. de ꝑbẽ. Fran. Are. cõsil. lxiij.

3 Quia nec hoc põt confirmatus in epm non cõsecratus ut patet ś de ele. trãsmissa. Io. And.

4 Non putat Hosti. hoc casu, qđ iudex ĩcurrat pœnã cõstitutionis de re iudi. cũ æterni. cũ illa puniat faciẽtẽ ñ negligẽtẽ alle. in cõtrariũ, de simon. nemo. & qđ ibi not. dicit tñ primũ tutius alias infiniti negligentes illaquearẽtur. cõtrariũ tenuit de appel. legitima. lib. vj. Io. And.

AD hæc. Et iam priuilegiati, qui sepeliunt mortuos excommunicatos, eos extumulare tenentur. hoc dicit. Abbas Siculus.

a Sepelierint. Ita communicando eis in morte, inciderunt in excommunicationem: quia cui nō communicamus uiuo, nō communicemus & mortuo. xxiij. q. ij. c. j. ij. & iij. & s̄. de sepul. sacris.

b Eijciant. Si potuerint discerni ossa eorum, ab ossibus fidelium, alias non. s̄. de sepul. sacris. & nisi forte tales fuerint, qui petierunt absolui, & per eos non steterit, quo minus fuerint absoluti: & qa post mortem sunt absoluēdi. j̄. de sen ten. excõ. a nobis. ij. & factũ suũ isti emendare tenent̃. si. lv. dist. pœnitentes. [1] alioquin archiepiscopus hoc faciet in eorum opprobrium. Ala.

[1] Et s̄. de elec. nost. secundum Go. Ioan. And.

c Si de terra. xxx. annos. argum. contra. s̄. de præscr. de quarta. xvj. q. iij. c. placuit. §. quas actiones. & est expressum. j̄. eo. accedentibus. ubi tantum xl. annorũ spatio perditur priuilegium. ubi de hoc.

d Tēpore. Sic patet, quòd priuilegiũ perditur, nisi quis utat̃ eo. j̄. eo. accedentibus. sic ēt leges per dissuetudinem abrogantur. ff. de legibus. de quibus. multo fortius priuilegiũ [2] quia res de facili ad suã naturã reuertitur. ff. de pac. si unus. §. quod si non totum. sed ꝓpter hoc quantum ad alios, non perditur.

[2] Quod facilius ꝑditur quam ius cõe. C. ad Vel. antiqua. secundum Phil. Ioã. And.

e Renuntiare. Sic infra eodem. accedentibus. & supra, de reg. ad apostolicam. & capi. statuimus. vj. q. j. quam periculosum. & remittentibus actiones suas, non est ulterius regressus ad eas. ff. de ædili. edic. l. quæritur. §. si uenditor. argu. contra. s̄. de foro comp. si diligenti. ubi plene de hoc tractatur.

POrro. Priuilegiorum tenor inspiciendus est & seruandus. hoc dicit. Et potest exemplari text. per c. nuper. s̄. de decimis. Abb.

ecclesiæ Roma. scriptis authenticis obuiare minime timeatis.

Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

Etiam priuilegiati, non possunt admittere excommunicatos, ad sepulturam: & si admiserint, debent inde eos eycere, et si non fecerint, episcopus supplebit. CAP. V.

AD hæc: & infra. Mãdamus quatenus hospitalarijs præcipias, ut si quos in excommunicatione defunctos, i cœmiterijs ecclesiarũ sepelierint a eos extra cœmiteria eijciant, b quod si facere noluerint, tu hoc de his quos in excommunicatione defunctos esse constiterit, exequaris.

Idem abbati & monachis sancti Andreæ Cisterciñ. ordinis.

Contra priuilegium ecclesiæ præscribitur spatio xxx. annorum, hodie uero xl. ut infra, eo. accedentibus. CAP. VI.

SI de terra quàm habetis in parochia canonicorum de Plautio, ꝑ xxx. annos c eis decimas ꝑsoluistis, eas sibi de cætero integre persoluatis. Licet enim priuilegiorũ Roma. eccle. beneficio fratribus Cisterciẽ. ordinis indultũ fuerit, qd' de laboribus suis, nullas decimas persoluere debeant, de priuilegio tñ indulto tanto tempore, d uobis detrahere uoluistis, cum liberum sit unicuique suo iuri renuntiare, e eoque modo non potestis uos in hac parte tueri.

Idem Ambiacen. episcopo.

De priuilegijs non est iudicãdum, nisi eorum tenore inspecto, & secundum continentiã eorũ, ab omnibus subditis sunt seruanda. CAP. VII.

POrro quãuis f templarij & hospitalarij multa sint libertatis prærogatiua donati, non dubitamus, quin aliã libertatē g habeant in locis, in quibus antequã peruenissent ad eos, fuerant habitatores, quod totum ex inspectione h priuilegiorũ, plenius aduertere potes: & secundum quod inueneris, ita obserues. Sic enim uos uolumus priuilegiorum suorum seruare tenorē, i † quòd eorũ metas, transgredi minime uideantur.

Idem I. aposto. sed. leg.

Per solutionem census, quæ fit Romanæ ecclesiæ, non probatur exemptio a iurisdictione episcoporum. CAP. VIII.

REcepimus literas quas de ecclesijs cēsualibus direxisti. Cæterum, diligentiam tuam uolumus non latere, quòd sicut non omnes, qui specialiter beati Petri iuris

f Quamuis. Id est, quia in antiqua erat, quoniam & melius. simile supra de iureiuran. quēadmodum ibi quamuis interdum &c. uel quamuis. sed proprie nõ uidetur stare posse.

g Libertatem. Supple quam in alijs, imo habēt eandem in his quã in alijs possessionibꝰ. hoc tamen deprehēditur ex eorum priuilegio: ut infra dicit. & ita res ad eos deuoluta censetur, eodem priuilegio cum alijs. ff. de usu. cũ quidam. §. si debitor. [3] & ff. de iu. fis. filius.

[3] Debitor priuari, q minores q̄ semisses usuras factus debitor fisci soluit semisses. Ioan. And.

h Ex inspectione & ita inspicienda sunt priuilegia, ad hoc ut sciat̃ quid contineatur in eis infra eodem. recepimus. & supra, de fide instrumen. accepimus. & in authen. de man. prin. §. si quis autē. col. iij. Et est argumē. quod iudex debet facere copiam rescripti partibus, ad inspiciendum, nec sufficit sola recitatio rescripti, quia falsitas posset ibi esse, quæ ex sola lectione deprehendi non posset. Et ex eo quod dicit. ita obserues not. non esse recedendum a forma uerborũ supra, de decimis, ad audientiam. & supra, de transla. inter corporalia. & ff. de lega. iij. non aliter. [4] Item argum. fines mandati diligenter seruandos. supra, de rescript. cum dilecta. ‖ Item argumentum, nulli esse credendum, qui dicit se habere priuilegium, nisi illud ostendat. supra, de offi. delega. cum in iure. & argument. ad hoc. xlij. distin. quiescamus. & c. di. contra morē. & j̄. e. cũ capella. B.

† Cepola cãrum ciuiliũ, cõs. ult. col. j.

[4] Vide de uer. signi. ꝓpterea. in glos. ij. Ioã. And.

i Tenorem. s̄. eo. cum & plantare. in fi. & j̄. eod. petistis. & priuilegium in sua forma tantum seruari debet, & non ultra extendi: alias priuilegium non defendetur in alijs. Ber.

REcipimus. Solutio cēsus, non probat quem exemptũ, nisi ex alio deprehēdatur, ut quia soluitur ad iudiciũ perceptæ libertatis. h. d. Primo ponitur consultatio. Secundo respõsio: ibi, cæterum. Ab.

existunt, annuatim apostolicæ sedi censum exoluūt, ita non omnes a censuales, ab episcoporum subiectione habētur immunes. Inspicienda b sunt ergo ecclesiarum priuilegia, & ipsorum tenor est diligentius attendendus, ut si fuerit deprehensum, quòd ecclesia, quæ censum soluit, specialiter beati Petri iuris existat, & ad indicium perceptæ libertatis, c census annuus cōferatur, non immeritò poterit speciali prærogatiua gaudere. Si uerò ad iudiciū perceptæ protectionis d cēsus persoluitur, nō ex hoc iuri diœcesi. episcopi, aliqd uidetur esse subtractū.

Idem.

Priuilegium uni concessum non potest ad alium extēdi: propter identitatem rationis. h. d. & solet quotidie allegari.

CAP. IX.

SAnè: & infrà: Temerarium e est & indignum, aliquem sibi sua authoritate præsumere, qđ Romana ecclesia, alicui (certa ratione f inspecta) singularibus g uoluit beneficijs indulgere.

In oratorijs priuatis campanæ publicè teneri nō possunt, et per religiosos, h. d. & tene mēti hunc textum, quia quotidie allegatur, & est in usu.

CAP. X.

PAtentibus literis certificari desideras utrum templarijs, hospitalarijs & alijs oratoria in domibus suis habentibus, liceat cāpanas in eis ponere, publiceq; pulsare. Respondemus autē consul. t. quod non licet h eis hoc agere, quin potius i p te per cēsurā eccl. app. re. coercendi sunt ut ita sint suo iure cōtenti, quod iustitiā non impediant k aliorū.

Inno. iij. archiepiscopo Lugduñ.

In tota prouincia, exhortationis officio priuantur hospitalarij qui mittunt pro eleemosynis cruce falsò signatos: et si missi sunt laici, excommunicātur: si sunt clerici, ab officio & beneficio suspenduntur, & eadem suspensione puniuntur qui ante reconciliationē in polluta ecclesia celebrāt: et suspēsi per episcopos exemptos absolui nō possunt: & fratres priuilegiatorum, qui ad eos se omnino non transferunt priuilegiati non sunt.

CAP. XI.

TVarum nos tenor edocuit literarum, ꝙ fratres hospitalis sancti Ioannis, laicos & illiteratos mittunt pro eleemosynis colligendis: & infrà. Cùm in quadam ecclesia baptismali, eis à prædecessore tuo collata, l quidā eorum percutiens uicarium sacerdotem, ipsam ecclesiā sanguinis effusione fœdasset usque ad reconciliationem, m diuina ibidē interdixisti officia cele

---

9 Omnes. Sicut Templarij, & hospitalarij, & Cistercieñ. a censum non soluunt Romanæ ecclesiæ sicut credo.

b Inspicienda. De hoc dictum est supra. c. prox.

c Libertatis. Vbicunque inueneris hæc uerba in priuilegijs, statim intelligas illos eē in toto exēptos a iurisdictione episcoporū, ut hic patet.

d Protectionis. Licet papa recipiat aliquos sub sua protectione, nō sunt propterea subtracti a iurisdictione episcoporum. j. eod ex parte. ij. & sic per cōfirmationem in forma communi non prçiudicatur episcopo loci. s. de confirma. uti. ca. ult. & quasi per totum argum. s. de maio. & obed. per tuas. Arg. contra. s. de cleri. peregri. c. ulti. quid ergo ualet talis protectio: certe parū, sicut parum ualet confirmatio, in forma cōmuni tamen aliqua reuerentia plus debetur illis, quam alijs. arg. decr. prædi. per tuas. & forte citius papa mouetur pro eis, cum iniuste grauātur ad litteras concedendas.

9 Dicit Host. ꝙ hi omnes nō sunt exēpti, licet ī multis sint priuilegiati, p Cisterciēsibus ꝓbat s. de simon. ne dei. & sup. neg. pla. c. j. de tēplarijs & hospitalarijs de uer. sig. ueniēs. li. vj. puto ꝙ glo. respexit factū. Host. ꝟo ius scriptū. Io. An.

SAne. Priuilegiū nō extenditur ad personas, in eo non expressas. h. d. Abb.

e Temerarium. Hoc ideo dicit, quia quæ per priuilegiū conceduntur, non debēt trahi ab alijs authoritate propria in exemplum: ut hic, & xvj. q. j. hinc etiā, quia priuilegia communē legem non faciūt. xvj. q. ij. non exemplo. s. de cōces. præben. constitutus. in fi. ff. de consti. prin. l. j. C. de legi. l. leges. in fi. & vij q. j. petisti. & arg. c. di. contra morē. Arg. contra: quia quod uni personæ conceditur, cæteris denegari non debet. v. di. ad eius uero. & iiij. dist. denique. non sunt contra quia loquuntur de cōmuni iure. quod enim de iure communi conceditur, omnibus concessum intelligitur: secus de iure speciali, in quo casu loquuntur

Vel temeritate.

primæ concordantiæ. Ber.

f Certa ratione. Not. ꝙ priuilegium non est dandū nisi certa ratione inspecta: 3 ut vij. q. j. petisti. & non subdito, sed cum magna deliberatione. xxiij. dist. communis filius. & xvj. q. j. in parochia.

3 Facit ad hoc ꝙ no. Bar. in l. j. C. de colla. lib. x.

g Singularibus beneficijs. Id ē priuilegijs, quæ singularia sunt & priuata a lege cōmuni. iij. di. priuilegia. Ber.

h PAtentibus. Non licet. Nec etiam missas ibi celebrare. & cō sec. dis. j. unicuiq;. & c. clericos. & c. si quis.

i Potius per te. arg. quod exempti si excedant metas priuilegiorū, siue publice deliqrint ꝙ possint ab episcopis coerceri. 4 arg. j. eo. c. proxi. ubi de hoc ar. opti. s. de statu reg. c. recolentes. Ber.

4 Dicit In. & Ab. ꝙ hoc iō: quia licet ꝑsonę sint exemptæ, ipsorū oratoria uel ecclesiæ non. uide s. e. recepimus. super j. glo. Io. An.

k Non impediāt. arg. quod papa sic indulget priuilegium, ut non lædat siue impediat iustitiam aliorum. ff. ne quid ī loco publi. l. ij. §. si quis a principe. & s. de usu pal. ex tuarum. xj. qō. iij. si quis uero non obediat. xxij. q. ij. primum. & ff. de condi. indeb. nā hoc. & s. de cōsue. cum olim. & s. de eccl. ædi. ad audiētiam. ij. Ber.

TVarū nos. In prima ponit querela & cōsultatio. in secunda responsio: ibi, uerū, & in prima ponuntur quatuor excessus istorum hospitalariorum. Abb.

l Collata. Non pleno iure: ut j. patet.

m Ad reconciliationē. Per aquā benedictā, cū uino & cinere, & p episcopum tantum, & nō per simplicē sacerdotē. s. de consecr. eccle. uel alta. prosuisti. & c. aqua.

Sed nōne ex priuilegio saltem semel in anno, possent ibi celebrare ante recōciliationem?ut s. c. cū & plantare. §. quod si. & j. e. c. ut priuilegia? Dicas, quod priuilegiū non extenditur ad hunc casum, quandiu fuerit sic execrata: ut j. e. c. ibi, donec recōciliata fuerit &c.

brari: sed nihilominus, ipsi in ea diuina officia celebrarunt. Alios uerò presbyteros ab officio suspensos, per episcopos suos, cùm sint laici, ad diuina officia restituunt exequenda. Quosdam præterea, qui cùm uxoribus suis, in domibus proprijs commorantur, eo quòd eis de suis aliquid conferunt annuatim, ita emancipare [a] contendunt ut aliquibus secundum legem terræ de sibi obiectis, respondere minimè teneantur. Verùm quia priuilegium amittere [b] meretur, qui permissa sibi abutitur potestate. f. t. mãdamus, quatenus si quos clericos aut laicos à dictis fratribus pro colligendis eleemosynis, cruce falso signatos [c] inueneris, his à quibus ipsos missos esse constiterit, per totam prouinciam suam, exhortationis [d] officiũ interdicas, missos, si laici fuerint, excommunicationis mucrone percellas: si clerici, ab officio beneficioq; [e] suspendas, nullo prorsus priuilegij [f] beneficio, uel appellatiõis remedio præualẽte, Eos uero, quos in prædicta ecclesia lege tibi diœcesana subiecta, post interdictum tuum diuina celebrare cognoueris, eadem pœna suspensionis [g] inuoluens, in ea (donec reconciliata fuerit) offi-

& quia hoc est interdictum iuris & non hominis: qui celebrat in tali ecclesia, nõ est suspensus nec irregularis. [1] hic tñ ecclesia fuit interdicta a iure. & ab homine. & sic diuersa est hæc pœna. arg. s̄. de cleri. excõ. mi. si celebrat. & c. postulastis. §. quæsiuisti. Ber.

[a] Emancipare. i. liberare de potestate episcoporũ. [2]

[b] Admittere. xj. q. iij. priuilegium.

[c] Signatos. Per hoc patet, ꝙ licet portet aliquis habitũ regularẽ, non obligatur dummodo constet, ꝙ non animo obligandi hoc faciat, ut isti faciebãt: quia in tali casu habitus non facit monachũ. s̄. de reg. porrectum. arg. contra s̄. eod. tit. statuimus. Sed illud uerum est, cũ constat, quod animo uouendi habitum recepit professorum. Nec obstat xxvij di. quod interrogasti. & s̄. de regula. uidua. xx. q. j. quem progenitores quia illa itel ligebãtur olim qñ ab initio factũ erat ambiguum. Et per hoc uidetur solui quæstio de eo, qui simulando se monachum corrupit monialem, quia non est compellendus ad monachatum, [3] alias tamẽ puniendus est exilio, etiã si iocose schemate monachi usus est. in auth. de san. epis. §. ult. col. ix.

[d] Exhortationis. Id est prædicationis.

[e] Beneficio. Puniuntur enim isti, tanquam falsarij. s̄. de cri. fal. c. ij. laici enim excommunicantur. eo. tit. ad falsariorum.

[f] Priuilegij beneficio. Sic ergo uidet̃, quod ordinarius posit punire exemptos cum publice delinquũt quia hic priuantur officio & beneficio nuntij istorũ, & ipsis interdicitur officium exhortationis ab ordinario. & s̄. de hære. ad abolendã in fi. Sed ibi dicitur tanqam a se. apo. delegatus. unde non uidetur quod iure suo & ratione delicti sortiatur quis forum. vj. q. iij. placuit. & s̄. de fo. cõpe. c. ulti. & iij. q. vj. ubi causa agatur. & s̄. eod. cum & plantare. in fi. & s̄. c. proxim. & ratione delicti perditur priuilegiũ, ut hic dicitur & xj. q. iij. priuilegium. Item reatus omnem honorem excludit. C. ubi sena. uel clarissimi. l. j. & in qua prouincia quis deliquerit, illic iuri subiaceat, omni priuilegio cessante. C. ubi de cri. agi. opor. auth. qua in prouincia. nec enim prætextu priuilegij flagitiorum crescit authoritas. [4] C. de priui. scho. l. ij. li. xij. & remissio peccatorum, non dat licentiam delinquẽdi. j. q. vij. exigunt. de pœ. di. iij. sane. Et dicit imperator, nõ permittas delinquentes, aliquibus priuilegijs uti. in auth. de manda. prin. §. ꝙ si delinquentes colla. iij. Sed cõtra uidetur, ꝙ non possint illos punire. xvj. q. j. frater noster. & s̄. de sup. negli. præla. sicut nobis. & j̄. eo. cum capella si enim tales possent puniri, ut alij inutile esset eorum priuilegium. Itẽ proconsul non potest se intromittere de causis fiscalibus, qui est maior omnibus post principem. ff. de offi. procon. si in aliquã. §. ij. alias est lex. & incipit, nec quicquam. Vin. dixit, ꝙ ordinarius non potest interdicere eorum ecclesias. quãdo totã terrã subijcit generali interdicto. Sed contra hoc est s̄. de cõsue. cùm inter uos. & j̄. de uerb. signi. cũ in partibus. Sed uerius dicas, quod licet non possit interdicere illorum ecclesias, ipsi tamẽ de iure cõmuni tenẽtur seruare iterdictũ generale ut dicunt iura duo proxima, alias posset illos punire. s̄. c. ꝓxi. cum publice delinquũt. Item pro leuib[9] & minimis causis, nõ possunt episcopi se intromittere, nec excõmunicare eos: uel si aliquis illorũ esset infamatus, non potest compelli ut se purget. Nam papa, nihil aliud eis cõcessit, nisi quod eos filios suos fecit, [5] sed in alijs cũ publice delinquũt. non abstulit eis iurisdictionẽ: alias nihil aliud esset, nisi dare materiã delinquẽdi: & qđ possint puniri qñ publice delinquunt: hic patet, & s̄. cap prox. & hoc idem dixit Tancr. alij dicũt, quod nullo modo potest eos punire, & papa sibi hoc reseruauit. & hoc uolũt sic probare: papa bene scit, quod tẽplarij & hospitalarij & alij exempti, semper sunt in aliena parochia, & scit ꝙ delinquunt, & dicit quod non puniantur: ut per iura patet in contrarium allegata: & quia si aliqui dicuntur curiales: puniũtur ubi inueniuntur, nisi sint in armata militia: quia tũc conueniuntur sub magistro militũ, nisi habeãt priuilegium imperiale. C. ubi quis de curiali uel cohortali aliave condi. conueni. l. ij. & illustres nõ puniuntur nisi sub iudicibus a principe specialiter deputatis. C. ubi sena. uel clarissimi. l. iij. circa mediũ Ioan. distinxit [6] ita si priuilegiatus deliquit, circa rem non exemptam: ut in contractu uel maleficio occidendo hominem uel adulterãdo, tale delictũ potest punire episcopus loci: quia si persona sit exempta, res tamen in quam deliquit, non est exempta: & ita quasi ratione rei, in quam deliquit, sortitur quis forum &c. s̄. de fo. compe. c. ult. si uero deliquit circa rem exemptam. puta male gerendo se in officio suo uel alienãdo res ecclesiæ, [7] tunc a solo papa punitur: quia in his exemptus est. ubi enim factum eorum præiudicium affert non exemptis, ibi bene punit eps eos, secus si nõ tangit: & hoc probatur satis. j̄. eo. cum capella. Si uero aliud specialius in priuilegijs suis, in uenitur illud seruetur. s̄. eod. c. porro. Inn. pa. statuit, quod exempti subsint ordinarijs, ratione delicti siue contractus: aut ratione rei de qua contra ipsos quæstio mouetur: & coram eis possunt conueniri. sed si delictum commissum sit in loco exempto, siue contractus initus, aut res litigiosa sit in loco exempto: tunc nõ possunt cõueniri corã ordinarijs [8] ut dicitur in quadã cõstitutione Inno. quarti, eo. ti. uolentes. li. vj.

[g] Pœna suspensionis. s. officij & beneficij: & potest hoc referri ad factũ, cũ de iure sint suspensi, uiolando temere interdictũ, prout notatur. s̄. de exces. præla. c. ulti-

[1] De hoc j̄. de sent. excõmu. is qui. lib. vj. Io. An.

[2] Quia emãcipari ꝓprie est patriã potestatem exire secũdũ Go. Io. And.

[3] Manachatũ. & bene ut not. s̄. de regula. c. ut clerici quamuis. Pan. hic distĩguat forum pœnitẽtiale ab externo.

Monachũ se simulãs ut monialem corrũpat, an sit ad monachatũ cõpellẽdus. Exempti. an possint p ordinarios puniri.

[4] Ne publica uacillet utilitas, ut ibi. Ioan. And.

[5] Non est uerũ: quia p hoc nõ essent exẽpti, sj priuilegiati, j̄. e. si papa. §. similiter. & de uerb. sig. ueniẽs j. resp. li. vj. Io. An.

[6] Hic & vj. q. iij. c. ult. & Vincen. in secundo appa. & Phi. Io.

[7] Vel nõ deserẽdo habitum. Inno. hoc no. s̄. e. recepimus. Io. An.

[8] Hoc te[illegible] ad summã. tit. §in. Io. An.

.cia non permittas celebrari diuina: presbyteros etiã ſuſpẽſos ab epiſcopis ſuis & per dictos fratres ad officia ſua temere reſtitutos in eandẽ ſententiã ſuſpenſionis reducas. a Illos uero quos ad reſpondendum alijs, ſecundũ legem terræ pro præmiſſa cauſa aſſerunt non teneri, nolumus excuſari, b quin eos ad reſpondendum (ſublato appellationis impedimento) compellas.

Idem abbati & conuentui ſancti Petri Eugu.

Cõtenta in instrumento perdito probari poſſunt per teſtes qui illud perlegerũt, ſi deponũt de tenore: & quod erat ſine uitio † h.d. Et non eſt alibi caſus ita clarus.

CAP. XII.

j CVm olim eſſemus apud Peruſiũ conſtituti, & tu fili abbas priuilegiũ Lucij c papæ nobis præſentans poſtulaueris innouari propter contradictionẽ Eugubiñ. epiſcopi aſſerẽtis, hoc in ſuũ præiudicium, redundare, non fuit effectui mancipatum: & infra. Te igitur & præfati epiſcopi procuratoribus in noſtra præſentia conſtitutis, B. Baſilicę. xij apoſtolorũ presbytero cardi. dedimus in mandatis, ut ſuper amiſsione ac tenore priuilegiorum, teſtes reciperet, quos duceres producendos, qui fideliter redegit in ſcriptis depoſitiones. x. teſtium iuratorum: quorum depoſitionibus publicatis, dicti procuratores, ad producendos teſtes per quos inductos a parte aduerſa repellerent, inducias poſtularunt, quas ſub eo tenore illis duximus cõcedendas, ut apud ſed. apoſt. probarent, quæ uellent, ubi onus d probationis pars altera ſubijſſet: & infra. Nos uero tam depoſitiones teſtium, quam aſſertiones quorundam fratrũ e noſtrorum, liquido cognoſcentes talẽ dicti priuilegij fuiſſe tenorem, ꝙ uidelicet cœnobium ueſtrũ nullo mediãte ad Roma. eccle. pertineret, & quòd non liceret alicui epiſcopo, eidem monaſterio & eius eccleſijs excõmunicationem indicere, ut fratres illic domino ſeruientes, ab omnium poteſtate liberi, Romanæ eccleſiæ libertatis gratia potirentur, & quod nulla in eis mentio diœceſani f epĩ habebatur: illud etiã attendentes, quod cum tu filij abbas tempore Celeſtini prædeceſſoris noſtri, ad ipſius præſentiam acceſsiſſes, ipſe inſpectis eccleſię tuæ priuilegijs te (licet excõmunicatus ab Eugubiñ. epiſcopo dicereris) tanquam non ligatum g admiſit ad oſculũ (quod præſumitur non feciſſe: niſi monaſterium ueſtrum cognouiſſet ad Roma. eccle. ſpecialiter pertinere) decernimus priuilegium illud Lucij papæ, quod ſine reprehenſione h bullæ, chartæ uel literæ apparebat, quãdo fuit nobis oſtenſum, illius fuiſſe tenoris, cuius per depoſitiones teſtiũ, & aſſertiones fratrũ noſtrorum noſcitur extitiſſe,

Idem Cathalañ. electo & abbati trium fontium.

Innouatio priuilegiorum † nouum ius non tribuit, ſed antiquum cõſeruat. hoc dicit, quo

† Philip. Decius. c. qm̃ cõtra falſam. in fi. de ꝓba. & ĩ auth. ſi qs in aliquo documento. n. 28. C. ad' edẽ. Fran. Purpu. l. j. nu. 177. & ibi Frã. Ri. nu. 81. cũ ſeq. ſi certum pet.
‡ Debent imo nõ debent compelli. Pa. hic.
§ Opponebat Ho. nõ debeř diœceſano ꝑiudicari, ubi ã ipſo non fiebat mẽtio ſ̃. de cõfir. uti. uel inuti. c. fi. de deci. dudũ. Rñdet illud uerũ ĩ cõfirmationib. ut ibi: & in cõmiſsionibus. de offi. dele. ſuper eo. & indulgẽtijs. ꝑ quę aliqd ſpeciale cõcceditur, dũmodo aliquid exinde conſequať priuilegiatus ut p; ĩ eo quod not. ĩ. c. paſtoralis. & c. in his. niſi ex qualitate cõceſſionis, uel ex intẽtione cõcedẽtis, aliud perpẽdať. de conceſ. preb. quia cũctis. §. nec ẽt. & §. ex parte. lib. vj. Ioan. An.

ulti. in magna no. ſed ſi ſcienter celebrarent poſt interdictum iuris, debẽt ſuſpendi, & tunc proprie dicitur ſuſpendi. Ber.
a Reducas. Id eſt oſtendas illos, ab eis non fuiſſe abſolutos: hoc eſt, ſicut de facto fuerũt abſoluti, ita de facto reduces illos in eandẽ ſententiã.
b Nolumus excuſari. ſic ſ̃. eo. cum & plantare. §. pe. & ĩ. eo. c. pe. Tan.
CVm olim. Priuilegiũ deꝑditũ. docto deperditione & eius tenore per teſtes innouatur. h.d. uel aliter & ſic: Priuilegium perditum de cuius ueritate & tenore & perditione cõſtat ꝑ teſtes poteſt innouari. h.d. & eſt caſus not. In prima parte ponitur proceſſus narratio. In ſecunda definitio: ibi nos. Abbas Siculus.
c Lucij. Quòd poſtea fuit amiſſum, ut ĩ. ſequitur.
d Onus. Ideo enim iſti apud ſed. apoſto. teſtes ſuos producere debẽt: ‖ qa pars altera, ſuos etiã ibi ꝓduxit, ut ſic hincinde ſeruet æqualitas.
e Fratrum. Iſtis non creditur, tanquam teſtibus cũ iurati non fuerint: quia inducti non fuerũt in teſtes: ſ; quia ipſi uiderant priuilegiũ, credit eis papa, tanquam fratribus ſuis & honeſtis uiris: licet non probationem, ſed præſumptionẽ inducunt, & coadiuuant teſtes inductos.
f Diœceſani. Et iõ nullum ius reſeruauit ipſi epiſcopo, in monaſterio illo ex quo uerba plenę exẽptionis continebantur in priuilegio illo: ‖ ut patet. & ar. ſ̃. eod.

recipimus.
g Non ligatum. cum non eſſet iudex ſuus. ſ̃ de conſue. ad noſtram, & ij. q. j in primis. & ſic ipſo facto, denũtiauit ipſum nõ ligatum, & ſic ſententia a non ſuo iudice lata ſeruari nõ debet. ſ̃. de iud. at ſi clerici. arg. cõtra ĩ. de ſenten. excom. cum deſideres. §. j. & capitulo ult. & c. ſi aliquando. ubi de hoc.
h Sine reprehenſione. hoc eſt notatu dignum, quod ſi aliquis uult probare amiſsionẽ iſtrumenti, oportet qd' plura probet uidelicet tenorẽ inſtrumenti: & præterea ꝙ ſit ſine aliquo uitio, quo poſſet argui falſitatis: ut hic patet, & argu. C. de fide inſtr. l. ulti. Sed nunquid legatus põt probare pari ratione amiſſionem inſtrumenti ſuæ legationis? Dico ꝙ non. ſ̃. de offi. delega. cum in iure. argumen. C. de mãd. prĩ. l. una. quia nõ eſt aliquis ibi ſuperior, corã quo fieret probatio: alias tamen ſi honeſtus & notus eſſet: poteſt & debet ei credi. ‖ ar. xcvij. di. nobiliſsimus. Item quandoque ſufficit probare tantum amiſsionem inſtrumenti, licet alia ratio non probetur. C. de ꝓba. ſi de poſſeſsione. ſed hoc eſt in odiũ illius qui fuit inſtrumentum furatus: alias nõ ſufficit probare ſolã amiſsionem. ut hic patet, & C. de teſt. teſtium in fi. Item ſi inſtrumẽtũ fuit exhibitum in iudicio, & ei fides eſt impoſita, ſi poſtea perdatur adhuc poteſt aduerſarius inſtrumentum reprobare, præſtito tamen iuramento, ꝙ mal

‖ Vbi nullũ fit præiudicium ut no. ĩ. ď ſent. exc. ſicut ĩ ulti. gl. Io. Andr.
† In qua debẽt partes uocari. ſaltem per ꝓclamã. Alex. cõſi. cxij. nu. 1. li. 4. cõſ. cl. co. j. li. vj. & ſpecialiter qñ certi ſunt. Alex. cõſi. cvj. nu. 14 cũ ſeq. li. v.
Inſtrumẽti perditio qualiter probatur.

ad titulum.

CAP. XIII.

j EX parte abbatissæ ac sororum Iotreñ. ecclesiæ extitit intimatū, quod Meldeñ. episcopus cōmissionis occasione cū iusdam, per literas ad iudices delegatos obtentæ (in qua nulla mentio [a] habebatur de ipsarum priuilegijs, quæ illas & earum ecclesias, clerum & populum Iotreñ. ad aposto. sed nullo mediāte spectare declarant, quorū ipse, nō erat ignarus [b]) eas incepit grauiter molestare obedientiam ab ipsis, a clero & populo Iotreñ. subiectionem omnimodam requirendo: & infra. Verum cum iudices, ipsas ualde grauarent, ad appellationis beneficium conuolarunt: & infra. Sed iudices appellationi non deferentes, nec fragilitati sexus compatientes earū, in abbatissam excommunicationis, & in clerum & in populū Iotreñ. interdicti sententias protulerūt. Sane cum iam nuntij Iotreñ. ecclesiæ prædicta & alia in nostra præsentia retulissent, priuilegium nobis apostolicum ostenderunt, per quod ecclesiam Iotreñ. constabat ad Romanam ecclesiā specialiter [c] pertinere. Nos autem, eosdē nuncios pp appell. prædictā diutius detinētes, quia tandem nullus apparuit idoneus responsalis, qui partem defensaret aduersam, priuilegium apo. sed ecclesiæ Iotreñ. cōcessum duximus innouandum, [d] ita tamē, ut per innouatione ipsius, eidem ecclesiæ non puls iuris accrescat, quàm per priuilegia prædecessorum nostrorū obtinuit: cum per hoc nō nouum ei concedere, sed antiquum [e] ius conseruare uelimus.

Idem Colubrien. episcopo.

Ecclesia utens duplici priuilegio exemptionis, licet succumbat ex uno, potest nihilominus ex alio se iuuare & obtinere: nec tenetur exemptus promittere obedientiam diœcesano: uigore tamen exemptionis, non potest sine licentia diœcesani, ecclesiam construere in loco nō exempto: & si exemptus de facto, in loco non exempto construit ecclesiam, cedit iuri episcopi.

CAP. XIIII.

ij CVm olim propter quæstiones quas aduersus priorem & canonicos monasterij sanctæ crucis habebas: pro quibus, ad audiētiam nostrā fuerat appellatum, [f] moram feceris longiorē, quia pro parte altera nullus cō paruit responsalis, eisdē certum terminum duximus præfigendum, [g] in quo uenirent uel mitterent super priuilegijs omnibus & libertatibus, quæ a Romanis pontific. uel ab M. quodā Colubrieñ. episcopo se habere dicebant, & super alijs quæstionibus, aduersus eos a Colubrieñ. ecclesia intentatis definitiuam [h] sententiam recepturi: & infra. Interim autem, utriq; parti liceret corā dilectis filijs T. de Alcobatia & de Sarra abbatibus, & F. monacho [i] Alchobatiæ i q-

malitiose hoc non opponat. C. de fide instru. l. ult. Si quęras qualiter probatur perditio instrumenti: Dic q per iuramētū [1] illius, qui perdidit. argu. prædi. l. prox. sic & amissio aliarū rerū probat per sacramentū. C. unde ui. si quando. & s. qđ me. cau. c. ult. & ij. q. j. i primis. & hac eadem rōne uidetur, q si impetrasti literas ad delegatos, & eas amiseris, [2] si probas amissionē, & tenorem literarū, q fuerint sine aliqua falsitate, & sine uitio suspicionis per legitimos testes, qui discreti essent cognoscer literas de uitio falsitatis, posset dici quod postea pñt pcedere, arg. huius decr. B.

EX parte. Primo ponit appellantiū conquestio, priuilegij productio, & de ipsius innouatione, decisa petitio. Secunda ibi, nos autem. ipsius innouatio & præstatio. Abbas

[a] Nulla mentio. Vnde uidetur, q literæ non ualebāt. [3] s. de rescript. cū ordinem.

[b] Non erat ignarus. Vnde non uidebantur ualere literæ, cum ex certa scientia ueritas sit suppressa, & talis, qua expressa, literas non habuisset. s. de rescript. super literis. Vin.

[c] Specialiter pertinere. Et ita sentētiæ nō tenuerunt, tum quia post appellationem [4] tū quia specialiter sedi apostolicæ subiectæ sunt. [5] sic s. e. proxi. s. de relig. do. cum dilectus. uñ papa omittit alias sentētias tanquā nullas: ut s. capitulo proxi.

[d] Innouandum. Si contractum fuisset tali innouationi, papa non statim innouasset. s. cap. proxi.

[e] Sed antiquū ius. Nota ergo, q per innouationem nihil iuris acquiritur, sed antiquum reseruatur. arg. xij. di. præceptis. & s. de confir. uti. uel inuti. dilecta. & j. e. quia intētionis.

CVm olim. Habet multa dicta, Prima pars narrat factum. Secunda ponit definitionē: ibi, iudices. Tertia petitionē monasterij contra sententiam: ibi, tandē. Quarta ponit sententiā papæ, & primo interlocutoriā ibi, nos igitur. Secundo definitiuam ibi, distinguentes. Abbas Siculus.

[f] Appellatum. Ex parte canonicorū.

[g] Præfigendum. ad instantiam episcopi.

[h] Definitiua. Hoc ideo dicit, quia iā processum fuerat in causa, ad plenū per iudices a quibus fuit appellatū. alias hæc non haberent locum.

[i] Monacho. Nota quod causa delegatur monacho. supra, de foro compet. conquestus. quod est uerū, expresso nomine monachatus, quo tacito nō ualerēt: quia per surreptionem essent obtētæ, qm̄ monachi a strepitu causarū, remoti esse debent. supra de syndi. capi. uno. unde oportet, qđ in literis fiat mentio de monachatu. supra de præscrip. cum ordinem. [6] & supra de confir. uti. porrecta. similiter nec procurator esse potest, etiā pro utilitate monasterij sine licentia abbatis. decima sexta quæstione prima. monachi. & c. de præsentium. abbas tamen potest esse procurator. supra de censi. sopitæ. & supra de transact. contingit. hodie non committitur causa a papa, uel ab eius lega

[1] Iuramētum iunctis cōiecturis. Pa. Hēri. bohic.

[2] Si dicis per subtractionē aduersarij damas. hoc cōcedit, p prædictā l. si de possessiōe, alias nō. I. An.

[3] Valebāt Imo habebant. Pā. num. 5.

[4] Appellationé. hęc rō bona. si appellatio non fuit friuola. Panor.

[5] Id non releuaret a sñia delegatorū papæ: uñ primū teneas secū dum Hos. Ioā. And. Pan.

Monacho causa pōt delegari.

[6] Secūdū Vin. idem Innocē. & Host. Ioā. Andr.

bus a causa prius fuerat delegata, proponere ac probare, si quid aliud proponendum duceret ac probandum: b & infrà. Iudices autem sufficiẽter actũ esse de causa credentes, monasterium sanctæ crucis in expensis c quas per quadriennium occasione huiusmodi negotij iuraueras d te fecisse damnarunt, infirmantes sua sententia libertatem quam dictus M. Colubrieñ. episcopus contulerat monasterio sanctæ crucis, canonicorum assensu, per portarium regis extorto. e Præterea quia idem M. prædecessor tuus, fuerat canonicus regularis & duo milia marabatinornm quæ acquisierat, in episcopum iam promotus monasterio dederat memorato: ipsum ad restitutionem f eorum, iudices cõdemnarunt. Insuper ecclesias omnes, quas monasterium præter episcopi Colubrieñ. assensum propria authoritate fundarat (quia pars sanctæ crucis nec præscriptione, nec defensione alia probationibus contra se factis obstiterat) iudicarunt in ius Colubriensis ecclesiæ cum fructibus medij temporis, reuocari: g & infrà. Tandem procurator monasterij proposuit sententiam non ualere, nec tenere. h Quòd si alias etiam sententia memorata teneret, quia tamen monasterium fuit indefensum, nec exhibita fuerant coram eis priuilegia libertatis (ne delictum personæ in damnum ecclesiæ i redundaret) debebat ad exhibitionem priuilegiorum suorum admitti: quod sibi concedi de solita benignitate se. aposto. postulauit. Nos igitur attendentes, quòd eadem priuilegia nõ solummodo pro libertate monasterij faciebant, sed etiam exprimebant ius nostrum: & ecclesiæ Romanæ iustitiam tuebantur ne in nos monasterij læsio redundaret, ad priuilegia exhibenda, partem eius de gratia k duximus admittendam: & infrà. Distinguentes itaque, inter libertatem per prædictum episcopum ecclesiæ ipsi concessam, & libertatem quam ei longè ante tempus ipsius episcopi apostolica sedes indulsit, quia nobis constitit extortum fuisse in episcopi concessione canonicorum assensum, & concessionis paginam, in aliquot lineis habuisse rasuram l & subscriptiones m singulas fuisse singulis subscribentium manibus adnotatas, scriptum autem quod nobis exhibitũ fuerat, nec rasurã prætẽdere,

legatis nisi personis in dignitate 1 cõstitutis. uel canonicis in cathedralibus ecclesijs, uel alijs collegijs uenerabilibus ut in decre. Inn. iiij. in concil. Lugdunen. præsenti decreto. in rescrip. nec debet committi, nisi in ciuitatibus uel alibi, ubi possit haberi copia peritorum: ut ibi dicitur

a Quibus. Sed cũ appellatum fuerit ab istis iudicibus, quomodo debent, se amplius intromittere? Dic quod hoc fit de uoluntate partium, alias non compellerentur, & poterunt canonici appellationi renuntiare. sic supra de exceptio. significauerunt. & quia papa hoc mãdat, & quia non fuerunt prosecuti appellationẽ, perinde est ac si non appellassent.

b Ad probandum. & hoc additum erat in literis: ut si de partium procederet uolũtate, definitiuam sentẽtiã promulgarẽt, 2 ut probãt sequentia.

c In expẽsis. Quia pars monasterij. non fuit prosecuta appellationem: unde debuit condemnari in expensis s. de appella. sæpe. & c. reprehensibilis. De hac materia dicitur supra de dolo. finẽ certa quantitate expressa, & taxatiõe præmissa.

d Iuraueras. Probatio ista expensarum, per iuramentum solum fit, ut hic patet. & C. de iudic. sancimus. taxatione præmissa: ut eadem leg. & ij. quæstio. iij. offeratur. & s. de procu. constitutis, & s. quod met. cau. c. ult.

e Extorto consensus seu confessio per metum extorta non ualet. xv. quæstione. vj. capi. j. & ij. & C. de ijs que ui metusve causa fiunt. l. iij. & supra eodẽ titulo perlatum. & xxxj. quæstione secunda. Lotharius Bernardus.

f Restitutionem. Quia quicquid post suam consecrationẽ. 3 acquisiuit episcopatui acquisiuit. quare donare illa non potuit: quia, qui nihil habet: nihil donare potest. xviij. quæstione j. statutum. 4 liiij. distinct. abbati. & s. de iure patro. quod autem. in fine Ber.

g Reuocari. Nota quòd ecclesia sine authoritate episcopi, ædificari non debet, 5 etiam si sit aliquis exẽptus, de consecratio. distinctione j. nemo. & j. quæstio. ij. placuit. & in authẽtica, de eccle. tit. §. si quis autẽ. colla. ix. quod si fecerit episcopus ecclesiam ad suum dominium reuocabit: ut hic patet, nisi abbas illam præscripsisset: ut supra dicit. & xij. quæst. ij. apostolicos.

h Nec tenere. Forte dicebat sententiam latam contra absentem, non contumacem, unde nulla erat. iij. quæstio. ix. omnia. & ff. de re iudi. contra pupillum. sed hoc nõ erat uerum: ut hic patet per finem, ubi confirmatur sententia pro parte.

i In damnum ecclesiæ. xvj. quæstio. vj. si episcopum. & ff. quando ex fact. tut. leg. ob dolum uel culpam.

k De gratia duximus. Et sic de beneficio restitutionis. admissum fuit monasterium ad exhibenda priuilegia, quæ omiserat. s. de in integ. rest. auditis. & alijs plurib⁹ capitulis. sed iure cõmuni nõ admitteretur, prætextu illorum instrumẽtorum, & sibi imputet quod omisit. s. de re iud. inter monasterium. & c. sub orta. Tamen in causa appellationis bene audiretur de iure communi ad exhibitionẽ priuilegiorum: quia tunc possunt induci noua instrumenta, & noua exceptio opponi s. de fi. instru. cum Ioannes. & C. sen. rescin. non poss. l. ij. & C. de temp. appel. per hanc. & hic nõ fuit appellatũ a sñia: 6 quia si appellatum fuisset, non fuisset admissũ monasteriũ hac uia. quandiu. n. cõpetit ordinariũ auxiliũ, non datẽ extraor. ff. de mi. in causæ. ij. in prin.

l Rasuram. In loco suspecto. alias non obesset. s. de fide instru. ex literis. s. de relig. lo. cum uenerabilis.

m Subscriptiones. Ex hoc nõ deberet esse suspectũ:

1 Priori tñ claustrali cõmitti non potest: sed priori cõuentuali sic: licet non assumatur per electionẽ: ut in cõci. Vieñ. de rescrip. & si principalis. Io. An.

2 Similis cõmissio s. de rescr. ex parte decani. secundum Go. & Inno. alternatiue tamẽ dicit, quod alij fuerunt qui pronũciauerunt & dicit hoc patere in registro uel secundum eum, fuerunt ijdẽ iudices: sed processerũt autoritate prorogata & non secundæ remissionis: uel secundum eũ ut dicit gl. quod uidetur uerius secundũ Hos. & quicquid dicat Inno. quod registro nõ cõstat: secundum ipsum. Io. And.

3 Vel confirmationẽ & possessionem habitã. Io. And.

4 Ibi est casus. unde & Abb. olim miratus fuit de dño meo quod hanc disputauit quæstionẽ. Io. And.

5 In sua diœcesi, in loco non exempto: quod dic ut j. e. autoritate li. vj. Io. An.

Instrumẽta noua induci possunt in appellatiõis causa.

6 Hoc teneas: licet Io. Vincẽ. Go. & Phili. dixerint quod hic erat penitus aliud capitulum: cũ prius esset actũ solũ de libertate data per epm. Ioã. And.

quia, quot sunt subscriptiones subscribentium, tot diuersitates scripturarum debent esse: & dissimilitudo debet esse: ut patet ipso facto, per subscriptiones. uix enim possent esse similes. Quod singuli subscribere debeant, probatur. C. qui testa. face. pos. hac con sultissima. [1] Sed reprobatũ fuit hoc instrumentum, ex eo quod habebat rasuras in loco suspecto, & quod falsum uidebatur: q̃a scriptum aliud fuit exhibitum quod fuit eadem manu confectum & conscriptum: & ideo non fuit illi instruměto habita fides. sic s̃. de excep. cũ uenerabilis.

[1] Singuli testes subscribeř đbět, in testamento cæci. Ioã. And.

[a] Irritam & inanem. Ex hoc patet quod licet sententia per falsa instruměta lata nulla ẽ, interim tamẽ quãdiu nõ constet de hoc habetur aliqua s̃ de fi. instru. men. accepimus. ubi de hoc.

[b] Præscripsisset. Si allegasset præscriptionem nomine Romanæ ecclesiæ. s̃. de præscr. cũ ex officij.

[c] Cum ipsi de hac, Sed tantũ de libertate ab episcopo cõcessa, quæ nõ ualuit. & ita patet, ꝙ licet sentẽtia iudicis retractetur, non est præsumendum propterea contra ipsum quod aliq̃d fecerit fraudulenter, nisi in contrariũ probaretur. [2] ij. q. vj. hoc etiam placuit. Ber.

[2] Vt s̃. de fide istrumẽ. cũ Io. Io. An.

[d] Ad ius professionis. i. ad ius obedientiæ uel fidelitatis, quod est cõtrarium libertati. s̃. de simo. ne Dei.

[e] In cæteris. s. quo ad expensas, & in restitutione marabatinorum, & in restitutione ecclesiarũ: & sic sententia pro parte tenet, & pro parte reuocatur. sic s̃. de testa. Raynutius. [3] & c. Raynaldus.

[3] Et s̃. de cõuer. cõiu. placet. Io. An.

ACcedentibus. Primo ponitur partium comparitio, & actoris narratio. Secũdo iudicum datio, seu causæ commissio: ibi, discretioni. Abb. si.

Glo. seq. signat tria contraria. Primum quod contra priuilegia ecclesiarum, nullo tempore præscribatur, & soluit. Secundũ, quod perdatur unico actu, & remittit. Tertium quòd perdatur xxx. an. duas opi. ult. soluit.

nec esse uarijs subscriptionum manibus uariatum, sed a primo ad ultimũ eadem manu conscriptum, libertatem ab ipso episcopo concessam, per extorsionem, irritam [a] decernimus & inanem, super hoc sententiam delegatorum iudicum confirmantes. Quia uerò euidenter agnouimus ex priuilegijs antedictos prædecessores nostros ecclesiæ sanctæ crucis libertatis priuilegium indulsisse, & quòd in ea possessione tandiu fuerat libertatis, quòd alijs etiam cessantibus præscripsisset, [b] libertatem ei à prædecess. nostris indultã, authoritate apo. confirmamus, tibi super hoc perpetuum silentium imponentes. Per hoc autem in nullo sententiæ delegatorum iudicum derogamus, cum ipsi de hac [c] non cognouerint libertate: & infrà. Cumq; libertatem à prædecessoribus nostris indultam, monasterio confirmemus, ad ius professionis [d] (quod est contrarium libertati monasterium decernimus non teneri, non derogantes iudicibus delegatis, quibus libertatis priuilegia non fuerant præsentata: in cæteris [e] autem latam à prædictis iudicibus sententiam pro Colubrieñ. ecclesia confirmamus.

Idem episcopo & magistro G. Lemouiceñ.

Contra priuilegia ecclesiæ minori spatio lx. annorum non præscribitur. h. d. secundum uerum intellectum.

CAP. XV.

ACcedentibus ad præsentiam nostram abbatis & conuentus Nauiaceñ. ex una parte, & templariorum de Toceñ. ex altera, procuratoribus, procurator monachorum proposuit, quod cùm decimas terrarum de Sarcolæ diu quietè possederint antequam ad templariorũ dominium peruenissent, & postquam templarij terras acquisiere prædictas, decimas earundem per xl. annos [f] & amplius pacificè possedissent, nunc eis ipsas subtrahere non uerentur: & infrà. Disc. v. mandamus, quatenus, si abbas & monachi sufficienter ostenderint, quod à templarijs decimas de terris prædictis, per xl. ann. continuè perceperint sine lite, uos ad præstationem ipsarum templarios compellatis. Cùm enim tanto tempore contra indulta priuilegia, decimas sol-

[f] Per xl. ann. Et sic patet, quod contra priuilegium præscribitur. argu. contra. xxv. q. ij. cap. j. & ij. ubi dicitur, quod priuilegia ecclesiarum & monasteriorũ cunctis temporibus inuiolata permaneant. Sed illud loquitur de alio priuilegio, quod potius pertinet ad libertatem & immunitatem ecclesiarũ de generalibus statutis [4] q̃bus ecclesia regiť & illa intemerata semper erunt. Itẽ uidetur, quod unico actu ꝑdatur priuilegium. C. de pactis inter empt. & uend. l. commissoriæ. & C. de iure do. impe. l. ij. De hoc plene dictum est s̃. de const. cum accessissent. Præterea ad hoc ut ꝑdatur priuilegiũ, sufficit quod per xxx. ann. nõ sit usus priuilegio. s̃. e. si de terra. & hic dicit, de quadraginta. Ad hoc dixerunt quidam, quod etiam unico actu perditur hoc priuilegium, sed respondet de quadraginta, & ibi de triginta: q̃a sic de facto accidit. si. ff. de peti. hære. item ueniunt. §. aptãda. & hoc probare uolue rũt: uñ audiẽdierãt s̃. de restitutio. spolia. c. j. & ff. de probationibus. circa eum. & sic unico actu perditur priuilegiũ, & redit res ad ius cõmune. simile ff. de pac. si unus. §. quod si non ut totum. & ff. de adimendis legatis. l. iiij. quæ cõtinuatur præcedenti. & xxxv. distinct. ab exordio. Ad hanc solutionem cõsueuit sic distĩgui: Priuilegiũ aut datur ad agẽdum aut ad excipiendum &c. Quære hanc distinctionem de constitutionibus. cum accessissent. sed hoc non credo, quod hoc priuilegiũ unico actu tollatur. argumentum ad hoc. C. de excusatio. tutorũ. uoluntariæ. & C. de episcopis & clericis. authentica presbyteros. & credo standum huic decreta. & ualebit priuilegium istud, nisi probetur ꝙ quadraginta annis non sunt usi priuilegio soluendo decimas quiete. argu. opt. s̃. de præscrip. cum nobis. & ita perditur priuilegium eodem tempore, quo & præscribitur contra ius commune. unde continue debent isti probare perceptionem decimarum quolibet anno

Priuilegiũ an ꝑdať ꝑ præscriptionem.

[4] Quibus renũciari nõ posset: quale de so. cõp. si diligenti. de sen. ex cõ. contingit. sꝫ hic loquiť de ꝑticulari & singulari priuilegio cõcesso fauore loci uel ꝑsonæ. Io. And.

uerint,eis renũtiasse [a] tacitè præsumuntur. Quòd si in probatione defecerint, ab ipsorũ impetitione templarios absoluatis: ipsis super hoc silentium perpetuum imponentes.

Idẽ episcopo Lingoneñ.

Exemptus ratione certæ rei uel certi loci, non censetur exẽptus respectu alterius rei uel loci. hoc dicit. & est textus notabilis, & multum allegabilis.

CAP. XVI.

CVm capella ducis Burgundiæ gaudere dicatur huiusmodi priuilegio, quòd nullus archiepiscopus uel episcopus, in personas canonicorũ eiusdem capellæ † suspensionis uel excommunicationis aut interdicti sententias audeat promulgare: quidam capellæ supradictę canonici, qui parochiales ecclesias à te tenẽt occasione priuilegij prælibati, in his etiam quarum iurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quátumcunq; grauiter interdum excedant, tuæ correctioni recusant & sententiæ subiacere. unde edoceri à nobis humiliter postulasti, qualiter tibi erga rebelles huiusmodi sit procedendum. Quocirca mandamus, quatenus inquantum exempti [b] sunt eiusdem ratione capellæ, apostolicis priuilegijs deferas reuerenter: sed inquãtum ratione parochialium ecclesiarum, uel alias iurisdictionem tuam respicere dignoscũtur, officij tui debitum in eosdem liberè prosequaris.

Idem abbati & fratribus Euaseñ. cœnobij.

Per exemptionem cõcessam monasterio, capellæ sibi subiectæ non censentur exemptæ.

CAP. XVII.

ordine proceſsiſſe: tam proceſſum eorum, quàm conceſsionem eccleſiarū, à prædicto abbate de mandato ipſorum factum, authoritate apoſtolica retractamus, præſertim cum relationis ipſius ſeries, repugnantia a contineat & aduerſa. Dicitur enim quòd crimen eiuſdem presbyteri, uſque adeo publicum fuerat & notorium, quòd nullus inficiationi locus penitus exiſtebat, utpote cuius uniuerſæ uiciniæ populus teſtis erat: & tamen ibidem præmittitur, quod eidem presbytero terminum peremptorium præfixerunt, in quo (ſi poſſet) ſuper infamia prædictorum criminū canonicè ſe purgaret: cùm nimirum ſi crimen notorium b exiſtebat, non erat illi indicenda c purgatio, ſed in eum condemnationis ſententia promulganda: & infrà. Si uerò nullus apparuerit legitimus accuſator, & ipſum inueneritis apud bonos & graues d ſuper prædictis criminibus uel ipſorum altero infamatum: purgationem ei canonicā indicatis, non obſtante, quod coram prædicto electo, dicitur ſe purgaſſe, cùm iudicio pendente coram iudicibus delegatis, non debuerit ordinarius e purgationem indicere infamato.

Idem.

Non ſufficit prælato, de criminibus infamato, iurare cū ſe purgat, quòd ſit immunis ab illis criminibus, ſed iurare dēt, quod poſt ſuam promotionē, illa crimina non commiſit.

CAP. XVI.

ACcepimus literas, quibus nobis intimare curaſtis, f quod apoſtolico mandato ſuper indicenda purgatione archiepiſcopo Biſuntino recepto, ipſum citaſtis ut decuit: q ad diē ꝑfixum cōparuit coram uobis, iuramētū purgationis offerens, ſub hac forma, uidelicet ꝙ immunis erat ab illis criminibus, ſuper quibus ſe purgare debebat: & infrà. Ipſe uerò ad præſentiam noſtram accedens humiliter ſupplicauit, ut ſaltē ſuper purgatione incōtinentiæ dignaremur temperare rigorē quia nō deberet aſſerere, quod à natiuitate g ſua nunquam paſſus fuerit lapſum carnis. Porrò cùm ab eo non credatur exactum fuiſſe huiuſmodi iuramentū, potius fortè præſumimus, h

ACcepimus. Quatuor ſūt partes. In prima iudicum cōſultatio, ſuper forma purgationis, quā purgandus offerebat. In ſecūda ibi. Ipſe uero. ipſius purgandi ſupplicatio. In tertia ibi, Porro. ipſius formę reprobatio. In quarta ibi, Ideoq; cauſæ commiſsio, cum expreſſione debitæ formæ. Abbas. Sic.

f Curaſtis. De iſto Biſuntino habuiſti ut credo. ſ. de acc. licet. & ibi commiſit pa. inquiſitionē cōtra ipſum, & eiſdem iudicibus ſcribit hic. Ber.

g A natiuitate, imo oportet uel ſufficeret, qđ poſt bapt ſmū illud uitiū non commiſerit, ēt ſi taliter ſe purgare deberet. xxv. di. c. vl. ſed hodie rigor illius canonis non ſeruatur: qa defectus noſtri corporis, diſtinctionis illi⁹ nō patitur manere cēſuram. xxxiiij. di. fraternitatis. Et ſine uitio carnis pauci inueniuntur. l. di. quia ſanctitas tua. qa difficile eſt cōtinere. xxxiij. q. v. qui ſitit. quare dicit papa, quod nō creditur ab eo taliter iuramentum exactum, quia nec debuit. ut patet j.

h Præſumimus. Arg. quod ea quæ dubia ſunt, quo animo fiant in tutiorē partē faciēdā eſt interpretatio 5 j. de reg. iur. c. ij. ff. e. ti. ſemper in dubijs. & l. ea q. Verbum illud erat immunis, dubiū erat, ut patet: & ideo

Luxuria, ōnes fere maculat.

5 Potius no. ſecūdū Ho. ꝙ diſcretus iudex ſibi cauere dēt ne perpoſitionem, te ſpōſionē, ꝓteſtationē uel quāuis propoſitionē cauillosam, uel duplicē, aliqd admittat in aīarū periculum. ad idē đ app. oblatę. ad fin. uel ꝑ ꝙ ueritas offuſcet, ipſe uel ꝑs decipiat. ſeu ſuo ꝓceſſu elidatur. ad id. ut lit. non cōteſt. cū in prin. de ali. iu. mu. cā facta c. j. Ioā. An.

ideo papa interpretatur illud in securiorem partem: quia sic iurare sanum esset ut sequitur. Ber.

a Ignorat anima mea. Et ideo semper debet timere: quia bonarum mentiū est ibi culpam timere, ubi ēt culpa non est. s. de obser. ieiu. cōsiliū. §. ij. & v. di. ad eius uero. quia si dixerimus, quod peccatum nō habemus, ueritas ī nobis nō est. de pœ. di. ij. §. n. īquit. ubi sunt uerba Iob cōtinentia hanc sententiam. Et sæpe dimisso peccato alicuius punit ille, post peccatum dimissum. de pœ. di. j. si peccatum. & sic iste temerariā & dubiā purgationē uolebat subire, quasi anceps periculum, quod fieri nō debet. ff. de in lit. iur. uideamus. & ideo papa talē reprobat purgationem, tanquam ineptam & dolosam. Cōtra s. eo. cōstitutus. huic standum est. & expone ibi, a crimine immunis. i. non cōmisit illa crimina, de quibus infamatus erat eps, ut credunt: & ita debent intelligi, ut ibi notatur, & sic potest præstare. Ber.

Iob. 9.

b Grauiora. s. simoniam, cuius cōparatione cætera crimina pro nihilo reputantur. j. q. vj. c. ulti. Et ita simonia inter grauiora peccata reputatur, & homicidio quādoque cōparatur. s. de accusa. inq̄sitionis.

Snīa uenalis, nulla est.

c Venditionem iustitiæ. Iustitia. n. uendi non debet. xiiij. q. v. non sane. & xj. q. iij. nō licet. & s. de uita & hon. cleri. cum ab omni specie. & intātum reprobata est, quod uenalis etiam snīa nulla est. ij. q. vj. c. ei qui. §. uenales. ita quod nō est appellare necesse. C. quando prouo. nō est necess. uenales. & nō solū iustitia. imo iurisdictio non debet uendi. s. ne præla. ui. suas. c. j. & ij. Ber.

d Extitit. Super his tantū & sup alijs debet se purgare, nec inquisitio, nec receptio testium, super alijs fieri debet: quod si fiat, nō ualet. s. de accu. inquisitionis. §. j. & c. qualiter & quando. ij. Ber.

e Minime cōmisisse. Hęc est ergo debita forma purgādi sine aliquo scrupulo duplicitatis: qa & si egisset sic de illo crimine pœnitentiā adhuc infamia remaneret de facto, q per pœnitētiā nō tollit. ij. q. iij. c. Enthemiū. §. hinc colligitur. ff. de obse. ali. & li. præst. l. ij. unde purgatio dicta nō sufficiebat directe. ergo debuit se purgare secūdū hāc formā. sic s. e. quoties. Bern.

Infamia non tollit per pœnitentiam.

f Postq ergo de preterito se nō purgabit: quia cū tempore suę promotionis nō fuit infamatus: qm alias nō debuit promoueri. lxxxj. di. tātis. & s. de accu. oīpotens. & tali mō purgabitur: qa ap probauerūt mores ipsi: vñ ipsū postea reprobare nō pñt. viij. q. ij. dilectissimi. & xxxij. q. v. horrendus. & s. de iureiu. queadmodū. ff. de adul. l. si. uxor. in fi. Ber.

Dicit. Phi. quod ēt de crimine ante promotionē commisso compelleret se purgare. argu. xxxiij. dis. c. ult. si sit enorme. alias sec9 lxviij. dis. c. j. Io. An.

g Credunt. Simile. s. eo. quoties.

quòd alia de causa uolebat sub præscripta forma iurare: uidelicet, quod immunis erat ab illis criminibus, de quibus fuerat infamatus, tanquam dimissis per pœnitentiam iam esset immunis ab illis, sed hoc iurare non paruæ temeritatis existeret: cùm beatus Iob dicat: Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorat a anima mea: & infrà. Ideoq; præscriptā purgationis formam, secundum quam idē archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus, utpote indiscretam, temerariam, & ineptam iniungentes eidem, ut si uoluerit & potuerit secundū hanc formam se purgare, secundū sanum intellectum, quem ei duximus exprimendū, uidelicet, quod illa crimina grauiora, b id est simoniam, uenditionem c iustitiæ, atque incontinentiam, de quibus infamatus extitit, d iuret se minimè e commisisse postquam f ad archiepiscopalem promotus est dignitatem, & compurgatores sic iurent, quòd credūt g eū uerum iurasse, quo facto, uos illum dimittatis in pace, alioqui &c.

TITVLVS. XXXV.

DE PVRGATIONE VVLGARI.

Cælestinus tertius.

Duella & aliæ purgationes uulgares, prohibitæ sunt: quia per eas multoties condemnatur absoluendus: & Deus tentari uidetur. h. d. totus titulus.

CAP. I.



PVra suscepti regiminis: & infrà. Cùm t. f. duxerit sedem apostolicam consulēdam, utrum super ecclesiarum possessionibus, duella debent sustineri. Tuæ duximus solicitudini respondedū, quod in eo casu uel alijs, etiam hoc nō debes aliquaten9 h tolerare. i

Inno. iij. priori sancti Sergij Spoletañ.

CAP. II.

SIgnificantibus V. laico & fratribus eius, ad nostram noueris audiētiam peruenisse, quòd cū quidam eos super furti crimine accusaret, cum eo coacti sunt inire duellum, in quo alijs peccatis suis præpedientibus ceciderunt: propter quod per consules Spoletanos, bonis fuerunt proprijs spoliati. nunc uerò furtum apud alios est inuentum & quod ipsi fuerint innocentes, est (fauente domino) reuelatum. Vnde consulibus ipsis dedimus in mandatis, ut ablata

DE PVRGAtione uulgari.

Quia duplex est purgatio quædā canonica: quia canō ĩuenit eā. de qua supra dictū ē: quædā uerò est uulgaris: quia uulgus ĩtroduxit eam. ideo sequitur uidere d ea. Ab.

Pvra. Duæ sūt partes hui9 ca. cōsultatio, & responsio. Secūda ibi, Tuæ. Abb.

h Aliquatenus tolerare. In nullo. n. casu, talis purgatio debet tolerari. Nec obs. quod possit obijci de Gollia, q pugnauit cum Dauid. ij. q. v. monomachiam. quia illud fuit factū instinctu spūssancti. sicut Petrus excusat, q geminū fecit homicidiū. xxiii. q. ul. occidit. Et patriarchę excusant ab adulterio. s. d diuor. gaudem9. Hæc purgatio ab ecclesia reprobat: cū Deū potius tētare uideat. j. e. c. ult. & fabricāte diabolo sacta est uulgaris purga. ij. q. v. mēnā. & c. cōsuluisti. un q ĩ culpa nō ē, punit. j. c. px. nā q diu habet hō q d faciat, non dēt deū tentare. xxij. q. ij. qrit cur pr̄iarcha & athletę. scdm ll. nō hn̄ locū. C. de gla. l. una. li. xj.

Petrus geminū fecit homicidium.

i Adde quod no. Bal. in l. j. C. de lati. libe. tol lē. ubi uide.

Deū tentare non licet.

S Ignificātibus. In prima ponit quæstio. In secūda proui-

prouisio:ibi. Vnde Abb. Si.

a Restituant. Sed qualiter hoc esse pôt, quod retractetur sententia, a qua non fuit appellatum, cum iam transiuerit in rem iudicatã, licet ueritas aliter se habeat, & iam ex ipsa sententia ius factum est, quãtũ ad litigãtes. s̃. đ re iudic. cũ inter uos. & per ea, quæ postea emergũt, sentẽtia nõ retractat. s̃. de re iud. inter monasteriũ. & c. si talis error detectus, sentẽtiã nõ retractat. ff. fa. erc. cũ putarẽ. C. de cõdi. ĩdeb. l. j. ad hoc dicas, q̃ pp probabilẽ errorẽ, bene retractat snia. s̃. de fri. fraternitatis. xxij. q. j. c. ij. qñ ac. de pecu. est an. l. ij. alias ẽ. §. primæ legis. & incipit, quæsitũ. & plerumq; ueritate cõperta retractat snia. ff. de condi. sine causa. si fullo. & ẽt propter delictũ aduersarij. s̃. de diuor. ex literis. & ff. de iureiu. admonẽdi. C. đ trãsac. si ex falsis. Si ergo mõ apparet, q̃ snia falso lata, nullius fuit authoritatis et reprobatæ probationis, đ utroq; iure ergo debuit merito retractari. Io.

1 Dicebat Vin. hic: nõ seruato iuris ordine, sunt condẽnati: secus ibi putaret cohę redẽ q co hæres non erat, uel hic fuit duellum iniunctũ a iudice: uñ comperta ueritate, uenit contra. ff. de iuriur. ad monẽdi. Io. And.

restituant a uniuersa.

Honorius tertius.

CAP. III.

Dilecti filij, b nouiter in Liuonia baptizati, grauem ad nos querimoniam destinarunt, q̃ fratres templariorum, & alij qui temporalẽ in eis potestatem exercẽt, si qñ de aliquo alio crimine infamantur, eos ferri candẽtis iudicium subire compellunt, quibus si qua exinde sequatur adustio, ciuilem pœnam infligunt. Cùm igitur huiusmodi iudicium, sit penitus interdictũ, c utpote ĩ quo Deus tentari d uidetur: Mandamus quatenus dictos fratres & alios ut ab huiusmodi conuersorum grauamine omnino desistant, per cen. eccle. ap. remota compellas

TITVLVS XXXVI.

DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

In Exodo.

Propter eius breuitatem non summatur.

CAP. I.



SI rixati fuerint homines, & percusserit alter proximũ suum a pide uel pugno, † & ille mortuus non fuerit, si ia cuerit in lecto, qui percusserit, operas eius & impensas e in medicos restituat. Exo. 21.

In eodem.

CAP. II.

SI quis aperuerit cisternam & foderit, & non operuerit eam, cecideritq; bos uel asinus in eam: dominus cisternæ reddet f pretiũ iumentorum, quod autem mortuum est, ipsius erit. Exo. 21.

Idem.

CAP. III.

SI bos alienus † cornupeta fuerit ab heri, & nudiustertius, & non custodiuit g eum dominus suus, reddet bouẽ h pro boue, & cadauer integrum accipiet. Exo. 21.

Idem.

CAP. IIII.

SI læserit quispiam agrum, uel uineam, & dimiserit iumẽtum suum ut depascat aliena, p dãno æstimationẽ i restituet. Exo. 22.

Idem.

CAP. V.

SI egressus ignis, comprehenderit aceruos frugũ, siue stantes segetes in agris, reddet damnũ k qui ignem succenderit. Exo. 22.

Dilecti. In prima parte ponit q̃relã. In secũda dat iudicẽ: ibi, Cũ igitur. Abb. Sic.

b Nouiter. ppter quod cũ eis mitius est agẽdũ. ĩ. đ pœ. & re. Deus qui. & s̃. đ diuor. Deus q. quousq; fuerint in firma radice plãtati. xxxv. q. iij. quod scripsi.

c Interdictum. Vt ij. q. v. mennã. & c. consuluisti. & s̃. titu. prox. ex tuarũ. & s̃. ne cleri. uel monach. sententiam. & C. đ gladia. l. una. lib. xj.

d Tentari. Quod fieri non debet, iuxta illud: Non tentabis dominum Deũ tuum &c. xxij. qõ. ij. quæritur cur patriarcha. & xxiij. q. vlt. si nulla. 2 Ber.

2 Et ij. q. v. monomachiam. Io. An.

DE INIVRIIS &c.

Suprà de uarijs excessibus dictum est, tã prælatorum, quàm subditorum. Verùm quia ex eis frequẽter iniuriæ & damna inferuntur, meritò de his subijcit. Abbas Sic. De hac materia tractatur *xxiij. q. ij. & xv. q. i. illud.*



e SI rixati. Operas eius & impẽsas. Operas aũt amissas. & impẽsas in curatione pstabit: ut hic dicit, & ff. si quadr. pau. fe. dic. l. ex hac. & ff. đ ijs q điec. uel effu. l. ul. & ff. ad le. Aq. qua actione in prin. Deformitatis autẽ ratio non habebit: quia liberũ corpus non recipit ęstimationẽ ut ĩ primis duabus legib. & ff. ad le. Rhod. de iac. l. ij. §. corporũ. & ff. de ijs qui deie. uel effu. l. j. §. sed cũ liber homo. Tñ si liber homo perijt, quinquaginta aureorũ fit condẽnatio: ut d. §. sed cũ liber homo. Illud fit pro pœna, non pro æstimatione.

† Adde tex. in si. i l. si. cũ gl. & cõcor. ff. de sica. Corpus liberũ æstimationẽ non recipit.

f SI qs. Reddet ptiũ. Si hoc fecit in publico si uero in priuato loco, ubi cõsueuerũt fieri, non tenet. ff. ad leg. Aql. qui foueas: quia qui occasionem dãni dedit, tenetur. ff. ad legẽ Corne. de sica. nihil interest. & ff. ad le. Aquil. qui occidit. §. pe. eo. c. ult.

† Alias alicutus.

g SI bos. Non custodiuit. supple & alteri⁹ bouẽ occiderit: unde tenet: qa culpa siue negligentia ipsius, damnũ datum est, q debuit diligẽtiã adhibere. ut ĩ. c. ul.

h Reddet bouem. Hoc intellige, cum bos ille qui damnũ dedit, aggressus est aliũ & occidit, sed ecõuerso nõ tenet. ff. si quadr. pau. fec. di. l. j. §. cũ arietes. ff. ad leg. Aquil. l. itaq;. seu cũ dubiũ est quis bos primo aggressus est. ff. ad le. Aquil. l. sciẽtiã. §. cum stru mẽta. Et si alias animal tuũ mihi damnum dedit tu teneris. ĩ. eo. c. vl. uersi. quod si. & ĩ. c. proxi. Bernardus.

3 Alias ẽ lex & incipit q̃uis. contraria itaq; seruat apud nos: & de hoc in Spec. de actio. §. uer. sæpe, ne, iuenis, & dic ut ibi. Ioan. Andr.

i SI læserit. Aestimationẽ restituat. Nisi dãdo animal uelis liberare teipsum. ĩ. eo. c. ul. ultra enim æstimationẽ, nõ tenetur conuentus de pastu pecoris, & actione in factũ cõuenitur. ff. de præscr. uerb. q ser uandarũ. §. si glans. & expellere debet animal, quod damnũ dedit: & tanquã suum non includere illud, cũ dominus illius teneatur ad damnũ. ff. ad leg. Aquil. l. Quintus Mutius. §. Pomponius. 3 Bern.

4 Vt hic fuit in ... puli ... ignem ... pore ... toso. Io. And.

k SI egressus. Reddet dãnũ. Si fuerit in culpa 4 dũ apposuit istum ignem, nec adhibuit diligentiã

quam

quam debuit. ff. ad legem Aquil. l. qui occidit. §. in hac. & ȷ̃. eo. c. ulti. alias si nihil de contingentibus omisisset, non teneretur. ȷ̃. eo. c. ulti.

a SI quis. Voluntarie. Secus si contra uoluntatem, dum tamen nihil de contingentibus omiserit. ȷ̃. eo. c. ult. in fin.

b Restituat. In quadruplum intra annum, post annũ in simplũ. ff. de incen. l. j. Sed si negligentia, in simplũ: sed si dolo fecerit, secundũ leges cõcremabitur. ff. eo. qui ædes.

OLim. Diuiditur, quia primo recitat processum delegari, quẽ secundo reuocat & causam definit: ibi, Quare. Abb.

c Reuocato. Lite uero non contestata. nõ ualet processus: ut hic patet & s̃. ut lit. non contesta. accedens. & s̃. de elec. dudum. ij. & suprà. de purga. cano. cum dilectus.

Banniuerat. Tale bannum nullum fuit: quia nullam habet iurisdictionem in ipsum. Laico enim non licet, de clerico legẽ dare. xcvj. dist. bene quidem. & xvj. q. vij. non placuit. Imo tanq̃ sacrilegus fuerat puniendus. eadẽ causa & q. ca. si quis principum. & quia in eo offendit ecclesiasticam libertatem, & propter hãc iniuriam punitur ad expensas, quas propter hoc fecit, & dãna quæ pertulit tali occasione, ut patet.

e Taxatione. Debet iudex primo taxare de expensis & damnis, in iudicio petitis. iij. q. iij. offeratur. uersi. qđ fieri. & postea debet iurare. & tali iuramento stabitur tãquam legitimæ probationi. C. unde ui. si quã do. & ij. q. õ. j. in primis s̃. de ijs quæ ui metusve cau. fiunt c. uni. ubi de hoc. Ber.

f Vsualis monete. Et si de hac non fuisset dictum, de illa tamen intelligeretur. ff. de lega. j. si seruus pluriũ §. ulti. & ff. de contrahen. emp. Imperatores. & si plures essent usuales monetæ, uidetur de minori intelligendum. ff. de leg. iij. nummis. & s̃. de censi. ex parte.

IN nostra. Diuiditur, quia in prima parte ponitur decisa consultatio. In secunda responsio: ibi: Cum igitur. Abb. Sicu.

Glos. sequens distinguit damnum & expensas, & damnum subdistinguit circa rem, & extra rem concludens expensas hic non includi, quia de his nõ agebatur.

1 Non. n. fuit delegatũ negotiũ in modũ inquisitionis sicut forsan putabat đ legat⁹. sic s̃. de iud. exhibita. & tñ etiã eo casu, quñque lis cõtestari debet. de hoc dixi s̃. de pur. can. c. pe. in glos. & bene. Io. And.

2 [illegible] forma uero iuramẽti, in æstimatione iniuriæ, uide ĩ Spe. eo. ti. uer. in hac & de offi. or. si canonici. li. vj. in glos. & Ho. Ioan. And.

Ex pœnitentiali Romano.

CAP. VI.

SI quis domũ uel aream cuiusquam incẽderit uoluntariè, a sublata & incensa omnia restituat, b & tres annos pœniteat.

Honorius tertius episcopo Bonon.

Secularis potestas, qui clericum bãniuit, cõdemnari debet per iudicem ecclesiasticum, secundum æstimationem iniuriæ in expensis & damnis. Et hodie adde pœnam in clemen. prima de pœnis.

CAP. VII.

OLim scribentibus nobis epo Mutineñ. ut potestatem, consiliarios & populũ ciuitatis Floreñ. ad satisfaciendũ de damnis & iniurijs irrogatis episcopo & ecclesijs Fesulan. cen. eccl. coarctaret, idẽ testes, lite nõ cõtestata recepit. Quare nos eius processu penitus reuocato, c commune Florentiñ. quia banniuerat d episcopum Fesulanum contra Deum & ecclesiasticam libertatẽ, propter iniuriam banni, & expensas & damna tali occasione secuta, taxatione e iuramento præmissa, in mille libris usualis f monetæ prædicto episcopo, sententialiter duximus condemnandum.

Gregorius nonus.

Qui iurat statutũ super nõ repetendis damnis hoc non obstante expensas repetere poterit h. d. Vel sic, Statutum super damnis non repetendis, ad expensas non extenditur.

CAP. VIII.

IN nostra & fratrũ nostrorum præsentia proposuisti quod olim ciues Brixieñ. pro restaurationibus damnorũ illatorũ, ad inuicem quæ propter multas ciuiles discordias incurrerant, plurimum essent aggrauati, statutũ editũ de nõ petendo uel recipiẽdo in posterũ restaurationes huiusmodi, à cõi generaliter approbarunt, & firmarunt etiam iuramento. & infrà. Cùm igitur aliud sit damnorum g restauratio, † Quam satisfactio expensarum: & ideo in iuramento exhibito, super damnorum articulo intelligi non debeat qđ factum expensarum: fuerit comprehensum: Mãdamus quatenus (iuramento nõ obstante prædicto) authoritate nostra prouideas, quod dictum commune pro bono concordiæ ad expensarum satisfactionem aliquatenus compellatur.

g Damnorũ. Nota ergo, q̃ differentia est inter dãnũ & expensas: ut hic patet, & s̃. c. proxi. arg. unde iuramentum super uno factũ, non extẽditur ad aliud, cum sint diuersa, puta si propter discordiã domus aliqua destructa fuerat, possessio, aliqua sterilis remansit, uel quia negotiari non potuit. hmõi damna remissa sunt, & iuramento firmata. Quoddam. n. damnum siue interesse, dicit circa rẽ, puta subtraxisti ĩstrumẽta, q̃bus possessio ecclesiæ firmatur: uel alterius teneris ad illud damnũ. q̃ contingit p̃pter absentiam instrumentorum. xij. quæstio. ij. si quis de clericis. & ff. de act. empt. & uendi. Iulianus. in princ. Quoddam dicitur extra rẽ, puta debui tibi frumentũ, & q̃a non dedi suo tẽpore familia tua famæ perijt, illud damnũ nõ cõsequeris 3 sed pretium frumẽti uel uini ff. eo. si sterilis. §. cũ p̃ uenditorẽ. Expẽsæ dicũtur, quas q̃s facit circa sumptus litis, & circa aduocatos. C. de iudic. sancimus. De istis expensis, fit mẽtio s̃. ut lit. nõ cõtest. quoniã. §. in alijs. & s̃. de dolo. finẽ. Et consimiles expensæ fuerunt hic, quas faciebant eundo & redeundo. Vel expendendo pecuniam suam faciendo maiores expensas quã consueuerunt, ad istas expensas iuramentum non extenditur. tamen si intellexisset de huiusmodi expensis, & de his intenderunt iurare, & hoc constaret, & super his fieret interpretatio, sicut credo. Sed hic simpliciter dictum fuit de damnis: quare ad ea tantum restringitur iuramentum. Et sic est aliud damnum, & aliud expensæ, sicut dicitur aliud pœna, & aliud mulcta, & aliud fraus, & aliud dolus. ff. de uerbo. signi. aliud fraus.

† Iaf. l. unica. §. fi. co. ij. si q̃s iudici nõ obtemperauerit. Alex. l. sit ibi decem §. j. đ pac. con. clxxviij. li. ij. ubi dixi. Alex. ab ex ea c. ij. nu. 13. de constit. pariter aliud damnũ aliud furtũ Phil. Dec. cõsi. lxxxij. col. Hipoli. Marsil l. de minore. §. tormẽta. num. 4. de quæst.

Damnum circa rem.

Damnum extra rem.

3 Semper sub. hoc ideo, q̃a si certo loco & tẽpore soluere p̃misisti, illud uenit in arbitraria in qua nõ solum dãni sedet lucri habebit ratio. đ foro cõpe. dilecti đ plus pe. ca. uno. ff. de eo qđ cert. loco. l si ut certo. §. fina. secundum Ho. Ioan. Andr.

Con-

quid contribuat, [a] iuxta tuæ discretionis arbitrium à te sicut expedierit moderandum.

Idem.

Habet plura dicta, & se summat.

CAP. IX.

SI culpa [b] tua datũ est damnum, uel iniuria irrogata, seu alijs irrogantibus, opẽ fortè tulisti [c] aut hæc impitia [d] tua siue negligẽtia euenerũt iure sup his satisfacere te oportet, nec ignorãtia [e] te excusat si scire debuisti ex facto tuo iniuriã uerisimiliter posse cõtingere, uel iacturã. Qđ si animalia tua nocuisse ꝓponas, nihilominus ad satisfactionem teneris nisi ea dãdo passis damnũ, uel si liberare teipsũ: ꝙ tamen ad liberationẽ nõ ꝑficit si fera animalia [f] uel quæ nocere cõsueuerunt fuissent, & quã debueras non curasti [g] diligẽtiã adhibere. Sanè licet qui occasionẽ [h] dãni dat, damnũ dedisse uideat: secus est tamen in illo dicendũ, qui ut non accideret, de contingentibus nil omisit. [i]

TITVLVS XXXVII

DE POENIS.

Ex concilio Toletano.

Toties puniendus est criminosus, quoties delictum iterat.

CAP. I.

[a] Contribuat. Pro bono concordiæ: ut hic dicit. sic fit contributio quando iactus mercium factus est. ff. ad l. rho. de iac. l. j. & ij. §. cum in eadem. & l. amissæ. sic ergo in casu isto, æquum est fieri cõtributionem propter bonum pacis & concordiæ, ne forte hac occasione cõcordia non seruetur.

[b] SI culpa. Nota quod ad hoc ut teneatur q̃ dãnũ dedit, seu iniuriam irrogauit, necesse est culpã interuenire, alioqui non teneẽ. unde infantes, & furiosi non tenẽtur si damnum dederint, quia iudiciũ animi, non habẽt ff. ad legẽ Aquil. sed & si §. iniuriã. & §. igitur. & xv. q. j. illud. impubes tamen doli capax tenetur: ut hic, & in c. illud. [1] & §. igitur. & ille non tenetur de culpa, q' ad sui defensionem & incontinẽti & eodem modo damnum dedit. ff. eo sciẽtiam. §. qui cum aliter. & de leuissima culpa quis teneẽ. in casu isto ff. e. l. ij. & ille excusatur à culpa, qui alterius impulsu uel uiolentia uentorum, damnum dedit. ff. eo. quemadmodum. §. si nauis. & §. item Labeo.

[c] Tulisti. Nota quod non solum qui damnum dedit, seu iniuriam irrogauit, sed qui opem tulit tenetur: puta si unus tenuit, & alius interemit, ille qui tenuit, quasi causam mortis dedit. ideoque actione in factum, tenetur. ff. eo. item male. §. si alius. & §. item cum eod. [2] & ff. de iniur. non solum. in princi. & §. si mandato. sic & ope & consilio, furtum committit. insti. de ob. quæ ex deli. nasc. §. ope. & homicidium ope, & consilio committitur. s̃. de homi. sicut dignũ. §. illi qui. & §. ultim. & §. ij. qui. & simile. ff. de adult. is cuius. §. ulti.

[d] Imperitia. Quæ annumeratur culpæ. instit. ad leg. Aquil. §. imperitia. & ff. de reg. iur. imperitia. & ff. loca. si quis fundum. [3] §. Celsus. Idẽ intellige de negligentia prout hic dicit. ergo siue culpa siue imperitia uel negligentia damnum dederis, uel si iniuriã irrogaueris, uel dantibus opẽ dedisti, teneris: etiã si negligentia tua aliquid minus bene fecisti, & ob hoc damnũ datum sit, teneris. ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si ex plaustro. & l. qui occidit. §. in hac. & negligentia imputatur. j. de pœ. & re. quæsitum. ubi de hoc. Abb.

[e] Ignorantia. Hic non excusat ignorantia à culpa, si potuit scire ex facto suo cõtingere iacturã uel iniuriam, puta mihi licet percutere percutientẽ me. si cũ uellem eũ percutere, aliũ percussi imputatur mihi ff. ad legem Aquil. sciẽntiam. §. pen. & ff. de iniur. eũ qui. §. si iniuria argumen. contra. ff. e. si cum seruo. debuit ergo adhibuisse diligentiã in facto suo, ut dicit in si. & sic non imputaretur. Et illud scias, quod iniuria fit aut re, aut uerbis. Re, quoties manus infertur. uerbis, quoties conuiciũ diciẽ. & ff. de iniurijs. l. j. & s̃. de re iudic. cũ te. & iniuria per dissimulationẽ aboletur. ff. eo. non solũ. §. j. Et illud scias, quod cõuentus de damno dato: si negauerit & probatum fuerit condemnatur in duplum. ff. ad legem Aqui. l. ij. & C. eo. titu. contra negantem.

[f] Animalia. tua. Sic ergo si quadrupes tua. siue animal damnũ dedit ad æstimationem teneris: quia non custodiuisti aĩalia tua. tamẽ si uelis dare animal ꝑ dãno, liberare te potes: ut hic dicit, & ff. si quadru. pau. fe. dica. l. j. circa prin. & isti. eo. tit. in prin. unde sumpta fuerunt hæc uerba. Et hoc habet locũ in his animalib⁹ quæ cõtra naturã mouentur pote si bos cornu petere solitus fuit uel æquus calcitrosus, ut dicit in prædictis ll. In feris autẽ animalibus, quæ naturali sua feritate damnũ dederunt, hoc nõ habet locũ, q̃a illud animal dãdo nõ liberaberis, q̃a nõ adhibuisti diligentiã quã debuisti, ut hic j. dicitur, aut etiã si fugit, nihilominus teneris: saltem directa actione: uel utili potius. Si uero aufugit & nocuit, non potest dominus quondam conueniri, quia desinit dominus esse: ut ff. eod. l. j. §. in bestijs. & instit. eo. §. j. Feræ bestiæ sunt ut ursus, & ceruus, [4] quę animalia siue uolatilia fera dicuntur: ut instit. de re diu. §. feræ. & in alijs. §. sequentib. Cũ enim liber homo damnum dat, locum habet actio leg. Aquil. dum uero quadruples siue animal, locum habet actio de pauperie, cum uero seruus, tunc locũ habet actio noxalis, & tunc licitum est seruum dare pro damno dato, insti. de noxa. circa prin.

[g] Non curasti. Quia huiusmodi animalia non debẽt teneri in publico, ubi publicum iterest instit. si quadru. pauper. feci. dicatur. §. hic quoque. alias. §. cæterum. si uero teneantur in publico, & damnum dederint, tenetur dominus in duplum, & nihilominus actio de pauperie locum habet: quia cum plures actiones concurrunt pœnales in eadem re, una non tollit aliam instit. eod. §. fin.

[h] Occasionem. ff. ad legem Aquil qui occidit. §. in hac. & s̃. de homici. de cætero. ubi de hoc s̃. de testi. sicut in gl. quæ incipit, arg. quod qui.

[i] Nil omisit. Nota quod non est imputandum ei, qui de contingentibus nihil omisit. ff ad l. Aquil. qui occidit. §. in hac. & l. qui foueas. & l. si putator. & l. di. si duo. & suprà de homici. capitul. ultim. & antepenult. Bernardus.

DE POENIS.

Suprà uisũ est de uarijs excessibus propter quos pœnæ debẽtur merito subijcitur inde titulus de pœnis. De hac materia tractatur xxiij. q iiij & q. v. per totum xxiij. di. quanquam xij. q. ij. in antiquis. vsque ad §. uerum id xvi. q i. et vi. quasi per totum lxxxi. distin. in multis ca.

[1] Et in cle. de homici. si furiosus. Io. And.

[2] Si irritaui canẽ, quem tenebam: & momordit teneor aquilia: si nõ tenebã agitur in factũ. Ioã. Andre.

[3] Alias si q̃s domũ. uide ne p. vi. suas. c. ulti. super glo. ij. Io. Andre.

Iniuria fit re & ṽbis.

[4] De ceruo deposito qui aufugit: quẽ post tp̃s depositari⁹ cœpit: tenent Pileus q. lv. & Bart. in dom lv. ꝙ si noĩe deponentis id fecit, restituere tenetur: secus si proprio: per id qđ hic dicit glo. Io. An.

Ea

EA quæ. Pone exemplum in c. piæ.de excep.lib.vj. ubi excõicationis exceptio potest contra actorem pluries opponi, & ibi dicitur, quod quoties desinit in probãdo, toties debet puniri in expensis. A.

a Condemnent. sic vj. q.j. imitare. de pœnit. dis. j. mensuram. Et ita quoties quis deliquerit, toties puniri debet, sicut in cõ tractibus cõsuetuidici: ut pœna soluta, cõtractus maneat in sua firmitate. ff. de trãsactio. l.qui fidẽ. Sed etiã arbitrio quis stare non cogit, pœna soluta, nisi id expresse dicatur. ff. de arbit. si duo ĩ fine. Et sic est arg. quoties clericus in delicto repertus fuerit, toties exigatur ab eo pœna. ar. xxiij. dist. quãquam. in fine. & ff. de uerbo. obliga. si sic stipulatus.

c Et ibi not. an qs toties debeat pœnitere, quoties fornicatus ẽ ẽt cum eadẽ mulier e. & uid qđ no. ĩ Spe. đ sen. ꝑ pla. §. ij. ad fin. & de cõtu. §. fi. uersic. sed pone index. Ioan. Andr.



EA quæ frequenti prævaricatione iterãtur frequẽti sententia condemnentur. a

Ex concilio Triburiensi.

Compositio seu reparatio ciuilis parochi occisi spectat pro media ad eius episcopum, et pro alia media ecclesiæ, cui præfuit exclusis hæredibus carnalibus ut remotioribus. hoc. dicit.

CAP. II.

PResbyteri interfecti compositio b episcopo, ad cuius parochiã pertinet, soluatur: ita ut medietatem utilitatibus c ecclesiæ, cui d ꝑfuit, tribuat, alteram in eius eleemosynã iustè dispergat: Quia nullus eius hæres proximior uidetur, quàm qui ipsum domino sociauit. e

Alex. iij. Cantuarieñ. archiepiscopo.

Non debent prælati pro criminosis sustinendis, pecuniam exigere, nec etiam correctionis causa ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere.

CAP. III.

LIcet iuxta Apostolum. & infrà. Accepimus, quòd archidiacóni Conuentreñ. episcopatus pro corrigendis excessibus, & criminibus puniẽdis à clericis & laicis f pœnam g pecuniariam exigunt, & pro annua exactione pecuniæ personas quandoq; suspẽdunt, ecclesias interdicũt, à uicarijs h denarios, ut eos in eis cantare permittant, exigere non formidãt, & alia agunt, quę canonicis obuiãt institutis, & de radice cupiditatis & auaritiæ prodire uidenť: & infrà. Mãdamus quatenus archidiaconis prædicti episcopatus, hoc districtius interdicas. si autem contrauenire præsumpserint, eos app. ceß. ecc. cen. compellas.

Idem in concilio Turoneñ.

Victus condemnatur uictori præsenti in expensis, etiam in causis pecuniarijs, & unum casum excipit.

CAP. IIII.

CAlumniam & audaciam temerè litigantium, condemnando in expensis, & alio i multiplici remedio, sanctio imperialis compescit. Quoniam igitur, sacris institutis consonare dignoscitur. Præcipi-

PResbyteri. Pro uero intellectu not. quod hic text. nõ loquiť de pœna sed de simplici satisfactione seu reparatione ciuili, q̃ personis cõiunctis uel hæredibus debetur, & dãnum passis, & hic ꝑsbyter ueteri iure pro parocho accipitur, sed illud cõciliũ locale fuit, neq; istud cap. fuit unquã receptũ in Gallia, ubi ante decretales & post, ꝑ consuetudinẽ gñalem cognati succedunt sacerdotibus ẽt beneficiatis ẽt in quæsitis de reditibus ecclesiæ: ut dixi in consuetud. Parisi. §. clj. & sic ĩ Gallia nihil adiudicabitur episcopo. qui etiam non succedit, sed coniunctis necnon ecclesiæ suæ damnum passæ.

b Compositio. Hæc compositio per legem Lombardam est sexcentorum solidorum. xvij. quæst. iiij. qui subdiaconum.

c Vtilitatibus ecclesiæ: hoc ideo: quia & sic ecclesiæ iniuria facta fuit, & in suũ ministrũ, iuxta illud: Qui uos tangit, me tãgit. ij. q. v. j. accusatio. Et est ar. quod pœnas pecuniarias, quas recipit eps non lucratur ipse, 2 sed in utilitatem ecclesiæ cõuerti debet, uel diuidet illas: ar. j. dis. ius militare. & xvj. q. vj. c. j.

d Cui. scilicet ecclesiæ.

e Sociauit. Baptizando & ordinando illum.

2 Et ideo nõ uidet, ꝙ possit illas remittere. đ hoc no. & dixi đ off. leg. nisi ĩ j. gl. Ioã. And.

LIcet. Archidiaconi & alij prælati, q̃ in criminalibus dispẽsare nequeunt: pœnã pecuniariã imponere nõ possunt ubi à iure alia statuitur. Primo ponitur archidiaconorũ actus reprehẽsibilis. Secũdo mandat illos inhiberi & cõpesci: ibi mãdamus. Abb. Sic.

f Laicis. Sed quare à laicis? quia fortè sunt de sua iurisdictione temporali, uel de consuetudine hoc habent.

g Pœnam pecuniariã. Ex hac dec. uideť, ꝙ pro criminibus pœna pecuniaria exigi nõ dẽt 3 cũ papa hic eã ꝓhibeat. arg. xvj. q. vj. cognouimus. & c. delapsis. & c. epo. & illud. j. qõ. j. nullus eps. & ṡ. de simo. nemo. & lxxxiij. di. si qs eps. ar. cõtra. xxiij. qõ. v. si uos. Vñ not. ꝙ cum ius statuit pœnã pecuniariã infligendã, quicũq; cognoscit de illo crimine, illã põt infligere. ff. de iud. l. ij. §. ul. & ṡ. de rapto. in archiepiscopatu. & xij. q. ij. cũ deuotissimã. xviij. dis. qm. 4 Si uero ius solã pœnã spũalem uel corporalẽ sup crimine statuit, iudex nec dẽt nec põt illã ĩ aliã cõmutare, sed ille tm̃, qui de crimine põt dispẽsare. Et cũ de pœna criminis nihil de iure cautũ ẽ, an pecuniariã uel aliã ĩfligat, iudicis arbitrio cõmittit. ṡ. de of. del. đ causis. Cũ iudex sup crimine dispẽsare põt, bene põt, ĩfligere pœnã pecuniariã, uel aliã. Sed archidiaconi isti sup his criminib⁹ dispensare nõ poterãt: vñ nõ debebãt pœnã pecuniariam infligere. sed imponere spiritualem, scdm ꝙ qualitas criminis exigebat. arg. ṡ. de iud. at si clerici. Hug. dicit, ꝙ illa pœna est infligenda, quæ magis timeaẗ, arg. xxiij. q. iiij. ea uindicta. & q. v. prodest. & ṡ. ut lit. nõ cõte. qm̃. in fi. Sed hoc intellige habere locũ, cũ iudex talis est, q. poss 5 dispẽsare, & cõmutare pœnas. sed isti archidiaconi hoc nõ possunt. Ala.

h A uicarijs hoc erat simoniacum, cũ ordo sit sacramentum cui adhæret executio. si ergo unum uendũt: & reliquum. j. q. iij. si quis obiecerit. & c. saluator.

C Alumniam. Primo legem recitat. quam secũdo approbat: ibi, quoniam. Ab.

i Alio ita ut præter expẽsas, de calũnia puniatur. C. de-

3 Nõ dẽt. & multo. min⁹ pñ sibi applicare. Ioã. Fabri. l. ij. C. de epis. audien. đ xi ad Phi-lip. Dec. ĩ rub. de iud. lec. ij. in fine.

4 Vbi de hoc ĩ ult. gl. & xxj. q. si q̃s cuiuslibet. ꝑ Hostiẽ. in sum. đ offic. ordi. §. qđ pertinet. Et cõsuluit Ho. ĩ. đ homi. pro huma ni. li. vj. ut ibi scripsit super uer. aĩmaduersionis. ĩ fi. ꝙ ad suspicionẽ auaritiæ tollẽdã, iudex ecclesiasticus pœnas pecuniarias conuertat in pias cãs. Ioã. And.

5 Pñt. sed solus eps põt dispẽsare in pœnis. Fel. c. irrefragabili. §. j. đ off. ord.

Dánat⁹ de calumnia, est infamis: sec⁹ si simpliciter pronúciatur nó probasse. Io.An.

Adde ꝙ nec iuramétű calűniæ excusat à códénatione expensarű cócor. l. ij C. de iura. calum.

C. de calum. l. iij. & insti. de pœ. te. lit. §. aduersus. quia infamis efficitur: ut ibi dicitur. de quibus legibus hic facit mentionem.

a Victori. Victus uictori in expensis códénari debet, si per calumniam & malã fidẽ appareat eum mouisse litẽ, ut hic expresse dicit litera ĩ prin. & in auth. đ iudi. §. oportet. col. vj. & ff. đ iudi. eũ quẽ temere. Alij dicunt, quod eo ipso, quod succũbit, p̃sumit calũniari. unde condẽnari debet in expẽsis, De hac materia plene dictũ est. s̃. de do. & contu. finem.

b Nisi sententia pro absente. Sicut cauetur. C. de iudi. properãdum. §. & si quidem. ibi dicitur, quod uictus præsens, sumptus suos de condemnatione deducat.

mus ut de cætero in causis pecuniarijs uictus uictori a in expensis condemnetur, nisi sententia pro absente b feratur.

Inn. iij. Nidrosiensi archiepiscopo.

Clericus causam seu operã præbens bello deponendus est.

CAP. V.

QVòd in dubijs: & infrà. Quia uerò tã sacerdotes qui gubernant naues ad pugnam, quã qui personaliter exercent conflictum, & ij qui alios incitant c ad pugnandum, omnes enormiter peccant: de rigore canonico eos credimus deponendos.

Idẽ Londoń. episcopo.

Clericus ꝑ magno scelere ab eo cõmisso, deponi debet, & in monasterio detrudi ad agendã pœnitentiam.

CAP. VI.

TVæ discretiõis prudentiam: & infrà. Ad illud quòd à nobis tertiò requisiti, qualiter clerici in latrocinijs, uel alijs magnis sceleribus deprehensi, d puniri debeant? Respondemus quòd à suis ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis monasterijs e ad pœnitentiam peragendam.

Idem abb. & fratibus Cryptæ ferratæ.

c QVod in dubijs. Incitant. in bello iniusto. arg. s̃. đ homi. sicut dignum. §. quero. & ff. ad legẽ Aquil. item mela. §. item cum eo. secus si esset iustũ: quia tũc licitũ est hortari. xxiij. q. ul. hortatu. & c. igit̃. & c. ut pridem. & interesse bellis. eadẽ causa. q. iij. Maximianus.

Vide s̃. ti. j. c. fin. sup gl. ij. Io. And.

TVæ. Abbas & cleric⁹ in magnis criminibus đprehẽsi, post depositionẽ detrudi debẽt in monasteriũ ad agẽdũ pœnitentiam. Et diuiditur. Primo ponit consultatio: secũdo responsio: ibi, Respõdemus. Abbas. Sic.

d Deprehensi. & conuicti. sola enim deprehensio nõ sufficit. s̃. de iudi. cũ nõ ab homine. Vel intellige deprehẽsi ita ꝙ factũ sit notoriũ per euidentiam facti: tales. n. statim condẽnari possunt. C. de defen. ciui. l. defensores. Et arg. s̃. de co hab. cle. & mu. c. ult. & ij. q. j. de manifesta. & talis deprehensio authoritate sui prælati, 4 fieri debet, ne ultra se extendat uiolentiam, quam exegerit defensio clericorum. j̃. de sen. excom. ut famæ. alias capientes essent excommunicati, ut ibi.

4 Quod intellige, ut dixi de iud. cũ nõ ab homĩe sup. j. gl. Io. An.

e Monasterijs. Si. xvj. q. vj. đ lapsis, & l. di. si ille. & si ĩcorrigibiles fuerint, ꝑ secularẽ iudicẽ postea depræhendantur. s̃. de iud. cum non ab homine. Bernard.

COnstitutus. Primo ponit definitionẽ. Secundo causam interserit: ibi, Cum &. Abbas. Sic.

f Ex confessione. Confessio enim in iure facta, præiudicat. s̃. de transac. præterea. ij. & s̃. de confes. cũ super. & cap. ultimo. ubi de hoc. & C. eod. leg. una. & ff. eodem. lege prima.

Si uterque contrahentium uenit contra contractum, uterq; potest exigere pœnam adinuicẽ promissam ex conuentione.

CAP. VII.

COnstitutus in præsentia nostra: & infrà. Licet aũt in instrumẽto episcopi Lauitani, expressa fuerit certa pœna, quam pars contractum non seruans, solueret obseruanti: cùm tam utraq; pars uenisse contra illum ex confessione f propria conuincatur, & cùm pars uestra subtraxerit episcopo pensionem, & episcopus procurationẽ exegerit ab eadem ecclesia, sicut œconomus proposuit memoratus, utranque partem g ab ea reddimus † absolutam. h

Idem priori sancti Fridiani, & magistro B. canonico Pisano.

Si testis propter uacillationẽ incarceratur, infamiam nõ incurrit.

CAP. VIII.

SVper his, de quibus nos consulere uoluistis: & infrà. Clericus autem qui ꝑ eo, ꝙ uariauerat i & uacillauerat coram uobis: de mandato nostro † captus est & detentus, infamiam non incurrit. k

g Vtranq; partẽ. sed uidetur qđ eps nõ inciderit in pœnam. nã cũ altera pars ei subtraxit pẽsionẽ, licite potuit petere procurationẽ. Quia fidẽ non seruanti, fides non est seruanda. s̃. de iureiu peruenit. ij. 5 nã licitũ est redire ad priorẽ actionẽ, cum ex parte altera nõ paretur pacto. arg. s̃. đ pac. cũ pridẽ. De hoc dictum fuit s̃. de elec. cũ inter R. E cõtra uidetur. ꝙ illi potius præiudicet, qui ultimo incidit in pœnam: nã si uterq; est in mora semper ultima mora nocet. 6 ff. de pericu. & commo. rei uẽdi. illud. Respõdeo. hic propter par delictum, neuter incidit in pœnã ff. de reg. iu. cum par. & in delictis mutua fit compensatio. s̃. de adulte. capi. pen. & ult. xxxij. quæst. vj. nihil. & ff. solu. mat. uiro. Ioan. compẽsatio mutua fit. ff. de cõpẽsatio. si ambo. & ff. de dolo. si duo. Hæc decreta. decisa fuit in fine huius decretal. supra, de religio. domibus. cõstitutus. & per illam poteris intelligere istã. Bernard.

5 Cócor. l. cũ q. ff. đ inoff. testa. l. cum proponas. C. đ pact.

6 De hoc s̃. de deci. cũ homines. Ioan. And.

† Alias credim⁹.

† Alias uestro.

h Absolutam. Præferenda est enim opinio æstimationis, pecuniario commodo. ff. de solutionibus. l. cum ex pluribus. & ff. de usuris. in pecudum. §. ultimo.

i SVper his uariauerat. & ideo non fuerat ei credẽdum. quarta quæstione tertia. capi. si testes. §. qui falso. & supra, ut eccle. benefi. cap. ut nostrum. Bernardus.

k Nõ incurrit. Quia genus pœnæ 7 per se nõ infamat, nisi sententia præcedat C. quibus ex causis infa. irro. l. j. & l. nullam. licet Gratianus aliter senserit. iij. q. vij. c. infamis. §. tria. in fi. Vinc.

7 An carcer sit pœna: dicit j̃. eo. quis. li. vj. dixerunt hic Inno. Hostiẽ. & Ab. ꝙ est custodia, nõ pœna. ff. đ pœnis aut facta. §. solent. Io. An.

Suam

Svam. Diuiditur. In prima quæſt. In ſecunda prouiſio: ibi, Quia igitur Abb.

a Perſolutis. Eo ipſo, quod ſortem recipit, pœnæ renuntiaſſe uidetur. ff. de eo quod cer. lo. l. ulti. in fi. ff. de leg. com. poſt. diē. & ita uidetur, quod eā ulterius petere non poſſit per hoc quod hic dicitur. niſi aliter cōuenerit īter eos cū ſortem recepit, ſcilicet quod ſors & pœna peti poſſit. arg. ff. de tranſa. qui fidē. C. de trāſact. cum proponas. ff. ſi qs cau. l. ij. j. reſpon. & ſic uidetur ex hac decre. ꝙ nō committatur pœna in totum cū effectu, licet ſors in totum ſoluta non ſit. Vnde habes cōtraria plura. de uerbo. obli. ſtipulationū. §. ſi ſortem. Super hoc conſueuit diſtingui. aut. n. illud quod promittitur ſub pœna; conſiſtit in dādo, aut in faciendo. ſi conſiſtit in dando, in totum committitur pœna licet in parte ſit ſatisfactū. ff. fami. erciſc. hæredes. §. in. illa. in fi. & ff. de uer. obl. ſtipulationū. §. ſi fortē. & l. in executione. §. item ſi ita. & ff. de pigno. ſed an uiæ. argu. Si uero conſiſtit in faciendo, & illud quod promiſſum eſt ſub pœna, ſit indiuiduū. tunc idem eſt quod in primo caſu. quia in totū cōmittitur pœna. ff. fami. erci. hæredes §. an ea ſtipulatio. & ff. de uer. oblig. ead. §. cato. in pri. ibi ab omnibus factum &c. † & l. in executione. §. ſecūda. Sed in primo caſu, cum conſiſtit in dādo, dixit Azo oppoſita exceptione repelletur à pœna pro rata ſolutæ partis ar. ff. ſi quis cau. ſi ſeruus. §. j. & ff. de uerbo. obl l. ij. §. ult. ad fi. & ar. ff. depoſi. ſi duo hæredes. & ff. de uerb. obli. in executione. §. inſolidum. & hāc æquitatē ſeruat hic Inn. Nec eſt ſeruandus ille rigor ut in totum pœna exigatur, quia non debet quis cū aliena iactura ditari, ut hic dicitur. & xxij. q. ij. primum. ff. de condict. indebi. nam hoc. quia non interest illius pœnam recipere pro ſoluta ſorte, & ideo qui placuit æquitatē præferri ſtricto iuri. C. de iud. placuit. unde literæ ſuper hoc impetratæ non ualuerunt quod patet ex eo, qđ dicit ueritate tacita. Alij doctores legū ſeruant illū rigorē. Si uero factum ſit diuiduum a pro parte tantum committitur. ff. rem ratā hab. ſi procurator. §. ſi qs a procuratore. & arg. ff. de uerb. oblig. eadem §. cato. ibi, at ſi de eo cautū &c. Sed contrariū uidetur in l. præd. ff. ſi quis cau. ſi ſeruus ubi committitur pœna in totū, licet detur exceptio pro alia parte & factum uidetur diuiduum. Sed dici conſueuit, ꝙ illud eſt ſpeciale in iudicio: quia & ibi mora purgatur. ff. ſi qs cau. & ſi poſt tres. ſeu in pœnali ſtipulatione non purgatur. C. de cōtrahen. & commit. ſtipu. magnam. qa tēpus ibi interpellat. ſupra de loca. capitulo ultimo. Bernar.

Idem ſpoletano epō.

Obligatus ad certam quantitatem: certa die ſub pœna ſoluendam, ſi partem intra terminum ſoluit, ad pœnam integrā non tenetur. †

CAP. IX.

Svam ad nos rectores clericorum ſancti Fortunati quærimoniam trāſmiſerūt, ꝙ cum tibi eſſent in xl. libris per quoddam arbitrium condemnati, eſſetque pęna i. xxx. librarum appoſita, niſi eas ſolueret in termino conſtituto, tādem xxxiij. libris in termino perſolutis a occaſione ſeptē reſiduarum per quaſdam noſtras literas ueritate tacita impetratas obtinuiſti eos in præfatis. xxx. libris tibi per delegatum iudicem condemnari. Quia igitur, te non decet in tantū pontificalis modeſtiæ b obliuiſci, ut inhoneſtis quæſtibus anhelando, deſideres cum aliena iactura ditari. Mandamus quatenus ſeptem librarum ſolutione contentus, ſuper pœna c xxx. librarum memoratos rectores de cætero non moleſtes.

Idem.

Occidentes prælatū, priuantur beneficijs & feudis quæ habēt ab eccleſia cui præerat prælatus ille, nec eis uel hæredibus reſtituentur, nec alia de nouo concedi debent. Et hodie in occidente, capiente uel banniente epopum, auctæ ſunt ſimiles pœnæ, de quibus in cle. ſi quis ſuadente eo. titu.

CAP. X.

AD aures noſtri apoſtolatus peruenit, quod cùm quidam parochiani tui auſu diabolico bonæ memoriæ I. Vincentinum epiſcopum prædeceſſorem tuum nequiter peremiſſent, feuda & beneficia quæ illi à Vincentina eccleſia obtinebant, ipſis per ſententiam fuerant cum multa deliberatione ſublata. Quia igitur maiori ſunt animaduerſione plectendi, nos tam tibi quam ſucceſſoribus tuis, authoritate apoſtolica ꝓhibemus, ne ipſis aut hæredibus eorum beneficia prædicta reſtituantur d ſeu de nouo eis alia quelibet conferantur.

Idem.

Prorumpens contra iudicem, arbitrio ſuperioris punitur.

CAP. XI.

DIlectus filius electus ſancti P. ad montes: & infra. Ne iudicialis euaneſcat authoritas cum de litigatoris improbitate cōſtiterit, aduerſus aſſertionē e iudicis temerè prorūpentis, iuxta

b Modeſtiæ obliuiſci. præferēda eſt enim exiſtimationis opinio, pecuniario commodo. ff. de ſol. cū. ex pluribus cauſis. ff. de uſu. im pecudum §. ulti.

c Pœna. Videtur ergo ex hoc, ꝙ eccleſiaſtica perſona non poſſit exigere pœnam, nec ab ea exigi argu. xij. q. ij. fraternitatis. ar. cōtra. ſ. eo. conſtitutus. De hac materia dictum eſt ſ. de arbit. dilecti filij.

AD aures. Diuidit hęc decre. nam primo pœnalē ſniam recitat. Secđo aggrauat ibi: Quia igitur. Abb.

d Reſtituantur. Imo uidetur ꝙ maiori pœna puniēdi ſunt, ut non ſolum ea nō reſtituantur: ſed oīa alia bona ſua eccleſiæ cui iniuria facta eſt, tradātur perpetuo. xvij. q. iiij. ſi qs deinceps. & anathematizetur: ut ibi dicitur: licet ipſo iure ſint excōicati. ea cā. & q. e. ſi qs ſuadēte. Itē alia pœna imponitur ſ. e. c. prox. ſ. in quibuſdā, & ſi iterū aliq ſuū epm īterficiāt, priuāt epo. † xxv. q. ij. ita nos

DIlectus. Qui iudici iniuriantur, per ſuperioris arbitrium puniri debent. h. d. Abb. Sic.

e Aſſertionem. Arg. ꝙ uerbo iudicis eſt credendum niſi contrarium probetur: ut hic dicitur. arg. ſ. de ꝓba. poſt ceſsionem. Arg. contra ſ. de teſti. cum à nobis. & ſ. de proba. qm̄. contra falſam. cui ſtandum eſt.

Sed

† Hic qn quecōcurrebāt per quæ ꝓcedit hic tex. Iaſ. in l. iiij. §. Cato. col. xvj. in xj. oppoſi. de uer. ob. & ibi Lācel. Galiaula. co. xxiiij. & qđ iure canonico pœna exigi poſſit, tenet Phil. Cor. con. xxviij. in fin. cōſi. lxix. in fi. li. ij. cōſi. ij. lr̄a xxj. li. iij. Tn̄ quod indiſtīcte iure canonico non cōmittat pœna niſi pro rata tenet Io. cro. in d. §. Cato lect. j. nu. 75. dixi in tract. diuidui & indiuidui, quo remitto.

a Explicat Abb. in eo qui mihi cōſtituit ſeruitutem ſub pœna: & deceſsit pluribus relictis hęredibus: & unus ſolus me impedit in totū pęna cōmittit. Io. And.

a Addē q̄ ſit obligatio diuidua, & q̄ īdiuidua. no. in l ſtipulatiōes non diuidū. ff. de uer. obli.

Mora nō purgaī in ſtipulatione pœnali.

† Idē in caſu ſ. eo. fœlicis li. vj. Io. An.

Sed quod dicit hic, quod puniri debet litigator, uerū est cū temere [i] contradicit iudicis assertioni, puta cū iudex hoc, quod dicit, ostendit per acta. uel cū litigator nihil ostendit, cōtra excōicationis sententiā: tunc puniatur in sumptibus. j. de sen. excom. sacro. argu. supra eo. calumniā. Vel alias secundū arbitriū superioris: ut hic dicit. & s. de officio deleg. de causis. Ber.

[1] Miscendo iudicis contumeliā: ut dicendo ꝙ mētiť uel ꝙ melius esset habere asinum in iudicē, cum ipse nil intelligat, uel his similia: & quis hoc puniat dictū est in tex. Io. And.

superioris arbitriū, digna poterit animaduersione puniri.

Idem in concilio generali.

Patroni, aduocati, uel uicedomini, uendicātes sibi in ecclesiis plusquā iura permittā per censurā ecclesiasticā compescū tur, & si occidunt prælatū uel clericum ecclesiæ per se, uel per alios, perdunt quod habent ab ecclesia, & eorū posteri usque ad quartam generationē, non admittuntur ad clerum, nec in religionibus præficiuntur.

CAP. XII.

Q Vod in dubijs: & ĩ.Respondemus, ꝙ excommunicato, licet ꝙ stet mandato ecclesiæ iuramento firmauerit,communicari non debet, donec a per ecclesiam fuerit absolutus, alioqui post iuramentum non esset absolutio necessaria.Nullus autem scienter, nominatim excommunicato communicare tenet, nisi quædam personæ quæ per illud Greg.papæ præ.n.capitulum, quoniam multos. b specialiter excusantur. Illi autem qui nominatim excommunicatis præsumptuosè communicant, præter personas à dicto canone annotatas, nisi ab eorum participatione c commoniti d forte destiterint excommunicationis uinculo sũt innodandi: e secus autẽ si sciẽter ei communicat, qui cum participibus f suis est uinculo excommunicationis sententialiter innodatus, tunc enim & ipsi sententiam excommunicationis incurrunt. g

Idem doctoribus decretorum Bono.

g Incurrunt. Eãdẽ.s. quã & principales.xj.q.iij. excellẽtissimus.& hi nominatim dicuntur excommunicati.ff.de lib.& posth.nominatim. & ff.si cer.pet.certũ.sic etiã excõmunicantur Christiani, ne participent Iudæis etiã extra crimẽ.supra,de usur. post miserabilẽ.& c.quanto.Tñ hoc intellexit Ioan. ubi participant in crimine: in quo casu intellexit supra c.proxi. alias nõ essent excommunicati, sed post admonitionẽ excommunicarẽtur:ut hic dicitur.Sed quid si alterius parochianus participat tali, post talem sententiã, nũ quid erit excommunicatus maiori excommunicatione ? Dic ut s.c.proxi. Si participat in crimine, sic: aliter non est excommunicatus,nisi minori : ut hic patet in prin.B.

Iure tamen non sunt uitãdi, nisi publicentur: ut saltem illa participatio sit publicat. de hoc de cle. excõ. pposuit. secundum Host.Ioã. And.

Tamen & male. Pan.hic.

Excommunicato communicare tenentur, qui prius erant ei obligati ad obsequium familiare:alij uerò non tenentur de necessitate, licet interdũ possint necessitate urgente.

CAP. XXXI.

I Nter alias q̃ Strigoñ. archiepiscopus proponi fecit,nos recolimus respondisse,ꝙ nullus nominatim excõicato sciẽter, cõmunicare,tenetur, i nisi quædam personæ quæ ꝑ illud Gre.papæ.c. quoniam multos. h specialiter excusantur. uerùm ex hac responsione orta est occasio i disputãdi, alijs concedentibus quòd excommunicato communicare tenentur, personæ in prædicto c.nominatæ, ꝑsertim k quæ prius ad cõmunionem eorum ex debito tenebantur: alijs asserentibus eos communicare licite posse si uelint:nõ tamen ad hoc ex necessitate tenèri. Vt igitur,unde ius prodijt, interpretatio l quoque procedat, ambiguitatẽ huiusmodi, taliter duximus absoluendã,ꝙ cum quædam personæ in præmisso capitulo denotatæ, illis in quos lata fuerit excõicationis sententia,ante prolationẽ ipsius obsequio tenerẽtur familiariter adhærere, neq; postmodũ ad contrarium teneãtur (cũ adhuc debitũ duret m)beneficio canonis n id agẽte o a priore non sunt obno-

I Nter alia. Primo ponit dubiũ & unde fuit ortum. Secũdo solutionem: ibi,ut igitur. Abb.

Adde ꝙ est magna pœna quod sint inter homines & eorũ consor. priuẽtur tex.est C. de apostа. l. hi q sanctam.

h Quoniam multos.xj.quæ.iij. quoniã multos. & ĩ. cap.proxi.

i Occasio disputandi. Si.supra.de uoto.ex multa.

k Præsertim. Si istud præsertim, ponitur pro tantum, uerũ dicunt, prout sequitur de quibusdã personis. si pro maxime, nõ dicunt uerum : ut sequẽtia dicunt:quia nec uiatores debẽt talibus communicare : nisi necessitate instãte.

Dicit Host. hoc uerum, si spẽliter ꝑhibentur; ut ĩ dictis capi. sed et hodie. s.de pœ. c.si. p qd dicit hoc nõ eẽ ius nouũ.imo ipsi rustici & seruientes in cap. qm multos specialiter eximunt.põderare de buisset hostiꝙ Tan. & Go.nõ dicũt hoc ius nouũ cõstitui p istud cap. sed per illud.

l Interpretatio. Ad quẽ pertinet iuris constitutio, ad ipsum pertinet interpretatio. C. de leg.l.ulti.xj. q.j.ca. clericum. §. ex his omnibus.Ber.

m Duret. Ex sui natura.Ber.

n Canonis. xj.quæ. iij. quoniã multos.

o Agente. Per declarationẽ. In quibusdã .n. casibus illius ca. est declaratio:ut ĩ filijs, seruis ancillis, & uxore. in q̃busdã est cõstitutio iuris : ut in rusticis & mercenarijs.& ꝙ ĩ hoc ius nouũ constituat per illud ca.circa ꝑsonas mercenariorũ rusticorũ,satis uidetur.quia per prio-

priora iura eos vitare tenebātur.xv.q. vj. nos sancto-rum iuratos. xj. q. iij. excommunicatos quoscunque.

ᵃ Necessitatis. Nunquid magnæ, an cuiuslibet tantū: nā aliqua sustinēda est incōmoditas, ut ecclesiastica iustitia seruet.xix.di.in memoriā.& ꝭ. de off. dele. dilectus. Si tantum magnæ, cuius arbitriū spectabit? Videtur ꝙ superioris. ar.ꝭ.de uo.quod super his.& c. ex multa.Sol.in transeunti bus, res ista dilatio nē nō capit. ᵇ q.s. Nedum suo relinquatur iudicio. de consue. xj. qō.iij. ꝙ pdecessor. In peregrinis autē qui ultra mare aliquandiu, & Romæ per quadragesimā cōmorari solēt, superioris iudiciū requiratur: quia nemo sibi regulariter iudex esse potest.ff. de iudic.si aliter. & arg.ꝭ. de elec. venerabilem.§.idem.

Nedum superioris iudiciū expectat: ut viator fame pereat v.dist. baptizādi, secūdū Gof. Ioā. And.

ᵇ Tenentur. Vt sunt domestici, filij, serui, mercenarij & vxor.

ᶜ In criminibus. In talibus nulli cōsentiendū, nec obediendū est.xj. q. iij. ꝙ resistit. Iulianus. & xxxij. q. v. ita ne alias si cōicarent illis in criminibus, eadem sententia tenerentur. ꝭ.eo. nuper.ij.& ǰ.eo.si concubinæ.Bern.

Cvm. In prima parte ponitur quæstio. In secunda responsio: ibi, circa quos. Et ibi ponit distinctio bimēbris. Et primū membrū ꝓsequitur: ibi, primo. Secundum ibi, quæ si claustrales. Et ibi primo tractat de talium absolutione, usque ibi, si autem.& ibi quæstionem principalem soluit. Abb.

ᵈ Cum illorum. Hic patet expresse, quod dictum illius canonis, si quis suadente, prohibito riū est: ᵃ quia oēs debent ad sedem apostol. mitti, nisi quorum absolutio inferioribus prælatis, in certis casibus reseruatur.

ᵃ Secundū modū quo utimur nos iuristæ: potiꝰ debuisset dicere permissoriū: licet magis ꝓprie loquatur. & vide quod dixi ď hoc desponsa. cum apud Ioā. And.

xietate solutæ, sed ad familiare tenentur obsequium, & ita per consequens ad cōmunionem tenentur, sine qua illud nequeunt exhibere. Illud aūt, non ad oēs personas capituli credimus referēdum: ut uidelicet obnoxietati hmōi sint subiectæ, cùm viatores, peregrini, & mercatores a cōmunione talium persona rum (nisi articulus necessitatis ᵃ immineat) debeant abstinere: ut in fine colligitur manifestè, sed ad illas duntaxat quæ talibus arctiori tenētur ᵇ obnoxietate constrictæ: quibus tamen in his pro quibus sunt excommunicatione notatæ, ut in criminibus ᶜ communicare non debent, sed ab eis penitus abstinere.

Idem.

Si excommunicatus pro manuum iniectione, scienter recipit ordines, si est clericus secularis, deponendus est, si regularis ab executione ordinis est suspensus. Qui ignorans ius uel factum sic excommunicatus recipit ordines, si est clericus secularis, dispensat cum eo solus papa: si regularis, dispēsat abbas, si ignorātia est probabilis, & factum non est graue.

CAP. XXXII.

Cvm illorum ᵈ absolutio, qui pro violenta manuum iniectione in clericos labem excōmunicationis incurrunt (qui busdam casibus a prædecessore ᵉ nostro exceptis) sedi duntaxat apostolicæ reseruetur, ᶠ nonnulli ecclesiasticā sententiā negligentes, in excommunicatione positi, ecclesiasticos ordines accipere nō formidant. quid aūt de his fieri debeat, apostolicū sæpius oraculum imploratur. Circa quos credimus distinguendū, ꝙ tales vel sciunt ᵍ excōmunicationis se vinculo irretitos, uel nō recolunt factū, pro quo in latæ sententiæ canonem inciderunt, uel factum quidem scientes, iuris ignari nesciunt ʰ exinde se teneri. Primò si fuerint seculares clerici, à susceptis ordinibus ⁱ censemus in perpetuū deponēdos: in reliquis casibus, tam archiepiscopi, quam episcopi absque mādato sedis apostolicæ speciali dispensandi facultatem se nouerint non habere, qui bus etiam est absolutio talium interdicta: ᵏ cū maiora intelligantur illis prohibita, quibus uetita sunt minora. ˡ Poterūt tamen huiusmodi Rom. pont. auribus intimari, ut ab eo secūdum rigorem, ᵐ uel æquitatem responsum prodeat, prout discretio sua uiderit faciēdum. Qui si claustrales ⁿ huiusmodi fuerint, licet ab Alexandro ᵒ papa fuerit constitutum, quòd monachi & canonici regulares, quocunque modo se in claustro percusserint, non sunt ad apostolicam sedem mittendi, sed secundum prouidentiā sui abbatis, disciplinæ subdātur: & si ab batis discretio ad eorum

ᵉ A prædecessore nostro. supra eo. de cætero, mulieres. ea noscitur. quod de his.& ǰ.eo. quamuis. Bern.

ᶠ Reseruetur. per canonem illum. xvij. quæst. iiij. si quis suadente.

ᵍ Vel sciunt. quia aliud est quod studio delinquitur: aliud quod ignorātia. xj. q. iij. excellētissimus.

ʰ Nesciunt. Pone exemplū, ubi quis non crederet se teneri. ꝭ. eo. nuper. j. respons. & cap. cum mulieres. in fi.

ⁱ Ordinibus. Similiter & de beneficijs. ꝭ. de cler. excōmunic. mini. postulastis. & capit. latores. sic excōmunicati recipiunt ordines, & excommunicatus confert ordines. ꝭ. de eo qui renuntia. episc. c. ij.

ᵏ Interdicta. xvij. q. iiij. si quis suadente. Sed nunquid poterunt dispensare, post impetratā absolutionem? Videtur quod non, per id quod sequitur. Sed si nō esset inter dicta dispensatio, possent. ar. ꝭ. eo. nuper. Et est arg. quod dispensare possunt, ubi non est prohibitum. ff. ex quibus causis maiores. nec non. §. quod eis.

ˡ Minora. Minora vocat absolutionē, maiora dispensationem: & ita cui prohibetur minus, & maius prohibitum intelligitur. lxxiiij. distinct. gesta. xcv. distinct. illud. & ff. de senato. qui indignus. & econuerso cui conceditur maius, & minus. supra, de dec. ex parte iij. Bernardus.

ᵐ Rigorem. Aequitas rigorem mitigat. unde æquitas intelligitur iuris relaxatio, & æquitas rigori præfertur. C. de iudic. placuit. xxxiiij. distinct. fraternitatis. & ꝭ. de transac. c. ult. Bern.

ⁿ Claustrales. Hoc respicit ꝙ ꝭ. dixit seculares. Bern.

ᵒ Alexandro. Supra eodem, monachi. Bernardus.

ᵐ Cōcor. l. iurigentium. §. ad eo. C. de pact. & l. ad rē mobilē. ff. de procura.

correctionem nõ sufficit, prouidentia est diœces. epi adhibenda, & alibi [a] dicatur, ꝙ de seculo fugiẽtes, qui religionis habitũ in monasterio receperunt, & inter cætera postmodũ cõfitentur se tale cõmisisse [b] delictum, propter quod ipso actu excõmunicationis sententiã incurrerũt, sine licẽtia Rom. pont. abbas non potest, nec debet eos absoluere, quamuis præsumptionem delinquentium, debita possint animaduersione punire: nos tamẽ in religionis [c] fauorem, ut euagãdi materia subtrahatur, maiorem eis gratiam exhibere uolentes, eorũ prælatis, quòd etiam talibus [d] absolutionis beneficiũ impertiri ualeant indulgemus, nisi excessus ipsorum extiterit difficilis & enormis, vtpote, si ad mutilationẽ membri, [e] uel effusionẽ [f] sanguinis est ꝓcessum, aut in episcopũ, [g] aut abbatem [h] violẽta manus iniecta, cũ excessus tales & similes, nequeãt sine scãdalo prę teriri. [†] Si verò claustralis aliquis, in religiosam personã alterius claustri, manus iniecerit violẽtas, per abbatem propriũ, & eius qui passus est [i] iniuriam absoluatur. Quòd si clericum percusserit secularem, non nisi per apostolicam sedem (ut scandalum euitetur) absolutionis gratiã poterit promereri. [k] Si autẽ ad hos ordines promoueri contingat, iuxta præmissam distinctionem, qui scienter in contemptum [l] ecclesiasticæ disciplinæ se fecerint ordinari, ab executione suscepti ordinis & officij, decernimus manere suspensos. Circa reliquos verò facti memoriam, uel iuris peritiã [m] non habentes, monasteriorum utilitate pensata, post iniunctam sibi regularem pœnitentiam, & peractam, abbates ipsorum poterunt dispensare, [n] nisi graue fuerit & notabile factum, aut is qui fecit, adultus fuerit & discretus, [o] ut uiolenter contra obliuionem, uel ignorãtiã præsumatur. [p] Præcipimus autem abba-

[a] Alibi dicatur. Non habes hodie illam, sed in antiqua compilatione. consuluit. tit. eo. Bernar.
[b] Commisisse. Ante ingressum supple. Bern.
[c] In religionis fauorem. Imo videtur, ꝙ de iure communi. nõ ẽ enim illi necessaria certa delicti satisfactio, cuius totũ vitæ tẽpus obedientiæ impenditur sui conditoris, [1] de pœ. di. j. §. his authoritatibus. post illud cap. mẽsurã. si. s. de vo. scripturæ. xxxiij. q. ij. admonere. Lau.
[d] Talibus absolutionis. Hoc intellige de illis, qui inciderunt in Canonem ante ingressum: qa de his qui incidunt post ingressum, concessum erat per Alexãdrũ. s. eo. monachi. unde quo ad alios dicit indulgemus. Bern.
[e] Mutilationẽ mẽbri. Hoc intellige simpliciter de omnibus monachis, qui hoc cõmiserint, siue ante ingressum, siue post. j. e. canonica. nec est distinguendũ inter membrũ & membrũ. s. đ cle. ægro. c. ij. & s. de cor. viti. exposuisti. alias excessus difficilis uel enormis relinquitur arbitrio iudicis, cum excessus notorius est: tunc abbas ipm absoluere non põt propter scãdalum, ut hic dicit. Bern.
[f] Effusionem sanguinis. Quid si modicũ, ualde læsit cũ sanguinis effusione: quia de facili sanguis effundit quandoque, [2] nunquid idem erit ac si enormiter læderet? Satis crederem committendum arbitrio iudicis, puta episcopi uel abbatis, licet litera ista simpliciter loquatur. uerbum enim effusionis abundantiam significat, xvj. q. j. reuertimini. & xlj. dist. sæpe. argu. sed ibi nomen effusionis, significat vitium. Bern.
[g] In episcopum. Ex persona augetur crimen: de pœnit. dist. j. §. aut facta. institu. de iniur. §. atrox. & ff. de re mili. omne delictum. §. qui manus. & ff. de iniur. item apud. §. quod ait prætor. sicut ex atrocitate facti xvij. quæst. iiij. qui subdiaconum. & ex persona eius qui fecit, crescit iniuria. ff. eod. sed si. §. quædam. & xl. distinct. homo christianus.
[h] Abbatem. Propriũ. [3] Multa enim permittuntur nobis, in hominem nostræ religionis, quæ nõ permittunt in alijs. xvj. q. j. c. j. & ij. q. vij. si hæreticus. Quid si abbatẽ nõ habet, sed priorẽ aut ꝑlatum alio nomine designatũ? Rñ. beneficiũ illud ad omnes monachos & regulares canonicos [4] extẽdit: ut s. e. monachi. & ad hospitalarios Hierosolimitanos, qui per suũ priorẽ absolui possunt. j. eo. canonica. idẽ credẽdũ de tẽplarijs, [5] dũmodo cõsimilẽ priorẽ habeãt ut habẽt hospitalarij, ad omnes claustrales hoc beneficiũ extenditur: cũ eadem causa subsit in omnibus Bern.
[i] Passus est. Quia ille uidetur iniuriã passus. ar. inst. de iniur. §. ij. sicut ĩiuria facta filio, patrẽ cõtingit, & agere põt: tñ si pater remittit iniuriã filius agere non põt, nisi pater vilis ꝑsona fuerit, & filius honesta. [6] ff. de iniu. sed si. §. si filiofamilias. sic & si abbas remittit iniuriã factã monacho, monachus agere nõ potest aliquo casu. videtur tñ. ꝙ secundũ forũ rei, hoc debet fieri. iij. q. vj. c. j. & vj. q. iij. placuit. sed nõ ẽ ita in casu isto, & sufficit, ꝙ ita hic cauet. vj. q. iij. scriptũ est. & ff. qui & à qui. l. ꝓspexit.
[k] Promoueri. Sed nõne datur hic euagãdi materia? Quare in hoc casu, non absoluet eũ abbas, sicut absoluit illũ, q ante monachatũ deliquit? Sed ratio est: quia ante ingressum erant eiusdem conditionis. & per ingressum facile tollit obligatio. xix. q. iij. non liceat. & q. ij. duæ sunt. Ioãn. sed ratio vera redditur in litera, s. propter scãdalum. scandalum enim est, ꝙ monachus inijciat manũ in maiorem: quia vix bonus monachus facit bonũ clericum. xvj. quæst. j. c. legi.
[l] In cõtemptũ. Quod semper præsumitur, nec admitti debet probatio in contrarium. sic liiij. di. fraternitatem. s. de iud. c. ult. & cũ istis nõ dispensabit. Abb.
[m] Iuris peritiã. No. ꝙ mitius agit cũ ignorãte ius positiuũ: secus in iure naturali, ubi nec rusticitati ẽt parcit. C. de i ius vo. l. ij. sicut nec parcitur mulieri cõtra m̃rimoniũ suũ, est. n. đ iure nat. ut s đ diu. gaudemus. V.
[n] Dispẽsare. Potest ergo abbas dispẽsare cum monacho, circa ordines: [7] ut hic, & s. đ eo q fur. or. re. c. ij.
[o] Et discretus. Et ita nõ sufficit, ꝙ sit adultus, nisi sit discretus: qa cõtra discretũ, de facili ꝑsumitur. C. qui & aduer. quos l. j. ff. de prob. cũ de indebito. Et ĩdiscretus iniuriã facere nõ põt: pati uero põt. xv. qõ. j illud. & ff. đ iniur. l. illud. & ff. ad l. Cor. de sic. ĩfans. sed de talibus nõ intelligit hoc: qa tales nõ ĩdigẽt dispẽsatione.
[p] Præsumatur. Arg. quod non semper credendũ est confitenti

[1] Fauorẽ: quia casus iste est de reseruatis & qa Ale. prohibuerat: & qa latius loqtur. s. de ꝓlatis, non de Abbatibus tantum secũdum Ho. Ioã. And.
[†] Adde ꝙ priuantur omnib. bonis tex. ẽ in l. si quis in hoc genus. cum authẽ. sua C. de sac. san. episc.
[2] De naso in æstate secũdũ H. Itẽ ut dicebat Ab. etiã sine sanguinis effusione potest esse percussio enormis: & facit qđ no. de consec. eccle. uel alta. c. uno. lib. vj. in iij. gl. Io. An.
[3] Propriũ etiã cõmẽdatarium. Phil. Dec. c. edoceri. in fi. de rescript. & bene, quia cõmendatarius verus ẽ prælatus secũdum abusum huius seculi & commẽda non est aliud quã titulus dispẽsatorius ut noue dixi in reg. cãcel. reg. de publi. quæst. xv.
[4] Qui nõ habẽt Abbates, sed priores: & sic nõ põt dici, ꝙ bñdictio hoc operet. sic s. đ æta. & qualit. cũ cõtingat. cũ priores non bene dicant. de ele. indẽnitatibus li. vj. Io. An. & sic ille prior, putaclaustralis si nõ habet s. se alium superiorem in claustro, tantũ potest quantũ ad hoc quãtũ Abbas, & ita hodie practicat quæ est magna extensio, qa gl. Pã. & doc. hic intelligũt de priore in titu. de quo friuola est disputatio.
[5] Templarijs. gl. vera est ꝑ ea quæ nup dixi: quãuis Host. hic, & Pa. nor. nu. 13 reprobãt.
[6] De hoc in Spe. de iniur. ver. sed nunqd nocet. Ioã. And.
[7] Quod intelligit Innoc. de irregularitate tantũ ante monachatum contracta qcquid dicat, verũ est: ut dicit Ho. ꝙ hic loquit de contracta etiam post igressum: nam proximo dicta, dicit incidẽter & pra

tibus, ut formã istam diligenter obseruent, ne priuilegium mereatur amittere, qui sibi permissa abutitur potestate.

Idem Pistoriensi epo.

Monialis percutiens monialem, seu conuersum uel clericũ secularem, incidit in excommunicationem, & ab episcopo loci absolui potest.

CAP. XXXIII.

DE monialibus tua à nobis fraternitas requisiuit, per quem eis sit beneficiũ absolutionis impendendũ, si uel in se inuicem, uel conuersos, uel conuersas suas, aut clericos etiã manus iniecerint temerè uiolentas. Super hoc igitur tuæ consultationi taliter respondemus, ut per episcopum [a] in cuius diœce. monasteria fuerint, absoluantur.

Idem uniuersis cruce signatis.

Contractus etiam qui sine communione explicari non potest, non dissoluitur seu impeditur per excommunicationem superuenientem in eum qui tenetur aliquid præstare non ex. communicato.

CAP. XXXIIII.

SI uerè: & infra. Quòd si Veneti fortè, nec satisfacere uoluerint, nec absolui, uobis permittimus, ut cum ipsis vsque in terram Sarracenorum uel prouinciam (iuxta quod inter nos conuenit & ipsos, uel honestè conuenerit) nauigio transeatis, quantò minus poteritis, cum dolore tamen & amaritudine cordis, & sub spe ueniæ [b] cõmunicãtes eisdem. Cùm enim iam à uobis maiorẽ nauli receperint quãtitatẽ, nec ad eã possint restituendã induci aut etiã coarctari, si aliter fieret: uideremini uos damnũ ex pœnitẽtia, ipsi uerò præmium ex cõtumacia reportare: [c] cũ ad hoc debitũ exoluendum, ipsi uobis maneant obligati, & ab excõmunicatis exigi [d] possit & recipi, quod debetur. Est aũt cautum in iure, quòd si quisquam per terrã hæreticorum, aut quorumlibet excommunicatorum transierit, necessaria [e] emere ac recipere poterit ab eisdem. Præterea, si paterfamilias domus ex communicationis sententia fuerit innodatus, a participatione illius familia excusatur. Licet ergo dux Venetorum, dominus nauium, tanquam paterfamilias domus in excommunicatione persistat: uos tamẽ, tanquam ipsius familiam, dum in nauibus eius fueritis, ipsius excõmunicatio, non contiget: & excusabiles eritis apud Deum, si in excommunicatorum [f] nauibus existentes, cum dolore cordis, & sub spe pœnitentiæ communicaueritis ipsis, in quibus eorum communionem non potueritis [g] euitare.

Idem Lond. episcopo.

---

ter principale propositũ. qđ autẽ generaliter formabat, ut patuit in prin. dixit tñ H. hãc gratiã nõ extendendam ad alios casus s. de priu. sane. Ioã. And.

[b] Et de cõsec. dist. ij. tribus gradib⁹. secũdum Vin. alias incipit tanta. Ioã. And.

[a] Posuit glossator antiquam gl. non aduertẽs, ꝙ litera erat sublata ꝓpter quã ponebat: de qua dixi in text. facit ergo hoc eps suo iure. Ioã. And.

[c] Idem Vinc. qui hoc no. j. eo. canonica & facit quod ibi dicam post Host. in fin. gl. j. & Innoc. hic ad hoc j. de statu reg. c. uno in fi. li. vj. quod etiã uidetur facere contra. & in cõcil. Viennensi. de sta. mona. attendentes. Ioan. And.

confitenti peccatum, in pœnitentia. Argu. s. de homi. significasti. [?] ij. quia non est uerisimile, quod aliquis sit immemor suæ salutis. j. quæst. ult. sancimus.

DE monialibus. Moniales excõicatas pro iniectione manuũ, absoluit eps. h. d. uel aliter & sic ut in sum. Primo ponitur consultatio. Secundo respõsio: ibi, super hoc. Abb.

[a] Per episcopum. Impedit eum sexus muliebris, ne abbatissa possit absoluere moniales, sicut hic patet, nec cõfessionẽ earũ audire, nec eas benedicere, uel euangeliũ legare: quia sexui fœmineo, claues ecclesiæ cõmissæ nõ fuerũt. s. tit. ꝓxi. nou. & ar. s. de ma. & obe. dilecta. ubi de hoc. Sed eps illas absoluit, authoritate papæ sibi per hanc decre. indulta, tanquã delegatus [a] ad hoc & sic absoluet oẽs, tam exemptas, quã nõ exẽptas. [c] & ẽ si. s. de hære. ad abolendã. in fin. & s. de offic. ord. irrefragabili. §. cæterũ. & eo iure quo absoluit alias mulieres. s. e. mulieres. Sed quid si monasteria essent in diuersis ẽpatibus & una monacha ꝑcutiat monachũ uel monachã uel conuersum uel clericũ alterius ẽpatus? Cõueniat uterque episcopus, uel alter, delegat alteri uices suas. s. c. ꝓxi. Bern.

SI uere. Si locanti operã personalem soluisti pretiũ uel eius partẽ. & postea fuit excõmunicatus, uel etiã prius, sed ignorabas: si ad satisfaciẽdum non potest induci in opera sic locata sibi poteris cõmunicare. hoc dicit. Et primo ponit permissionẽ: quã secundo ꝓbat tribus rationibus. Prima ibi, cum enim. Secunda ibi, est autẽ. Tertia ibi, præterea. Abb. Sicul.

[b] Sub spe ueniæ. Argum. cõtra. Quia sub spe ueniæ nemo peccare debet. supra de cleri. ẽxcom. mini. illud. & de conse. dist. iiij. quando quis. sed tamen hic non credo eos ex hoc peccare, cum papa hoc permittat: & ne ipsi ex suo dolo cõmodum habeãt, sed hoc ideo dixit, quia bonarũ mentium est, ibi culpam timere, ubi etiã culpa nõ est. s. de obser. ieiu. consilium. §. ij. v. dist. ad eius. Arg. bo. ad hoc. j. de pur. ca. c. ij. Bern.

[c] Reportare. quòd esse non debet. xvj. q. j. legi. & s. đ resc. ex tenore. nec ipsi debẽt ridere. de fletibus aliorum. s. de priuile. petistis. q̃a nemo de improbitate sua consequitur actionem ff. de furt. itaq; fullo. §. j. vers. sed nemo. nec stulti debẽt esse melioris cõditionis, quã periti. ff. quod ui aut clam. seruius. [?] & quia derelinquunt. non debet esse corũ conditio melior. ff. de donat. inter vir. & uxo. l. iij. §. j.

[d] Exigi. s. de excep. cũ inter. & s. de hære. excõicamus. §. credentes. conuenire tamẽ alios, aut recõuenire non possunt, sed excipere bene: ut in proxi. concordã. appellare, & prosequi appellationem. s. de except. c. ult.

[e] Necessaria emere. Hic habes duos casus. in quibus ex communicatis licite participatur, alij notantur. supra eo. cum desideras.

[f] In excõicatorũ. arg. est hic, ꝙ si socius me⁹ [?] incidit in excõmunicationem, non statim teneor ipsum deserere, nec ipse tenetur statim diuidere societatem: hoc intellige, si sine magno damno hoc fieri nõ possit. arg. xj. q. iij. antecessor. xxiij. q. iiij. c. j. xl. distinct. quisquis. xij. dist. illa. & viij. di. qui cõtra mores. Arg. contra. ff. de ma. & obe. illud. & xxiiij. qõ. j. omnes qui.

[g] Non potueritis. Supple commode: quia illud dicimur posse, ꝙ sine incommodo possumus. ff. de ver. sig. nepos. in fi. ff. de condit. insti. filius qui. in fi. [?] xxij. q. ij. faciat homo. Bern.

[?] Et j. de præbẽ. cũ qui. li. vj. Ioã. And.

[?] Non solum in domo sed ẽt in camera dũmodo non simul cũ illo iaceã uel comedam. secundũ Inno. & Ho. s. eo. nup nec secundũ eos dicitur communio, ubi ĩ domo aliqua est excommunicatus ꝓ suis factis & ego ꝓ meis. Ioã. And.

[?] Nõ ualet conditio institutioni adiecta, q̃ contra bonos mores est: quasi nec id fieri possit. Io. An.

Prælatus poteſt & debet clericum ſubiectum incorrigibilem incarcerare: & laici citra metum excommunicationis de prælatorum ſententia capere poſſunt clericos, & ad iudicium ducere.

CAP. XXXV.

Vt famæ tuę: & infra. Sanè cõſuluiſti nos, vtrum clerici grauiter excedentes, qui tutè nõ poſſunt monaſterijs ad agendum pœnitentiã deputari, quoniã cum non pœniteant de commiſsis opportunitate fugiendi captata, carcerem [a] fugerent clauſtri, & prioribus ſe ſcelerib⁹, ſceleſtius immiſcerent: a te uel alijs prælatis ſuis arctæ poſsit cuſtodiæ mãcipari: [b] & ĵ. Reſpondemus, ꝙ cùm prælati exceſſus corrigere [c] debeant ſubditorũ, & publicæ utilitatis interſit, ne crimina remaneãt impunita, [d] & per impunitatis audaciã fiãt, qui nequã fuerãt nequiores: non ſolùm poſſunt, ſed debẽt etiam clericos poſtquam fuerint de crimine canonicè condemnati, ſub arcta cuſtodia detinere, qui cùm ſint incorrigibiles, [e] nec in monaſterijs ualeant cuſtodiri, ad ſimilia uel peiora facilè liberẽtur. Laici uerò citra excommunicationis ſententiã, capere clericos, & ad iudicium trahere [f] poſſunt, ſi oporteat etiã uiolenter, [g] dũ tamen id de mandato [h] faciãt prælatorũ, [i] quorum illi ſunt iuriſdictioni ſubiecti, & quorũ eſt corrigere criminoſos, cum hoc non ipſi, ſed illi quorum authoritate [i] id faciunt, facere uideantur: dum tamen non amplius [k] eorũ uiolentia ſe extendat, quàm defenſio uel rebellio exigit clericorũ.

Idem Bracharen. epõ.

Excommunicatus eſt, qui in clericum etiam uolentem manus iniecerit uiolentas, etiam ſi hoc faciat in ſatisfactionem præcedentis iniuriæ. hoc dicit, & eſt caſus notabilis.

CAP. XXXVI.

Contingit interdum, quòd clerici ſi quem offendant, & ſatisfacere velint offenſo: ſecundũ morem patriæ quem inter ſe laici obſeruant, corpora ſua ſponte ſupponunt xxx. ſeu pluribus, aut paucioribus percuſſionibus fuſtium: & infrà. Nos autem fraternitati tuæ ſuper hoc reſpondemus, quòd huiuſmodi manus iniectio, & ſi non uiolenta, tàmen iniurioſa [l] uidetur: cum ille canon tam in fauorem

[a] Vt famæ. Carcerem, id eſt, ipſum clauſtrum, quod eis eſt carcer.

[b] Mancipari. ſine pœna excommunicationis.

[c] Corrigere. ſ. de off. or. c. j. & ſ. de ac. qualiter & qñ. ij. ne ſanguis eorũ, de ſuis manib⁹ requiratur. ſ. de off. ordi. irrefragabili. ubi de hoc. & ſ. de ſta. mona. ea quæ. & c. cum ad monaſterium. ad fin.

[d] Impunita. Ad publicã utilitatem reſpicit, ut crimina puniantur: ut ff. ad leg. Aqui. ita uulneratus. j. rñ. in fi. & ff. de ſolu. Stichum. §. tametſi. & ff. de iudi. ſi longius. §. j. & ff. de fideiuſ. ſi a reo. §. illud quod. & C. de pœn. ſi operis. ne ad maleficia quiſquã proſiliat: ut l. ſi operis. & xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. ff. de pœ. le. capitalium. §. famoſos.

[e] Incorrigibiles. Hi deponi poſſunt, & tradi curiæ ſeculari. ſ. de iudic. cum nõ ab homine. xvij. diſ. nec licuit. ſed nõ ad ſanguinis effuſionẽ, & ſic intelligitur. ſ. de iud. at ſi clerici.

[f] Trahere poſſunt. Sic. C. de his qui ad eccle. cõfu. l. iij. ubi ſeruus abſque ſacrilegio, ab eccleſia extrahitur.

[g] Violenter. Arg. cõtra. ſ. eo. vniuerſitatis. Hoc intelligendũ eſt de incorrigibili. illud de eo qui corrigit. & verberatur a laico de mandato abbatis: quod non licet, ut ibi dicitur, & ita non ſe tangunt.

[h] De mandato. & nonne ſufficit generale mandatum, quod continetur xxiij. q. v. cap. princeps ſeculi. Sol. ſpeciale mãdatum, hic expectandũ eſt quãdiu eñ non eſt notũ ipſos eſſe incorrigibiles, & traditos curiæ ſeculari, [1] nõ licet ſine mãdato prælatorẽ: quia adhuc ſub regula clericali tenentur etiã depoſiti lxxxj. diſt. dictum. uel niſi ſe immiſceant enormitatibus. ſupra eo. cũ non ab homine. & c. perpendimus.

[i] Quorum authoritate. Qui enim per alium facit, per ſeipſum facere intelligitur. ſupra eo. mulieres. & ff. de admini. tut. ita tamen. §. geſsiſſe. Bernardus.

[k] Non amplius. Quia cum moderamine inculpatæ tutelæ, alias ſi excederent modũ, tenerẽtur. argu. ſ. de reſti. ſpo. olim. in fi. vbi de hoc. ſi. ff. ad leg. Aquil. ſi ex plagis. §. tabernarius. & ita patet, quod clericus depoſitus adhuc gauder priuilegio clericali.

[l] Contingit. iniurioſa. Quãdoq; fit iniuria ſiue violẽtia: & tũc incidit in canonẽ. ſ. eo. nuper. j. rñ. & ca. uniuerſitatis. Sed quare hic dicit iniurioſa, cũ uolenti non fiat iniuria. xxxiij. qõ. v. noluit. & ff. de iniur. l. j. §. vſque adeo. C. de tranſact. cum donationis. ff. de reg. iur. nemo uidetur? Sed dic, quod iniuria illa dicitur fieri eccleſiæ: quia ea quæ in nos delinquuntur, poſſumus remittere, ſed nõ quantum ad eccleſiam. xxiij. q. iiij. ſi is qui. & ſ. eo. cum deſideres. & ſic filius poteſt remittere iniuriam, quãtũ ad ſe, ſed nõ quantũ ad patrem. ff. de iniur. l. j. uſque adeo. & quantum tangit commodum noſtrũ, & non quantum tangit commodum aliorum. ff. de pact. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. lxiij. di. Salonitanę. Sed nunquid poteſt epiſcopus ſolus remittere iniuriã factã eccleſiæ ſine capitulo? Videt quod ſic: quia actio iniuriarum, nõ eſt in bonis noſtris ante litem conteſtatã. ff. de iniur. iniuriarum. ergo ſolus epiſcopus poteſt remittere. arg. ſupra, de his quæ fiunt a prælat. ſine conſenſu capit. cum apoſtolica. cũ enim epiſcopus ſit pater. xcv. diſt inctio. eſto ſubiectus. & pater poſsit remittere iniuriam factam filio. ff. de iniurijs. l. ſed ſi unius. §. filiofamilias. ergo ſolus hoc facere poteſt. Sed non videtur cũ epiſcopus ſit procurator, & nõ dominus. xij. q. j. c. ult. & ſupra, de dona. fraternitatem. quia conditionem eccleſiæ facere deteriorem non poteſt: ut ibi dicitur. [2] Sed quare excuſatur, qui ioco percutit clericum, licet inuitum. ſupra eo. c. j. & non eſt iſte qui percutit uolentem? Ratio eſt: quia iſte temerarias manus inijcit. ſupra eo. vniuerſitatis. ſed ille non: & cauſa ulciſcendi iniuriam ſuam, hoc facere uidetur. Item: quia huius manus ſæuit, licet non iniuriando. arg. xiiij. q. vj. ſi res. ſed non illius qui ioco. Ioan. And.

[1] Agit filius lõge abſẽs ſine pſis aſſenſu: nedum expectat pater remãeat maleficiũ impunitum. Ioã. And.

[2] Et ſic ẽ intelligendũ, qđ no. Io. in prę alle. c. principes. ſecũdũ Ho. qui etiam hic dicit, ꝙ caſus ibi notati poti⁹ ſunt caſus, qb⁹ inuocatec cleſia brachiũ ſeculare, quã quibus iudex ſecularis poteſtatẽ habeat in clericũ. Ioã. And. † Imo iudicis ſecularis, ad quẽ in ſuo territorio prima cognitio & ꝓhẽtio ꝑſonæ ſpectat ut ẽt in regno Frãciæ notorie practicat. nec in conſequẽtiã trahẽdus eſt hic text. q localis eſt imo etiã tẽporalis, videlicet ꝓ tẽpore Ioãn. parricidæ & impij Angliæ regis & in eo Regno dũtaxat qđ idem Ioãnes Areſto Phil. Auguſti Frãcorũ regis damnatus parricidij & feudis priuatus, deinde [1] Lud. Phili. filio, armis victus deſperat⁹ ſubiecit & tributariũ fecit Inn. iij. papæ ut ait Pla. & in feudũ ab eo recognouit ut ait Ant. titu. xix. c. j. §. v. q more ſuo ea tantum narrauit q̃ ſunt in fauorẽ papæ, qui pretio ille ctus quantũ potuit fauit ipio cõtra iuſtitiam Philippo nihilominus a reſtũ exequente, & a cenſuris papæ adfuturum cõcilium appellante. Itaq; papa nõ potuit Io. liberare a iuſtitia & armis regis Frãcię nec a iudicio dei: quia d. Ioã. male perijt ut ſcribit Alan⁹ Boachardterũ armoricarũ, lib. iij. Iniuriam nobis illatã, an poſſimus remittere? Iniuria facta eccleſiæ, an poſſit ꝑ epm ſolum remitti?

[2] Idẽ no. xxiij. qõe iiij. ſi is q. hoc tenet hic Inn. & Hoſt. hic. & ſ. eo. cũ deſideres ĩ fi. Io. A.

clerici ordinati, a quam in fauorem b ordinis clericalis fuerit promulgatus, ideo & uolumus & mādamus, ut id decæterò prohibeas c attētari. Si quis aūt clericus post prohibitionē huiusmodi spōte se subiecerit, excōmunicetur: prouiso, ut clericus iniuriam passo, sine iniuria clericali satisfaciat competenter: quatenus inter eos pax ualeat rationabiliter reformari.

Idem Lugdu. archiepiscopo.

Seruus excommunicatus pro iniectione manuum in clericū, tenetur pro absolutione ire ad se. apo. sed si ex hoc dominus qui nō fuit in culpa graue dānū patiatur, uel seruus hoc faciat in eius fraudē, absolui pōt ab epo, si læsio nō fuit enormis.

CAP. XXXVII.

Relatum est nobis, q cū aliqui serui propter iniectionē manuū in clericū uiolentam, in canonem incidunt sentētiæ promulgatæ: allegantib. dominis eorundem, q carere mancipijs suis nolūt uenire ad se. apo. absoluēdi nō curant, per occasionem huiusmodi, eludētes ecclesiasticam disciplinam. Quocirca mandamus, quatenus eos uenire compellas ad se. apo. absoluendos: cū plus sit Deo quàm homini d deferendū: nisi fecerint hoc in fraudē, ut subtrahāt se obsequio dominorū aut ipsi domini, propter hoc sine culpa e sua graue dānum incurrunt: tūc enim in utrolibet casu f poteris eos ex indulgentia nostræ ꝓuisionis absoluere, cū nimis sint ab apo. se. remoti: sed ī recōpēsationē g laboris, quē in itinere substinerēt, alia eis satisfactio iniungat dūmodo nō sit tā grauis & enormis h excessus, ut ꝓꝓ uitandū scandalū, & tollēdū exemplum, huiusmodi serui ad seruum seruorū Dei uenire debeant absoluendi.

Idem Strigoneñ archiepiscopo.

Excōmunicatus propter participationem cum excommunicato, licet eū posteà impugnet, ex hoc solo pro absoluto non est habendus.

CAP. XXXVIII.

Sacris est canonib. institutum: & ĩ. Licet is, qui uolūtarius i excōicatis illis cōicauerat, qui cum omnibus fautoribus & participibus suis excommunicationis sententia sunt adstricti, ad corrediens, de mādato ecclesiæ excōmunicatos, quos prius fouerat, expugnaret: nō tñ priusquam abso

a Ordinati. In quouis ordine. xxj. distin. clericos. dummodo nō contrahat secundas nuptias. lxxxiij. di. quisquis. etiam si sit clericus coniugatus. argu. s̃. de uita & hone. cleri. clericus. & hoc intellige, si uult deferre coronam: & gaudere priuilegio clericali, alias si non uult habere: priuilegium clericale, potest deponere. s̃. de cle. coniug. Ioānes. ubi de hoc. 1 Item & clericus depositus, habet hoc priuilegium, quandiu uult uiuere sub regula clericali. lxxxj. distinctio. dictum. & s̃. c. pro. ff. de decu. l. fina. Item nisi immiscuerit se enormitatibus. s̃. e. cum non ab homine. & c. perpendimus. uel usque ad trinam admonitionem contempto habitu clericali. s̃. eo. in audiē tia. & ĩ. eo. contingit. Item quid de excommunicato deposito si uerbereť: an incidat in canonem? Videtur quod non: quia nihil ad nos de his qui foris sunt. ij. q. j. multi. quia iam est mēbrum diaboli, & extra ecclesiam eiectus. xj. quæ. iij. omnis christianus. & c. se. 2 & quia non posset alium excommunicare. xxiij. qō. j. audiuimus. Eadem ratione nō erit excommunicatus, qui clericum excommunicatum etiam depositum uerberat: quod quidam cōcedunt. Vincen. distinxit, an excommunicatio præcedat depositionem, & tunc adhuc retinet priuilegium clericale. si uero sequatur, & incorrigibilis fuerit eo tradito curiæ seculari, amittit priuilegiū. s̃. de iud. cum non ab homine. qui autē aliū clericum excommunicatum uerberat, uidetur secundum hoc excommunicatus multo fortius quam qui uerberat excommunicatum clericū ante depositionem: secundum quod distinguit. Vin.

b Fauorem ordinis. Cui renuntiare nō potest. supra, de fo. comp. si diligenti. & c. significasti. Ber.

c Prohibeas attentari. non uidetur responderi ad quæstionem, quæ fuit an huiusmodi percussores, incidant in canonem. sed dic q bene sunt excommunicati: quia iniuriosas & temerarias manus inijciunt, & satis innuitur dum dicit, tam in fauorem clerici quā ordinis &c. ex eo quod dicit, prouiso ut clericus sine iniuria clericali &c. clericus qui ad hoc consentit, excōmunicetur: ut infra. sequitur.

d Relatum. Homini. xj. q. iij quisquis metu. & c. iulianus. & s̃. de uoto. cap. ex multa. uersic. in tanta &c. xxij. q. v. c. ij. & iij. aggrauatur enim culpa ex persona iniuriati. s̃. eo. cum illorum. ubi de hoc. Ber.

e Sine culpa. Tunc enim possunt absolui per episcopum ut hic dicit, & supra, e. mulieris. & ĩ. eod. quamuis. quæ intelligi debent, secūdum hanc distinctionem unde sine culpa priuari non debent. s̃. de eo qui cogno. consang. uxo. suæ. discretionē. & c. ult. & supra ut lit. non contest. quoniā frequenter. §. ij. & supra, de constitu. cognoscentes. alias si essent domini in culpa, tam ipsi quā serui sunt excommunicati, puta si mandassent: qa qui per alium facit per seipsum facere uidetur. supra c. mulieres. & cap. ut famæ. 3 Ber.

f In utrolibet casu. Scilicet cum serui hoc faciunt fraudulenter, uel cum dominus nullā culpā commisit. 4 ergo uidetur idem dicendum in uiro. si in fraudem uxoris suæ faciat, & in liberto qui operas præstare tenetur. argu. xxix. q. ij. per latū. Sed hoc non credo, cum non imueniāt: qa hoc edictum ut omnes ad curiā mittātur, qui expresse non excipiunt, prohibitoriū est. ar. s̃. eo. cū illorū. in prin. Ber.

g Recompensationem. Sic supra, de uo. quod super his. & c. magnæ. ad fi. Ber.

h Enormis. supra, eo. cum illorum. ubi de hoc. Bernardus.

Sacris. Voluntarius. Secus si absolute fuerit attractus. supra, de ijs quæ vi metusve cau. sacris. & l. dist. presbyteros. & supra, de bapt. maiores. ad fi. uer. ille uero qui nunquam.

Porri-

Idē exp̄sse tenet Iac. de sancto Georg. in trac. feud. uer. utiq; uassali ꝓmiserunt. col. xiiij. uer. quidā episcop⁹.

1 Quod dic ut ĩ. & cle. coniu. c. uno. li. vj. Io. An.

Excōmunicatū depositū uerberans, an incidat in canonem?

2 De hoc s̃. de offi. ord. quod sedem. de præscr. ue niēs. in authē. de priuileg. do. colū. viij. circa medium. per quā leg. dicit Inn. s̃. e. si uere. se credere quod percutiēs hæreticū, excōicat⁹ non sit. de excōicato uero credit, q illū percutiēs sit excōicat⁹ quia illud priuilegium immunitatis, fauore ordinis datur & non fauore ꝑsonæ: ut hic.

Excōmunicat⁹ uero certum est quod ordinē retinet. Ioā. And.

3 Adde. ṫ. ita tamen §. gessisse. ff. de adm. & pericul. tuto. cum uulga.

4 Ex his no. Abba. qđ fraus dat alicui priuilegiū. Itē q propter dānū unius euitandū, priuilegiatus est alter. Ioā. And.

lutionis gratiam perceperit, habendus est absolutus: nec si occũbat in huiusmodi bello, sunt absolutiones uel oblationes recipiendæ pro eo, uel orationes domino porrigẽdæ, a nisi cùm de ipsius uiuentis pœnitentia per euidẽtia signa cõstiterit: & iuxta cuiusdã constitutionis b nostræ tenorem defuncto etiã absolutionis beneficiũ impendatur.

Idem Assuntinen. episcopo.

Semel excõmunicatus, debet uitari semper ut excommunicatus: nisi legitimè probet se fuisse absolutum.

CAP. XXXIX.

Sicut nobis: & j. Fra. t. respon. ꝙ nisi excõmunicati a te super absolutiõe sua literas nostras, c uel illius cui uices nostras in hac parte cõmisimus, reportauerint, aut alio d modo legitimè de illorum ablutione tibi cõstiterit, tu ipsos pro excõmunicatis ut prius habeas, & facias euitari.

Idem Senonen. archiepiscopo.

Si excommunicatus ab episcopo, ad metropolitanũ appellat ab eo absolui potest: metropolitanus tamen, uolens suo suffraganeo deferre: potest illum sibi remittere absoluẽdum: et tenetur etiam remittere, quãdo propter manifestum excessum fuit excõmunicatus: & ante absolutionem nõ auditur nolẽs probare se iniustè excommunicatum: secus si probare uult sententiam esse nullam.

CAP. XL.

Per tuas literas: & j. Videtur aliquibus, e quòd cum ad metropolitanum per appellationem quæstio nõ defertur, excõmunicatus autẽ uocẽ non habeat appellãdi, f utpote ab ecclesia separat⁹, siue appellauerit, siue nõ, metropolitanus ei nõ debet absolutionis beneficiũ exhibere. Verùm ex uerbis cuiusdã epistolæ g quã scholastici ab Alexandro papa emanasse proponũt, habetur, quòd si ante appellationẽ in aliquem excõicationis sententia fuerit promulgata, metropolitanus ante litis ingressum ab eo iuramẽto recepto, secundũ ecclesiæ consuetudinẽ, debet ipsum absoluere, nisi uoluerit episcopo diœ. deferre, ipsumq; ad eũ remittere absoluendũ: ubi etiã cõsequẽter infert, ꝙ nec excõicati sunt audiẽdi h priusquã fuerint absoluti, nec sunt ad illos a quib. appellauerãt remittendi. i In Sardicen. autem concilio k reperitur, ut is, qui ab epo est

a Porrigendæ. xxiiij. q. ij. c. ij. & iij.

b Constitutionis. s. eo. a nobis. cum fuerit absolutus, tunc orabit ecclesia pro eo, & recipiet oblationem pro eo sicut pro alijs defunctis.

Sicut. Excommunicato qui dicit se absolutum, nõ creditur: nisi ꝓbet. h. d. In prima ponitur decisa consultatio. In secunda responsio: ibi, fraternitati. Abb. sic.

c Literas nostras. Sed uidetur, quòd eis credendũ sit, qa de nemine præsumendum est, quod sit immemor suæ salutis. j. q. ult. sancimus. & arg. contra. de consecra. di. iiij. cum itaque. & ca. si nulla extãt. sed non est uerũ. 1 s. de of. ordi. ex parte. & viij. q. v. cap. uno. & C. de mand. prin. l. una.

d Alio modo. Non tamen uno teste, 2 quia fieret actori præiudicium, nec etiam sufficiunt talia indicia, quæ sufficiũt. s. de cleri. peregri. c. inter. & cap. tuæ. nec sufficit hic honestas personæ ut ei credi debeat. ar. l. distin. si quis præpostera. & distinctio. viij. si solus. Argument. contra. xcvij. dist. nobilissimus. Sed 3 illud cũ nulli fit præiudicium. Ioan.

Per tuas. Diuiditur. Nam ĩ prima parte ponitur falsa opinio. In secunda allegatio pro archiepiscopo. In tertia allegatur cõtra ipsum. In quarta soluit distinguendo. Secunda ibi, uerum. Tertia ibi, in Sardicensi. Quarta ibi, nos igitur. Abb.

e Videtur aliquibus. Et male. quia & si non appellatur ad metropolitanũ, tamen potest excommunicatum absoluere, si episcopus ipsum absoluere nolit. supra, de offi. ord. ad reprimendam. Ber.

f Appellandi. Vt per hoc ab excommunicationis sententia releuetur. ut supra de ap. pastoralis. nec interdictum: ut s. eod. tit. ad hæc quoniã. 4 sed ut causam transferant ad superiorem, bene tenet appellatio. iij. quæst. ix. reuera.

g Cuiusdam epistolæ. Quam habuisti olim in antiqua compilatione. s. de offi. or. quæsitum. cuius sententia & etiam uerba, pro maiori parte ponuntur hic, & incipiunt sic. quod si ante.

h Audiendi sunt. Si agant. s. de hære. excommunicamus. §. credentes. s. de excep. cum inter. conueniri tamen bene potest s. eo. si uere. & §. prædi. credentes.

Gl. seq. ponit tres casus, quibus remittitur appellans.

i Remittendi. Remittitur quandoq; aliquis ad eum, a quo appellauit, si malitiose appellauit. s. de appel. cum in ecclesia. & ca. ut debitus. Vel si non fuerit prosecutus appellationem in termino constituto: ut eod. titu. per sonas. Vel si appellans hoc petierit. s. de ap. interposita. §. ille alias obtinet quod hic dicitur. & C. de app. eos. & ij. q. vj. §. ulti. B.

k In Sardicem. aũt concilio xj. q. iij. si eps forte. qd' inducitur hic, contra decre. Alexandri. Vnde nota, ꝙ secũdum antiquos canones, quilibet excõicat⁹ audiebatur, qui ante absolutionem uolebat probare se iniuste excõicatũ. xj. q. iij. eps forte. cuius tenor hic ponitur. Hodie uero nõ auditur, nisi in duobus casibus: 5 si dicat sententiã latam post appellationem fuisse, uel si dicat intolerabilem errorem in ea fuisse expressum: 6 ut hic dicitur. Sic ergo distinguas, si aliquis conqueritur superiori de iniusta excommunicatione: aut apppellauit ad eum, aut non. Si appellauit, primo præstabit cautionem ꝙ stabit mãdatis ecclesię. tunc est in optione ipsius superioris, an uelit eũ absoluere, an remittere eũ absoluendũ ei, a quo appellauit, ut hic sequitur, in decre. alle. Si uero nõ appellauit, sed per simplicẽ q̃relam adiuit ipsum: debet eũ remittere ad inferiorem ut ipsum absoluat: & si inferior ipsum absoluere nolit archiepiscopus ipsum absoluat. s. de offi. or. ad reprimendã. si tñ periculũ esset in mora, propter huiusmodi remissionẽ ipsum statim absoluat. j. e. sacro. arg. ad hoc supra titu.

1 In foro contẽtioso: & contraria loci habẽt ĩ foro pœnitẽtiali. de homi. significasti. ij. uer. de cęteris. secũdum Ho. Ioan. And. Pã.

2 Sed pluribus bene. Item posset cõstare per modũ de quo s. de priuil. cũ olim. secũ dum Ho. Ioã. And. Alcia. de prę sump. Regu. ij. ꝑ sumpt. vj.

3 Sed. Idẽ Phil. Decca. nouit. colũ. x. de iudi. Lud. Gozadi. consi. xlj. n. 15. Ias. rep. l. admonendi. colũ. lxx. de iureiur. Lap⁹. alle. xxxiij. Philip. Deci. cõs. ccxxviij. in fi. Qui tholo. 463.

Nec suspẽsio ab officio uel ĩgressu ecclesię. j. e. is cui. ĩ si. lib. vj. Io. And.

Excõmunicat⁹, an ante absolutionẽ sit audiẽdus.

5 Et in alijs ꝗ not. j. eo. presenti. libr. vj. Io. An.

6 Adde qd' ad defensionẽ, necessariã audit no. Bald. in l. de pupillo §. seruo. ff. de noui oper. nũt. tãgit Bar. in l. nõ solum. §. fi. ff. de iniu. & ubicunque dicit sentẽtiam nullã. Pã. hic.

abiectus, finitimos episcopos interpellet, & causa eius audiatur, & diligentius pertractetur: eps autem qui iustè uel iniustè abiecit eundem patienter accipiat, ut discutiatur negotiũ, quatenus uel probetur eius a pluribus sentẽtia, uel etiã emendetur. prius tamen, quàm omnia diligenter examinata fuerint, nullus ante a causæ cognitionem communioni eum sociare præsumat, qui fuerat cõmunione priuatus. Nos igit̃ credimus distinguẽdum, b utrum quis proponat se post appellationem legitimã interpositã excõmunicatione fuisse notatum, uel in forma excommunicationis, intolerabilem c errorem fuisse patenter expressum: in quibus d casibus ad probationem eorũ, etiã si absolutionem nõ petat, debet admitti, sed donec de ipsis constiterit, in alijs e euitari debet, quanquam apostol. sed. etiam talem consueuerit absoluere ad cautelam. f Verum in alijs, g nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri, ne sententiam ecclesiasticam contemnere h videatur, & per hoc amplius ex suo contemptu ligetur. Quòd si absolutionis i beneficium, humiliter postu-

tit.proxi.c.vlt. Et si uiderit sentẽtiã excõmunicationis ab epo latã esse iniustã, euidenter poterit archieps declarare subditũ irrationabiliter fuisse ligatum, licet nõ sit appellatũ ad ipsum. s̃.de appel. solicitudinem. similiter & econuerso, si uiderit eã iustã, tenetur remittere ipm absoluendum ad inferiorem, ut hic in fin. Ioan.

a Nullus ante. Ergo nec archieps. argu. s̃.eo.cum desideres. & cap. quod in dubijs. in princip.

b Distinguendũ. Ad absoluẽdã contrarietatem cõsilij, & decre. Alex.

